

THE CANADA COUNCIL
December, 1966

The Institute of Mediaeval Studies
LIBRARY
Toronto

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/lesregistresdeni01nico

BIBLIOTHÈQUE DES ÉCOLES FRANÇAISES D'ATHÈNES ET DE ROME
PUBLIÉE
SOUS LES AUSPICES DU MINISTÈRE DE L'INSTRUCTION PUBLIQUE
2e SÉRIE. V, 1.

LES

REGISTRES DE NICOLAS IV

RECUEIL DES BULLES DE CE PAPE

PUBLIÉES OU ANALYSÉES

D'APRÈS LES MANUSCRITS ORIGINAUX DES ARCHIVES DU VATICAN

PAR

M. Ernest LANGLOIS
MEMBRE DE L'ÉCOLE FRANÇAISE DE ROME

PREMIER FASCICULE

Feuilles 1 à 17, pages 1 à 136

PARIS
ERNEST THORIN, ÉDITEUR
LIBRAIRE DES ÉCOLES FRANÇAISES D'ATHÈNES ET DE ROME, DU COLLÈGE DE FRANCE
ET DE L'ÉCOLE NORMALE SUPÉRIEURE
Rue de Médicis, 7

1er JUILLET 1886

MAR 31 1967
The Institute of Mediaeval Studies
LIBRARY
Toronto

CONDITIONS ET MODE DE LA PUBLICATION

Les *Registres de Nicolas IV* formeront deux volumes divisés en fascicules de 15 à 20 feuilles grand in-4° raisin. Le prix est fixé à *soixante centimes* par chaque feuille de texte, et à *un franc* par chaque planche qui pourra être publiée. Aucun fascicule n'est vendu séparément. Tout souscripteur s'engage à retirer les livraisons au fur et à mesure qu'elles paraissent.

L'ouvrage entier se composera d'environ 120 feuilles. — Le deuxième fascicule est sous presse.

ERNEST THORIN, Éditeur, rue de Médicis, 7, à PARIS

BIBLIOTHÈQUE DES ÉCOLES FRANÇAISES D'ATHÈNES ET DE ROME

PREMIÈRE SÉRIE (format grand in-8°)

EN VENTE :

FASCICULE PREMIER. — 1. ETUDE SUR LE *Liber Pontificalis*, par M. l'abbé DUCHESNE. — 2. RECHERCHES SUR LES MANUSCRITS ARCHÉOLOGIQUES DE JACQUES GRIMALDI, par M. Eugène MUNTZ. — 3. ETUDE SUR LE MYSTÈRE DE SAINTE AGNÈS, par M. CLÉDAT. . . . . 10 fr.

FASCICULE SECOND. — ESSAI SUR LES MONUMENTS GRECS ET ROMAINS RELATIFS AU MYTHE DE PSYCHÉ, par M. Maxime COLLIGNON, professeur suppléant à la Faculté des lettres de Paris. 5 fr. 50

FASCICULE TROISIÈME. — CATALOGUE DES VASES PEINTS DU MUSÉE DE LA SOCIÉTÉ ARCHÉOLOGIQUE D'ATHÈNES, par M. Maxime COLLIGNON (*avec sept planches gravées hors texte*). . 10 fr.

FASCICULE QUATRIÈME. — LES ARTS A LA COUR DES PAPES PENDANT LE XVe ET LE XVIe SIÈCLE, recueil de documents inédits tirés des archives et des bibliothèques romaines, par M. Eugène MUNTZ, ancien membre de l'Ecole française de Rome, bibliothécaire-archiviste de l'Ecole nationale des Beaux-Arts, membre résidant de la Société nationale des antiquaires de France. — PREMIÈRE PARTIE : Martin V — Pie II (1417-1464). *Net.* 15 fr.
Ouvrage couronné par l'Institut.
N.-B. — Ce fascicule ne se vend qu'avec les IXe et XXVIIIe contenant les deuxième et troisième parties du travail de l'auteur.

FASCICULE CINQUIÈME. — INSCRIPTIONS INÉDITES DU PAYS DES MARSES, recueillies par M. E. FERNIQUE, ancien membre de l'Ecole française de Rome. . . . . 1 fr. 50

FASCICULE SIXIÈME. — NOTICE SUR DIVERS MANUSCRITS DE LA BIBLIOTHÈQUE VATICANE. — RICHARD LE POITEVIN, moine de Cluny, historien et poète, par M. Elie BERGER, ancien membre de l'Ecole française de Rome et lauréat de l'Institut (*avec une planche en héliogravure*). . . . . 5 fr.

FASCICULE SEPTIÈME. — DU RÔLE HISTORIQUE DE BERTRAND DE BORN (1175-1200), par M. Léon CLÉDAT, ancien membre de l'Ecole française de Rome, professeur à la Faculté des lettres de Lyon. . . . . 4 fr.

FASCICULE HUITIÈME. — RECHERCHES ARCHÉOLOGIQUES SUR LES ILES IONIENNES. — I. **CORFOU**, par M. Othon RIEMANN, ancien membre de l'Ecole française d'Athènes, maître de conférences à l'Ecole normale supérieure (*avec deux planches hors texte, et trois bois intercalés dans le texte*). . . . . 3 fr.
Voir Fascicules XII et XVIII.

FASCICULE NEUVIÈME. — LES ARTS A LA COUR DES PAPES PENDANT LE XVe ET LE XVIe SIÈCLE, recueil de documents inédits tirés des archives et des bibliothèques romaines, par M. Eugène MUNTZ. — IIe PARTIE : Paul II (1464-1471). 1 vol. (*avec deux planches en héliogravure*). . . . . 12 fr.
Ouvrage couronné par l'Institut.
Ce fascicule ne se vend qu'avec le XXVIIIe contenant la troisième partie du travail de l'auteur. (*Voir également fascicule* IV.)

FASCICULE DIXIÈME. — RECHERCHES POUR SERVIR A L'HISTOIRE DE LA PEINTURE ET DE LA SCULPTURE CHRÉTIENNES EN ORIENT AVANT LA QUERELLE DES ICONOCLASTES, par Ch. BAYET, ancien membre de l'Ecole française de Rome et de l'Ecole française d'Athènes, professeur à la Faculté des lettres de Lyon. . . . . 4 fr. 50

FASCICULE ONZIÈME. — ETUDES SUR LA LANGUE ET LA GRAMMAIRE DE TITE-LIVE, par M. Othon RIEMANN. 2e édition, revue, corrigée et augmentée. . . . . 9 fr.

FASCICULE DOUZIÈME. — RECHERCHES ARCHÉOLOGIQUES SUR LES ILES IONIENNES. — II. **CÉPHALONIE**, par M. Othon RIEMANN, maître de conférences à l'Ecole normale supérieure (*avec une carte*). . . . . 3 fr.
Voir Fascicules VIII et XVIII.

FASCICULE TREIZIEME. — DE CODICIBUS MSS. GRÆCIS PII II, IN BIBLIOTHECA ALEXANDRINO-VATICANA schedas excussit L. DUCHESNE, gallicæ in urbe scholæ olim socius. . . . . 1 fr. 50

FASCICULE QUATORZIÈME. — NOTICE SUR LES MANUSCRITS DES POÉSIES DE SAINT PAULIN DE NOLE, suivie d'observations sur le texte, par M. Emile CHATELAIN, ancien membre de l'Ecole française de Rome, lauréat de l'Institut de France. . . 4 fr.

FASCICULE QUINZIÈME. — INSCRIPTIONS DOLIAIRES LATINES. Marques de briques relatives à une partie de la *gens Domitia*, recueillies et classées par M. Ch. DESCEMET (*avec un très grand nombre de bois et de figures*). . . . . 12 fr. 50

FASCICULE SEIZIÈME. — CATALOGUE DES TERRES CUITES DU MUSÉE DE LA SOCIÉTÉ ARCHÉOLOGIQUE D'ATHÈNES, par M. J. MARTHA, ancien élève de l'Ecole normale supérieure, ancien membre de l'Ecole française d'Athènes, maître de conférences à la Faculté des lettres de Paris (*avec un bois intercalé dans le texte, et huit belles planches en héliogravure hors texte*). . . . . 12 fr. 50

FASCICULE DIX-SEPTIÈME. — ETUDE SUR PRÉNESTE, VILLE DU LATIUM, par M. Emmanuel FERNIQUE, ancien membre de l'Ecole française de Rome, (*avec une grande carte et trois planches en héliogravure*). . . . . 7 fr. 50

FASCICULE DIX-HUITIÈME. — RECHERCHES ARCHÉOLOGIQUES SUR LES ILES IONIENNES. — III. **ZANTE**. — IV. **CÉRIGO**. — V. **APPENDICE**, par M. Othon RIEMANN (*avec deux cartes hors texte*). . . . . 3 fr. 50
Voir Fascicules VIII et XII.

FASCICULE DIX-NEUVIÈME. — CHARTES DE TERRE SAINTE PROVENANT DE L'ABBAYE DE N.-D. DE JOSAPHAT, publiées par M. François DELABORDE, ancien élève de l'Ecole des Chartes, ancien membre de l'Ecole française de Rome (*avec deux planches en héliogravure*). . . . . 5 fr.

FASCICULE VINGTIÈME. — LA TRIÈRE ATHÉNIENNE, ÉTUDE D'ARCHÉOLOGIE NAVALE, par M. A. CARTAULT, ancien membre de l'Ecole française d'Athènes, professeur suppléant à la Sorbonne (*avec quatre-vingt-dix-neuf bois intercalés dans le texte et cinq planches gravées hors texte*). . . . . 12 fr.

FASCICULE VINGT ET UNIÈME. — ETUDES D'ÉPIGRAPHIE JURIDIQUE : DE QUELQUES INSCRIPTIONS RELATIVES A L'ADMINISTRATION DE DIOCLÉTIEN. — I. L'**EXAMINATOR PER ITALIAM**. — II. Le **MAGISTER SACRARUM COGNITIONUM**, par M. Edouard CUQ, ancien membre de l'Ecole française de Rome, professeur à la Faculté de droit de Bordeaux. . . . . 5 fr.

FASCICULE VINGT-DEUXIÈME. — ETUDE SUR LA CHRONIQUE EN PROSE DE GUILLAUME LE BRETON, par M. François DELABORDE, ancien membre de l'Ecole française de Rome. . . . . 2 fr.

FASCICULE VINGT-TROISIÈME. — L'ASCLÉPIÉION D'ATHÈNES, D'APRÈS LES RÉCENTES DÉCOUVERTES, par M. Paul GIRARD, ancien membre de l'Ecole française d'Athènes, maître de conférences à la Faculté des lettres de Paris (*avec une grande carte et trois planche en héliogravure*). . . . . 5 fr. 50

FASCICULE VINGT-QUATRIÈME. — LE MANUSCRIT D'ISOCRATE URBINAS CXI DE LA VATICANE. — DESCRIPTION ET HISTOIRE. — RECENSION DU PANÉGYRIQUE, par M. Albert MARTIN, ancien membre de l'Ecole française de Rome, maître de conférences à la Faculté des lettres de Nancy. . . . . 1 fr. 50

FASCICULE VINGT-CINQUIÈME. — NOUVELLES RECHERCHES SUR L'ENTRÉE DE SPAGNE, CHANSON DE GESTE FRANCO-ITALIENNE, par Antoine THOMAS, ancien membre de l'Ecole française de Rome. . . . . 2 fr.

INCIPIT REGESTRUM LITTERARUM

PRIMI ANNI DOMINI NICOLAI PAPE IIII

---

1 Latran, 23 février 1288.

Litterae de promotione. (Archiv. Vatic., *Regest.* 44, cap. 1, fol. 1 r°; Potthast, *Regest. Pontif. Roman.*, n° 22604.)

Nicolaus episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus.. archiepiscopo Senonensi ejusque suffraganeis ac dilectis filiis abbatibus, prioribus, archidiaconis, prepositis, archipresbyteris et aliarum ecclesiarum prelatis per Senonensem provinciam constitutis, salutem et apostolicam benedictionem. « Judicia Dei abyssus multa, nulli comprehensibilia, nulli nota. Quis enim novit celi ordinem, ut supernarum dispositionum videat predestinationes occultas? Aut quis ponere potest rationem ejus in terra, ut ante humana corda talium secretorum causas aperiat, vel supernorum judiciorum misteria considerando discutiat, manifestetque loquendo? Hec utique in hac vita positus facere nullus potest. Ante hominem namque carne circumdatum labor est ista cognoscere, donec in Domini sanctuarium, in quo sunt omnia consilia super filios hominum, ergastulo corporis absolutus introeat, ibique non solum presentia, sed etiam novissima intelligat et cognoscat. Horum quidem consideratio, miranda nimirum, stupenda pariter et tremenda, nos nec immerito admiratione sollicitat mentemque nostram ingestione stuporis hebetat concutitque timore.

Miramur etenim, non absque timoris magnitudine ac terroris, qua divini dispositione judicii, nobis non indigne terribilis, contra electum et firmatum nostrum salutis contemplatione propositum, totiens et demum tantam immutationem receperit status noster. Elegeramus namque ab olim, postquam ad hoc nobis Dominus tribuit intellectum, abjecti esse in domo Domini et sancte contemplationi vacando sedere ad pedes ipsius, audituri verba celica cum Maria, cum illa partem, testimonio ipsius Domini, optimam eligentes, ne impliciti mundi turbinibus cum Martha erga plurima turbaremur. Propter quod a nostre juventutis auspitiis ordinem fratrum minorum intravimus, ut in humilitate spiritus Deo spiritui serviremus, cum tante abjectionis et paupertatis professoribus pauperes et abjecti. Dumque per hec ad Rachelis obtinenda consortia solido inhiaremus proposito, plenis suspiraremus affectibus, Lyam lippis occulis experimur nobis expositam pro Rachele, primum in ipso etiam ordine frequenter nobis predicte partis integritate direpta; et ea postmodum per occupationes diversas, quas habuimus necesse subire, quasi prorsus adempta. Occupati namque fuimus ex obedientie debito in variis ministeriis dicti ordinis et demum in ministri generalis officio, que non absque laboriosis inquietudinibus gessimus in eodem.

Subsequenter ad dignitatem cardinalatus in sacerdotii gradu per apostolicam sedem assumpti, dum absentes et inscii aliquid de hoc agi, reformande concordie inter clare memorie Philippum Francorum et A. Yspanie reges de mandato sedis ipsius in ultramontanis partibus vacaremus : deinde prefecti sumus per sedem eandem in episcopum ecclesie Penestrine. Novissime vero fratrum nostrorum electione concordi vocati et instantia importuna coacti ad summi apostalatus sarcinam subeundam, prout series subscripta describit, ut proinde vos illarum

processus et ordo non lateant; sed et cause admirationis, stuporis, et timoris hujusmodi ad humiliationem nostram apertius innotescant.

Felicis siquidem recordationis Honorio papa IIII, predecessore nostro, ut Domino placuit, ab hac luce subtracto, ejusque corpore cum exequiarum solempnitate debita tumulato, nos tunc, ut pretangitur, episcopus Penestrinus, cum fratribus nostris aliis in curia Romana presentibus, in palatio Sancte Sabine de Urbe, in quo predecessor ipse resederat, concordi voluntate convenimus, substitutioni Romani Pontificis sollicite vacaturi. Circa quod licet impedimenta varia et precipue diversarum et prolixarum infirmitatum angustie, que quamplures de ipsorum fratrum collegio vexavere diutius et, proh dolor! nonnullos etiam subtraxerunt, aliquandiu conatibus nostris obstiterint, demum tamen in prima dominica presentis quadragesime, nobis et reliquis fratribus tempore ipso presentibus convenientibus in palatio supradicto, electa concorditer via scrutinii et uno tantum facto publicatoque scrutinio, illo qui concordiam in sublimibus suis facit, ut supponit devota credulitas, assistente, tanta finaliter in votis eorumdem fratrum est inventa concordia, quod de ipsorum omnium unanimi voluntate ad conscendendam Petri cathedram secuta est de humilitate nostra concors electio et communis, fratribus ipsis insistantibus importune ut electioni consentiremus eidem.

In quo admirationis magnitudine redditi, nec immerito, sumus attoniti; stupor nostrum animum hebetavit et timor pariter tremorque concussit. Numquid enim non admiratione dignum, quod sic sumus preter, immo contra predictum nostrum tam salubre ordinatumque propositum, a desiderio quietis optate fraudati? Nam licet pastorale taliter indictum officium premissam Marie partem a se nequaquam abiciat, quin potius contemplationi devote vacare ac instructioni divine ferventer insistere assiduitate intenta deposcat; verendum tamen, ne sollicitudo connexa eidem totius orbis curas innumeras et immensas indicens devotionem Marie prepediat et secretum quiete mentis deserere persepe compellat, nec ad eam redeundi facile sit facultas. Nonne insuper stupore non vacuum, quod inter tot et tantas eorumdem fratrum personas, vite ac fame claritate pollentes, virtutibus redimitas, habundantes ad hec utilium sufficientia meritorum in presidendo apostolico culmini, nostra indignitas, existimatione nostra merito postponenda, occulta Dei et pavenda nobis dignatione prefertur? Nonne dum injuncti oneris molem attendimus et nostram insufficientiam comparamus, digne invalescit timor et tremor, ne sic premat quod opprimat, sic opprimat quod portantis debilitas molis ejus immensitati succumbat? Nonne timendum iterum et tremendum, si summi judicis severitas attendatur et attente pensetur, quod si rationem de talentis creditis exacturus veniat, nec ea inveniat in sibi gratum numerum excrevisse, servum a bono torpentem opere quam severissime judicabit?

Hec et alia plura, que prolixitatis vitande gratia subticet sermo succintus, debilitatem nostram subducendam ab onere nostre insufficientie imperfectum a subeundo totius mundi spirituali regimine difficultatis inexistimabilis compescendum, adeo efficaciter suggerebant, quod eorumdem fratrum importunitati diversarum excusationum obicem opponendo, qua potuimus reluctatione restitimus, aperte negantes electioni premisse prestare consensum et tam ipsi quam juri nobis ex ea quesito renuntiantes expresse. Verum fratres iidem nostre resistentie instantius obviantes, electione nichilominus repetita concordi, ut ei consentiremus et institere ferventius et in virtute obedientie injunxerunt. Nos vero licet ex nostrorum defectuum conscientia diffidentes, confidentes tamen de illius omnipotentia, qui non solum eosdem sufficit supplere defectus, sed potens est facere gratiam habundare, quanquam ad hoc nobis nequaquam merita suppetant, utinam demerita non obsistant, per fratres eosdem nostris excusationibus non admissis, ne sub obedientia nutriti diutius eam contempnere pertinaciter et mundi graviter guerrarum multiplicatione divulsi, Terreque Sancte quasi omni auxilio destitute pericula differendo provisionem ecclesie negligere censeremur, tandem acquievimus eorumdem fratrum instantie, ipsorum urgente precepto, collaque debilia jugo submisimus apostolice servitutis, prestantes electioni, ut premittitur, iterate consensum, anxiato et humiliato spiritu supplicando, ut ille qui nos jugum idem subire concessit, sic ad ipsum portandum debilitatem nostram robore fulciat, sic ipsum nobis faciat sua levigatione portabile, quod non contingat nos in ejus exercitio ex nostra infirmitate deficere, sed ita ex sua virtute proficere, quod exinde in nobis et populo cure nostre commisso ad laudem sui nominis fructum referamus optatum.

Quia vero ex indignitatis nostre consideratione patenter advertimus nos nequaquam ad hec optinenda sufficere, orationum vestrarum suffragia humiliter imploramus, universitatem vestram attente rogantes et obsecrantes in Domino Jhesu Christo, quatenus frequenter preces porrigatis devotas et humiles in excelsa, et per religiosos ac alios vestre ditionis porrigi suggeratis, suppliciter postulantes a Domino, ut ipse de sue misericordie habundantia, et petita concedat, et aditiat quod petitio non presumit; sicque super nos suum vultum illuminet,

ut cognoscentes in terra viam suam, ipso prestante qui potest, in nobis et subditis devia devitemus, nostros et ipsorum actus ita in suorum mandatorum semitas dirigamus, quod de sue pietatis affluentia mereamur dilecta ejus tabernacula introire, celi civium futuri concives, et cum eis eterne glorie participio fruituri. Vos quoque, fratres et filii, quos divina gratia in partem sollicitudinis evocavit, sic studeatis diligentes cooperatores existere, sic in vestris plebibus commissas vobis partes implere, quod nobis onere vestra cooperatione partito sit levius, vobisque proinde non solum premium eterne retributionis obveniat, sed et favor interim apostolice sedis accrescat, quem vobis, quantum cum Deo poterimus, exhibere proponimus, ac vestra et ecclesiarum vestrarum comoda, pro quibus ad nos recurrere cum securitate poteritis, favorabiliter promovere.

Ceterum quia, sicut intelleximus, portitores hujusmodi litterarum interdum esse consueverunt, contra intentionem mittentium, exactores, nunc importune petitionis instantia, nunc etiam murmurationum susurriis ac detractionum et querelarum comminationibus exigendo, scire vos volumus quod nostre intentionis existit latoresque presentium artari mandavimus prestito juramento, quod ad exigendum vel obtinendum aliquid, preter ea que ad victum et ob infirmitatis ac alios casus necessaria, per alias eis sub certa forma litteras, quas vobis exhiberi mandamus, ministrari precipimus, talibus instantiis, murmurationibus, detractionibus seu comminationibus non utantur, nec recipere per instantias, murmurationes et comminationes hujusmodi oblata presumant. Ideoque, ut nostris in hoc intentioni et beneplacitis concurratis, prefatis eorum abusionibus, ceterisque similibus, si forsan eis, quod non est verisimile, uti presumerent, contra proprium juramentum, contemptis, omnino vos ultra premissa ipsis nostro ministranda mandato tribuendo aliquid non gravetis, cum non per extorsiones hujusmodi, sed alias retributione congrua intendamus ipsorum laboribus respondere. Dat. Laterani, VII kalendas martii, pontificatus nostri anno primo. »

2-5 Latran, 23 février 1288.

Litterae de promotione. (Reg. 44, c. 2, f. 2 r°; Potth., 22604.)

Carissimo in Christo filio.. regi Francorum illustri. « Judicia Dei abyssus multa, etc., ut in proxima superiori, usque ad laudem sui nominis fructum referamus optatum. Ad hec autem a Domino promptius obtinendum et fidelium suffragia imploranda et catholicos principes, qui secularis potestatis sollicitudinem in populo Domini susceperunt, ut sicut ad eos pertinet, nobis cooperari studeant in eodem, decrevimus exhortandos. Ideoque regalem celsitudinem rogamus instanter et obsecramus in Domino Jhesu Christo, quatenus prudenter attendens quod datum est tibi divinitus in orbe pro non modica parte judicium, justitiam diligas et eam omnibus tue ditioni subjectis, non omissa tamen clementia, diligenter observes; hujusmodi enim columnis firmissimis stabiliuntur imperia, regna firmantur, muniuntur principes et communiti letantur statu pacifico principatus. Ecclesiam insuper matrem tuam, et presidentes eidem ceterasque personas ecclesiasticas, creatoris et redemptoris nostri ministros, immo in eis ipsum, per quem regnas et regeris sollerter honorans, eas regio favore in suis libertatibus et juribus aliis protegas et defendas. In talibus, fili carissime, primitias tue juventutis exerceas; in hiis laudabilis memorie predecessores tuos non solum imitari, sed excedere studeas; quin etiam te ipsum virtutum successivis augmentis, velud de virtute in virtutem progrediens, superare; de nobis spem certam et fidutiam habiturus, quod tuam et regni tui prosperitatem paterno zelantes affectu, eam conservare proponimus et facultate succedente, quantum cum Deo poterimus, favorabiliter ampliare. Dat. ut supra. »

In eundem modum Margaretae reginae Franciae relictae. Ab ea petit quatenus ipsum adjuvet precibus suis.

In e. m... abbati et conventui monasterii Cisterciensis.

In e. m. Sanctio, regi Castellae et Legionis, ut in illa quae scribitur regibus.

6 Latran, 5 mars 1288.

Confirmatio ordinationis monasterii juxta villam S. Marcelli. (Reg. 44, c. 3, f. 2 v°; Laporte du Theil, Bibl. Nat. f. Moreau, n° 1225, f. 1; Potth., 22612) (1).

Dilecto filio J. tituli Sancte Cecilie presbytero cardinali, apostolice sedis legato. « Ex parte carissimi in Christo filii nostri Phylippi, regis Francie illustris, fuit propositum coram nobis quod dilectus filius magister Galienus de Pisis, canonicus ecclesie de Sancto Audomaro, de propria salute recogitans, et cupiens terrena in celestia et transitoria in eterna felici commutare commertio votoque salubri maneria sua sita juxta villam Sancti Marcelli, prope Parisius, que sunt circumvallata muris, una cum prato maneriis ipsis conjuncto, personarum, per

(1) C'est par erreur que cette pièce est datée du 2 mars par Potthast.

quas eterni Regis insistatur laudibus, perpetuis usibus deputare, maneria et pratum predicta in augmentum cultus divini dedit liberaliter et concessit, ordinando et decernendo ut in ipsis ordinetur monasterium, in quo sorores minores ordinis Sancte Clare, viventes sub observantia regule que servatur in monasterio Humilitatis Beate Marie, prope Sanctum Clodoaldum, Parisiensis diocesis, collocentur; clareque memorie Phylippus rex Francie, genitor dicti regis, tam pium opus favore prosequens oportuno, in recompensationem censuum, qui ex eisdem maneriis et prato Sancti Marcelli et Sancte Genovefe Parisiensis ecclesiis ac Hospitali Jerosolimitano antea solvebantur, a quorum prestatione predicta maneria et pratum per ecclesiarum et hospitalis predictorum personas propter hoc, ad ipsius instantiam, absoluta fuerunt, certos et competentes redditus de bonis regiis assignavit. Quare pro parte dicti regis et etiam carissimarum in Christo filiarum nostrarum Margarete, Marie et Johanne, illustrium reginarum Francie, fuit nobis humiliter supplicatum, ut predictorum regis et magistri Galieni piam actionem et laudabile desiderium in hac parte apostolici favoris presidio benigne prosequi curaremus. Nos igitur hujusmodi regiis precibus annuere favorabiliter intendentes, et quod super premissis per prefatos regem et Galienum factum est, ratum et gratum habentes, idque auctoritate apostolica confirmantes, gerentes quoque de circumspectione tua in Domino fiduciam pleniorem, presentium tibi auctoritate committimus et mandamus, quatenus, premissis veris existentibus, juxta predictam ordinationem ipsius magistri Galieni concedas, mandes et facias per te, vel per alium aut alios, in dictis maneriis monasterium ordinari, et hujusmodi sorores auctoritate nostra instituas et colloces in eodem, ut ibidem perpetuis temporibus vivant sub observantia regule supradicte, ipsisque sororibus, postquam ibidem collate fuerint, eadem auctoritate concedas ut possint in ecclesia inibi constructa libere celebrare divina, et uti privilegiis, indulgentiis, libertatibus ac immunitatibus, que sororibus predicti ordinis (1) a sede apostolica sunt concessa. Contradictores... Dat. Laterani, III nonas martii, pontificatus nostri anno primo. »

7 Latran, 5 mars 1288.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 44, c. 4, f. 2 v°.)

Dilecto filio Francisco Dominici, scolari Ulixbonensi.

(1) Dans le ms. [illegible]

Cum eo dispensat ut non obstante defectu natalium, quem de Judaeo conjugato et soluta, tunc Sarracena, nunc Christiana, genitus patitur, ad omnes ordines promoveri et ecclesiasticum beneficium, etiam si curam habeat animarum, obtinere possit.

« Constitutus in presentia... — Dat. Laterani, III nonas martii, anno primo. »

8-10 Latran, 8 mars 1288.

Litterae de solutione cujusdam decimae. (Reg. 44, c. 5, f. 2 v°.)

Venerabili fratri.. episcopo Cajaciensi, cui collectio in aliquibus regni Siciliae partibus est commissa, mandat, ..abbate et conventu monasterii Casamarii, Cistersiensis ordinis, Verulanae dioecesis, asserentibus « sibi esse difficile singulos proventus, de quibus in regno Sicilie tenentur solvere decimam, singulariter estimare, » ut ipse de supradictis proventibus pro totali solutione ipsius decimae certam eis quantitatem imponat.

« Dilecti filii..abbas... — Dat. Laterani, VIII idus martii, anno primo. »

Saint-Pierre, 12 mars 1288.

In e. m. eidem episcopo pro.. abbate et conventu monasterii Fossae Novae, Terracinensis dioecesis. — Dat. Romae apud S. Petrum, IIII idus martii, anno primo.

In e. m. venerabili fratri.. episcopo Ferentino, pro.. abbate et conventu monasterii Sanctae Mariae de Palacziolis, Cisterciensis ordinis, Albanensis dioecesis.

11 Saint-Pierre, 18 mars 1288.

Mathaeus dictus Veneriis citatur coram sede apostolica. (Reg. 44, c. 6, f. 3 v°.)

Dilecto filio.. priori de Vansio Paduano, ordinis S. Benedicti, mandat quatenus Mathaeum dictum Veneriis, Cretensem canonicum, citet ut infra vigenti quinque dies post citationem, si sua crediderit interesse, compareat coram sede apostolica. Jam eandem citationem ordinaverat Honorius papa per litteras quarum tenor sequitur, sed dies termini ad hoc statuti in diem mortis papae incidit.

« Honorius episcopus servus servorum Dei. Dilecto » filio.. priori beate Marie de Vancio Paduano, ordinis » Sancti Benedicti, salutem et apostolicam benedictionem. » Ad provisionem ecclesiarum... Sane dilecti filii capitu- » lum Cretensis ecclesie nobis intimare curarunt quod pri- » dem, ecclesia ipsa per obitum bone memorie Leonardi

» archiepiscopi Cretensis pastoris solatio destituta, ipsi die » ad eligendum prefixa... insimul convenerunt et tandem » votis eorum in diversa divisis, tres ex ipso capitulo, cum » non essent nisi quinque canonici, qui ad electionem » convenerant celebrandam, venerabilem fratrem nostrum » Paganum Kironensem episcopum in Cretensem archi- » episcopum postularunt, duobus reliquis in dilectum » filium Matheum dictum Veneri de Venetiis, Cretensem » canonicum, dirigentibus vota sua; procuratore igitur » ejusdem Kironensis episcopi propter hoc apud sedem » apostolicam constituto et petente instanter a nobis ut » postulationem hujusmodi admittere dignaremur, nos » attendentes quod ecclesia Constantinopolitana, cui » predicta ecclesia Cretensis subjecta dinoscitur, erat » tunc temporis pastoris solatio destituta, quodque in » ipsa capitulum ejus minime residebat, volentes quoque » obviare dispendiis, que jamdicte Cretensi ecclesie po- » terant ex vacatione diutina imminere, hujusmodi pos- » tulationis et electionis negotium ad nos auctoritate » apostolica duximus revocandum. Sicque prefatum Ma- » theum per nostras litteras citari mandavimus ut coram » nobis, si sua interesse crederet, certo termino perso- » naliter compareret, facturus et recepturus super hoc » quod ordo exigeret rationis. Qui non solum in eodem » coram nobis comparere termino non curavit, quin » immo ad regimen ejusdem ecclesie Cretensis aspirans, » priusquam ad eum hujusmodi citatio pervenisset, jure, » si quod sibi ex electione competebat hujusmodi, resi- » gnato, se, ut dicitur, in Cretensem archiepiscopum » iterato eligi procuravit. Cumque postmodum eidem » Constantinopolitane ecclesie de venerabili fratre nostro » Petro provisum fuisset, nos ei oraculo vive vocis in- » junximus ut se nequaquam intromitteret de negotio » supradicto; intendentes itaque ad expeditionem Cre- » tensis ecclesie memorate, ne illam prolixioris vaca- » tionis contingat incomodis subjacere, discretioni tue » per apostolica scripta, in virtute obedientie districte » precipiendo, mandamus quatenus prefatum Matheum » presentialiter, si comode poterit inveniri, alioquin » apud ecclesiam S. Silvestri de Venetiis, cujus pleba- » nus existit, vel Padue, ubi moram contrahere dicitur, » aut in alio illarum partium loco, si sciri poterit et ad » eum comode valeat accessus haberi, aut demum Ve- » netiis, in loco de quo expedire videris, publice, ex » parte nostra, peremptorie citare procures, ut infra » viginti quinque dies post citationem tuam, si sua cre- » diderit interesse, cum omnibus juribus et munimentis » suis compareat personaliter coram nobis, facturus et re- » cepturus quod justitia suadebit, et nichilominus aperte » predicas quod sive venerit, sive non, nos in hujusmodi » negotio, quantum de jure poterimus, auctore Domino, » procedemus. Diem vero citationis et formam et quicquid » in hac parte feceris, nobis per tuas litteras harum se- » riem continentes studeas fideliter intimare. Dat. Rome, » apud Sanctam Sabinam, VIII idus martii, pontificatus » anno secundo. »

« Instantia nostra cotidiana... — Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, XV kalendas aprilis, pontificatus nostri anno primo. »

12-13 Saint-Pierre, 19 mars 1288.

Johanni abbati monasterii S. Johannis Senonensis munus consecrationis impendit. (Reg. 44, c. 7, f. 3 v°.)

Johanni abbati monasterii Sancti Johannis Senonensis, ordinis S. Augustini. « Debitum officii nostri... Sane monasterio Sancti Johannis Senonensis, ordinis S. Augustini, dudum abbatis regimine destituto, due electiones, una videlicet de te tunc de Gressio, et alia de Johanne de Calvomonte prioratuum prioribus et ejusdem monasterii canonicis, ad regimen abbatie ipsius per canonicos ejusdem monasterii fuerunt in discordia celebrate. Hujusmodi autem electionum negotio per appellationem ad sedem apostolicam legitime devoluto, felicis recordationis Honorius papa quartus predecessor noster, in ipsius conspectu prius hujusmodi negotio agitato et in illo coram ipso a partibus lite legitime contestata, dilectum filium nostrum J. Sancte Marie in Via lata diaconum cardinalem dedit in dicto negotio partibus auditorem et tandem tu et prior ipse de Calvomonte, tam coram dicto predecessore nostro et ejus fratribus, quam coram eodem auditore in judicio consensistis, ut, si tu examinatus reperireris in litteratura sufficiens, oppositiones et objectiones hinc et inde cessarent et deberet de te celebrata electio confirmari, sicque nobis, dum essemus in statu minori constituti, ac bone memorie H. tituli Sancti Laurentii in Lucina presbytero et eodem J. cardinalibus ad examinationem hujusmodi tue electionis, a predecessore ipso deputatis, cum post examinationem diligentem super hoc factam a nobis et ab H. et J. cardinalibus memoratis in litteratura repertus fuisses sufficienter ydoneus, ad dignitatem seu regimen hujusmodi obtinendum, dictus predecessor, quia per relationem fidelem ad hoc subsecutam et alias sibi constitit prefatam electionem tuam fuisse canonicam, illam de fratrum ipsorum consilio auctoritate apostolica confirmavit, sed antequam benedictionis munus tibi fuisset impensum, predecessor ipse debitum nature persolvit. Nosque postmodum ad apicem summi apostolatus as-

sumpti tibi benedictionis munus propriis manibus duximus impendendum... Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, XIIII kalendas aprilis, anno primo. »

In e. m. conventui monasterii S. Johannis Senonensis mandat quatenus eidem abbati debitam obedientiam praebeat. Dat. ut supra.

14 Saint-Pierre, 18 mars 1288.

De pecunia decimarum in Norweyae, Datiae et Suetiae regnis collectarum. (Reg. 44, c. 8, f. 3 v°.)

Huguitioni plebano plebis de Castellione, Aretine diocesis, capellano nostro, collectori decime in Norweye, Datie et Suetie regnis Terre Sancte subsidio deputate, mandat quatenus totam pecuniam infradictam apud Davançatum Francisci et Raynerium Johannis, de societatibus infradictis vel alicui socio deponat. Ei praeterea inhibet ne regi Norweyae differat praesentare litteras quae huic ab ipso Nicolao diriguntur, « ut decimam per bone memorie Bernardum archiepiscopum Arelatensem, olim Remensem canonicum, et in regnis predictis per sedem apostolicam collectorem ipsius decime deputatum, depositam apud eum et totam summam pecunie que ad cameram dicti regis de quadam vicesima seu centesima olim per sedem apostolicam eidem Terre Sancte concessa, dicitur pervenisse, » ipsi Huguitioni restitui faciat.

Antea eidem Huguitioni Honorius papa IIII mandaverat ut totam pecuniam quam de decima in Norweyae, Datiae et Suetiae regnis Terrae Sanctae subsidio deputata, necnon legatis, redemptionibus votorum et obventionibus quibuscumque collectam inveniret, certis de Thomasii et Lapi Hugonis, Spinae ac Alfanorum societatibus, mercatoribus et civibus florentinis, seu alicui socio vel procuratori deponeret inter societates easdem portionibus dividendam. Sed ille modicam pecuniae quantitatem collegisse dixit et ipsam pecuniam collectam penes illos deponere distulit.

« Precurrentis fame relatibusque... — Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, XV kalendas aprilis, anno primo. »

15 Saint-Pierre, 18 mars 1288.

De pecunia decimarum in Norweyae, Datiae et Suetiae regnis collectarum. (Reg. 44, c. 9, f. 4 r°.)

Carissimo in Christo filio.. regi Norweye illustri. Eum rogat ut supradicto (1) Huguitioni remittat pecuniam a praedicto Bernardo ad cameram regiam depositam.

« Assumpti nuper ad... — Dat. ut supra. »

16 Saint-Pierre, 19 mars 1288.

Licentia confirmandi electionem abbatis monasterii S. Benedicti. (Reg. 44, c. 10, f. 4 r°.)

Venerabili fratri G. episcopo Sabinensi, apostolice sedis legato, dat licentiam confirmandi electionem Mathaei de Agrigento, quem tunc monachum ecclesiae Montisregalis, priorem ejusdem ecclesiae in Bitecto et capellanum episcopi Tusculani, omnes monachi monasterii S. Benedicti Barensis, ordinis S. Benedicti, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, excepto fratre Petro de Baro, qui nominaverat alterum, post mortem quondam abbatis Margarati, per viam scrutinii cujus scrutatores fuerunt Jannocoarus et Silvester de Baro, monachi ipsius monasterii, elegerant abbatem, et cujus electionem hujusmodi praedictus episcopus Sabinensis noluerat confirmare, quod ipse Mathaeus erat Syculus natione.

« Nuper ad audientiam... — Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, XIIII kalendas aprilis, anno primo. »

17 Latran, 22 mars 1288.

Traditio pallei. (Reg. 44, c. 11, f. 4 v°; Potth., 22620.)

Venerabili fratri J. Nidrosiensi electo, olim episcopo Hamarensi, significat se per Thobergum et Thobernum, Nidrosienses canonicos, mittere palleum ab.. Asloensi et.. Stavangrensi episcopis ei tradendum.

« Nuper ex parte... — Dat. Laterani, XI kalendas aprilis, anno primo. »

18 Latran, 22 mars 1288.

Ut supra. (Reg. 44, c. 12, f. 4 v°; Potth., 22621.)

Venerabilibus fratribus.. Asloensi et.. Stavangrensi episcopis mandat ut palleum de manibus Thobergi et Thoberni receptum J. electo Nidrosiensi assignent.

« Nuper ex parte... — Dat. ut supra. »

19 Latran, 22 mars 1288.

Ut supra. (Reg. 44, c. 13, f. 4 v°; Potth., 22622.)

Dilectis filiis Thobergo et Thoberno, canonicis Nidrosien-

(1) Cf. la bulle précédente.

sibus, mandat quatenus ad.. Asloensem et.. Stavangrensem episcopos personaliter accedentes palleum J. electo Nidrosiensi tradendum praesentent.

« Nuper ex parte... — Dat. ut supra. »

20 Saint-Pierre, 10 avril 1288.

Dispensatio visitandi limina apostolorum. (Reg. 44, c. 14, f. 5 r°.)

Venerabili fratri P. episcopo Salamantino. Eum absolvit de juramento, prout moris est, corporaliter praestito, quo promisit se apostolorum limina singulis trienniis visitaturum, licet ecclesia ipsa Salamantina privilegium exceptionis non habeat, sed jurisdictioni Compostellani archiepiscopi, qui est pro tempore, sit subjecta.

« Ex parte tua... — Dat. Rome, apud S. Petrum, IIII idus aprilis, anno primo. »

21-25 Saint-Pierre, 10 avril 1288.

Licentiae testamentum condendi. (Reg. 44, c. 15, f. 5 r°; Potth., 22646.)

Eidem licentiam concedit testamentum condendi.

« Quia presentis vite... — Dat. ut supra. »

Rieti, 3 juin 1288.

In e. m. pro Symbaldo episcopo Melfiensi. Dat. Reate, III nonas junii, anno primo (1).

Saint-Pierre, 9 avril 1288.

In e. m. pro B. episcopo Eugubino. Dat. Romae, apud S. Petrum, V idus aprilis, anno primo (1).

Latran, 23 mars 1288.

In e. m. pro Johanne episcopo Lamecensi. Dat. Laterani, X kalendas aprilis, anno primo (1).

Saint-Pierre, 24 avril 1288.

In e. m. pro A. episcopo Aversano. Dat. Romae, apud S. Petrum, VIII kalendas maii, anno primo (1).

26 Saint-Pierre, 5 avril 1288.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 44, c. 16, f. 5 r°.)

Dilecto filio Martino, nato clare memorie Alfonsi regis Castelle, canonico Ispalensi. Cum eo dispensat, ut non obstante defectu natalium quem de conjugato genitus et soluta patitur, in suscepto ordine ministrare, et omnes alios ordines et alia beneficia, etiam si curam habeant animarum, recipere possit, « constitutione vel consuetudine quibus in Palentina et quibusdam aliis ecclesiis illarum partium dicitur esse cautum, ut nullus de illegitimo matrimonio procreatus, etiam si sit cum eo super defectu natalium suorum per sedem apostolicam dispensatum, ad canonicatus et prebendas seu alia beneficia ipsarum ecclesiarum admittatur, nequaquam obstantibus »... Ita tamen quod episcopalem dignitatem nequaquam recipiat absque mandato sedis apostolicae speciali.

« Apostolice sedis benignitas... — Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, nonis aprilis, anno primo. »

27-33 Saint-Pierre, 10 avril 1288.

Confirmatur electio Dunkeldensis episcopi, cui munus consecrationis impenditur. (Reg. 44, c. 17, f. 5 r°.)

Venerabili fratri Mattheo episcopo Dunkeldensi. Ejus confirmat electionem, per quinque ex Dunkeldensibus canonicis factam, videlicet ipsum Matthaeum, tunc Aberdonensem decanum, Symonem Dunkeldensem decanum, Gregorium S. Andreae et Guillelmum Thessidaliae in ecclesia Glasgwensi archidiaconos, ac Thomam de Prestona, canonicos Dunkeldenses, quibus provisionem ad hoc, post mortem Willelmi, quondam Dunkeldensis episcopi, alii ejusdem ecclesiae canonici commiserant; quae electio per B. Portuensem episcopum, Comitem tituli SS. Marcellini et Petri presbyterum et Benedictum S. Nicolai in Carcere Tulliano diaconum cardinales examinata fuit. Eidem Matthaeo munus consecrationis impendit.

« Onerosa pastoralis officii... — Dat. Rome, apud S. Petrum, IIII idus aprilis, anno primo. »

In e. m. .. decano et capitulo Dunkeldensibus mandat quatenus eidem episcopo debitam reverentiam praebeant.

In e. m. clero civitatis et dioecesis Dunkeldensis.

In e. m. populo civitatis et dioecesis Dunkeldensis.

In e. m. universis vassallis ecclesiae Dunkeldensis mandat quatenus eidem episcopo debita servitia et fidelitatis juramenta exhibeant.

In e. m. .. S. Andreae et .. Glasgwensi episcopis ac aliis ecclesiae praelatis et custodibus regni Scotiae. Eos hortatur quatenus se eidem episcopo favorabiles exhibeant.

In e. m. Margaretae natae .. regis Norwejae (Potth., 22647).

(1) Ecrit en marge.

34-36 Saint-Pierre, 11 avril 1288.

Philippus praeficitur in abbatem monasteriis SS. Andreae et Silvestri de Monte Siracti in flumine. (Reg. 44, c. 18, f. 5 v°.)

Dilecto filio Philippo SS. Andree et Silvestri de Monte Siracti in flumine abbati monasteriorum, quorum unus dependet ab altero, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentium, ordinis S. Benedicti, Castellane (1) *diocesis.* Eum tunc hospitalarium monasterii Sublacensis praeficit in abbatem praedictis monasteriis, a quibus Nicolaum quondam abbatem Honorius papa IIII, post inquisitionem per P. Viterbiensem, tunc Anconitanum, episcopum factam, vivae vocis oraculo amovit.

« Licet continuata supervenientium... — Dat. Rome, apud S. Petrum, III idus aprilis, anno primo. »

In e. m. .. priori et conventui praedictorum monasteriorum mandat quatenus praedicto abbati debitam obedientiam praebeant. Dat. ut supra.

In e. m. universis vassallis praedictorum monasteriorum mandat quatenus eidem abbati debita fidelitatis juramenta et servitia praebeant. Dat. ut supra.

37-41 Saint-Pierre, 11 avril 1288.

Johannes, abbas monasterii S. Johannis Senonensis, praeficitur in episcopum Meldensi ecclesiae. (Reg. 44, c. 7, f. 3 v°; Lap. du Theil, f. 3.)

Johanni, abbati monasterii S. Johannis Senonensis, ordinis S. Augustini. « Inter cetera que summi nobis dispositione pastoris sunt peragenda commissa illud per utile fore conspicimus, ut ecclesiarum regimen illis committamus pastoribus, per quorum industriam et sollicitudinem spiritualibus et temporalibus votivis proficiant incrementis, ad quod, prout ex alto nobis permittitur, intentis intendimus mentibus totisque viribus vigilamus. Dudum siquidem Meldensi ecclesia, per obitum bone memorie Johannis Meldensis episcopi, pastoris solatio destituta, dilectus filius capitulum ejusdem ecclesie ad providendum eidem ecclesie de pastore certa die prefixa, vocatis omnibus qui voluerunt, debuerunt et potuerunt comode interesse, insimul convenerunt et tandem nonnullis tractatibus qui effectum non habuerunt premissis, per viam scrutinii ad electionem pastoris procedentes dilectos filios magistros Petrum de Barra, Guillelmum ad Fambas, et Florentium de Varennis, canonicos ejusdem ecclesie, suorum et aliorum concanonicorum suorum scrutatores votorum concorditer elegerunt. Iidem vero scrutatores secedentes in partem, ac suis et aliorum canonicorum predictorum singulorum votis secreto ac singillatim diligentius perscrutatis, illa publicarunt illico in communi, et comperto demum quod major et sanior pars canonicorum ipsorum, facta collatione numeri ad numerum, zeli ad zelum, meriti ad meritum, in te tunc ejusdem ecclesie cantorem consenserant, magister Petrus, decanus Meldensis, de consensu et mandato dictorum scrutatorum et omnium qui in te consenserant, suo et ipsorum nomine, te in ejusdem ecclesie Meldensis elegit episcopum et pastorem, tuque postmodum electioni hujusmodi de te facte ad ipsorum instantiam consensisti. Hujusmodi vero electionis negotio per appellationem magistri Guidonis de Hugoto, ejusdem ecclesie canonici, se electioni hujusmodi opponentis, ad sedem apostolicam devoluto ac exinde Guidone predicto appellationi hujusmodi renuntiante, necnon et Angelo de Urbe, prefate ecclesie canonico, qui se tibi jam in romana curia constituto super electione hujusmodi facta de te (se) opposuit, ab oppositione hujusmodi libere desistente, ac eisdem Guidone et Angelo acceptantibus et approbantibus electionem hujusmodi de te factam. Nos tam ipsius electionis decretum quam personam tuam per venerabilem fratrem B. Portuensem episcopum et dilectos filios nostros Comitem, tituli Sanctorum Petri et Marcellini presbyterum, ac Jacobum Sancte Marie in Via lata diaconum cardinales examinari fecimus diligenter. Et tandem quia electionem ipsam invenimus de te videlicet persona ydonea canonice celebratam, ipsam de predictorum et aliorum fratrum nostrorum consilio duximus confirmandam, preficientes te ipsi ecclesie Meldensi in episcopum et pastorem, curam et administrationem illius tibi in spiritualibus et temporalibus committendo, ac subsequenter tibi consecrationis munus nostris manibus duximus impendendum, firma concepta fiducia quod, dirigente Domino actus tuos, ecclesia ipsa per tue circumspectionis industriam in spiritualibus et temporalibus prospere dirigetur et salubria dante Domino suscipiet incrementa. Reverenter ergo suscipe jugum Domini et suavi ejus oneri colla flecte prefate Meldensis ecclesie sollicite curam gerens, gregem dominicum in ea tibi commissum doctrina verbi et operis informando, ita quod per tue diligentie studium ecclesia ipsa votivis proficere comodis et optatis consurgere valeat incrementis. Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, III idus aprilis, anno primo. »

In e. m. capitulo Meldensi mandat quatenus eidem episcopo debitam obedientiam praebeat.

In e. m. clero civitatis et dioecesis Meldensis.

In e. m. universis ecclesiae Meldensis vassallis mandat quatenus eidem episcopo solita fidelitatis juramenta et servitia praebeant.

(1) Lisez *Civitatis-Castellane*.

« In e. m. carissimo in Christo regi Francorum illustri, etc. usque incrementis. Quare celsitudinem regiam paterno rogamus et hortamur affectu quatenus eundem episcopum et ecclesiam Meldensem prefatam pro nostra et apostolice sedis reverentia habens propensius commendatos, sic te eidem episcopo favorabilem exhibeas et benignum, ac ipsum et eandem ecclesiam benevolentie tue gratia prosequaris, quod ipse regiis fultus presidiis commissum sibi regimen facilius et efficatius prosequatur, et nos magnificentiam tuam dignis laudibus in Domino attollamus. Dat. ut supra. »

42-45 Saint-Pierre, 17 avril 1288.

J. praeficitur in episcopum ecclesiae Perusinae. (Reg. 44, c. 20, f. 6 v°.)

Dilecto filio J. electo Perusino. Eum, tunc archidiaconum Aquilegensem, capellanum ipsius papae, praeficit ecclesiae Perusinae in episcopum.

Post obitum Bernardi quondam Perusini episcopi, contigit duas electiones in eadem ecclesia, unam de Libriaco archipresbytero ipsius ecclesiae, alteram de Ranerio, abbate monasterii S. Petri Perusini, a capitulo in discordia celebrari, quarum electionum suae consensit dictus archipresbyterus ejusque confirmationem sollicitavit, sed postmodum eidem renuntiavit; dictus vero abbas nec praefatae electioni de se factae consensit nec pro ipsius electionis confirmatione petenda infra tempus ad hoc a jure statutum ad sedem praedictam venit seu aliquem destinavit.

« In supreme dignitatis... — Dat. Rome, apud S. Petrum, xv kalendas maii, anno primo. »

In e. m. .. archipresbytero et capitulo ecclesiae Perusinae mandat quatenus eidem electo debitam obedientiam praebeant.

In e. m. clero civitatis et dioecesis Perusinae.

In e. m. populo civitatis et dioecesis Perusinae.

46-48 Saint-Pierre, 11 avril 1288.

Mathaeus praeficitur in abbatem monasterio SS. Andreae et Gregorii in Clivo Scauri de Urbe. (Reg. 44, c. 21, f. 7 r°.)

Dilecto filio fratri Matheo, abbati monasterii SS. Andree et Gregorii in Clivo Scauri de Urbe ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti. Eum praeficit in abbatem praedicto monasterio.

Post mortem Octaviani, ejusdem monasterii quondam abbatis, .. prior et conventus, sede apostolica per obitum Honorii IIII vacante, a collegio cardinalium licentiam postularant, quam obtinere nequerunt, ut hi dicto monasterio providere dignarentur.

« Dum attente considerationis... — Dat. Rome, apud S. Petrum, III idus aprilis, anno primo. »

In e. m. .. priori et conventui praedicti monasterii mandat quatenus eidem abbati debitam obedientiam praebeant.

In e. m. universis vassallis praedicti monasterii mandat quatenus eidem abbati solita fidelitatis juramenta et servitia praebeant.

49 Saint-Pierre, 13 avril 1288.

Raginaldo, abbati monasterii S. Florentii Salmuriensis, facultatem concedit retinendi usque ad quinquennium tres ex prioratibus praedicto monasterio subjectis et eorum proventus convertendi ad constructionem pontis lapidei super flumen Ligeris, juxta Salmurium. (Reg. 44, c. 22, f. 7 r°; Lap. du Theil, I, 7.)

Raginaldo, abbati monasterii Sancti Florentii Salmuriensis, ordinis S. Benedicti, Andegavensis diocesis. « ... Sane petitio tua nobis exhibita continebat quod pro constitutione pontis lapidei quem dudum predecessores tui, abbates dicti monasterii, juxta Salmurium, super flumen Ligeris construere inceperunt opere plurimum sumptuoso, quod debet dicti monasterii sumptibus consumari, teneris quingentas libras Turonensium seu Andegavensium expendere annuatim. Nos itaque congruum extimantes aliquod tibi ab apostolica sede subsidium provenire, per quod expensas hujusmodi facilius valeas supportare, tuis supplicationibus inclinati, retinendi ad manus tuas usque ad quinquennium tres ex prioratibus monasterio predicto subjectis, in quibus abbas ipsius monasterii, qui est pro tempore, priores ponit et exinde amovet pro sue libito voluntatis, fructusque, redditus et proventus prioratuum eorumdem in opus hujusmodi convertendi, ita tamen quod iidem prioratus debitis obsequiis non fraudentur nec consuetus numerus monachorum in ipsis Domino famulantium propterea minuatur, sed nichilominus integer conservetur, et ipsis monachis vite necessaria more solito ministrentur, necnon contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendi plenam et liberam tibi concedimus tenore presentium facultatem... »

« Inducimur meritis religionis... — Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, idibus aprilis, anno primo. »

50 Saint-Pierre, 17 avril 1288.

De munere benedictionis impendendo Rolando, electo monasterii S. Petri in Coelo Aureo, Papiensis dioecesis. (Reg. 44, c. 23, f. 7 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Novariensi mandat quatenus Rolando, electo monasterii S. Petri in Coelo Aureo, Papiensis dioecesis, cujus electionem .. praepositus Sanctae Agathae, Florius de Douaria, Michaelis de Summo, canonici ecclesiae Cremonensis, examinarunt et confirmarunt, benedictionis munus impendat.

« Ex parte dilecti... — Dat. Rome, apud S. Petrum, xv kalendas maii, anno primo. »

51-52 Saint-Pierre, 9 avril 1288.

Bernardus praeficitur in praepositum ecclesiae Sanctae Agathae. (Reg. 44, c. 24, f. 7 v°.)

Dilecto filio fratri Bernardo preposito ecclesie Sancte Agathe Cremonensis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Augustini. Eum, tunc canonicum praedictae ecclesiae, eidem in praepositum praeficit.

Is post mortem Anselmi, quondam praepositi dictae ecclesiae, electus fuerat a capitulo sed ejus electio examinata per B. episcopum Portuensem, Comitem tituli SS. Marcellini et Petri presbyterum et Benedictum S. Nicolai in Carcere Tulliano diaconum cardinales, irritata fuerat.

« Officii nostri debitum... — Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, v idus aprilis, anno primo. »

In e. m. capitulo ecclesiae Sanctae Agathae Cremonensis mandat quatenus praedicto praeposito debitam obedientiam praebeat. Dat. ut supra.

53 Saint-Pierre, 27 avril 1288.

Pro correctione et reformatione monasterii S. Petri de Massa, Montis Neronis, ordinis S. Benedicti, Callensis dioecesis. (Reg. 44, c. 25, f. 7 v°.)

Dilecto filio .. priori monasterii Heremi Sancte Crucis, Fontis Avellini, per priorem soliti gubernari, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, mandat quatenus personaliter ad monasterium S. Petri de Massa, Montis Neronis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, Callensis dioecesis, accedens idem corrigat et reformet tam in capite quam in membris.

« Habentes in desideriis... — Dat. Rome, apud S. Petrum, v kalendas maii, anno primo. »

54-59 Saint-Pierre, 23 avril 1288.

Franciscus praeficitur in archiepiscopum ecclesiae Messanensi. (Reg. 44, c. 26, f. 8 r°.)

Dilecto filio Francisco, capellano nostro, electo Messanensi. Eum Messanensi ecclesiae in archiepiscopum praeficit.

Vacante apostolica sede per mortem Honorii papae IIII, dictus Franciscus, post mortem Raynaldi quondam archiepiscopi Messanensis, electus fuerat in archiepiscopum Messanensem a canonicis tunc existentibus in regno Siciliae, sed eadem electio, quia M. papa, « ante vacationem ecclesie supradicte, omnes prelaturas insule Sicilie vacantes vel vacaturas, regni ipsius turbatione durante, donationi sedis apostolice reservavit » cassata fuerat.

« Militanti ecclesie disponente... — Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, viiii kalendas maii, anno primo. »

In e. m. capitulo ecclesiae Messanensis mandat quatenus eidem electo debitam obedientiam praebeat.

In e. m. clero civitatis et dioecesis Messanensis.

In e. m. suffraganeis ecclesiae Messanensis.

In e. m. Straticoto et universitati hominum Messanensium. Spem consilii sanioris...

In e. m. universis vassallis ecclesiae Messanensis. Spem consilii sanioris... Eis mandat quatenus eidem electo solita fidelitatis juramenta et servitia praebeant.

60 Saint-Pierre, 5 mai 1288.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 27, f. 8 r°.)

Dilecto filio nobili viro Forensi Bonacursi, ac dilecte in Christo filie nobili mulieri Jacobe, nate nobilis viri comitis Guidonis Novelli, uxori ejus, civibus florentinis. Cum eis dispensat ut, non obstante quarto consanguinitatis gradu, quo conjuncti sunt, in matrimonio quod hujus impedimenti ignari olim contraxerunt, remanere valeant.

« Cum summus pontifex... — Dat. Rome, apud S. Petrum, iii nonas maii, anno primo. »

61 Saint-Pierre, 1er mai 1288.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 28, f. 8 v°.)

Venerabili fratri.. archiepiscopo Eboracensi committit

quatenus cum Thoma de Multona milite et Margareta, praedictae dioecesis, dispensare valeat, ut hi in matrimonio quod olim contraxerunt et in quo filios procrearunt, ignorantes « quod quondam Ysabella uxor dicti Thome, dum viveret, eidem Margarete in quarta consanguinitatis linea attinebat » remanere possint.

« Intenta salutis operibus... — Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, kalendis maii, anno primo. »

62 Saint-Pierre, 26 avril 1288.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 29, f. 8 v°.)

Eidem committit quatenus cum Johanne de Beaumundo et Agnete, dictae dioecesis, dispensare valeat, ut in matrimonio quod olim contraxerunt et in quo filios procrearunt, quum ignorarent se quarto gradu consanguinitatis conjunctos esse, remanere possint.

« Intenta salutis operibus... — Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, VI kalendas maii, anno primo. »

63 Saint-Pierre, 5 mai 1288.

Johanni, electo Perusino, conceditur ut diaconalem et presbyteralem ordines, et postmodum consecrationis munus recipere valeat. (Reg. 44, c. 30, f. 8 v°.)

Dilecto filio Johanni, electo Perusino. « Cum te nuper in subdiaconatus ordine constitutum ecclesie Perusine, tunc pastore carenti, de fratrum nostrorum consensu prefecerimus in episcopum et pastorem, devotioni tue, ut a quocumque volueris catholico episcopo, gratiam et communionem apostolice sedis habente, in diaconum et presbyterum te possis facere statutis temporibus promoveri; et postquam ad predictos ordines fueris rite promotus, quivis talis episcopus, a te super hoc humiliter requisitus, ascitis sibi duobus vel tribus aliis episcopis, consecrationis munus vice nostra tibi valeat impertiri, auctoritate presentium duximus concedendum. Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, III nonis maii, anno primo. »

64 Rieti, 13 mai 1288.

Ut, cum generalis ministri ordinis fratrum minorum electio fuerit facienda, custodes uniuscujusque provinciae unum ex ipsis constituant, et ei vices suas committant, ipsumque ad locum in quo electio fuerit celebranda transmittant, hicque unam vocem dumtaxat habeat. (Reg. 44, c. 31, f. 8 v°; Potth., 22705.)

Dilectis filiis.. generali et provincialibus ministris ac universis fratribus ordinis fratrum minorum. «... Exposuit siquidem nobis vestre devotionis humilitas quod in beati Francisci regula inter cetera continetur, quod generalis ministri ordinis ejusdem electio a ministris et custodibus provincialibus celebretur. Cumque ab ipsius ordinis fratribus olim, vivente adhuc felicis recordationis Gregorio papa nono, predecessore nostro, revocaretur in dubium utrum universos ordinis memorati custodes electioni hujusmodi oporteret personaliter interesse, dictus predecessor super hoc ab eisdem fratribus requisitus, declarando respondit, ut singularum provintiarum custodes unum ex se ipsis constituant eique super hoc committant communiter vices suas; similis quoque responsionis oraculum, a pie memorie Nicolao papa III, predecessore nostro, extitit in hac parte prolatum. Verum quia in generali ordinis supradicti capitulo, in Montepesulano, Magalonensis diocesis, nuperrime celebrato, de hujusmodi dubitationis articulo expressa, ut dicitur, mentio facta fuit; nos nolentes ut super hoc aliqua possit ulterius dubitatio suboriri, apostolica auctoritate declarando statuimus, et statuendo etiam declaramus, ut cum hujusmodi electio fuerit facienda, custodes uniuscujusque provincie unum ex se ipsis constituant, et ei vices suas committant, ipsumque ad locum in quo electio eadem tunc fuerit celebranda transmittant, isque qui sic ab ipsis custodibus constitutus extiterit, unam vocem dumtaxat pro se et eis omnibus habeat et intelligatur habere, ac pro una voce tantummodo ab aliis admittatur, presertim cum hoc a prefati Gregorii predecessoris tempore usque nunc fuerit observatum; quod si etiam custodes illius provincie, in qua hujusmodi debebat electio celebrari, presentes aderant in loco ad hoc tunc temporis deputato, non omnes ad eandem fuerunt electionem admissi, sed unus ipsorum tunc ab eis communiter constitutus, pro ipsis omnibus admissus extitit ad eandem, pro se ac eis unam vocem tantummodo habiturus, et sic volumus in posterum observari. Nulli ergo etc. Nostre declarationis et statuti etc.

« Ad statum pacificum... — Dat. Reate, III idus maii, anno primo. »

65 Rieti, 13 mai 1288.

Ne ordinis fratrum minorum de cetero provinciarum divisio vel novarum provinciarum multiplicatio absque Romani pontificis licentia fiat. (Reg. 44, c. 32, f. 9 r°; Potth., 22706.)

Eisdem inhibet ne in futurum provinciarum ipsorum ordinis « distinctio seu divisio, vel novarum provinciarum multiplicatio, absque pontificis Romani presentia et ipsius licentia speciali, per ejus patentes litteras concedenda facientes plenam et expressam de hujusmodi statuto, ordinatione ac inhibitione, necnon et de nomine dilecti filii nostri M. Sancte Marie in Porticu diaconi cardinalis, cui gubernatio, protectio et correctio fratrum vestri ordinis per sedem apostolicam sunt commisse, vel ejus cui eas committi contigerit in futurum quomodolibet presumatur. »

« Quia provinciarum ordinis... — Dat. ut supra. »

66 Saint-Pierre, 30 avril 1288.

Ordini fratrum minorum exceptionis privilegium conceditur. (Reg. 44, c. 33, f. 9 r°; Potth., 22697.)

Eisdem. Eorum bona mobilia et immobilia, praesentia et futura exceptionis privilegio gauderi decernit.

« Quia nonnulli qui... — Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, II kalendas maii, anno primo. »

67 Saint-Pierre, 30 avril 1288.

Prohibetur ne quis ordo, adhuc non existens Assisii, in eadem civitate acquirere vel aedificare in futurum valeat. (Reg. 44, c. 34, f. 9 r°; Potth., 22694.)

Dilectis filiis.. ministro provincie et.. custodi Sancti Francisci, ac fratribus ordinis fratrum minorum de Asisio. Statuit et ordinat ut « nulli omnino mulierum mendicantium vel non mendicantiun seu aliarum quarumlibet, aut religiosorum mendicantium ordini liceat oratorium, monasterium, ecclesiam vel locum religiosum in civitate predicta vel ejus suburbiis, seu etiam extra ipsa, infra ducentarum cannarum spatium, quocumque modo habere; quodque nullus penitus de ordinibus non mendicantibus possit in civitate ac suburbiis memoratis, seu extra illa, infra predictum spatium » de novo acquirere vel aedificare. Ordinibus autem non mendicantibus qui loca religiosa in civitate ac suburbiis praedictis ad praesens habent, ea tenere liceat, ac etiam in eis aedificare et habere conventum sui dumtaxat ordinis.

« Dum sollicite considerationis... — Dat. ut supra. »

68 Saint-Pierre, 30 avril 1288.

Eaedem litterae ut supra. (Reg. 44, c. 35, f. 9 v°; Potth., 22694.)

Dilectis in Christo filiabus.. abbatisse et conventui monasterii Sancte Clare de Asisio.

« Dum sollicite considerationis... — Ut supra. »

69 Rieti, 14 mai 1288.

Ne post generalis ministri ordinis fratrum minorum obitum vicarius generalis absque Romani pontificis licentia constituatur. (Reg. 44, c. 36, f. 9 v°; Potth., 22708.)

Dilectis filiis.. generalibus et provincialibus ministris ac universis fratribus ordinis fratrum minorum inhibet ne generalis ordinis supradicti vicarius, nullo generali existente ministro, aliquatenus constituatur vel etiam assumatur absque Romani pontificis et M. Sanctae Mariae in Porticu diaconi cardinalis, cui gubernatio, protectio et correctio fratrum ejusdem ordinis, per sedem apostolicam sunt commissae, vel ejus cui eas in futurum committi contigerit, licentia speciali, per ipsius Romani pontificis patentes litteras concedenda.

« Quoniam revocatur a... — Dat. Reate, II idus maii, anno primo. »

70 Rieti, 14 mai 1288.

Ne fratres ordinis fratrum minorum, qui post professionem factam ad alios ordines transiverint, ad nullam administrationem vel dignitatem assumi possint. (Reg. 44, c. 37, f. 9 v°; Potth., 22707.)

Eisdem. « In vestri ordinis regula, per sedem apostolicam confirmata, inter cetera continetur, quod eam professis de ipsa egredi nullo modo licebit, nec vobis licentiandi et absolvendi ab ordine ipso potestas tribuitur ex regula supradicta. Sed nonnulli ordinis vestri fratres post factam in ipso professionem ab eis infirmitate mentita, et aliis confectis mendaciis, ac per malignitatis astutias, occasionibus variis adinventis, et ambitionibus crescentibus in eisdem, a superioribus suis interdum exeundi de ordine ipso licentiam postulant, eamque obtinent ab eisdem. Interdum vero illicentiati exeunt de eodem, ad alios ordines convolantes, in quibus ad dignitates, prelaturas et officia assumuntur, non sine proprie salutis dispendio, et derogatione non modica honestatis ordinis memorati... »

Inhibet igitur papa ne fratres praedicti ordinis fratrum minorum qui post professionem ab ipsis in ordine factam, ad quoscumque alios ordines, obtenta vel non obtenta a superioribus suis licentia, transierunt vel transierint, « ad nullam omnino administrationem vel

officium curam animarum habentia, nec etiam ad aliquam dignitatem, vel prelaturam, seu personatum quoquomodo possint assumi absque apostolice sedis speciali et expressa licentia. »

« In vestri ordinis... — Dat. Reate, ut supra. »

71 Rieti, 14 mai 1288.

Exemptio interdicti pro fratribus ordinis minorum de Assisio. (Reg. 44, c. 38, f. 10 r°; Potth., 22709.)

Dilectis filiis.. ministro provincie ac.. custodi Sancti Francisci, et fratribus ordinis fratrum minorum de Asisio, concedit ut nullus ecclesiam eorum, quae in civitate Assisii in honore sancti Francisci fundata est, vel locum aut pertinentia ejus, interdicto, sine expresso sedis apostolicae mandato, supponere valeat; et ut ipsi, cujuslibet interdicti tempore, clausis januis, interdictis et excommunicatis exclusis, celebrare divina et alta voce cantare, ac alia ecclesiastica sacramenta recipere possint.

« Preclara gloriosissimi confessoris... — Dat. ut supra. »

72 Rieti, 14 mai 1288.

Idem privilegium ut supra. (Reg. 44, c. 39, f. 10 r°; Potth., 22710.)

Dilectis filiis.. ministro provincie Beati Francisci.. guardiano et fratribus ordinis fratrum minorum ecclesie Sancte Marie de Portiuncula prope Asisium.

« Summe devotionis affectus... — Dat. ut supra. »

73 Rieti, 14 mai 1288.

Mandat ut oblationes quae fiunt in ecclesiis S. Francisci de Assisio et Sanctae Mariae de Portiuncula in usus ipsarum ecclesiarum et fratrum convertantur. (Reg. 44, c. 40, f. 10 r°; Potth., 22711) (1).

Dilectis filiis.. ministro provincie et.. custodi Beati Francisci mandat quatenus « omnia que in quibuscumque pecuniis seu monetis » in ecclesiis Beati Francisci de Assisio et Sanctae Mariae de Portiuncula a christifidelibus offeruntur, per quasdam personas de praedictorum ordine non existentes colligi faciant et custodiri « in conservationem ejusdem ecclesie Sancti Francisci ac subventionem fratrum ad ecclesias confluentium supradictas. »

« Reducentes ad sedule... — Dat ut supra. »

(1) Il s'est glissé ici, dans les *Regesta* de Potthast, une double erreur. D'abord, ils renvoient pour cette lettre à *Sbaralea, Bull. praed.*, IV, p. 22, n° 28, au lieu de IV, p. 23, n° 29. (Au contraire la bulle suivante, pour laquelle Pot., 22712, renvoie à la page 23, n° 29, est le n° 28 de la page 22). La seconde erreur est répétée de Sbaraglia qui date cette lettre du 15 mai tandis qu'elle est du 14.

74 Rieti, 14 mai 1288.

De oblationibus in ecclesiis S. Francisci de Assisio et Sanctae Mariae de Portiuncula factis. (Reg. 44, c. 41, f. 10 r°; Potth., 22712.)

Dilectis filiis.. generali ordinis fratrum minorum et.. provincie Sancti Francisci ministris committit ut de oblationibus, seu eleemosynis supradictis (1) possint de discretorum fratrum ejusdem ecclesiae Sancti Francisci consilio facere conservari, reparari, aedificari, emendari, ampliari, aptari et ornari ecclesias S. Francisci de Assisio et Sanctae Mariae de Portiuncula. Ac si aliquod de oblationibus et eleemosynis praelibatis residuum fuerit, hoc in necessitates fratrum ad ecclesias et loca confluentium praelibata, et eorum etiam qui commorantur inibi cum integritate converti faciant.

« Reducentes ad sedule... — Dat. ut supra. »

75 Rieti, 18 mai 1288.

Januensibus licentiam concedit communicandi, victualium obtinendorum causa, cum Siculis. (Reg. 44, c. 42, f. 10 v°; Potth., 22715.)

Dilectis filiis.. potestati.. capitaneis, consiliariis et communi Januensibus indulget, usque ad sedis apostolicae beneplacitum, ne communicantes cum Siculis, victualium ab ipsis obtinendorum causa, excommunicationis sententiam incurrant. Proviso attentius quod nullum alias consilium, auxilium seu favorem ipsis Siculis aut Jacobo regi Aragonum vel ejus complicibus, in iis, pro quibus excommunicati habentur, quomodolibet impendant.

« Olim per sedem... — Dat. Reate, xv kalendas junii, anno primo. »

76 Rieti, 18 mai 1288.

Absolutio pro Januensibus excommunicatis (Reg. 44, c. 43, f. 10 v°; Potth., 22714.)

(1) Cf. la lettre précédente.

Dilectis filiis Jacobo de Varagine (sic) *predicatorum et Rofino de Alexandria minorum fratrum ordinum* mandat ut nonnullos de civitate Januensi, ejusque districtu, qui cum Siculis tunc interdictis, mercimonia exercendo, excommunicationis sententias meruerunt, absolvant, injungendo eis propter hoc poenitentiam salutarem, et quod deinceps Siculis praedictis et Jacobo filio quondam Petri de Aragonia aut eorum fautoribus nullum impendant auxilium, consilium vel favorem.

« Sua nobis dilecti... — Dat. ut supra. »

77 Saint-Pierre, 27 avril 1288.

Monasterio quod Custodia Beatae Mariae virginis nuncupatur, sito in territorio Blesensi, confirmat quod ab apostolicae sedis legato factum est, tam quoad receptionem ipsius monasterii in proprietatem beati Petri, necnon et quoad exemptionem ab omni subjectione quorumlibet ordinariorum, quam quoad censum annuum numerumque monialium statutos per ipsum legatum, et abbatissam eidem monasterio praefectam, et regulam sororibus traditam. (Reg. 44, c. 44, f. 10 v°; Potth., 22684.)

Dilectis in Christo filiabus Juliane abbatisse et conventui monasterii quod Custodia Beate Marie virginis nuncupatur, siti in territorio Blesensi, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis Sancte Clare, Carnotensis diocesis. « Ex parte vestra fuit propositum coram nobis quod olim dilectis in Christo filiabus nobilibus mulieribus Aelidi, quondam Johannis de Castilione, et Johanna filia ipsius Aelidis, quondam Petri nati clare memorie L. regis Francorum, comitum Blesensium, relictis viduis, comitissis Blesensibus, significantibus felicis recordationis Martino pape predecessori nostro, quod dudum prefatus Johannes tunc vivens et eadem Aelidis de salute propria cogitantes ac intendentes in hoc Deo acceptabile servitium exhibere, quoddam monasterium in loco, ubi nunc degitis, in fundo videlicet proprio, de diocesani loci consensu, propriis construxerant sumptibus, affectantes salubriter in eodem monasterio decens esse collegium monialium Domino perpetuo famulantium sub observantia regule, quam sorores monasterii Humilitatis Beate Marie virginis siti juxta Parisius servare noscuntur, quamque dictus predecessor, dum esset in minori officio constitutus, de mandato apostolico duxerat corrigendam, et quod pro substentatione dictarum monialium de bonis propriis redditus annuos usque ad valorem mille librarum Turonensium liberalitate pia et provida assignarant, et in edificatione ipsius monasterii et officinarum ejus quamdam non modicam quantitatem pecunie duxerant expendendam, ac humiliter et instanter ab eodem predecessore petentibus, ut predecessor ipse in supradicto monasterio de Custodia ipsius virginis gloriose juxta piam intentionem eorumdem Johannis et Aelidis hujusmodi decens sororum collegium ordinans, monasterium ipsum sic eximere, quod alicui alii, nisi Romano pontifici, non subesset; necnon eisdem sororibus prefatam regulam tradere de benignitate apostolica dignaretur. Idem predecessor de probata industria dilecti filii nostri J. tituli Sancte Cicilie presbyteri cardinalis, apostolice sedis legati, plenam in Domino fiduciam obtinens, eidem legato suis dedit litteris in mandatis, ut satisfacto primitus ecclesie Carnotensi de temporali commodo, quod, si dictum monasterium remaneret ecclesie jam dicte subjectum, eidem ecclesie proveniret, monasterium ipsum cum personis, juribus et pertinentiis suis in jus et proprietatem beati Petri auctoritate apostolica recipiens, illud ab omni subjectione quorumlibet ordinariorum, ut nulli, nisi apostolice sedi, subjaceret, eximeret auctoritate premissa, statuendo certum censum a monasterio ipso seu personis ejusdem certo termino ipsi sedi solvendum annis singulis, ad indicium hujusmodi libertatis, sicut expedire videretur, congruum quoque sororum collegium inibi ordinaret, ac prefatam regulam sororibus ipsis traderet tam ab eis quam ab omnibus aliis, que in eodem monasterio eis succederent in perpetuum observandam, et quicquid super hoc duceret faciendum, eidem predecessori per suas litteras intimaret. Dictus autem legatus volens mandatum apostolicum exequi reverenter, tam venerabilem fratrem nostrum.. episcopum et dilectos filios.. decanum et capitulum Carnotenses, quos hujusmodi negotium contingebat, quam predictas comitissas idem negotium prosequentes, dicto predecessore vivente, ad suam propter hoc fecit presentiam evocari. Comparentibus itaque procuratoribus partium coram legato predicto, ac memoratis episcopo, decano et capitulo exemptioni hujusmodi se opponentibus, demum idem legatus post varios processus coram eo super hoc habitos inter partes pronuntiavit, suadente justitia, de sapientium consilio, non obstantibus allegationibus episcopi, decani et capituli predictorum, quas frivolas merito reputavit, fore ad exemptionem procedendum predictam, satisfacto primitus eidem ecclesie de predicto commodo temporali. Et deinde dictus legatus, quia sibi plene constitit ipsi ecclesie fuisse de prefato temporali commodo satisfactum, ac eundem episcopum satisfactionem hujusmodi acceptasse, auctoritate predictarum litterarum apostolicarum prefatum monasterium vestrum cum personis, juribus et pertinentiis suis in jus et proprietatem ecclesie romane recepit; illudque ab omni subjectione ordinariorum quorumlibet, ut nulli, nisi

apostolice sedi, subjaceat, eximens, statuit censum unius uncie auri ab eodem monasterio vestro, in festo beati Petri apostolorum principis, ad indicium libertatis hujusmodi, dicte sedi annis singulis persolvendum, facultatibus insuper ac statu ejusdem monasterii vestri provide deliberatione pensatis, in eo quinquaginta sororum collegium ordinavit. Sed quia de ipsius monasterii vestri statu, propter ejus novitatem, certitudo plena nondum haberi poterat, tam apostolice sedi quam sibi super augmentatione vel diminutione hujusmodi sororum numeri potestatem plenariam reservavit, ac eidem monasterio te, filia Juliana, tunc ejusdem monasterii sororem in abbatissam prefecit, cui tibique succedentibus canonice in regimine ipsius monasterii, vos filie conventus et alie sorores, que in eodem monasterio pro tempore fuerint juxta prefate regule observantiam, quam vobis observandam in perpetuum suarum litterarum tenore, auctoritate predicta, tradidit, teneamini cum reverentia obedire. Ac postmodum idem legatus, cum non posset ad ipsum monasterium propter sui corporis infirmitatem accedere, dilectis filiis.. abbati monasterii Sancti Leodomari Blesensis, Carnotensis diocesis, et fratri Riccardo de Columbeio, de ordine minorum, capellano et penitentiario suo, per suas sub certa forma dedit litteras in mandatis, ut ipsi, vel eorum alter, ad dictum monasterium vestrum personaliter accedentes hujusmodi processum, et ordinationem ejusdem legati tam in eodem monasterio quam alias, ubi et quando eis videretur expediens, publicarent, eundem processum executioni debite demandando; et tandem abbas et frater Riccardus predicti hujusmodi processum et ordinationem memorati legati executioni demandare diligenter et sollicite studuerunt. Dicto autem predecessore rebus humanis exempto, prefatus legatus premissa omnia felicis recordationis Honorio pape IIII predecessori nostro, prout ab eodem predecessore Martino in mandatis habuerat, per suas litteras intimavit. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, quod a prefato legato in premissis tam quo ad receptionem ipsius manasterii cum personis, juribus et pertinentiis, in jus et proprietatem beati Petri, necnon et quo ad exemptionem ab omni subjectione quorumlibet ordinariorum, ita ut nulli, nisi apostolice sedi, subjaceant, quam quo ad censum annuum numerumque monialium statutum per ipsum in monasterio supradicto et abbatissam in eo prefectam et regulam ipsis traditam ab eis et successuris eisdem in perpetuum observandam, taliter factum est, ratum et gratum habentes, illud auctoritate apostolica ex certa scientia confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Tenorem predictarum litterarum ejusdem legati prefato predecessori Honorio, ut premittitur, directarum de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, qui talis est :

« Sanctissimo patri ac reverentissimo domino suo, » domino H. divina providentia sacrosancte romane ac » universalis ecclesie summo pontifici, devotus ejus ser- » vus et filius Johannes, Dei permissione tituli Sancte » Cecilie presbyter cardinalis, cum humili recommen- » datione sui devotissima pedum oscula beatorum. Du- » dum felicis recordationis (1)... — Datum apud Vallem » Gerardi prope Parisius, xv kalendas martii, pontifica- » tus vestri anno secundo. »

Nulli ergo, etc., nostre confirmationis, etc. Dat. Rome, apud S. Petrum, v kalendas maii, anno primo. »

78-81 Saint-Pierre, 21 avril 1288.

Transmundus praeficitur ecclesiae Senogaliensi. (Reg. 44, c. 45, f. 12 r°.)

Venerabili fratri.. Transmundo, episcopo Senogaliensi. Eum tunc abbatem monasterii Sicriensis, Nucerinae dioecesis, ecclesiae Senogaliensi per mortem Frederici vacanti praeficit in episcopum, secundum postulationem de eo factam per .. praepositum, Bonajuntam de Ancona, Nicolaum de Saxo Ferrato et Handederum, canonicos ipsius ecclesiae, in nomine capituli factam.

In e. m. .. praeposito et capitulo Senogaliensi mandat quatenus eidem episcopo debitam obedientiam praebeant.

In e. m. populo civitatis et dioecesis Senogaliensis.

In e. m. omnibus vassallis ecclesiae Senogaliensis mandat quatenus eidem episcopo solita fidelitatis juramenta et servitia praebeant.

« Ad universalis ecclesie... — Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, xi kalendas maii, anno primo. »

82 Saint-Pierre, 24 avril 1288.

Fratribus monasterii Claraevallis facultatem largitur concedendi medietatem ecclesiae de Rodeam, Eboracensis dioecesis, pro certo annuo censu, cuidam monasterio ipsorum ordinis, Eboracensis dioecesis. (Reg. 44, c. 46, f. 12 v°; Lap. du Theil, I, 9.)

Dilectis filiis.. abbati et conventui monasterii Clarevallis, Cisterciencis ordinis, Lingonensis diocesis. « Presentata nobis ex parte vestra petitio continebat quod vos

(1) Voir cette lettre dans Sbaraglia, *Bull. Franc.*, IV, 13-15.

medietatem ecclesie de Rodeam, cujus patroni estis, in Eboracensi diocesi constitute, canonice in usus proprios obtinetis, quodque proventus ejusdem medietatis fratrum monasterii vestri Parisius studentium sunt usibus deputati. Unde cum, sicut asseritis, super dictis proventibus a nonnullis illarum partium, qui cum malefecerint gloriantur, adeo gravemini graviter injuriis et jacturis, quod vobis propter loci distantiam adversus injuriatores hujusmodi nequeuntibus justitiam vestram prosequi et obviare malitiis et violentiis eorumdem, prefatam medietatem non potestis possidere pacifice nec integre ipsius percipere redditus et proventus. Quare super hoc ad providentie nostre oportunum remedium recurrentes, a nobis humiliter postulastis ut concedendi hujusmodi medietatem ecclesie prefate.. abbati et conventui alicujus monasterii vestri ordinis, ejusdem Eboracensis diocesis, ad firmam perpetuam pro certo annuo censu dictis fratribus studentibus profuturo, liberam vobis licentiam largiremur. Nos itaque vobis sancte contemplationi deditis in hiis que illam impediunt cupientes optatam quietem et votive consolationis comoda procurare, vestris supplicationibus inclinati, vobis auctoritate presentium licentiam concedimus postulatam, ita tamen quod predicta ecclesia pro parte vos contingente in ea debitis obsequiis non fraudetur eique per ydoneum vicarium serviatur. Volumus quoque quod hii qui hujusmodi medietatem ad firmam receperint, pro ejusdem medietatis juribus defendendis utantur libere privilegiis et indulgentiis que pro defensione hujusmodi jurium vobis sunt ab apostolica sede concessa, quibusve usi sunt hactenus rectores medietatis ejusdem. Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, VIII kalendas maii, anno primo. »

83 Rieti, 23 mai 1288.

Prior et conventus ecclesiae S. Fridiani Lucanae coram sede apostolica citantur responsuri de questione inter ipsos et fratres minores Lucanos super sepulturae jure orta. (Reg. 44, c. 47, f. 12 v°.)

Dilecto filio.. archidiacono Lucano. « Dilecti filii.. guardianus et fratres ordinis minorum Lucani gravi nobis conquestione monuerunt quod, licet idem ordo ex indulto sedis apostolice liberam habeat sepulturam, tamen Jacobus prior et conventus ecclesie S. Fridiani Lucane, ordinis S. Augustini, asserentes quod eis ab eadem sede indultum existit, ut nullus parrochianos suos ad sepulturam admittere dictis priore et conventu presumant invitis, tali pretextu quondam Bonajuntam Tinguosinum, pro eo quod apud domum dictorum fratrum, dum viveret, elegerat sepelliri et ibidem sepulturam suam construi faciens de parrochia dicte ecclesie, in qua tunc temporis morabatur, ad aliam parrochiam se transtulerat, motu proprio excommunicationis sententiam promulgarunt, si corpus ipsius apud fratres sepelliretur eosdem. Corpora quoque quondam Raneri de Buzanensibus laici et cujusdam mulieris parrochianorum dicte ecclesie S. Fridiani, qui ex devotione apud predictum locum eorumdem fratrum in eorum voluntate ultima elegerant sepulturas, per violentiam rapere ac ea in cimiterio dicte ecclesie sepellire temere presumpserunt, quanquam eidem ecclesie canonica justitia salva foret. Nec hiis contenti.. prior et conventus Agnesinam, parrochianam ecclesie supradicte, que in infirmitate quadam constituta similiter apud eosdem fratres elegerat sepelliri, nisi electionem hujusmodi revocaret, motu simili excommunicationis vinculo innodarunt, in dictorum guardiani et fratrum non modicum prejudicium et gravamen... Discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus predictos priorem et conventum ex parte nostra peremptorie citare procures, ut infra quindecim dies post citationem tuam idem prior et duo vel tres de dicto conventu, per quos melius certitudo haberi valeat premissorum, personaliter, predicti vero conventus per procuratorem ydoneum compareant coram nobis... Dat. Reate, x kalendas junii, anno primo. »

84 Saint-Pierre, 7 mai 1288.

Prior Beatae Mariae de Vantio Paduanae citatur coram sede apostolica. (Reg. 44, c. 48, f. 12 v°.)

Dilecto filio.. priori Sancte Suffie de Burgo Paduano, ordinis Sancte Marie de Portu, mandat quatenus.. priorem Beatae Mariae de Vantio Paduanae, ordinis S. Benedicti, citet ut infra viginti quinque dies post citationem coram sede apostolica se praesentet, pro eo quod non citavit ipse Mathaeum dictum Veneriis, canonicum Cretensem, secundum mandata in litteris apostolicis ei directis expressa. Deinde ipse prior Sanctae Suffiae de Burgo praefatum Mathaeum, secundum ipsarum litterarum formam, citare procuret.

« Et si ecclesiarum... — Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, nonis maii, anno primo. »

85-92 Saint-Pierre, 30 avril 1288.

Nicolao patriarchae Jerosolimitano committitur ecclesia Acconensis (Reg. 44, c. 49, f. 13 r°; Potth., 22693) (1).

(1) Potthast, ne s'étant pas aperçu que Raynaldi ne cite qu'un

Venerabili fratri Nicolao, patriarche Jerosolimitano, quem ecclesiae Jerosolimitanae, vacanti per obitum H., in patriarcham praefecit, cuique palleum per M. Sanctae Mariae in Porticu et B. Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconos cardinales exhiberi fecit, committit ecclesiam Acconensem, quam Urbanus papa IIII, quum de ipsa magistrum Florentium ad Arelatensem ecclesiam tunc vacantem transtulit, patriarchae Jerosolimitano, qui erit pro tempore, decrevit committendam, quamque postmodum etiam Gregorius X primo Thomae et subsequenter Nicolaus III Helyae patriarchis, « prout hec in regestro ipsius predecessoris nostri Nicolai plenius continentur... commiserunt. »

« Fons sapientie verbum... — Dat. Rome, apud S. Petrum, II kalendas maii, anno primo. »

In e. m. capitulo ecclesiae Jerosolimitanae. Eum hortatur quatenus eidem patriarchae debitam obedientiam impendat.

In e. m. capitulo Acconensi.

In e. m. clero civitatis et dioecesis Acconensis.

In e. m. populo civitatis et dioecesis Acconensis.

In e. m. suffraganeis ecclesiae Jerosolimitanae.

In e. m. .. regi Cypri, ut eundem patriarcham regio favore prosequatur.

« Regem potentem deponere... — Dat. ut supra. »

In e. m. .. regi Armeniae.

In e. .. principi Antiocheno.

93-95 Saint-Pierre, 30 avril 1288.

Nicolaus ecclesiae Jerosolimitanae in patriarcham praeficitur. (Reg. 44, c. 50, f. 13 v°.)

Dilectis filiis .. magistro et fratribus Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani nuntiat Nicolaum, tunc poenitentiarium suum, ecclesiae Jerosolimitanae in patriarcham promotum esse.

« Ut exurgat Deus... — Dat. ut supra. »

In e. m. .. magistro et fratribus domus Sanctae Mariae Theotonicorum Jerosolimitanorum.

In e. m. .. magistro et fratribus domus militiae Templi Acconensis.

fragment de cette bulle, a pris les premiers mots de ce fragment pour les premiers mots de la bulle même. Raynaldi s'est trompé, lui aussi, en rangeant cette lettre parmi les curiales.

96-100 Saint-Pierre, 30 avril 1288.

De pecunia decimae in Tuscia et Maremma pro subsidio regni Siciliae deputatae collecta. (Reg. 44, c. 51, f. 14 r°.)

Dilecto filio magistro Symoni de Luca, canonico Lichefeldensi, collectori decime in Tuscia et Maremma pro regni Sicilie subsidio deputate, confirmat quasdam litteras ei a collegio cardinalium post obitum Honorii papae IIII missas, quarum tenor talis est :

« Miseratione divina episcopi .. presbyter et diaconi » sacrosancte Romane ecclesie cardinales dilecto filio » magistro Symoni de Luca, canonico Lichefeldensi, » collectori decime in Tuscia et Maremma pro regni » Sicilie subsidio deputate, salutem in Domino.

» Cum dilectis filiis... — Dat. Rome, apud Sanctam » Sabinam, XV kalendas februarii, anno Domini » M°CC°LXXXVIII°, apostolica sede vacante. »

Quibus litteris praefato Symoni mandatur ut infra mensem a receptione praesentium, sine ulla diminutione, quicquid de supradicta decima habeat assignet « Bindo Clariti et Christoforo Benedicti de filiorum Bonsignoris et Bonaventure Bernardini de Senis, Maynecto Raynaldi et Bonisigne Gerardi de Pulicum et Rimbertinorum, Jano Bentevengne et Gerardo Bosculi de Thomasii Spiliati et Lapi Hugonis de Florentia, Paganello Gualaudi et Ghino Cristofori de Riczardorum de Luca societatibus, Senensibus, Florentinis et Lucanis civibus, camere sedis apostolice mercatoribus, » quibus pro negotio regni Siciliae decima fuit concessa.

« Tenorem quarumdam litterarum... — Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, II kalendas maii, anno primo. »

Saint-Pierre, 26 avril 1288.

In e. m. .. episcopo Bethleemitano, collectori decimae in provincia Ravennati, Parmensi, Regino et Mutinensi episcopatibus exceptis, necnon in marchia Anconitana et civitate et dioecesi Urbinati ac Massa Trabaria pro regni Siciliae subsidio deputatae, confirmat litteras ei a cardinalibus sede apostolica vacante mandatas, ut supra. Dat. Romae, apud S. Petrum, VI kalendas maii, anno primo.

Saint-Pierre, 26 avril 1288.

In e. m. .. episcopo Ferentinato, collectori decimae in Campania et Maritima, necnon in partibus Romanis et Sabiniae ac Penestrina, Tusculana, Albanensi, Portuensi, Tiburtina et Reatina civitatibus et dioecesibus, pro regni Siciliae subsidio deputatae. Dat. VI kalendas maii.

Saint-Pierre, 30 avril 1288.

In e. m. Cristoforo priori de Saltiano, Senensis dioecesis, capellano papae, collectori decimae in Aquilegensi et Gradensi patriarchatibus et Mediolanensi ac Januensi provintiis, necnon Cumana, Ferrariensi, Parmensi, Regina et Mutinensi civitatibus et dioecesibus pro regni Siciliae subsidio deputatae. Dat. Romae, apud S. Petrum, II kalendas maii, anno primo.

Saint-Pierre, 30 avril 1288.

In e. m. magistro Raynutio, priori ecclesiae S. Michaelis de Castellione Vallis Pesae, Florentinae dioecesis, collectori decimae in ducatu Spoletano, patrimonio beati Petri in Tuscia necnon Tudertina, Perusina et Castelli civitatibus et dioecesibus pro regni Siciliae subsidio deputatae. Dat. Romae, II kalendas maii, anno primo.

101-102 Saint-Pierre, 1er mai 1288.

Mercatoribus quibusdam Florentinis duo millia unciarum auri, ab ipsis pro defensione regni Siciliae praestita, restituenda de decimis pro eadem defensione deputatis assignat. (Reg. 44, c. 52, f. 14 vo.)

Dilectis filiis Thomasio Spiliati et Lapo Hugonis, Rogerio Mainecti, Johanni Jacobi, Feo Bonfantini, ac ceteris sociis vestris civibus et mercatoribus Florentinis, confirmat quasdam litteras eis a collegio cardinalium post obitum Honorii papae IIII missas, quarum tenor talis est:

« Ex parte vestra fuit propositum coram nobis, quod » olim dilectis filiis magistris Petro de Latyera, capel- » lano sedis apostolice, Ade de Dussiaco et quondam » Guberto de Sancto Quintino clericis, procuratoribus » venerabilis fratris nostri G. episcopi Sabinensis, apos- » tolice sedis legati, et dilecti filii nobilis viri R., comitis » Atrebatensis, bajulorum generalium regni Sicilie, re- » cipientibus pro parte et nomine heredum clare me- » morie Caroli regis Sicilie, pro necessaria tunc et im- » minenti defensione ipsius regni, ad mandatum felicis » recordationis domini Honorii pape IIII, de pecunia » vestra duo milia unciarum auri ad pondus ejusdem » regni, quinque florenis aureis pro uncia qualibet com- » putatis, restituenda vobis certis loco et termino libe- » raliter mutuastis, pro quibus iidem procuratores bona » dictorum heredum tam mobilia quam stabilia et spe- » cialiter regnum Sicilie, ducatus, principatus, comita- » tus et castra et perceptionem decimarum per sedem » apostolicam concessarum negotio dicti regni vobis » specialiter et generaliter obligarunt... » Quare praedictum collegium, quum eisdem mercatoribus pro cautela concessit ut de pecunia decimarum collectarum pro subsidio Terrae Sanctae penes eos deposita, usque ad praefatam quantitatem retinere possent, mandat ut de decimis concessis negotio regni Siciliae illis plena satisfactio impendatur. Dat. Romae, apud Sanctam Sabinam, VII kalendas februarii, anno Domini Mo CCo LXXXVIIIo, apostolica sede vacante.

« Tenorem quarumdam litterarum... — Dat. Rome, apud S. Petrum, kalendis maii, anno primo. »

In e. m. eisdem pro summa sexcentarum sexaginta sex unciarum et viginti taurenorum auri ad pondus regni Siciliae, quinque florenis auri pro uncia qualibet computatis.

103-104 Saint-Pierre, 1er mai 1288.

Mercatoribus quibusdam Senensibus duo millia unciarum auri, ab ipsis pro defensione regni Siciliae praestita, restituenda de decimis pro eadem defensione deputatis assignat. (Reg. 44, c. 53, f. 15 ro.)

Dilectis filiis Bonaventure Bernardini, Raynerio Jacobi, Pangio Giliotti, Raynutio de Balzis, Facio Berignonis, Thure Bonamiki, et Bindo Clariti, ac ceteris vestris sociis de societate ipsius Bonaventure, civibus et mercatoribus Senensibus, confirmat similes litteras ut supra.

« Tenorem quarumdam litterarum... — Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, kalendis maii, anno primo. »

In e. m. iisdem mercatoribus similem confirmationem concedit pro summa sexcentarum sexaginta sex unciarum et viginti taurenorum auri, ad pondus ejusdem regni. — Dat. ut supra.

105 Saint-Pierre, 1er mai 1288.

Mercatoribus quibusdam Senensibus, Florentinis et Lucanis sex millia unciarum auri, ab ipsis pro negotiis regni Siciliae praestita, restituenda de decimis pro defensione ipsius regni deputatis assignat. (Reg. 44, c. 54, f. 15 ro.)

Dilectis filiis Bindo Clariti et Christoforo Benedicti de filiorum Bonsignoris et Bonaventure Bernardini de Senis, Jano Bentevegne et Gerardo Bosculi de Thomasii Spiliati et Lapi Hugonis de Florentia, Paganello Gualandi et Gino Cristofori de Riczardorum de Luca societatibus, camere nostre mercatoribus, Senensibus, Florentinis et Lucanis civibus, confirmat quasdam litteras eis a collegio cardinalium post obitum Honorii papae IIII missas, quarum tenor talis est:

« Cum, sicut asseritur per computum habitum de de-
» cimarum concessarum per sedem apostolicam negotio
» regni Sicilie quantitate ab ipsarum collectoribus in
» partibus Ytalie, excepto regno Sicilie, jam collecta
» et etiam colligenda, liqueat evidenter quod de octo
» milibus unciarum auri a vobis, et aliis quatuor mili-
» bus unciis a nonullis aliis mercatoribus pro defensione
» ipsius regni hactenus mutuatis, pro quibus silicet octo
» milibus unciis auri vobis tam predicte decime quam
» etiam decime Terre Sancte deputate subsidio fuerant obli-
» gate, ac etiam de censu ipsius regni ecclesie Romane
» debito, pro duobus terminis annorum, Domini videlicet
» millesimi ducentesimi octogesimi sexti et octogesimi
» septimi, terminatorum in festo beati Petri proximo jam
» transacto, potest de hujusmodi decimis plena satisfactio
» provenire... concedimus ut de sexdecim milibus uncia-
» rum auri ad pondus ejusdem regni, que ad mandatum
» nostrum pro satisfactione census eorumdem duorum
» annorum eidem Romane ecclesie de vestra pecunia,
» vestro et sociorum ac societatum vestrorum nomine,
» liberaliter persolvistis de prefatis decimis negotio pre-
» dicto concessis, solutis prius de eis debitis supradictis,
» vobis integre satisfiat, et illas vobis usque ad satisfac-
» tionem hujusmodi quantitatis volumus et precipimus
» assignari... » Et si eaedem decimae non sufficiant, de decimis Terrae Sanctae, usque ad quantitatem pecuniae quae deficiat, retineant. Dat. Romae, apud Sanctam Sabinam, VII kalendas februarii, anno Domini M° CC° LXXXVIII°, apostolica sede vacante.

« Tenorem quarumdam litterarum... — Dat. Rome, apud S. Petrum, kalendis maii, anno primo. »

106 Rieti, 28 mai 1288.

Tabellionatus officium. (Reg. 44, c. 55, f. 15 v°.)

Venerabili fratri.. episcopo Dunkeldensi licentiam concedit tabellionatus officium conferendi.

« Volentes tuam honorare... — Dat. Reate, V kalendas junii, anno primo. »

107 Rieti, 26 mai 1288.

Regem Francorum hortatur quatenus ad liberationem Caroli regis Siciliae se interponat. (Reg. 44, c. 56, f. 15 v°; Lap. du Theil, I, 11.)

Carissimo in Christo filio.. regi Francie illustri. « A regali memoria non credimus excidisse quod felicis recordationis Honorio pape predecessori nostro varia pacta et conditiones dudum tractata, ut dicebatur, et inita super liberatione dilecti filii nobilis viri Caroli primogeniti clare memorie Caroli regis Sicilie, presentata fuerunt, quibus idem predecessor recensitis plenius et inspectis, et comperto denique, quod illa in derogationem grandem honoris ecclesie Romane, ac ejus et ipsius primogeniti heredumque suorum grave prejudicium, multum opprobrium et lesionem multiplicem redundabant, pacta et conditiones predicta de fratrum suorum consilio reprobavit expresse. Cumque postmodum per ejusdem predecessoris obitum apostolica sede vacante quedam ex premissis pactis et conditionibus ac nonnulla alia collegio sancte Romane ecclesie cardinalium presentata et oblata fuissent, predictum collegium, deliberatione super ipsis inter se habita diligenti, ea, ut pote memorate ecclesie ac primogeniti et heredum ejus predictorum honori contraria, nullatenus admittere voluerunt. Nosque demum ad apicem summi apostolatus divina dispositione assumpti eadem pacta et conditiones que dicto collegio presentata fuerunt super liberatione prefati primogeniti nostris auribus nuntiata non duximus ex justis causis quas tibi scripsisse recolimus admittenda. Verumtamen quia ipsius Caroli detentio nobis admodum est molesta ejusque afflictio graviter nos perturbat, nec mirum, cum ipsum ut pote ipsius ecclesie peculiarem filium inter private dilectionis contineamus amplexus, ejusque libertatem, quantum cum Deo possumus, ferventer queramus, et liberationem ferventius affectamus, celsitudinem regiam attente rogamus et hortamur in Domino Jhesu Christo quatenus ad liberationem dicti primogeniti per honestos modos et licitos et decentes ac etiam honori ecclesie predicte ac tuo congruos juxta datam regali circumspectioni gratiam de excelsis interponas sollicite et efficaciter partes tuas. Dat. Reate, VII kalendas junii, anno primo. »

108 Rieti, 26 mai 1288.

Regem Angliae hortatur quatenus ad liberationem Caroli regis Siciliae se interponat. (Reg. 44, c. 57, f. 15 v°; Potth., 22719.)

Carissimo in Christo filio.. regi Anglie illustri. « Regali memoria, etc., ut in proxima superiori usque et hortamur in Domino Jhesu Christo quatenus cum pro tractanda liberatione dicti primogeniti varios sumptus sustinueris, ut intelleximus, et labores, a prosecutione hujusmodi negotii non desistas, sed per honestos modos et licitos, ac etiam honori ecclesie congruos, ut effectum consequatur optatum, interponas sollicite ac efficaciter

partes tuas; ita quod tuo ministerio idem primogenitus, faciente qui potest, restitui valeat plenarie libertati. Dat. ut supra. »

109 Rieti, 31 mai 1288.

De liberatione Caroli, principis Salernitani. (Reg. 44, c. 58, f. 15 v°.)

Dilecte in Christo filie, nobili mulieri Marie, principisse Salernitane, nuntiat se ad reges Angliae et Franciae scripsisse ut hi providerent ad liberationem Caroli, principis Salernitani, conjugis dictae Mariae, tunc in detentione.

« Cum detentio dilecti... — Dat. Reate, II kalendas junii, anno primo. »

110 Rieti, 27 mai 1288.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 44, c. 59, f. 15 v°; Lap. du Theil, I, 13.)

Dilecto filio Gaufrido de Launcello, preposito et canonico Aptensis ecclesie, doctori decretorum, capellano nostro. Ei indulget ut praeposituram Aptensis ecclesiae, curam animarum habentem, et canonicatus ac praebendas, quos in ecclesiis Aptensi et Aquensi ac Forqualqueriensi, Sistaricensis dioecesis, se asserit canonice assecutum, cum canonicatu et praebenda Sistaricensis ecclesiae valeat habere et licite retinere.

« Illos precipue nos... — Dat. Reate, VI kalendas junii, anno primo. »

111 Saint-Pierre, 21 avril 1288.

Ferdinando Roderici beneficia in Abulensi ecclesia confert. (Reg. 44, c. 60, f. 16 r°.)

Ad perpetuam rei memoriam. Ferdinando Roderici decanatum, canonicatum et praebendam, per obitum quondam Alfonsi Vitalis vacantes in Abulensi ecclesia, confert; thesaurariae autem, quam praedictus Ferdinandus in ecclesia Bracharensi tenebat, provisionem sibi reservat.

« Vacantibus dudum in... — Dat. Rome apud S. Petrum, XII kalendas maii, anno primo. »

112 Rieti, 1er juin 1288.

Scolares ultramontanos universitatis Paduanae absolvit a juramento quod ipsi praestiterunt recedendi ab universitate, nisi Jacobus de Arena, juris civilis professor, a lectura ordinaria librorum legalium, per decennium remotus foret. (Reg. 44, c. 61, f. 16 r°; Ernest Langlois, *Mélanges d'arch. et d'histoire*, 1884, p. 53.)

Dilecto filio magistro Bovatino, archipresbytero ecclesie Paduane.

« Petitio dilecti filii communis civitatis paduane nobis exhibita continebat, quod in civitate ipsa de consuetudine obtinetur, quod doctores ibidem in civili jure regentes pro tempore a scolaribus in predicta civitate insistentibus studio litterarum communiter eliguntur, et hujusmodi eorum electio per ipsius communis consilium approbatur. Cum autem occasione electionis, que de dilecto filio Jacobo de Arena, juris civilis professore, a scolaribus Paduanis, citramontanis videlicet et ultramontanis, in eadem civitate in discordia celebrate, inter scolares ipsos dissensio suscitata fuisset; quam quidem electionem, tanquam de persona ydonea, non absque utilitate studentium ibi, factam, consilium ipsius communis, prout ad eos spectabat, concorditer approbarat; predicti scolares ultramontani, tribus ex eis tantum exceptis, mense octobris proximo jam elapso, juramento prestito firmaverunt, quod nisi dictum commune, ante festum Dominice Nativitatis proximo tunc venturum, infrascriptas petitiones eorum, quas communi fecerunt eidem, videlicet, quod Florianus, bedellus generalis universitatum scolarium predictorum, dicere ambassatas rectoris et universitatis ultramontanorum scolarium eorumdem, idemque rector suum officium exercere circa eandem universitatem ultramontanorum non impedirentur per commune prefatum, quodque memoratus Jacobus deberet a lectura ordinaria librorum legalium removeri, et remotus infra decennium nullatenus assumeretur ad illam, efficaciter adimpleret, ultra festivitatem beati Michaelis Archangeli proximo futuram in civitate predicta causa studii nullatenus remanerent; ut post eorum recessum, infra decem annorum spatium ad ipsius civitatis studium non redirent, neque super hiis dispensationem per se vel per alium aut alios impetrarent, nec ea uterentur, si contingeret illam ab alio impetrari. Quare fuit nobis ex parte predicti communis humiliter supplicatum, ut cum petitiones ipse non fuerint adimplete, dictumque juramentum incaute prestitum et minus licite videatur, et ex discessu predictorum ultramontanorum scolarium, si fieret, de civitate ipsa, noscatur tam communi quam civitati predictis grave dispendium imminere, presertim cum ex hoc facile sequi possit dissolutio studii Paduani, quam non esset dubium

in non modicum detrimentum rei publice redundare, salubre ac utile adhibere remedium super hoc de benignitate Sedis Apostolice curaremus. Nos igitur et indempnitati dicti communis et saluti dictorum scolarium ultramontanorum ac utilitati publice volentes in hac parte paterna diligentia providere, dilecti filii nostri Petri, Sancti Eustachii diaconi cardinalis, nobis super hoc cum instantia supplicantis, precibus inclinati, discretioni tue per Apostolicam Sedem mandamus quatenus, si est ita, juramentum predictum ab eisdem scolaribus ultramontanis taliter prestitum auctoritate nostra relaxes, injuncta ipsis pro tanto eorum excessu penitentia competenti eosque ac ipsorum singulos denunties ad predicti juramenti observantiam non teneri, omnem notam sive maculam, si quam ex inconsulta prestatione hujusmodi juramenti forsitan incurrerunt, penitus abolendo. Ita quod nullum propter hoc eis vel eorum alieni possit impedimentum obici vel obstaculum interponi. Dat. Reate, kalendis junii, anno primo. »

113 Rieti, 22 mai 1288.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 62, f. 16 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Verulano committit quatenus cum Ricardo de Vallesorana, et Adelicia de Valeto, Soranae dioecesis, dispenset ut in matrimonio quod olim contraxerunt et in quo plures filios procrearunt, quum ignorarent se quarto consanguinitatis gradu conjunctos esse, remanere possint.

« Exhibita nobis dilecti... — Dat. Reate, xi kalendas junii, anno primo. »

114-122 Rieti, 1er juin 1288.

Tabellionatus officium. (Reg. 44, c. 63, f. 16 v°.)

Dilecto filio Arnulpho dicto Bataille, de Vertonno, clerico in minoribus ordinibus constituto, Treverensis diocesis, concedit tabellionatus officium.

« Ne contractuum memoria... — Dat. Reate, kalendis junii, anno primo. »

In e. m. Raynaldo dicto Maczono, de Setia, clerico in minoribus ordinibus constituto, Terracinensis dioecesis.

In e. m. Francisco Amoris, clerico Alatrino, in minoribus ordinibus constituto.

In e. m. Nicolao dicto Meliori, clerico Verulano, in minoribus ordinibus constituto.

In e. m. Romano, laico, nato Petri Nicolai Romani, de Urbe.

In e. m. Benedicto de Fumone, clerico in minoribus ordinibus constituto, Alatrinae dioecesis.

In e. m. Gentili de Penna, laico, Firmanae dioecesis.

In e. m. Guillelmo Fabri, de Varno, clerico, in minoribus ordinibus constituto, Engolismensis dioecesis.

Rieti, 5 juin 1288.

In e. m. Johanni Petri, clerico Auriensi, in minoribus ordinibus constituto. Dat. Reate, nonis junii, anno primo.

123 Saint-Pierre, 22 avril 1288.

De venditione domus ad fratres Poenitentiae pertinentis, Accone sitae. (Reg. 44, c. 64, f. 16 v°.)

Venerabili fratri.. episcopo Sydoniensi mandat quatenus secundum tenorem quarumdam litterarum ab Honorio papa IIII ad patriarcham Jerosolimitanum missarum curet ut magistro et fratribus militiae Templi Jerosolimitani vendatur domus cum ejus pertinentiis, quam fratres ordinis Poenitentiae Jhesu Christi habebant Accone et deseruerunt.

« Dilectorum filiorum.. magistri... — Dat. Rome, apud S. Petrum, x kalendas maii, anno primo. »

124 Rieti, 21 mai 1288.

Dispensatio matrimonii pro Magno rege Suetiae. (Reg. 44, c. 65, f. 17 r°; Potth., 22718.)

Carissimo in Christo filio Magno regi Suetie illustri. Cum eo et Helvige, muliere ejus, dispensat ut impedimento publicae honestatis, justitiae et affinitatis non obstante, in matrimonio ab ipsis contracto remanere valeant. Dudum inter ipsum Magnum et clarae memoriae Ericum regem Datiae, dissensionis materia suscitata, praedictus Magnus, intellecto quod Ericus rex Gerardum comitem Holdsaciae, potentem viribus et eidem regi vicinum, adversus ipsum Magnum adjutorem habere praecipuum nitebatur, Elvigim praedicti comitis filiam sibi per verba de praesenti matrimonialiter copulavit et carnali copula subsecuta, prolem ex ipso matrimonio procreavit, verum ante contractum hujusmodi matrimonium cum nobili muliere Sophia praedictae Helvigi quarto gradu consanguinitatis conjuncta per verba de futuro sponsalia contraxerat et quandam aliam eodem consan-

guinitatis gradu praefatae Helvigi attinentem carnaliter cognoverat, quod dicta Helvigis tempore contracti dicti matrimonii penitus ignorabat et ad huc, prout fertur, alii ignorant.

« Ob tuorum, carissime... — Dat. Reate, XII kalendas junii, anno primo. »

125-134 Rieti, 4 juin 1288.

Raymundus monasterio S. Victoris Massiliensi et Johannes monasterio S. Germani de Pratis Parisiensi praeficiuntur in abbates. (Reg. 44, c. 66, f. 17 v°; Lap. du Theil, I, 15.)

Dilecto filio Raymundo, abbati monasterii Sancti Victoris Massiliensis, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis Sancti Benedicti. Eum, qui olim abbas monasterii Sancti Germani de Pratis Parisiensis existens abbatiam ejusdem monasterii Sancti Germani per procuratorem resignavit, in abbatem praeficit monasterio Sancti Victoris Massiliensi, cujus monasterii Johannes, tunc abbas, capellanus papae, cupiens suae providere quieti, Raymundo, priori Sancti Petri de Alvardo, resignandi abbatiam ejusdem monasterii concessit liberam potestatem, qui demum in sedis apostolicae praesentia constitutus abbatiam eandem resignavit.

« Ad universalis ecclesie... — Dat. Reate, II nonas junii, anno primo. »

In e. m. .. priori et conventui monasterii S. Victoris Massiliensis mandat quatenus eidem R. abbati obedientiam debitam exhibeant.

In e. m. universis vassallis monasterii S. Victoris Massiliensis

In e. m. universis abbatibus et prioribus monasteriorum et prioratuum monasterio S. Victoris Massiliensi subjectorum, ordinis S. Benedicti.

In e. m. universis rectoribus et clericis ecclesiarum secularium monasterio S. Victoris Massiliensi subjectarum.

In e. m. Johanni abbati monasterii S. Germani de Pratis Parisiensis ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, capellano papae.

« Nuper... Raymundus tunc abbas monasterii Sancti Germani de Pratis Parisiensis, volens sue providere quieti, Bruno priori de Mandanoys resignandi abbatiam ejusdem monasterii concessit liberam potestatem, etc. ut supra, mutatis nominibus monasterii et persone. »

In e. m. .. priori et conventui monasterii S. Germani de Pratis Parisiensis mandat quatenus praedicto Johanni abbati obedientiam debitam exhibeant.

In e. m. universis vassallis monasterii S. Germani de Pratis Parisiensis.

In e. m. universis prioribus et praepositis prioratuum monasterio S. Germani de Pratis subjectorum, ordinis S. Benedicti.

In e. m. universis rectoribus et clericis ecclesiarum et altarium monasterio S. Germani de Pratis Parisiensi subjectorum.

135 Saint-Pierre, 1er mai 1288.

Indulgentiae (Reg. 44, c. 67, f. 17 v°.)

Dilecto filio Jacobo Sancte Marie in Via Lata diacono cardinali, archipresbytero, et.. priori ac capitulo ecclesie Sancte Marie Majoris de Urbe.

Indulgentiam concedit unius anni et quadraginta dierum omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam et altare infra dicta, in die quo dedicabitur idem altare et usque ad octo dies immediate sequentes et in anniversario dedicationis ipsius die, annis singulis venerabiliter visitarint. Hoc autem altare magister Pandulfus de Pontecurvo, scriptor papae, in ecclesia praedicta ad honorem Dei ac beatae Virginis et titulum seu vocabulum S. Laurentii martiris de novo de bonis propriis erexit et dotavit, ut perpetuus capellanus inibi constitutus in eo offerat sacrificium vespertinum, illudque dictus magister intendit facere dedicari.

« Levita Laurentius bonorum... — Dat. Rome, apud S. Petrum, kalendis maii, anno primo. »

136 Saint-Pierre, 1er mai 1288.

De quibusdam possessionibus episcopi Lucani vendendis. (Reg. 44, c. 68, f. 18 r°.)

Venerabili fratri.. episcopo Lunensi et dilecto filio.. priori fratrum ordinis predicatorum Florentino mandat quatenus inquirant de veritate supplicationis qua P. Lucanus episcopus licentiam petit vendendi vel mutandi infradictas possessiones. Praedictus P. exposuit « quod ipse in nonnullis castris et rochis, villis quoque, terris et aliis locis, videlicet Sancti Cernasii, Pratilionis, Colleuli, Montistopoli, Pallarie, Montiscastelli, Toiani et Tempiani, ultra fluvium Arni, versus partes Pisanas positis, ad ecclesiam suam spectantibus, Lucane diocesis, jurisdictionem obtinet temporalem, que longis retroactis temporibus violenter a Pisanis detenta de ipsorum manibus eripuit laboribus sumptuosis, unde dictus episcopus, con-

siderato prudenter quod hujusmodi castra, roche, ville et loca sunt potentie eorumdem Pisanorum vicina et propter hoc verisimilius colligens vehementius et formidans quod ipsa manus dictorum Pisanorum occuparent facile iterato et quod contra hoc nequaquam suffragari sibi posset potentia Lucana, quodque importabile sibi et admodum onerosum existit hec sub tam continua zelotipia custodire, » praefatam licentiam petiit.

« Petitio venerabilis fratris... — Dat. ut supra. »

137-141 Rieti, 4 juin 1288.

Robertus episcopus Marturanensis transfertur ad ecclesiam Monopolitanam (Reg. 44, c. 69, f. 18 r°; Potth., 22736.)

Venerabili fratri Roberto episcopo Monopolitano. Eum « qui per rebelles sedis apostolice dampna, afflictiones, exilium et pericula gravia » pertulit, de ecclesia Marturanensi transfert ad ecclesiam Monopolitanam, tunc vacantem per translationem Petri Monopolitani episcopi ad ecclesiam Vicentinam.

« Ecclesiarum utilitati tunc... — Dat. Reate, II nonas junii, anno primo. »

In e. m... archidiacono et capitulo Monopolitanis mandat ut praedicto episcopo obedientiam debitam praebeant.

In e. m. clero civitatis et dioecesis Monopolitanae.

In e. m. populo civitatis et dioecesis Monopolitanae.

In e. m. universis vassallis ecclesiae Monopolitanae.

142-146 Rieti, 4 juin 1288.

O. patriarchae Antiocheno committitur administratio ecclesiae Januensis. (Reg. 44, c. 70, f. 18 v°.)

Venerabili fratri O. patriarche Antiocheno. Eum, qui propter Agarenorum perfidiam ab ecclesia Antiochena exulare et illius fructuum perceptione fraudatus necessariorum incommoda experiri compellitur, praeficit, « donec eadem Antiochena ecclesia bonis suis recuperatis de adepta ipsorum possessione letetur, » in curam et administrationem ecclesiae Januensis tunc vacantis, « licet dilecti filii capitulum ipsius ecclesie per electiones diversas vota sua in quatuor, videlicet in dilectos filios Nicolinum de Camilla, capellanum nostrum, fratrem Jacobum de Voragine, ordinis predicatorum, Thedisium de Flisco, Lincolniensis et Octobonum de Spinolis, Cathalaunensis ecclesiarum canonicos, divisissent, duo tamen ex electis eisdem, videlicet Nicolinus et frater Jacobus supradicti, electionibus de se factis nequaquam voluerunt prebere consensum, et alii duo Thedisius videlicet et Octobonus prefati omne jus quod sibi ex electionibus hujusmodi fuerat acquisitum libere in nostris manibus resignarunt. »

« Pre ceteris que... — Dat. Reate, II nonas junii, anno primo. »

In e. m. capitulo Januensi, ut dictum O. tanquam pastorem suscipiant.

In e. m. clero civitatis et dioecesis Januensis.

In e. m. .. capitaneis, consilio et communi Januensibus.

In e. m. vassallis ecclesiae Januensis.

147 Rieti, 30 mai 1288.

Super electione decani Xanctonensis (Reg. 44, c. 71, f. 19 r°; Lap. du Theil, I, 19.)

Venerabilibus fratribus.. Xanctonensi et.. Engolismensi episcopis ac dilecto filio.. decano ecclesie Engolismensis mandat quatenus infra sex mensium spatium post receptionem praesentium terminent negotium inter Hugonem de Malamorte, scolasticum, et Hugonem Vigerii, canonicum ecclesiae Xanctonensis, existens, qui ambo in decanum ipsius ecclesiae diversis temporibus a capitulo electi, de hoc negotio ad sedem apostolicam appellaverant, procuratoresque miserant. Si hoc negotium terminare non possint, id ad sedis apostolicae examen remittant.

« Sua nobis dilecti... — Dat. Reate, III kalendas junii, anno primo. »

148 Rieti, 26 mai 1288.

Exemptio visitandi limina apostolorum. (Reg. 44, c. 72, f. 19 r°; Lap. du Theil, I, 14.)

Johanni abbati monasterii S. Johannis Senonensis, ordinis S. Augustini (1). Abbatem monasterii Sancti Johannis Senonensis a juramento quod praestitit, quando praefectus est in abbatem, prout est moris, visitandi singulis bienniis limina apostolorum, absolvit, quanquam monasterium ipsum privilegium exceptionis non habeat sed jurisdictioni Senonensis archiepiscopi sit subjectum.

« Ex parte tua... — Dat. Reate, VII kalendas junii, anno primo. »

In e. m. Adae episcopo Meldensi.

(1) Cette suscription a été omise dans le ms., mais elle se trouve en appel dans la marge supérieure du feuillet.

149. Rieti, 22 juin 1288.

De cautione recipienda pro restitutione summarum a comite Flandriae sedi apostolicae debitarum (Reg. 44, c. 73, f. 19 r°; Lap. du Theil, I, 26.)

Dilecto filio.. abbati monasterii de Valcellis, Cisterciensis ordinis, Cameracensis diocesis, mandat quatenus cautionem a comite Flandriae sufficientem, ita quod de restitutione pecuniae ab eo debitae non possit in aliquo dubitari, recipiat. — Honorius papa IIII praedicto.. abbati et Johanni de Brueriis, decano Cameracencis ecclesiae, collegae ejus super decima in illis partibus Terrae Sanctae concessa subsidio colligenda, injunxerat ut quadraginta millia librarum turonensium parvorum vel circiter, quae dudum de pecunia dictae decimae Guidoni, comiti Flandriae, fuerant mutuata, iidem ab ipso repetere curarent. Si vero dictus comes in restituendo insimul totam pecuniam supradictam nimis forsitan gravaretur, ii terminos aliquos competentes comiti concederent eidem, in quibus pecuniam restitueret. Et quia dictus comes dictam summam insimul restituere non valebat, praenominati abbas et Johannes ei quatuor annorum terminum concesserunt, qui infra unius anni spatium jam elapsi decem millia librarum ejusdem monetae restituit.

« Exposite nobis petitionis... — Dat. Reate, x kalendas julii, anno primo. »

150 Rieti, 13 juin 1288.

Matrimonium inter Manfredum de Flisco et Cigalinam dictam Cigalam. (Reg. 44, c. 74, f. 19 v°.)

Dilecto filio.. abbati monasterii Sancti Stephani Januensis mandat quatenus nobili viro Manfredo de Flisco et Cigalinae dictae Cigalae, qui ad sedandas inter progenitores et amicos inimicitias in civitate Januensi dudum exortas, cupiunt matrimonio conjungi, denuntiet nulli impedimento futurum esse supradicto matrimonio contractum qui dudum inter patrem dictae Cigalinae ac Corradum, patruum quondam Johannini de Grimaldis, eidem Manfredo in quarta linea consanguinitatis conjunctum, factus fuit « ut iidem Johanninus et Cigalina, tunc infra annos nubiles constituti, matrimonialiter jungerentur, quanquam alias nullus inter eosdem Johanninum et Cigalinam de presenti seu de futuro aut aliquis alius consensus mutuus vel anuli subarratio fuerint subsecuti. »

« Dilectus filius nobilis... — Dat. Reate, idibus junii, anno primo. »

151 Rieti, 17 juin 1288.

De pecunia decimae in Treverensi et Maguntina provinciis collectae mercatoribus Florentinis assignanda. (Reg. 44, c. 75, f. 19 v°.)

Dilecto filio Theoderico, priori ecclesie Sancti Andree Urbevetane, collectori decime in Treverensi et Maguntina provinciis, Pragensi, Olomucensi, Ehistetensi et Bambergensi civitatibus et diocesibus dumtaxat exceptis, Terre Sancte subsidio deputate, mandat quatenus totam decimam Terrae Sanctae subsidio deputatam in supradictis provinciis collectam vel colligendam assignet Jacobo Agolantis, Huguitioni Bonacursi, Tholomeo Petri, Giero et Johanni Bonacursi de Lampore, Thioni et Johanni Origonis de Amannatorum de Pistorio, Ranutio de Abbatibus, Johanni Bacarelli, Bocacino Paganelli, Bieto Jacobi, Lapo Fagnini, Tigo Donini et Johanni Vitae de Abbatum et Bacarellorum de Florentia, Petro Foresi et Johanni Dolchibene, Canulo Beni, Lapo Bonajuti, Mafo Uberti et Francisco Deutajuti de Lambertutii Frelcobaldorum ejusdem loci de Florentia societatibus. — Jam antea hoc ei mandaverat Honorius IIII, sed ille, asserens se a Martino IIII clausas recepisse litteras inter cetera praecipientes ut dictam decimam eis ex mercatoribus civitatum et terrarum Tuscarum in eisdem litteris contentarum, quibus ipsi videretur melius et utilius expedire, mercatorum hujusmodi non expensis in praedictis litteris nominibus, assignaret, praetactis mercatoribus nihil omnino de decima ipsa, ut dicitur, assignavit.

« Exposuerunt nobis dilecti... — Dat. Reate, xv kalendas julii, anno primo. »

152 Rieti, 13 juin 1288.

Hugoni episcopo Eduensi pallium mittitur. (Reg. 44, c. 76, f. 19 v°; Lap. du Theil, I, 23.)

Venerabili fratri Hugoni episcopo Eduensi. « Nuper dilecti filii frater Guillelmus, prior de Argilleyo, ordinis Sancti Augustini, et magister Galterus, rector ecclesie de Ulyanz, tue diocesis, tui procuratores et nuntii ad petendum ex parte tua palleum, quod est insigne pontificalis officii, ad sedem apostolicam specialiter destinati, proponentes in nostra et fratrum nostrorum presentia, quod episcopo Eduensi, qui est pro tempore, jus utendi palleo competit ex apostolico privilegio speciali, et quod a longis retroactis temporibus episcopus ipse, cum ad regimen ecclesie predicte de novo assumitur, palleum ab ecclesia romana recipere illoque postmodum uti usque

ad hec tempora consuevit, qui etiam, dum Lugdunensem ecclesiam Metropolitanam suam pastore vacare contingit, in civitate, diocesi et provincia Lugdunensi, tam ex simili privilegio quam de antiqua et approbata consuetudine, ut iidem nuntii asserebant, ea que ad officium archiepiscopale spectant, exercet, quodque tu, ex causis justis ac probabilibus prepeditus, nequiveras comode pro petendo dicto palleo apostolico te conspectui personaliter presentare, a nobis cum ea qua decet instantia suppliciter postularunt, ut dictum palleum in illis partibus tibi tradi de benignitate apostolica faceremus. Licet autem de hujusmodi privilegio et alio jure, que super hoc dicti nuntii, ut predicitur, allegabant nobis, facta non fuerit plena fides, attendentes tamen quod, sicut ex fidedignorum relatione accepimus, per quosdam predecessores nostros romanos pontifices aliquibus predecessoribus tuis, qui Eduensi ecclesie prefuerunt pro tempore, fuit palleum ipsum, suarum personarum intuitu in earum novitate concessum, ac volentes persone tue in hac parte gratiam facere specialem, predictum palleum de corpore beati Petri sumptum per prefatos priorem et magistrum Galterum venerabilibus fratribus nostris .. archiepiscopo Viennensi et .. episcopo Matisconensi assignandum tibi per ipsos, vel eorum alterum, duximus destinandum, ut illud tibi assignent sub forma quam eis sub bulla nostra mittimus interclusam et a te, nostro et ecclesie romane nomine, sub forma quam sub eadem bulla dirigimus, fidelitatis recipiant juramentum. Volumus tamen per hujusmodi assignationem ipsius pallei, quam sic fieri tibi mandamus, jus novum tibi seu successoribus tuis, aut eidem Eduensi ecclesie non acquiri, sed antiquum, si quod vobis competit, tantummodo conservari... »

« Nuper dilecti filii... — Dat. Reate, idibus junii, anno primo. »

153 Rieti, 13 juin 1288.

Hugoni episcopo Eduensi pallium assignatur. (Reg. 44, c. 77, f. 20 r°; Lap. du Theil, I, 25.)

Venerabilibus fratribus.. archiepiscopo Viennensi et.. episcopo Matisconensi mandat quatenus pallium Hugoni episcopo Eduensi assignent.

« Nuper dilecti filii... — Dat. ut supra. »

Forma dandi palleum.

« Ad honorem Dei omnipotentis et beate Marie Virginis, beatorum apostolorum Petri et Pauli et domini pape Nicolai et Sancte Romane ecclesie, necnon et Eduensis ecclesie tibi commisse, tradimus tibi palleum de corpore beati Petri sumptum, plenitudinem videlicet pontificalis officii, ut eo illis dumtaxat diebus utaris, quibus a jure permittitur et prefati predecessores tui Eduenses episcopi consueverunt hactenus illo uti. »

154 Rieti, 15 juin 1288.

Curam et defensionem primi et secundi ordinum fratrum Humiliatorum omniumque membrorum eorum in spiritualibus et temporalibus Petro S. Georgii ad Velum Aureum diacono cardinali committit. (Reg. 44, c. 78. f. 20 r°; Potth., 22744.)

Dilecto filio Petro Sancti Georgii ad Velum Aureum diacono cardinali.

« Dum operosum onus... — Dat. Reate, xvii kalendas julii, anno primo. »

155-157 Rieti, 22 juin 1288.

B. ecclesiae Barchinonensi in episcopum praeficitur. (Reg 44, c. 79, f. 20 v°.)

Venerabili fratri B. episcopo Barchinonensi. Post obitum Arnaldi Barchinonensis episcopi Martinus papa IIII provisionem ejusdem ecclesiae apostolicae sedis dispositioni reservavit, « sed canonici ejusdem ecclesie ad tractandum de futuri substitutione pastoris de facto nichilominus procedentes, post diversos tractatus et processus super hiis habitos, tandem in duas partes divisi, una ipsarum partium primo Geraldum de Gualba, archidiaconum ipsius ecclesie, et eo postmodum viam universe carnis ingresso, te, reliqua vero dilectum filium Bertrandum, camerarium ecclesie Terraconensis, in episcopos prefate Barchinonensis ecclesie eligere seu nominare temere presumpserunt, sicque postmodum propter hoc te ac dicto camerario ad sedem accedentibus supradictam, idem camerarius in presentia felicis recordationis H. pape, predecessoris nostri, primo, tuque postmodum in nostris manibus juri, si quod ex hujusmodi electionibus seu nominationibus vobis et vestrum cuilibet quesitum fuerat, renuntiastis libere ac expresse. Nos itaque... te de fratrum nostrorum consilio eidem ecclesie Barchinonensi in episcopum prefecimus... »

« Inter cetera que... — Dat. Reate, x kalendas julii, anno primo. »

In e. m. capitulo ecclesiae Barchinonensis mandat quatenus praedicto episcopo obedientiam debitam praebeat.

In e. m. clero civitatis et dioecesis Barchinonensis.

158 Rieti, 22 juin 1288.

Potestas conferendi duas praebendas. (Reg. 44, c. 80, f. 21 r°; Lap. du Theil, I, 27.)

Venerabili fratri Ademaro episcopo Claromontensi potestatem concedit faciendi recipi duas personas ydoneas in Claromontensi ecclesia, in qua praebendarum collatio ad.. praepositum et capitulum ipsius ecclesiae pertinet, in canonicos et in fratres, ac providendi personis ipsis de praebendis non sacerdotalibus vacantibus ibidem ad praesens vel quam primum vacaturis, necnon et contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendi.

« Tuam volentes honorare... — Dat. Reate, x kalendas julii, anno primo. »

159 Rieti, 3 juin 1288.

De procuratoribus constituendis ecclesiae Nolanae. (Reg. 44, c. 81, f. 21 r°.)

Venerabili fratri G. episcopo Sabinensi, apostolice sedis legato, mandat quatenus, si verum sit quod dicunt Thomasius Cantor, Petrus Baraballae et Leo de Argento, canonici ecclesiae Nolanae, de dilapidationibus Felicis, presbyteri, et Ysaiae, ipsius ecclesiae canonicorum, his amotis, personas ydoneas loco ipsorum procuratores constituat dictae ecclesiae tunc vacantis per mortem J. Nolani episcopi. — Dicti enim Felix et Ysaia « bona et thesaurum ipsius ecclesie dilapidant et consumunt, non verentes ea propriis et consanguineorum usibus in ejusdem ecclesie dispendium deputare. »

« Ex parte dilectorum...— Dat. Reate, III nonas junii, anno primo. »

160-163 Rieti, 20 juin 1288.

Monaldum, ordinis fratrum minorum professum, ecclesiae Civitatis Castellanae praeficit in episcopum. (Reg. 44, c. 82, f. 21 r°; Potth., 22745.)

Venerabili fratri Monaldo episcopo Civitatis Castellane. « Ex suscepte servitutis... Dudum siquidem ecclesia Civitatis Castellane per obitum bone memorie G. episcopi Civitatis Castellane pastore vacante, duo fuerunt in eadem ecclesia ab ipsius ecclesie canonicis, una videlicet de Jacobo, ejusdem, reliqua vero de Angelo, Viterbiensis ecclesiarum archipresbyteris, electiones in discordia celebrate ; qui videlicet archipresbyteri propter hoc postmodum, prout tenebantur, ad sedem apostolicam accedentes, tandem juri, si quod eis et eorum utrique ex hujusmodi electionibus quesitum fuerat, in manibus felicis recordationis Honorii pape IIII predecessoris nostri renuntiaverunt libere et expresse. Nos itaque... prefate ecclesie Civitatis Castellane de te ordinis fratrum minorum duximus providendum, teque eidem ecclesie prefecimus in episcopum et pastorem, curam et administrationem ipsius tibi in spiritualibus et temporalibus committendo, ac subsequenter munus consecrationis ex nostris manibus tibi duximus impendendum... Dat. Reate, XII kalendas julii, anno primo. »

In e. m. capitulo ecclesiae Civitatis Castellanae mandat quatenus eidem episcopo debitam praebat obedientiam. Dat. ut supra.

In e. m. clero civitatis et dioecesis Civitatis Castellanae.

In e. m. populo civitatis et dioecesis Civitatis Castellanae.

164 Rieti, 1er juin 1288.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 44, c. 83, f. 21 v°; Lap. du Theil, I, 29.)

Dilecto filio magistro Raymundo Barbelli, canonico ecclesie Narbonensis, « ut personatum vel dignitatem curam non habentem animarum, si quis vel si qua in eadem ecclesia Narbonensi tibi canonice offeratur, illum vel illam libere recipere, et una cum ecclesia de Menerba, Narbonensis diocesis, curam animarum habente, ac canonicatibus et prebendis, quos in Narbonensi et Sancti Affrodisii Biterrensi ecclesiis habere te asseris, licite valeas retinere. Si vero personatus vel dignitas qui vel que curam habeat animarum in predicta ecclesia tibi offerri contigerit, ipsum vel ipsam possis etiam libere recipere ac similiter cum prefatis canonicatibus et prebendis licite retinere, constitutione generalis concilii super hoc edita vel qualibet alia minime obsistente. Volumus tamen quod postquam ipsius personatus vel dignitatis curam animarum habentis possessionem pacificam fueris assecutus et fructus percipere inceperis ex eodem predictam ecclesiam de Menerba, quam ex tunc vacare decernimus, omnino dimittere tenearis. »

« Circa cultus virtutum... — Dat. Reate, kalendis junii, anno primo. »

165-169 Rieti, 14 juin 1288.

Guillelmus de S. Johanne Nazarenae ecclesiae praeficitur in archiepiscopum. (Reg. 44, c. 84, f. 21 v°.)

Dilecto filio fratri Guillelmo de Sancto Johanne electo Nazareno. « Inter sollicitudines alias... Sane Nazarena ecclesia per obitum bone memorie fratris Guidonis Nazareni archiepiscopi destituta pastore, frater Laurentius, unus ex canonicis ejusdem ecclesie, qui numero tres erant dumtaxat, solus ad electionem futuri pastoris procedere satagens, compromisit in duos qui de ipsius ecclesie non erant capitulo, quibus eligendi pastorem in eadem ecclesia ea vice tribuit potestatem. Qui auctoritate hujusmodi compromissi te, tunc fratrem domus militie Templi Jerosolimitani, in Nazarenum archiepiscopum elegerunt. Cumque frater Robertus, unus ex reliquis duobus canonicis, propter hoc ad apostolicam sedem appellans, causa prosequende appellationis hujusmodi ad sedem ipsam accederet, ipse et frater Ubertus, eorum concanonicus, tunc citra mare constitutus, compromiserunt in quemdam alium, qui de eorum similiter non erat capitulo, providendi de pastore ipsius ecclesie Nazarene, concessa sibi simili potestate, cujus virtute ipse compromissarius nominatum fratrem Robertum elegit in archiepiscopum Nazarenum, et postmodum idem frater Robertus electioni de se facte consentiens et ad persequendum jus sibi competens in electione predicta ad apostolicam sedem accedens, tandem saniori ductus consilio, juri, si quod ex hujusmodi electione sua forte competebat eidem, in nostris manibus sponte cessit. Verum nos, hujusmodi cessione admissa, attendentes quod hujusmodi electioni tue non consenseras infra tempus a jure statutum, et quod per hoc tibi nullum jus competebat in illa, quodque ipsius ecclesie Nazarene provisio ad nos specialiter hac vice noscitur pertinere... in te direximus oculos nostre mentis teque ipsi ecclesie Nazarene de fratrum nostrorum consensu prefecimus in archiepiscopum... Dat. Reate, xviii kalendas julii, anno primo. »

In e. m. capitulo ecclesiae Nazarenae mandat quatenus praedicto archiepiscopo debitam obedientiam praebeant.

In e. m. populo civitatis et dioecesis Nazarenae.

In e. m. universis vassallis ecclesiae Nazarenae.

In e. m. universis episcopis ecclesiae Nazarenae suffraganeis.

170 Rieti, 30 juin 1288.

Protector constituitur ordinis heremitarum S. Augustini. (Reg. 44, c. 85, f. 22 r°.)

Venerabili fratri B. episcopo Portuensi. Eum constituit protectorem ordinis heremitarum S. Augustini, tam ipsius ordinis quam personarum, membrorum, cum statu integro eorumdem, curam, gubernationem, regimen et protectionem praesentium ei committentes.

« Immensi molem oneris... — Dat. Reate, ii kalendas julii, anno primo. »

171 Rieti, 18 juin 1288.

Administrator constituitur ecclesiae SS. Sergi et Bachi de Urbe. (Reg. 44, c. 86, f. 22 r°.)

Dilecto filio Petro de Columpna, capellano nostro. Ei ecclesiam Sanctorum Sergi et Bachi de Urbe, carentem ad praesens proprio cardinali, in spiritualibus et temporalibus usque ad beneplacitum sedis apostolicae, praesentium auctoritate gubernandam committit.

« Inter alia que... — Dat. Reate, xiiii kalendas julii, anno primo. »

172 Rieti, 29 juillet 1288.

Electio Michaelis in Pampilonensem episcopum confirmatur. (Reg. 44, c. 87, f. 22 v°.)

Venerabilibus fratribus .. Burgensi et .. Calaguritano et Calciatensi episcopis mandat quatenus electionem Michaelis in ecclesiae Pampilonensis episcopum confirment, ac alter eorum ipsum electum in presbyterum, statutis temporibus, studeat ordinare et postquam eum ad sacerdotium duxerit promovendum, ascitis sibi duobus vel tribus episcopis, eidem electo munus consecrationis impendat. — Post obitum Michaelis Pampilonensis episcopi, capitulum ecclesiae Pampilonensis, ordinis S. Augustini, elegerat in Pampilonensem episcopum Michaelem Petri, archidiaconum ejusdem ecclesiae, in diaconatus ordine constitutum, qui per triginta annos et amplius in eadem ecclesia sub praedicti ordinis observantia fuit, sed dubitabat dictum capitulum, « propter bonum conscientie, absque licentia sedis apostolice, a capitulo ecclesie Terraconensis ad presens pastore carentis, cui dicta Pampilonensis ecclesia est metropolitico subjecta jure, occasione interdicti cui regnum Aragonie ac terra Cathalonie, de qua civitas Terraconensis existit, auctoritate apostolica fore supposita dinoscuntur, et etiam propter guerrarum discrimina in illis partibus ingruentium, merito formidantes confirmationem electionis hujusmodi postulare. Attendentes insuper quod dictus electus ob expen-

sarum ad hoc necessariarum insufficentiam non possit comode ad predictam sedem personaliter se transferre, pro confirmationis ejusdem electionis munere obtinendo, cum ipse pro eo quod predicta ecclesia Pampilonensis ecclesie Romane immediate non subest, ante prefatum munus susceptum, de jure administrare non possit sintque ipsius Pampilonensis ecclesie redditus, tum occasione dampnorum, que in invasione et destructione civitatis Pampilonensis eadem Pampilonensis ecclesia olim noscitur pertulisse, tum etiam per violentam occupationem et detentionem bonorum que ipsa ecclesia in predicto regno Aragonie obtinet et que magna pars cuntarum (*sic*) facultatum ejusdem ecclesie Pampilonensis existunt, a quondam Petro de Aragonia et ejus fautoribus attemptatas non modicum diminuti... »

« Debitum officii nostri... — Dat. Reate, IIII kalendas augusti, pontificatus nostri anno primo. »

173 Rieti, 28 juillet 1288.

Exemptio jurisdictionis. (Reg. 44, c. 88, f. 23 r°; Potth., 22758.)

Dilectis filiis .. magistro et fratribus ordinis fratrum predicatorum. « Dum sollicite considerationis... Vos et predictum ordinem ac ecclesias, oratoria, domos et loca vestra, in quibus habitatis et inhabitabitis, dum ea inhabitaveritis, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, a cujusvis alterius jurisdictione ac potestate omnimoda, prorsus eximimus de gratia speciali, decernentes ex nunc eundem ordinem ac personas, ecclesias, oratoria, domos et loca prefata soli romano pontifici et romane ecclesie, tam in spiritualibus quam temporalibus absque ullo medio subjacere... Dat. Reate, V kalendas augusti, anno primo. »

174 Rieti, 28 juillet 1288.

Statuit ut fratres ordinis praedicatorum, qui post professionem ad ordines alios transierint, ad nullam administrationem curam animarum habentem, vel ad nullam dignitatem assumi possint absque apostolicae sedis licentia speciali. (Reg. 44, c. 89, f. 23 r°; Potth., 22759.)

Eisdem. « Inter cetera vobis... statuimus et etiam ordinamus ut fratres vestri ordinis qui post professionem ab eis in ordine ipso factam, anno probationis completo, ad quoscumque ordines alios professionis cujuslibet, petita vel non petita, obtenta vel non obtenta a superioribus suis licentia, immediate vel per alium seu alios ordines mediate transierunt jam, sive transierint in ordine vel in ordinibus ad quem vel ad quos transitum, habuerunt aut eos in posterum habere contigerit, vel etiam extra illos, ad nullam omnino administrationem, vel officium, curam animarum habentia, nec etiam ad aliquam dignitatem vel prelaturam seu personatum quoquo modo possint assumi, absque apostolice sedis speciali et expressa licentia, per ipsius sedis patentes litteras concedendas facientes plenam, certam et determinatam de statuto et ordinatione hujusmodi mentionem... Dat. ut supra. »

175 Rieti, 1er août 1288.

De pallio archiepiscopo Nazareno assignando. (Reg. 44, c. 90, f. 23 r°.)

Dilecto filio Guillelmo de Sancto Johanne electo Nazareno nuntiat se ejus pallium per fratrem Durandum Bugerii, ordinis militiae Templi Jerosolimitani, misisse .. Anteradensi et .. Syndoniensi episcopis ei assignandum postquam ipse a praedictis episcopis vel a .. Bibliensi episcopo munus consecrationis receperit.

« Cum nos venerabilibus... — Dat. Reate, kalendis augusti, anno primo. »

176 Rieti, 1er août 1288.

De pallio archiepiscopo Nazareno assignando. (Reg. 44, c. 91, f. 23 v°.)

Venerabilibus fratribus .. Anteradensi et .. Syndoniensi episcopis mandat quatenus pallium Guillelmo de Sancto Johanne electo Nazareno assignent postquam consecrationem hic receperit.

« Cum nos vobis... — Dat ut supra. »

177 Rieti, 1er août 1288.

De munere consecrationis electo Nazareno impendendo (Reg. 44, c. 92, f. 23 v°.)

Venerabilibus fratribus .. Anteradensi et .. Syndoniensi ac .. Bibliensi episcopis mandat quatenus unus eorum Guillelmo de Sancto Johanne electo Nazareno munus consecrationis impendat.

« Cum nos super... — Dat ut supra. »

178 Rieti, 18 juillet 1288.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 93, f. 23 v°.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Viennensi mandat quatenus cum Sibueto, nato nobilis viri Drooneti domini de Bello Visu, et Johanna, nata nobilis viri Aymonis de Bossosello domini de Malbec, Viennensis dioecesis, dispenset ut non obstante quarta consanguinitatis linea qua conjuncti sunt, matrimonium olim inter ipsos tractatum ad sedandas graves guerras inter parentes existentes contrahere valeant.

« Exposita coram nobis... — Dat. Reate, xv kalendas augusti, anno primo. »

179 Rieti, 18 juillet 1288.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 94, f. 23 v°.)

Eidem mandat quatenus cum nobili viro Odone domino Turnonis et *Helionours* sorore nobilis viri Artaldi domini Roscilionis et Anoniaci dispenset ut, non obstante quarta consanguinitatis linea qua conjuncti sunt, matrimonium olim inter ipsos tractatum ad sedandas graves inimicitias inter parentes exortas contrahere valeant.

« Exposita coram nobis... — Dat. ut supra. »

180 Rieti, 6 juin 1288.

De quibusdam possessionibus ecclesiae Astensis permutandis. (Reg. 44, c. 95, f° 23 v°.)

Venerabili fratri B. episcopo Albensi mandat quatenus inquirat de opportunitate supplicationis qua Astensis episcopus licentiam petit permutandi quasdam possessiones suae ecclesiae pro eo quod « commune ac etiam nonnulli cives Astenses et universitates castrorum et aliorum locorum illarum partium plura castra et jurisdictiones castrorum et villarum ad Astensem ecclesiam pertinentia per violentiam detinent occupata ac hujusmodi detentores eorum aliqua prefatis episcopo et ecclesie restituere, pro reliquis vero alia castra, terras et possessiones, ex quibus majores fructus provenire poterunt, exhibere permutationis titulo sunt parati... »

« Sua nobis venerabilis... — Dat. Reate, viii idus junii, anno primo. »

181 Rieti, 6 juin 1288.

Ut supra. (Reg. 44, c. 96, f. 24 r°.)

Eidem mandat quatenus inquirat de opportunitate supplicationis qua Astensis episcopus licentiam petit quaedam castra ecclesiae suae « ex quibus, pro eo quod a civitate Astensi nimium remota, modicum utilitatis provenit sibi et ecclesie supradicte, permutandi pro aliis castris eidem civitati propinquioribus et eidem episcopo et dicte ecclesie utilioribus... »

« Venerabilis frater noster... — Dat. ut supra. »

182 Rieti, 13 août 1288.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 97, f. 24 r°; Lap. du Theil, I, 31.)

Venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Bisuntino et .. episcopo Cabilonensi mandat quatenus cum Hugone, nato nobilis viri Philippi de Vienna domini de Pugneyo, et Gileta, nata quondam Simonini filii nobilis viri Mathaei domini de Longo Vico, Bisuntinae dioecesis, dispenset, ut etiamsi quarto consanguinitatis gradu conjuncti sint tamen ad sedandas guerras inter progenitores dictorum Hugonis et Giletae ortas, inter quas praedictus Symoninus et alii perierunt, inter se matrimonium contrahere valeant.

« Ex parte dilecti... — Dat. Reate, idibus augusti, anno primo. »

183 Rieti, 16 juillet 1288.

Inhibet ne quis de electione Guillelmi in Ilerdensem episcopum se intromittat. (Reg. 44, c. 98, f. 24 r°.)

Dilectis filiis .. sacriste ecclesie Gerundensis et Petro Groyn, canonico Barchinonensi. « Licet olim felicis recordationis Martinus papa, predecessor noster, provisiones omnium ecclesiarum cathedralium regni Aragonie ac aliarum in terris eidem regno subjectis consistentium, quas ex tunc vacare contigeret, apostolice sedis dispositioni reservaverit ac decreverit irritum et inane si quid contra reservationem hujusmodi, sive scienter sive ignoranter, contigeret attemptari, tamen post reservationem et decretum hujusmodi, vacante ecclesia Ilerdensi per obitum bone memorie G. Ilerdensis episcopi, quidam, sicut accepimus, ex canonicis ipsius ecclesie Ilerdensis Hugonem prepositum Massiliensis ecclesie, ac reliqui dicte ecclesie Ilerdensis canonici Guillelmum de Montecathano archidiaconum Ilerdensem, ad regimen ecclesie Ilerdensis prefate in discordia elegerunt. Verum eodem Hugone hujusmodi electioni de se facte consentire nolente, ac Berengario de Fluviano canonico prefate ecclesie Ilerdensis predicti Guillelmi

electioni se opponente et demum ex certis causis ad sedem apostolicam appellante, felicis memorie Honorius papa, predecessor noster, bone memorie Comitem tituli Sanctorum Marcellini et Petri presbyterum cardinalem primo et post aliquos processus coram ipso cardinale habitos tam eodem predecessore Honorio quam dicto cardinale viam universe carnis ingressis, nos postmodum dilecto filio nostro Matheo tituli Sancti Laurentii in Damaso presbytero cardinali negotium hujusmodi commisimus audiendum. Idem vero Matheus cardinalis predictum Guillelmum pluries citari fecit in audientia publica, ut est moris, et cum ipse sive alius pro eo in statuto sibi termino peremptorio comparere coram eodem Matheo cardinali contumaciter non curasset, predicto Berengario in singulis terminis comparente ac ipsius Guillelmi contumatiam accusante, prefatus Matheus cardinalis memoratum Guillelmum reputavit, exigente justitia, contumacem, ac deinde visis et auditis litteris, instrumentis et juribus pro parte dicti Berengarii in judicio exhibitis factaque nobis super hiis relatione fideli et a nobis pronuntiandi super hoc obtenta licentia negotium predictum ipsius electionis dicti Guillelmi per appellationem ejusdem Berengarii ad sedem predictam devolutum fore et apud eam tractari debere pronuntiavit, justitia suadente. Cum autem, sicut intelleximus, idem Guillelmus predictam electionem suam a capitulo ecclesie Terraconensis, loci Metropolitani, nunc pastore vacantis, post appellationem predictam petierit confirmari ac predicti capitulum examinationem et confirmationem electionis ejusdem .. preposito, .. precentori et Bernardo de Verneto canonico Terraconensibus motu proprio commisisse dicantur; nos attendentes quod ipsius ecclesie Ilerdensis provisio juxta reservationem et decretum dicti predecessoris nostri Martini in predicte sedis apostolice dispositione consistit, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus vos vel alter vestrum per vos vel per alium seu alios capitulo et predictis seu quibuscumque aliis ejusdem capituli commissariis ex parte nostra inhibere curetis ne de predicta electione memorati Guillelmi examinando vel confirmando eandem aut alio quovis modo se aliquatenus intromittant neque de ipsa quicquam disponere sive attemptare presumant... Dat. Reate, XVII kalendas augusti, anno primo. »

184 Rieti, 13 juin 1288.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 99, f. 24 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Eistetensi mandat quatenus cum nobili viro Frederico comite de Truendingen et nobili muliere Agnete nata quondam Henrici comitis de Wirtenbert dispenset ut, quanquam quarto consanguinitatis gradu conjuncti sint et dictus Fredericus quondam Conrado comiti de Oetingen olim viro ipsius Agnetis gradu simili, dum viveret, attineret, in matrimonio quod olim contraxerunt et in quo plures filios procrearunt, quum hujusmodi impedimentum ignorarent, remanere valeant.

« Exhibita nobis dilecti... — Dat. Reate, idibus junii, anno primo. »

185-186 Rieti, 13 août 1288.

Philippo Francorum regi indulget ut clerici ejus obsequiis insistentes fructus, redditus et proventus beneficiorum suorum integre percipere possint. (Reg. 44, c. 100, f. 24 v°; Lap. du Theil, I, 33.)

Carissimo in Christo filio Philippo regi Francie illustri. « Grandis affectus quem ad personam tuam gerimus merito nos inducit ut ad illos qui tibi obsequuntur apostolicam gratiam extendamus. Regiis itaque precibus favorabiliter annuentes auctoritate tibi presentium indulgemus ut clerici tui, quos nunc habes et habebis in posterum tuis obsequiis insistentes, quandiu eisdem obsequiis fuerint immorati, fructus, redditus et proventus beneficiorum suorum ecclesiasticorum, etiamsi personatus aut dignitates existant et curam habeant animarum, cotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, integre percipere valeant, ac si personaliter in ecclesiis, in quibus personatus vel dignitates aut beneficia ipsa obtinent, residerent, nec interim ad faciendum in dictis ecclesiis personalem residentiam teneantur, neque ad id a quoquam valeant coartari, non obstantibus si dicti clerici in eisdem ecclesiis non fecerint primam personalem residentiam consuetam quam facere teneantur a tuis obsequiis recedentes, seu juramento ab ipsis prestito, quod non impetrabunt per se vel alios super hiis ab apostolica sede gratiam et impetrata etiam ab alio non utentur, et contrariis ecclesiarum ipsarum consuetudinibus vel statutis, juramento, confirmatione sedis apostolice aut alia quavis firmitate vallatis, et qualibet alia prefate sedis indulgentia generali vel speciali cujuscumque tenoris existat, per quam id impediri valeat vel differri, et de qua in presentibus plena et expressa seu de verbo ad verbum mentio sit habenda. Proviso quod interim hujusmodi dignitates, personatus et beneficia debitis obsequiis non fraudentur, et animarum cura in eis quibus illa immi-

net nullatenus negligatur. Nulli ergo... Dat. Reate, idibus augusti, anno primo. »

In e. m .. S. Dionisii in Francia et .. S. Germani de Pratis Parisiensis monasteriorum abbatibus mandat quatenus praedictos fructus eisdem clericis ministrari faciant.

187-188 Rieti, 13 août 1288.

Privilegia clericis regis Francorum concessa. (Reg. 44, c. 101, f. 24 v°; Lap. du Theil, I, 35; Potth., 22773.)

Eidem regi indulget ut quatuor clericorum ejus, qui se ad litterarum studium ubi solemniter viget duxerint transferendos, fructus, redditus et proventus beneficiorum suorum ecclesiasticorum per quinquennium percipere possint.

« Quanto majoris devotionis... — Dat. ut supra. »

In e. m. .. S. Dionisii in Francia et .. S. Germani de Pratis Parisiensis monasteriorum abbatibus mandat ut praedictos fructus eisdem clericis ministrari faciant.

189-190. Rieti, 13 août 1288.

Privilegia clericis negotiis regis Francorum insistentibus. (Reg. 44, c. 102, f. 25 r°; Lap. du Theil, I, 35.)

Eidem regi indulget ut clerici etiam non familiares ejus quos ad quaecumque loca miserit pro suis negotiis exequendis, quandiu circa executionem negotiorum ipsorum insistent, pro residentibus habeantur ac fructus, redditus et proventus beneficiorum suorum ecclesiasticorum, etiamsi personatus aut dignitates existant et curam habeant animarum, cotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, percipere valeant.

« Exigit magne devotionis... — Dat. ut supra. »

In e. m. .. S. Dionisii in Francia et.. S. Germani de Pratis Parisiensis monasteriorum abbatibus mandat quatenus praedictos fructus eisdem clericis ministrari faciant.

191 Rieti, 13 août 1288.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 103, f. 25 r°; Lap. du Theil, I, 37.)

Eidem regi. Indulgentiam concedit centum dierum omnibus vere poenitentibus et confessis qui praedicationibus, quas eodem rege praesente diebus dominicis et festivis sollempnibus fieri contigerit interfuerint.

« Considerantes eximie devotionis...— Dat. ut supra. »

192 Rieti, 2 juin 1288.

De compositione inter monasterium Rothonense et Johannem comitem Britanniae habita. (Reg. 44, c. 104, f. 25 r°; Lap. du Theil, I, 39.)

Venerabilibus fratribus .. Dolensi et .. Macloviensi episcopis ac dilecto filio .. archidiacono Venetensi mandat quatenus de tractatu habito inter conventum monasterii Rothonensis ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis et Johannem filium quondam Johannis, comitem Britanniae, inquirant et quid de eo senserint papae intiment, ut ipse deliberare possit, utrum expediat monasterio licentiam praedictis abbati et conventui concedi compositionem et concordiam hujusmodi cum praedicto comite faciendi.

Inter .. abbatem et conventum monasterii Rothonensis ex parte una et quondam Johannem comitem Britanniae ex altera, olim super temporali jurisdictione de Botono, de Bayn, de Brayn et de Langon parrochiarum et quorumdam aliorum locorum et hominum habitantium in parrochiis et locis praedictis ad monasterium ipsum spectantibus ac aliis diversis articulis orta quaestione, post diversos processus Honorius papa archiepiscopo Turonensi mandaverat quatenus eisdem partibus concordiam praebere studeret, sed, dictis archiepiscopo et comite interea mortuis, nullus ab eis habitus est processus. Verum .. Redonensis et .. Briocensis episcopi et quidam alii boni viri, inter abbatem et conventum supradictos, ex una parte, et Johannem comitem Britanniae, primogenitum supradicti quondam Johannis, ex altera, compositionis habuerunt tractatum super hujusmodi quaestione, quae jam per tringinta annos duraverat et in qua idem monasterium tam praedicta jurisdictione quam terra in qua eadem jurisdictio consistit a comite spoliatum fuit.

« Ex parte dilecti... — Dat. Reate, IIII idus junii, anno primo. »

193 Rieti, 25 juillet 1288.

De quibusdam possessionibus monasterii S. Pastoris alienandis. (Reg. 44, c. 105, f. 25 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Lesinensi mandat quatenus inquirat de petitione qua conventus monasterii S. Pastoris, Cisterciensis ordinis, Reatinae dioecesis, licentiam poscit vendendi vel mutandi quamdam grangiam cum terris, possessionibus et nonnullis aliis bonis quae in Apuliae partibus tenet.

« Petitio dilectorum filiorum... — Dat. Reate, VIII kalendas augusti, anno primo. »

194-201 Rieti, 8 août 1288.

Regem Hungariae ut ad ecclesiam christianam redeat et reginam E. ad se resumat, hortatur. (Reg. 44, c. 106, f. 25 v°; Potth., 22764.)

Carissimo in Christo filio L. regi Ungarie illustri. « Si sparsa semina... Religione christiana postposita, vel potius abjecta, in contemptu divini nominis, te cum Tartaris, Sarracenis, Neugeriis et Paganis conversatione dampnata confederare (te) diceris, specialiter vivendi cum eisdem Neugeriis norma sumpta et abjecta immo potius carceri tradita immaniter uxore propria, videlicet carissima in Christo filia nostra E. regina Ungarie illustri, deseviens in te ipsum et regiam domum Ungarie... Unde... celsitudinem regiam monemus, rogamus et hortamur attente, per apostolica tibi scripta mandantes, quatenus eorumdem Tartarorum, Sarracenorum, Neugeriorum et Paganorum ac aliorum infidelium dimissis erroribus... que docet et servat universalis ecclesia, velut plantatus in domo Domini devote conversionis studiis amplectaris, et eandem reginam resumens et in securo statu conservans, eam, ut teneris, maritali affectione pertractes... Et ne videatur correctio paterna tepescere circa filium delinquentem, venerabili fratri nostro .. archiepiscopo Strigoniensi, de cujus circumspectione ac examinata probitate confidimus, per alias diversas litteras nostras injungimus, ut in hac parte datas sibi a domino virtutes exercens te a sic nephandis erroribus retrahat... Et si dicti Tartari, Sarraceni, Neugerii et Pagani dampnatos suos conatus contra catholicos fidei professores exercitare voluerint, ne ipsorum invalescat severitas in dispendium fidei christiane, contra predictos Tartaros, Sarracenos, Neugerios et Paganos ac alios adherentes eisdem, vel eos in hiis quomodo libet confoventes... studeat sollicite proponere verbum crucis et contra te specialiter, nisi predictam reginam resumpseris, et eam ut predicitur tute tractaveris, exerceat censuram ecclesiasticam auctoritate nostra munitus. Et nichilominus certis regibus, ducibus, comitibus et baronibus ac populo illarum partium scribimus, ut super hiis archiepiscopo assistant eidem, nec cessabimus quantumcumque invite, si oportuerit, quod non credimus, ad tuam correctionem partes apostolice sollicitudinis, sicut expediet, adhibere. Per hoc autem quod te in presenti littera cum solite benedictionis eloquio salutamus, quia nondum de hujusmodi tuis actibus patet nobis veritas narratorum, scutum alicujus confidentie non assumas, quominus hominis et canonis sententiis, si eas forsan incurreris, sis ligatus... Dat. Reate, VI idus augusti, anno primo. »

In e. m. .. archiepiscopo Strigoniensi mandat quatenus, si praedictus rex reginam resumere ac tute tractare noluerit, eum ad id per censuram ecclesiasticam compellat. Dat. ut supra (Potth., 22765).

In e. m. Lodomerio archiepiscopo Strigoniensi mandat quatenus si praedicti Tartari, Sarraceni, Neugerii et Pagani suos conatus contra catholicos exercere voluerint, contra eos et adherentes eisdem omnibus Christi fidelibus per regnum Ungariae ac per Poloniam, Boemiam, Austriam, Stiriam, Carinthiam, Sclavoniam et Ystriam verbum crucis proponat. Eique concedit potestatem largiendi omnibus sic crucis signaculum assumentibus eandem indulgentiam quam in Terrae Sanctae subsidium proficiscentibus concedit apostolica sedes. Dat. ut supra (Potth., 22766).

In e. m. archiepiscopis et episcopis ac electis, abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, praepositis, plebanis et aliis ecclesiarum praelatis ac ministris, guardianis et custodibus, ac capitulis et conventibus Cisterciensis, S. Benedicti, Praemonstratensis, praedicatorum et minorum fratrum aliorumque ordinum et universo clero Hospitalique S. Johannis Jerosolimitani, militiae Templi et Sanctae Mariae Theotonicorum magistris, praeceptoribus et fratribus per regnum Ungariae ac circumpositas provintias constitutis. Eos hortatur quatenus contra Tartaros, Sarracenos, Neugerios, Paganos et alios praedictos eidem archiepiscopo ad requisitionem ejus assistant. Dat. ut supra (Potth., 22768).

In e. m. .. Poloniae ac.. Sclavoniae aliisque ducibus, marchionibus, comitibus et baronibus, ac universo populo Christi fidelibus per regnum Ungariae ac alias circumpositas provintias constitutis (Potth., 22768).

In e. m. .. regi Romanorum (Potth., 22768).

In e. m. .. regi Boemiae (Potth., 22768).

In e. m. .. duci Austriae (Potth., 22768).

202 Rieti, 8 août 1288.

Archiepiscopo Strigoniensi mandat ut E. reginam Hungariae a carcere liberare studeat. (Reg. 44, c. 106², f. 26 r°; Potth., 22767.)

Venerabili fratri.. archiepiscopo Strigoniensi mandat quatenus juxta tenorem litterarum ei directarum a collegio cardinalium ecclesia vacante per mortem Honorii IIII,

continentium inter alia qualiter dictus Honorius suas eidem archiepiscopo dirigendas litteras confici fecerat et bullari sed mortuo papa eaedem litterae non fuerant missae, procedat ad liberationem E., reginae Ungariae.

« Dudum romana ecclesia... — Dat. ut supra. »

203 Rieti, 7 juillet 1288.

Fratribus monasterii de Hyda licentiam concedit utendi pileis in officiorum celebratione. (Reg. 44, c. 107, f. 26 v°.)

.. *abbati et conventui monasterii de Hyda prope Wintoniam, ordinis Sancti Benedicti*, licentiam concedit utendi pileis, pecudinis vel agninis pellibus dumtaxat contextis, in officiorum celebratione et in processionibus, propter frigoris vehementiam, quia « aliqui ex monachis dicti monasterii mortis periculum, quidam vero ex eis morbum paraliticum et alii alias diversas egritudines hujusmodi occasione hactenus incurrerunt, et monachi aliorum monasteriorum de illis partibus fere omnes, ad hujusmodi periculum evitandum, tum ex speciali privilegio sedis apostolice, tum ex consuetudine, in processionibus ipsis uti pileis pelliceis dinoscuntur. »

« Meritis vestre religionis... — Dat. Reate, nonis julii, anno primo. »

204 Rieti, 7 juillet 1288.

Episcopo Saresbiriensi committit quatenus absolvat Johannem de Woctone, vicecomitem Wyltesiriae, a voto peregrinationis ad basilicam S. Petri de Urbe faciendae. (Reg. 44, c. 107², f. 26 v°; Potth., 22754.)

Venerabili fratri .. episcopo Saresbiriensi. « Petitio dilecti filii nobilis viri Johannis de Woctone, militis tue diocesis, vicecomitis Wyltesirie, nobis exhibita continebat quod quondam mater ejus tunc pregnans de ipso, partus angustias, quas nondum experta fuerat, verita, et per hoc se magis humilians Creatori, eidem votum emittendo promisit quod, si partus ejus esset masculus, devotionis et peregrinationis causa basilice principis apostolorum de Urbe limina visitaret; predictus quoque nobilis illuminata mente conspitiens quod ipse Creator clementer egerat cum eadem, quod per eam in hac parte gestum fuerat approbavit et vovit insuper eadem limina personaliter visitare. Cum autem ipse nobilis jam senio et alias debilitate gravatus, et in carissimi in Christo filii nostri .. regis Anglie illustris in vicecomitatu Wyltesyrie servitiis moram trahens, necnon viarum longa spatia et diversa discrimina eorum, quibus se ulterius exponere non est tutum eidem, verisimiliter timens ne possit exequi comode hujusmodi votum suum, quod ipse illud elemosinis et aliis piis operibus redimere vel in aliud sibi magis accomodum commutare possit a nobis suppliciter postulavit ... presentium tibi auctoritate committimus ut, super hiis agens misericorditer cum eodem, ipsum ab hujusmodi voto auctoritate nostra absolvas, proviso cautius ut quod ipse nobilis foret in sua visitatione hujusmodi expensurus eidem basilice quamtotius fideliter faciat assignari. Alioquin ab hoc non habeatur aliquatenus absolutus. Rescripturus nobis nichilominus quicquid in premissis faciendum duxeris, et quid et quantum ipse nobilis propter hoc eidem basilice destinarit per tuas litteras harum seriem continentes fideliter studeas intimare... Dat. ut supra. »

205 Rieti, 24 août 1288.

Fratribus ordinis minorum declarat quomodo tempore generalis interdicti se gerere debeant. (Reg. 44, c. 108, f. 27 r°; Potth., 22782) (1).

Dilectis filiis .. ministro generali et fratribus ordinis minorum indulget ut tempore generalis interdicti sua confiteri peccata et ab ipsis absolvi ac simul legere divinum officium, missas celebrare, necnon temporibus consuetis juxta morem praedicti ordinis sacrae communionis et unctionis extremae sacramenta recipere valeant.

« Meritis vestre religionis... — Dat. Reate, viiii kalendas septembris, anno primo. »

206-210 Rieti, 13 juin 1288.

Licentiam concedit testandi (Reg. 44, c. 109, f. 27 r°.).

Venerabili fratri Matheo, Regensi episcopo.

« Quia presentis vite... — Dat. Reate, idibus junii, anno primo. »

Rieti, 17 juin 1288.

In e. m. Jacobo, Ydrontino episcopo. Dat. Reate, xv kalendas julii, anno primo.

Rieti, 3 juillet 1288.

In e. m. N., patriarchae Jerosolimitano. Dat. Reate, v nonas julii, anno primo.

(1) Potthast renvoie pour cette bulle à Sbaraglia, *Bul. Franc.*, IV, p. 32, n° 45, au lieu de page 32, n° 44. Sous le numéro 45, Sbaraglia publie la bulle n° 124 du Reg., déjà publiée par Wadding et oubliée par Potthast.

Rieti, 1er juillet 1288.

In e. m. Hugoni, episcopo Eduensi. Dat. Reate, kalendis julii, anno primo (1).

Rieti, 27 janvier 1289.

In e. m. Paparono, episcopo Spoletano. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, VI kalendas februarii, anno primo (2).

211-212 Rieti, 20 août 1288.

Confirmat omnia quae Gervasius, S. Martini presbyter cardinalis, fecit at sedandam contentionem inter Stephanum dictum Surdum et heredes Roberti de Wippond, super ecclesia de Byrlicbitor, Karleolensis dioecesis, existentem. (Reg. 44, c. 110, f. 27 r°.)

Dilecto filio Stephano dicto Surdo, capellano nostro, nepoti bone memorie R., Sancti Angeli diaconi cardinalis. « ... Sane petitio tua nobis exhibita continebat quod dudum inter te, qui pro rectore ecclesie de Byrlicbitor, Karleolensis diocesis, te gerebas, ex provisione tibi facta de illa tunc vacante per mortem quondam magistri Petri de Piperno, ipsius ecclesie rectoris, per felicis recordationis Urbanum papam predecessorem nostrum, non obstante si predicta ecclesia ad presentationem laici pertineret, ex parte una, et nobiles mulieres Ysabellam et Ydoneam, sorores, filias et heredes quondam Roberti de Wippond, et nonnullos progenitores dicti Roberti, dum viverent, qui in dicta ecclesia jus patronatus se habere dicebant, et quamplures alios ab eis ad prefatam ecclesiam tanquam ad vacantem presentatos, et precipue inter Robertum de Avena, clericum, quem eedem sorores venerabili fratri nostro .. episcopo Karleolensi, ut pretendebant, presentaverant ad ecclesiam memoratam, ex altera, orta materia questionis... », cum jam duravisset per duodecim annos haec quaestio, tam dictus Stephanus Surdus quam magister Stephanus de Sancto Georgio, scriptor papae, et Eadmundus de Wiarfeld, procuratores Roberti de Avena et Ysabellae et Ydonae praedictorum, petierunt concordiam ab Honorio papa, qui de consilio B., Portuensis episcopi, et B., Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconi cardinalis, potestatem componendi bonae memoriae Gervasio, tituli Sancti Martini presbytero cardinali, viva voce commisit. Hic igitur, relaxans interdictum cui praedicta ecclesia ipsius quaestionis occasione subjacebat, jussit praedictum Stephanum Surdum ecclesiam ipsam et omne jus, si quod illi competebat in illa, omnino dimittere, dictumque Robertum de Avena institui in rectorem ecclesiae supradictae, ac eundem Stephanum Surdum quadraginta marchas sterlingorum pensionis nomine, annis singulis, in festo beati Johannis Baptistae, apud Novum Templum Londoniense, per manus dicti Roberti de Avena vel alterius rectoris ejusdem ecclesiae qui fuerit pro tempore annuatim percipere.

« Ea que judicio... — Dat. Reate, XIII kalendas septembris, anno primo. »

In e. m. .. archiepiscopo Eboracensi et magistris Johanni de Luco, Sancti Pauli Londoniensis, ac Guiffredo de Vezano, Cameracensis ecclesiarum canonicis, nuntio apostolico in Anglia, mandat ut praedicta omnia, in eo quod Stephanum praefatum contingunt, inviolabiliter observari faciant.

213 Rieti, 3 juillet 1288.

Facultas dispensandi. (Reg. 44, c. 111, f. 27 v°.)

Venerabili fratri N., patriarche Jerosolimitano, facultatem concedit dispensandi cum clericis patriarchatus ejus « qui excommunicationum sententiis innodati divina officia, non tamen in contemptu clavium, celebrarunt sive se immiscere ipsis offficiis presumpserunt, postquam ab eisdem sententiis rite fuerint absoluti, super irregularite quam exinde contraxerunt. »

« Volentes personam tuam... — Dat. Reate, V nonas julii, anno primo. »

214 Rieti, 3 juillet 1288.

Facultas concedendi indulgentias. (Reg. 44, c. 112, f. 28 r°.)

Eidem facultatem per triennium valituram dat, quoties illum proponere contigerit populo verbum Dei, concedendi omnibus vere poenitentibus et confessis ad illud audiendum devote convenientibus indulgentiam centum dierum.

« Meritis tue devotionis... — Dat. ut supra. »

215 Rieti, 27 juin 1288.

Facultas dispensandi. (Reg. 44, c. 113, f. 28 r°.)

Eidem facultatem per triennium valituram concedit dispensandi cum clericis ipsius patriarchatus de soluto genitis et soluta ut hi ad omnes ordines promoveri et

1. Cet *In e. m.* est écrit en marge.
2. *Id.*

ecclesiasticum beneficium, etiamsi curam animarum habeat, obtinere valeant.

« Que fraternitatis exigentibus... — Dat. Reate, v kalendas julii, anno primo. »

216 Rieti, 27 juin 1288.

Exemptio jurisdictionis. (Reg. 44, c. 114, f. 28 r°.)

Eidem privilegium per quinquennium valiturum concedit ut extra regnum Jerosolimitanum super bonis quae infra ipsum obtinet per apostolicae sedis litteras vel legatorum ipsius in causam trahi vel ad judicium evocari non possit.

« Sincere devotionis affectus... — Dat. ut supra. »

217-218 Rieti, 27 juin 1288.

Dispensatio residentiae clericis N., patriarchae Jerosolimitani, concessa. (Reg. 44, c. 115, f. 28 r°.)

Eidem indulget ut sex clerici familiares ejus, quos duxerit eligendos, ejus obsequiis insistentes, « fructus, redditus et proventus beneficiorum suorum ecclesiasticorum, quibus cura non imminet animarum, cum ea integritate per quinquennium percipere valeant, cotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, cum qua illos perciperent si in ecclesiis in quibus beneficia ipsa obtinent personaliter residerent. »

« Magne devotionis affectus... — Dat. ut supra. »

In e. m. .. Sanctae Genovefae Parisiensis et.. Sanctae Mariae de Latina Jerosolimitani monasteriorum abbatibus ac .. archipresbytero ecclesiae de Colle, Vulteranae dioecesis, mandat quatenus praedictis sex clericis fructus, redditus et proventus eorumdem beneficiorum faciant integre ministrari.

219-224 Rieti, 27 août 1288.

N., patriarchae Jerosolimitano, legationis officium commissum. (Reg. 44, c. 116, f. 28 r°.)

Eidem committit « in partibus Syrie, Jerusalem, Cypri et Armenie regnis ac principatu Antiochie plene legationis officium. »

« Levantes in circuitu... — Dat. Reate, vi kalendas septembris, anno primo. »

In e. m. archiepiscopis et episcopis ac abbatibus, prioribus, praepositis, decanis, archidiaconis et aliis ecclesiarum praelatis per Syriam et Jerusalem, Cypri et Armeniae regna ac principatum Antiochiae constitutis mandat quatenus eidem patriarchae tanquam apostolicae sedis legato obedientiam debitam praebeant.

In e. m. .. regi Cypri.

In e. m. .. regi Armeniae.

In e. m. .. principi Antiocheno et comiti Tripolitano.

In e. m. universis principibus, comitibus, baronibus ac locorum communitatibus per Syriam et Jerusalem, Cypri et Armeniae regna ac principatum Antiochenum constitutis.

225-226 Rieti, 27 août 1288.

N., patriarchae Jerosolimitano, legationis officium commissum. (Reg. 44, c. 117, f. 28 v°.)

Venerabili fratri Nicolao, patriarche Jerosolimitano, apostolice sedis legato, mandat quatenus magistros et fratres domorum militiae Templi et Hospitalis Jerosolimitani ac Sanctae Mariae Theotonicorum per Syriam et Jerusalem, Cypri et Armeniae regna ac principatum Antiochenum constitutos, si illi tanquam apostolicae sedis legato non obediant, ad id, monitione praemissa, per excommunicationis in personas et in loca ipsa interdicti sententias compellat.

« Antiqua sanctorum patrum... — Dat. ut supra. »

In e. m. universis magistris et fratribus domorum militiae Templi, S. Johannis et Sanctae Mariae Theotonicorum Hospitalium Jerosolimitanorum, per Syriam et Jerusalem, Cypri et Armeniae regna ac principatum Antiochenum constitutis.

227-233 Rieti, 3 septembre 1288.

Officium tabellionatus. (Reg. 44, c. 118, f. 29 r°.)

Dilecto filio Percivallo Leonardi de Introduco, laico, Reatine diocesis, officium tabellionatus committit, post examinationem ejus a magistris Raymondo de Ponte et Ranutino de Murro, capellanis papae, factam.

« Ne contractuum memoria... — Dat. Reate, iii nonas septembris, anno primo. »

In e. m. Johanni Johannis Nicolai de Clesura, clerico in minoribus ordinibus constituto, Reatinae dioecesis.

In e. m. Hugoni Guidonis de Vandopera, clerico in minoribus ordinibus constituto, Lingonensis dioecesis.

In e. m. Mathaeo Johannis Raynaldi de Clausura, laico, Reatinae dioecesis.

Rieti, 5 septembre 1288.

In e. m. Gualterio, nato quondam Gualterii Petri, de Laureto, laico, Pennensis dioecesis. Dat. Reate, nonis septembris, anno primo.

In e. m. Jacobo Silvestri de Anagnia, clerico in minoribus ordinibus constituto, post examinationem a Raymundo de Ponte et Nicolino de Camilla, capellanis papae, factam. Dat. ut supra.

Rieti, 17 septembre 1288.

In e. m. Lanfranco, abbati de Scano, de Pergamo, clerico in minoribus ordinibus constituto, post examinationem a Raymundo de Ponte, decano Compostellano, et Nicolino de Camilla, canonico Ambianensi, capellanis papae, factam. Dat. Reate, xv kalendas octobris, anno primo (1).

234 Rieti, 22 juin 1288.

De quibusdam monasterii S. Pauli de Ripa Arni Pisani possessionibus alienandis. (Reg. 44, c. 119, f. 29 r°.)

.. *abbati monasterii Sancti Pauli de Ripa Arni Pisani* mandat quatenus inquirat de opportunitate petitionis qua magister et fratres hospitalis novi Spiritus Sancti de Misericordia Pisani, quod Papae Alexandri vulgariter nuncupatur, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis Sancti Augustini, poscunt licentiam mutandi vel vendendi quasdam domos et possessiones, quas in civitate et districtu Pisano obtinent.

« Ex parte dilecti... — Dat. Reate, x kalendas julii, anno primo. »

235 Rieti, 27 août 1288.

Privilegium monasterio de Evesham concessum. (Reg. 44, c. 120, f. 29 r°.)

Venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis per Angliam constitutis mandat quatenus abbati et conventui monasterii de Evesham ecclesiastica sacramenta, cum requisiti fuerint, exhibeant. — « Cum dilecti filii .. abbas et conventus monasterii de Evesham, quod specialiter ecclesie romane juris existit, ex privilegio ejus obtineant speciali ut liceat eis pro benedictione abbatis et aliis ecclesiasticis sacramentis quemcumque maluerint adire antistitem gratiam apostolice sedis habentem, quidam vestrum ea ipsis impendere denegant humiliter requisiti... »

« Ut devotionis affectum... — Dat. Reate, vi kalendas septembris, anno primo. »

236 Rieti, 27 août 1288.

Pro liberatione Johannis de Luco, canonici Londoniensis, in carcere detenti. (Reg. 44, c. 121, f. 29 r°.)

Carissimo in Christo filio Eduardo, regi Anglie illustri. Ab eo petit liberationem Johannis de Luco, canonici Londoniensis, qui in turre Londoniensi detinetur. — Honorius papa IIII canonicatum et praebendam tunc in ecclesia Suellensi, Eboracensis dioecesis, per liberam resignationem Cinthii, Capuani archiepiscopi tunc electi, quondam canonici ejusdem ecclesiae, vacantes, Rollando de Ferentino, capellano suo, cum plenitudine juris canonici ac omnibus juribus et pertinentiis auctoritate apostolica contulit, ac Bernardum de Carcassona, capellanum suum, de ipsis ejusdem Rollandi nomine per suum annulum praesentialiter investivit, Johanne de Luco, canonico Londoniensi, executore super hoc eidem Rollando deputato. Idem igitur Johannes procuratorem dicti Rollandi in eorumdem canonicatus et praebendae corporalem possessionem induxit; et, quia magister Bonetus de Sancto Quintino, qui, pro canonico ejusdem ecclesiae se gerens, eandem praebendam detinet occupatam, et capitulum et praecipue quidam ex canonicis ejusdem ecclesiae se super hoc temere opponebant, dictus Johannes in eosdem Bonetum et canonicos excommunicationis et in capitulum et ecclesiam interdicti sententias promulgavit. Quare quidam ministeriales regis eundem Johannem capi fecerunt et carcerali custodiae deputari.

« Est de celsitudine... — Dat. Reate, vi kalendas septembris, anno primo. »

237 Rieti, 18 août 1288.

Venetos ad pacem cum patriarcha Aquilegensi hortatur. (Reg. 44, c. 122, f. 29 v°; Potth., 22778.)

Dilecto filio nobili viro .. duci et communi Venetorum. « Habet nostris auribus inculcata relatio quod vos, ad occupationem bonorum et jurium Aquilegensis ecclesie manus avidas extendentes, Parentinam, Emonensem et Justinopolitanam civitates, ac S. Laurentii Montoni et

(1) Ce dernier *In e. m.* est écrit en marge.

Gresignane Pirani Insule, Mugle, aliaque nonnulla castra, terras, villas et loca in Istrie partibus constituta, que ad eandem ecclesiam pertinere dicuntur et in quibus venerabilis frater noster patriarcha Aquilegensis jurisdictionem omnimodam obtinere proponitur temporalem, per violentiam occupastis, eaque detinetis taliter occupata, nonnulla castrorum et villarum ipsorum, illicitis ausibus data licentia, nequiter destruentes; alias patriarche ecclesieque predictis ac venerabili fratri nostro.. episcopo et civibus Tergestinis ac aliis suis adherentibus, coadjutoribus, fautoribus et sequacibus in hac parte, per incendia et rapinas, dampna maxima et graves injurias inferendo, in eorumdem patriarche et ecclesie ac aliorum predictorum non modicum prejudicium et gravamen. Quamobrem, instigante humani generis inimico, inter patriarcham et quamplures illarum partium nobiles ac alios ecclesie predicte vassallos et adherentes eisdem, ex parte una, et vos, ex altera, gravium discordiarum et guerrarum discrimina sunt, ut dicitur, suscitata... Nos igitur... universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente quatenus ea que in hac parte patriarche, ecclesie, episcopo, civibus et aliis adherentibus, fautoribus et sequacibus memoratis per vos vel per alium aut alios sunt ablata, eis, sublato difficultatis obstaculo, restituere procuretis, a quibusvis novitatibus, invasionibus et insultibus, per vos et per vestros etiam stipendiarios et adherentes in hac parte vobis ac fautores, coadjutores et sequaces vestros, contra illos aut aliquos vel aliquem eorumdem et terras ipsorum penitus abstinendo; ac revocando nichilominus alios vestros stipendiarios vel armatos qui provintiam Istrie, in dampnum patriarche, episcopi et civium ac aliorum predictorum, ad statum ipsius provintie perturbandum, sicut asseritur, sunt ingressi... Alioquin venerabili fratri nostro.. archiepiscopo Ragusino, per alias litteras nostras, injungimus ut vos ad hujusmodi restitutionem ac stipendiariorum seu armatorum predictorum revocationem faciendam compellere, quodque vos dictique stipendiarii, adherentes, fautores, coadjutores et sequaces vestri a novitatibus, invasionibus et insultibus quibuscumque abstineatis, et ut omnino iidem stipendiarii seu armati de provintia ipsa recedant, per censuram ecclesiasticam, appellatione cessante, compescere non omittat. Si vero in civitatibus, castris, villis, terris et locis eisdem jus aliquod creditis vos habere, coram nobis, infra duorum mensium spatium a receptione presentium inchoandum, per syndicum seu procuratorem ydoneum ad hoc a vobis specialiter constitutum, comparere curetis. Nos enim, qui sumus omnibus in justitia debitores, parati sumus facere vobis super hiis exhiberi justitie complementum. Dat. Reate, xv kalendas septembris, anno primo. »

238 Rieti, 18 août 1288.

De eodem negotio (Reg. 44, c. 123, f. 30 r°; Potth., 22779).

Venerabili fratri.. archiepiscopo Ragusino. Mandat quatenus personaliter se Venetias conferens, Venetos ad mandata apostolica in praecedentibus litteris contenta exsequenda inducat et etiam per censuras ecclesiasticas compellat.

« Habet nostris auribus... — Dat. ut supra. »

239 Rieti, 26 août 1288.

Definitio quarumdam litterarum Alexandri IIII. (Reg. 44, c. 124, f. 30 r°; Sbaraglia, *Bul. Franc.*, IV, p. 32, n° 45) (1).

.. *abbatisse et conventui monasterii monialium inclusarum Sancte Agnetis Astensis, ordinis Sancte Clare* (2), significat quatenus non ad futura sed tantummodo ad praeterita se extendunt litterae quibus Alexander papa IIII .. guardiano fratrum minorum Astensium mandabat ut absolveret illos qui bona illicite consecuta supradictis abbatissae et conventui monialium contulissent, si quibus restituenda essent invenire non possent. Quarum litterarum tenor talis est : « Alexander episcopus servus » servorum Dei. Dilecto filio.. guardiano fratrum mino- » rum Astensium, salutem et apostolicam benedictionem. » Cum dilecte in... — Dat. Laterani, x kalendas fe- » bruarii, anno secundo. »

« Tenorem quarumdam litterarum... — Dat. Reate, vii kalendas septembris, anno primo. »

240 Rieti, 5 septembre 1288.

Episcopus Catharensis ob injurias fratribus praedicatoribus illatas coram sede apostolica citatur. (Reg. 44, c. 125, f. 30 v°; Potth., 22794.)

.. *abbati monasterii Sancti Michaelis de Pecelina, Ragusine diocesis.* « Petitio dilectorum filiorum.. prioris et fratrum ordinis predicatorum Catharensium nobis exhibita continebat quod, cum ipsi ac quondam Urbanus, tunc eorum prior, dudum in ecclesia S. Bartholomei Catha-

(1) Potthast a oublié cette bulle.

(2) Dans la lettre d'Alexandre IV le monastère est dit de l'ordre de S. Damien.

rensi, eis a venerabili fratre nostro Dompnio, episcopo Catharensi, de voluntate ac assensu ejusdem ecclesie patronorum, pro loco ipsorum, qui alias in civitate Catharensi artissimum locum habebant, liberaliter de novo concessa, divina officia celebrarent, et per quemdam eorum fratrem presbyterum missarum sollempnia in honore Dei et beati Dominici confessoris facerent celebrari, predictus episcopus, conversus in arcum perversum, contra factum proprium veniendo, associatis sibi quibusdam presbyteris, ad ecclesiam ipsam et usque ad ejus altare, non absque multorum astantium, qui illic convenerant ad sollempnia hujusmodi audienda, scandalo, rabio (*sic*) hostili et ira concitatus accessit, et, retrahens manu propria ipsum presbyterum celebrantem, cum jam in hujusmodi sollempniis incepisset dicere Sursum corda, illum sanguine cruentando, ac postmodum dictum Urbanum priorem per caputium suum capiens, adeo ipsum constrinxit, fortiter percutiendo eum, jam per ipsum episcopum prostratum ad terram, usque ad effusionem sanguinis ictibus pugno pluries, quod dictus Urbanus occasione hujusmodi percussionum ei a prefato episcopo illatarum infirmitatem maximam et deinde continue egrotando mortem noscitur incurrisse; reliquos fratres afficiendo verberibus et contumeliosis verbis. Nec hiis contentus idem episcopus, mala malis accumulans, emissis in altum vocibus dicere cepit : « Venite post me omnes et eiciamus » fratres extra terram et eorum locum penitus deleamus. » Sicque, cum predictus episcopus ad hostia ecclesie S. Pauli Catharensis, ubi dictorum fratrum prior locus habetur, cum presbyteris aliquibus pervenisset, a se modestia episcopali penitus relegata, hostia ipsa violenter aperuit; ac postea, hostio cujusdam domus ipsius loci extra cardinem, fracto repagulo, temere jam dejecto, fratrem Savinum, conversum dicti ordinis, Dei timore postposito et amore, atrociter verberavit; alias predictis fratribus dampna et injurias non modica inferendo, contra eos factis diversis processibus, et contra tenorem privilegiorum suorum apostolicorum diversis excommunicationum sententiis contra justitiam fulminatis, in anime sue periculum et dictorum prioris et fratrum non modicam injuriam, prejudicium et gravamen. Nos igitur hujusmodi gravamina predictorum fratrum et injurias, si veritate nitantur, quantumcumque foret ipsi episcopo deferendum, nolentes sub equanimitate transire, ne forte transirent aliis in exemplum, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus, si tibi per famam vel per indaginem constiterit de premissis, eundem episcopum ex parte nostra peremptorie citare procures, ut infra quatuor menses post citationem tuam personaliter compareat coram nobis, facturus et recepturus super hoc quod justitia suadebit. Diem vero citationis et formam et quicquid super hoc duxeris faciendum nobis per tuas litteras harum seriem continentes studeas fideliter intimare. Dat. Reate, nonis septembris, anno primo. »

241 Saint-Pierre, 29 avril 1288.

Inquisitoribus in provincia romana mandat ut medietatem portionis ipsis ratione inquisitionis perventae, communi Viterbiensi debitam, conservare studeant. (Reg. 44, c. 126, f. 30 v°; Potth., 22692.)

Dilectis filiis Alamanno de Balneoregio et Francisco de Reate, ordinis minorum, inquisitoribus heretice pravitatis in romana provintia, mandat quatenus, cum de contentionibus inter nobilem virum Ursum de filiis Ursi et commune Viterbiense super nonnullis castris et aliis rebus exortis, interveniente fratre Angelo de Reate, ordinis minorum, tunc inquisitore pravitatis hereticae in romana provintia, fuerit facta concordia quampluribus pactis et conventionibus infra certa ad haec constituta tempora adimplendis, sicut in litteris Honorii papae et variis instrumentis continetur, et jam dicta tempora sint elapsa, nondum tamen praedicta pacta sint impleta, si pro eodem Urso, per magistros Deodatum, Lexoviensis, Rogerium de Salerno, Panormitanae ecclesiarum archidiaconos, capellanos papae, et Fidantiam, canonicum Balneoregensem, quibus causa discordiarum praedictarum fuit commissa, sententia fuerit promulgata nec legitima provocatione suspensa, ex tunc medietatem portionis quae ad manus ipsorum Alamanni et Francisci ratione inquisitionis pervenerit, debitam communi praefato, conservare studeant, nihil de ipsa disponendo sine speciali sedis apostolicae mandato.

« Exposuit nobis dilectus... — Dat. Rome, apud S. Petrum, III kalendas maii, anno primo. »

242 Rieti, 13 août 1288.

Rector ecclesiae de Synclindone, Lincolniensis dioecesis, citatur coram sede apostolica. (Reg. 44, c. 127, f. 31 r°.)

Dilectis filiis magistro Gifredo de Vezano, Cameracensis, camere nostre clerico, et Johanni de Luco, Londoniensis, ac Silvagio de Florentia, Sancte Cede, Conventrensis diocesis, ecclesiarum canonicis, in Anglia commorantibus.

« Sua nobis dilectus filius Bonifatius, canonicus Bononiensis, nepos bone memorie O., Sancte Marie in Via Lata diaconi cardinalis, petitione monuit quod olim inter ipsum et quondam Rogerium, archidiaconum Hun-

tingdonensem in ecclesia Lincolniensi, super ecclesia de Synclindone, Lincolniensis diocesis, quam uterque ipsorum ad se spectare dicebat, orta materia questionis, tandem in bone memorie G., tituli Sancti Marci presbyterum cardinalem, quem felicis recordationis Urbanus papa, predecessor noster, concesserat in causa hujusmodi auditorem », fuit a partium procurationibus tanquam in arbitrum compromissum. Idem vero cardinalis, praedictam ecclesiam de Synclindone dicto Rogerio adjudicans, inter alia ordinavit ut praefatus Bonifatius de redditibus ipsius ecclesiae triginta marcharum sterlingorum ab ipso Rogerio et ejus successoribus annuatim pensionem certis loco et terminis persolvendam tandiu perciperet donec foret ipsi Bonifatio de bonis ecclesiasticis certi valoris annui apostolica auctoritate provisum. Licet praedictus Rogerius praedictam pensionem, dum viveret, dicto B. persolvisset, tamen .. rector ejusdem ecclesiae de Synclindone qui post ipsius obitum ecclesiam ipsam assecutus est praefatam pensionem non persolvit septennio et amplius jam elapso. Martinus vero papa Bartholomaeo, canonico ecclesiae Sancti Pancratii Ferentinatis, in Anglia commoranti, mandavit ut praefatum rectorem ad persolvendam dictam pensionem obligaret; « sed cum dictus Bartholomeus de causa hujusmodi cognoscere incepisset, predictus rector procuravit eidem Bartholomeo ne in causa ipsa procederet per litteras regias inhiberi, sicque dicta causa remanet indecisa. »

« Sua nobis dilectus... — Dat. Reate, idibus augusti, anno primo. »

243 Rieti, 3 septembre 1288.

Privilegia concessa monasterio quod Custodia Beatae Mariae nuncupatur, sito in territorio Blesensi. (Reg. 44, c. 128, f. 31 r°; Potth., 22789.)

Dilectis in Christo filiabus Juliane, abbatisse monasterii quod Custodia Beate Marie virginis nuncupatur, siti in territorio Blesensi, ejusque sororibus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum.

« Olim dilectus filius... Statuimus insuper (1) ut ordo monasticus, qui secundum Deum et predictam regulam Humilitatis Beate Marie virginis in eodem monasterio vestro institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium vestrum in presentiarum juste ac canonice possidet aut in futurum, concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, prestante Domino, poterit adipisci, firma vobis et eis que in eodem monasterio vobis successerint et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: Locum ipsum, in quo prefatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis; ex dono prefati comitis annuum redditum ducentarum librarum turonensium, quem percipitis in portu Blesensi et aliis redditibus comitatus Blesensis; grangiam Enblemars, que Tomba vulgariter appellatur, et aliam grangiam sitam in territorio dicte Tombe cum pertinentiis suis; grangiam de Origni cum pertinentiis et appenditiis suis; duo arpenta prati sita juxta rivum de Choisi, que fuerunt quondam Thome de Bosco; in territorio Dasmieres, vineas que fuerunt quondam Guillelmi Goatras; domum, terras, possessiones et quicquid juris habetis in territorio quod dicitur Lauberoie; tria stagna aquarum, que fuerunt quondam Radulphi de Ponte, militis, sita inter Promeroy et Sanctum Lubinum, cum omnibus pertinentiis et appenditiis eorumdem; in foresta de Blesis, sita juxta prefatum monasterium vestrum, usum incidendi et faciendi incidi ligna vestris usibus oportuna; et in eadem foresta usum pascuorum pro bestiis et animalibus vestris; in foresta que Boloigne vulgariter appellatur, usum incidendi ligna ad edificandum et retinendum domos et officinas vobis et eidem monasterio oportunas; et alias possessiones, redditus et quicquid juris in predicta diocesi Carnotensi dictum monasterium vestrum noscitur obtinere, cum terris, pratis, vineis, nemoribus, usuagiis et pascuis in bosco et plano, in aquis et molendinis, in viis et semitis, et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus suis. Liceat quoque vobis personas liberas et absolutas e seculo fugientes ad conversionem recipere et eas absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper ut nulli sororum vestrarum, post factam in eodem monasterio professionem, fax sit de eodem loco discedere, discedentem vero nullus audeat retinere. Illud districtius inhibentes ne terras, seu quodlibet beneficium vobis, seu monasterio vestro collatum, liceat alicui personaliter dari, seu alio modo alienari, absque consensu totius capituli, vel majoris aut sanioris partis ipsius. Si que vero donationes aut alienationes aliter quam dictum est facte fuerint, eas irritas esse censemus. Pro consecrationibus vero altarium vel ecclesiarum, sive pro oleo sancto, vel quolibet ecclesiastico sacramento, nullus a vobis aliquo modo quicquam audeat extorquere; sed hec omnia gratis vobis episcopus diocesanus vobis impendat;

(1) Ce qui précède n'est que l'énumération des privilèges accordés au même couvent par la bulle du 27 avril (n° 77. Cf. *Sbar.*, *Bull. franc.*, IV, p. 33, n° 46).

alioquin liceat vobis nostra auctoritate recipere a quocumque malueritis catholico antistite gratiam et communionem sedis apostolice obtinente. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis, clausis januis, excommunicatis et interdictis exclusis, non pulsatis campanis, dummodo causam interdicto non dederitis, suppressa voce divina officia celebrare. Obeunte vero te, nunc ejusdem loci abbatissa, vel earum aliqua que tibi successerint, nulla ibi qualibet subreptionis austutia seu violentia preponatur, nisi quam sorores ejusdem monasterii communi consensu, vel earum major pars consilii sanioris secundum Deum et predictam regulam providerint eligendam. Porro si archiepiscopi, episcopi vel alii ecclesiarum rectores in dictum monasterium vestrum, vel personas inibi Domino famulantes suspensionis, excommunicationis vel interdicti sententiam promulgaverint, ipsam tanquam contra apostolice sedis indulta prolatam decernimus non tenere. Paci quoque et tranquillitati vestre paterna in posterum sollicitudine providere volentes, auctoritate apostolica prohibemus ut infra clausuras locorum vel grangiarum vestrarum nullus rapinam vel furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere vel interficere, seu violentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris romanis pontificibus, nec non libertates et exemptiones secularium exactionum a prefato comite Blesensi vel aliis Christi fidelibus rationabiliter predicto monasterio vestro indultas apostolica auctoritate confirmamus, et presentis scripti privilegio communimus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed ea omnia integra conserventur, earum pro quarum gubernatione ac substentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate. Ad indicium autem hujus percepte a sede apostolica libertatis unam unciam auri nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvetis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit et primo, secundo tertiove monita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jhesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte subjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jhesu Christi quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum judicem premia eterne pacis inveniant. Amen, Amen, Amen.

Ego Nicolaus, catholice ecclesie episcopus, subscripsi.

Ego frater Bentivenga, Albanensis episcopus, subscripsi.

Ego frater Latinus, Ostiensis et Velletrensis episcopus, subscripsi.

Ego Bernardus, Portuensis et Sancte Rufine episcopus, subscripsi.

Ego Berardus, Penestinus episcopus, subscripsi.

Ego Johannes, Tusculanus episcopus, subscripsi.

Ego frater Mattheus, tituli Sancti Laurentii in Damaso presbyter cardinalis, subscripsi.

Ego frater Hugo, tituli Sancte Sabine presbyter cardinalis, subscripsi.

Ego Matheus, Sancte Marie in Porticu diaconus cardinalis, subscripsi.

Ego Jacobus, Sancte Marie in Via Lata diaconus cardinalis, subscripsi.

Ego Benedictus, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconus cardinalis, subscripsi.

Ego Neapoleo, Sancti Adriani diaconus cardinalis, subscripsi.

Ego Petrus, Sancti Georgii ad Velum Aureum diaconus cardinalis, subscripsi.

Ego Petrus, Sancti Eustachii diaconus cardinalis, subscripsi.

Dat. Reate per manum magistri Johannis, decani Baiocensis, sancte romane ecclesie vicecancellarii, III nonas septembris, indictione prima, Incarnationis dominice anno M.CC.LXXX.VIII, pontificatus vero domini Nicolai pape IIII anno primo. »

244 Rieti, 4 septembre 1288.

Monasterio quod Custodia Beatae Mariae nuncupatur regulam sororum minorum inclusarum concedit. (Reg. 44, c. 129, f. 32 r°; Potth., 22790.)

Dilectis in Christo filiabus .. abbatisse et conventui sororum minorum inclusarum monasterii quod Custodia Beate Marie virginis nuncupatur, siti in territorio Blesensi, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, Carnotensis diocesis, confirmat concessionem qua eisdem Johannes, tituli Sanctae Ceciliae presbyter cardinalis, in regno Franciae apostolicae sedis legatus, regulam tradidit quam sorores monasterii Humilitatis Beatae Mariae virginis, siti juxta Parisius, servant, quamque Urbanus papa sororum minorum inclusarum statuit nominandam.

« Olim dilectus filius... — Dat. Reate, II nonas septembris, anno primo. »

245 Rieti, 3 septembre 1288.

Mutuatio possessionum inter hospitale S. Johannis Jerosolimitani et ecclesiam Jerosolimitanam. (Reg. 44, c. 130, f. 34 v°.)

Dilectis filiis .. magistro et fratribus hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani confirmat permutationem a Nicolao, patriarcha Jerosolimitano, successore Eliae, factam de quadam possessione quam tenebat dictum hospitale in civitate Acconensi, pro aliis possessionibus quas ecclesia Jerosolimitana detinebat in regno Angliae.

« Ex parte vestra... — Dat. Reate, III nonas septembris, pontificatus nostri, anno primo. »

246 Saint-Pierre, 25 avril 1288.

Inquisitio de amotione Petri a prioratu Grandimontensi et de electione Bernardi ad eundem prioratum. (Reg. 44, c. 131, f. 35 r°.)

Dilectis filiis Bertrando de Monte Acuto, abbati monasterii Moysiacensis, Caturcensis diocesis; fratri Bernardo Geraldi, priori provintiali ordinis fratrum predicatorum in provintia; et magistro Radulpho de Mirabello, decano Pictavensi, capellano nostro. Confirmat litteras eis ab Honorio IIII mandatas, quae, licet Honorio vivente bullatae, tamen eodem papa morte praevento ante quam ad illos pervenissent, nullum habuerunt effectum. Harum autem litterarum tenor talis est :

« Honorius episcopus servus servorum Dei. Dilectis » filiis Bertrando de Monte Acuto, abbati monasterii » Moysiacensis, Caturcensis diocesis; fratri Bernardo » Geraldi, priori provinciali ordinis fratrum predicato- » rum in provintia; et magistro Radulpho de Mirabello, » decano Pictavensi, capellano nostro, salutem et apos- » tolicam benedictionem. Occasione amotionis dilecti filii » fratris Petri, prioris ordinis Grandimontensis, ad ro- » manam ecclesiam nullo medio pertinentis, a prioratu » ipsius ordinis facte per quosdam super visitatione ac » correctione domus Grandimontensis auctoritate privi- » legiorum sedis apostolice deputatos, ac electionis ad » prioratum eundem de dilecto filio fratre Bernardo, » dicti ordinis, per quosdam alios fratres ejusdem ordi- » nis, postmodum subsecute, quas dictus Petrus prior, » utpote attemptatas post appellationes varias ad sedem » apostolicam legitime interjectas, et ex aliis diversis » causis, penitus fore nullas, dictus vero Bernardus rite » habitas asserebant, grandis est dissentionis materia in » eodem ordine suscitata. Hujusmodi autem negotio ad » sedem apostolicam devoluto partibusque in nostra et » fratrum nostrorum presentia constitutis, audivimus » quod partes eedem tam super amotione ac electione » predictis quam super nonnullis aliis, que hinc inde in » animarum dispendium et contra honestatem quietum- » que statum ipsius dicebantur ordinis attemptata, pro- » ponere voluerunt. Et tandem nolentes partes ipsas, » sicut nec decebat, litigiorum anfractibus diutius im- » plicari, negotium ipsum de plano et sine judicii exa- » minandum strepitu et nobis hujusmodi examinis exi- » tum referendum commisimus venerabili fratri nostro » .. episcopo Ostiensi; per quem diligenter eodem exami- » nato negotio et super hiis que coram eo acta sunt facta » nobis coram eisdem fratribus relatione fideli, quia per » sui discussionem examinis de predictarum amotionis » et electionis meritis ipsiusque ordinis statu, quem fore » diversarum turbationum multiplicatione ac alias satis » jam nobis innotuit deformatum, non poterat apud se- » dem eandem plene veritas inveniri, nos ad gratam Deo » reformationem ipsius ordinis intendentes... vobis... » committimus per apostolica scripta districto preci- » piendo mandantes... quatenus ad dictam domum et, » si expedire videritis, ad alia loca ejusdem ordinis per- » sonaliter accedentes, excommunicationum et suspen- » sionum sententiis, si quas dictus prior protulit vel per » quoscumque judices in personas ejusdem ordinis fecit » post inceptum hujusmodi negotium promulgari, et » juramentis, si aliqua forte sint prestita per que vestro » processui posset impedimentum afferri, penitus re- » laxatis, de plano et sine judicii strepitu, nullius con- » tradictione admissa, sed ex officio tantummodo proce- » dendo, ex integro de predictis amotionis causis aliisque » ipsius ammoti et electionis prefate ac electi meritis, » necnon et circa personas alias ejusdem ordinis ac ob- » servantias regulares inquiratis diligentius quecumque » videritis inquirenda. Illisque, prout et quando expe- » dire videritis, restitutis quos dictus prior post hujus- » modi negotium inchoatum suis dicitur administratio- » nibus spoliasse, corrigatis et reformetis, tam in capite » quam in membris, que correctionis officio inveneritis » indigere. Et, vel predictas ammotionem et electionem » aut earum alterutram cassando, seu, si res exegerit, » cassas et irritas nuntiando, sive utramque, prout ex- » pediens fore putabitis, confirmando, sive de novo » ipsum priorem, si demerita ejus exegerint, et alios » quoslibet a suis administrationibus ammovendo, ac » etiam alias circa memoratum ordinem et personas ip-

» sius, prout prospero ejus statui congruit, providendo » tranquillitati et utilitati ejusdem ordinis, consulatis » prout secundum Deum videritis faciendum; proviso » quod hujusmodi vestro durante processu, dicte ipsius » ordinis persone memorato priori obediant et intendant; ita quod per hoc vester processus nullius impedimenti obicem patiatur, dictusque prior alienandi » bona ejusdem ordinis, vel administrationes habentes » a suis administrationibus ammovendi, sive in dictum » electum nullam [potestatem] habeat; nos enim ex nunc » illam ei adimimus potestatem; quodque hiis qui electo » adheserunt eidem securitas arbitrio vestro sufficiens » vestra provisione prestetur; et predictus electus nec » sigillo nec administratione ut prior Grandimontensis » utatur. Quod si tam sepefatum priorem ammoveri » quam dictam electionem cassari seu irritam nuntiari » contingat vos, ordini memorato canonice provideri de » priore ydoneo per eos ad quos id pertinet faciatis, et » ei de quo taliter provisum fuerit obedientiam et reverentiam debitam a suis subditis exhiberi... Dat. Rome, » apud Sanctam Sabinam, VIII kalendas martii, pontificatus nostri anno secundo. »

« Felicis recordationis Honorius... — Dat. Rome, apud S. Petrum, VII kalendas maii, anno primo. »

247 Rieti, 31 août 1288.

Licentia exercendi per procuratores jus visitationis. (Reg. 44, c. 132, f. 35 v°; Lap. du Theil, I, 41.)

Venerabili fratri G., episcopo Xanctonensi, indulget ut per procuratorem visitare possit nonnullas parrochiales ecclesias et prioratus ipsi subjectos, in quibus, cum ad illos causa visitationis accedit, honeste non potest aut secure cum competenti familia hospitari, nonnullaque loca *Maresia* vulgariter nuncupata, et insulas et quaedam alia loca varia, ad quae propter locorum pericula quae ex maris fluctibus et discriminosis itineribus imminent nec potest nec audet ire.

« Specialis devotio qua... — Dat. Reate, II kalendas septembris, anno primo. »

248 Rieti, 4 septembre 1288.

Dispensatio visitandi limina apostolorum. (Reg. 44, c. 133, f. 35 v°; Lap. du Theil, I, 35 v°.)

Eidem indulget ne juramento visitandi singulis bienniis limina apostolorum Petri et Pauli ligetur.

« Specialis gratia et... — Dat. Reate, II nonas septembris, anno primo. »

249 Rieti, 4 septembre 1288.

Facultas redimendi decimas. (Reg. 44, c. 134, f. 35 v°; Lap. du Theil, I, 42.)

Eidem facultatem concedit redimendi decimas quas laici in parrochiis alienis infra ejus dioecesim percipiunt, rectorum ecclesiarum ad quos decimae ipsae spectant ad id accedente consensu.

« Non est petitio... — Dat. ut supra. »

250 Rieti, 23 août 1288.

Ut contentio inter Raynaldum de Sirmineto, rectorem ecclesiae SS. Petri et Pauli de Traygnes, et monasterium de Faversan exorta terminetur. (Reg. 44, c. 135, f. 35 v°.)

Dilectis filiis magistris Giffrido de Vezano, capellano et nuntio nostro in Anglia, Cameracensis, et Johanni de Luco, Londoniensis ecclesiarum canonicis, ac .. officiali Londoniensi, mandat quatenus audiant et terminent causam inter Raynaldum de Sirmineto, subdiaconum et capellanum ipsius papae, nepotem quondam Alexandri papae, rectorem ecclesiae Sanctorum Petri et Pauli de Traygnes, Lincolniensis dioecesis, ex una parte, et .. abbatem et conventum monasterii de Faversan, ordinis sancti Benedicti, Cantuariensis dioecesis, ex altera, sublatam super eo quod, licet dictus Raynaldus eisdem abbati et conventui fructus supradictae ecclesiae ad firmam concessisset, iidem tamen abbas et conventus praefato rectori pecuniam pro hujusmodi firma debitam solvere contradicunt.

« Sua nobis dilectus... — Dat. Reate, X kalendas septembris, anno primo. »

251 Rieti, 1er septembre 1288.

Feudatarii ecclesiae Remensis coguntur ad juramentum fidelitatis praestandum. (Reg. 44, c. 136, f. 35 v°; Lap. du Theil, I, 43.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Remensi, ad instar Innocentii papae IIII, concedit ut omnes feudatarios Remensis ecclesiae, ac alios qui ei fidelitatem exhibere tenentur, ad praestanda ipsi fidelitatis debita juramenta

districtione, qua convenit, appellatione postposita, valeat cohercere.

« Devotionis tue precibus... — Dat. Reate, kalendis septembris, anno primo. »

252 Rieti, 5 septembre 1288.

Defendit personas ecclesiasticas dioecesis Remensis a talliatoribus. (Reg. 44, c. 137, f. 36 r°; Lap. du Theil, I, 45.)

Dilecto filio Johanni, tituli Sancte Cecilie presbytero cardinali, apostolice sedis legato, mandat quatenus nequaquam permittat abbates, priores, abbatissas, conventus monasteriorum, capitula, ecclesias et clericos Remensis civitatis et dioecesis a scabinis et talliatoribus civitatis ejusdem, qui eos talliis, collectis et aliis indebitis oneribus aggravant, molestari.

« Ad repellendas molestias... — Dat. Reate, nonis septembris, anno primo. »

253 Rieti, 3 septembre 1288.

Ut supra. (Reg. 44, c. 138. f. 36 r°; Lap. du Theil, I, 44.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Remensi mandat quatenus nequaquam permittat memoratos abbates, priores et alios supradictos a praefatis scabinis et talliatoribus aut quibusvis aliis personis secularibus super hujusmodi exactionibus, talliis, collectis, aut indebitis oneribus molestari.

« Ad repellendas molestias... — Dat. Reate, III nonas septembris, anno primo. »

254 Rieti, 3 septembre 1288.

Ut supra. (Reg. 44, c. 139, f. 36 r°; Lap. du Theil, I, 47.)

Carissimo in Christo filio.. regi Francie illustri. Eum rogat quatenus nequaquam memoratos abbates priores et alios supradictos a praefatis scabinis et talliatoribus molestari permittat.

« Manet nostri pectoris... — Dat. Reate ut supra. »

255 Rieti, 28 août 1288.

Exemptio jurisdictionis. (Reg. 44, c. 140, f. 36 r°; Lap. du Theil, I, 49.)

Venerabili fratri E., episcopo Constantiensi, indulget quatenus ultra unam dietam extra suam dioecesim, super bonis quae infra ipsam obtinet, per apostolicae sedis litteras vel legatorum ipsius ad judicium evocari non possit, dummodo infra praedictam dietam de eo conquerentes valeant coram competenti judice justitiae assequi complementum.

« Sincere devotionis affectus... — Dat. Reate, V kalendas septembris, anno primo. »

256 Rieti, 4 septembre 1288.

Facultas redimendi decimas. (Reg. 44, c. 141, f. 36 r°; Lap. du Theil, I, 50.)

Eidem facultatem concedit redimendi decimas de manibus laicorum in parrochiis ecclesiarum ipsius civitatis et dioecesis, rectorum ecclesiarum in quarum parrochiis decimae ipsae consistunt ad id accedente consensu.

« Devotionis tue merita... — Dat. Reate, II nonas septembris, anno primo. »

257 Rieti, 4 septembre 1288.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 142, f. 36 v°; Lap. du Theil, I, 32.)

.. decano et capitulo ecclesie Beati Johannis Baptiste Andegavensis. Indulgentiam concedit centum dierum omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam praedictam in festivitatibus ipsius S. Johannis et S. Licinii, ejusdem ecclesiae fundatoris, ac S. Juliani episcopi, cujus corporis pars non modica in eadem ecclesia conservatur, visitaverint.

« Loca sanctorum omnium... — Dat. ut supra. »

258-260 Rieti, 24 août 1288.

Johannes ecclesiae Nucerinae praeficitur in episcopum. (Reg. 44, c. 143, f. 36 v°; Potth., 22787.)

Johanni electo Nucerino. Vacante Nucerina ecclesia per obitum Fidermidii, capitulum in Someum, priorem ejusdem ecclesiae, unanimiter commisit, concedens ei plenam potentiam eligendi vel postulandi episcopum. Praedictus igitur Someus Johannem, tunc canonicum ipsius ecclesiae, postulavit; quam postulationem confirmat papa post examinationem postulationis et personae per .. episcopum Portuensem, Mathaeum, tituli S. Laurentii in Damaso presbyterum, et Jacobum, Sanctae Mariae in Via Lata diaconum cardinales, factam.

« Inter cetera que... — Dat. Reate, VIIII kalendas septembris, anno primo. »

In e. m. capitulo ecclesiae Nucerinae mandat quatenus eidem electo debitam praebeat obedientiam.

In e. m. clero civitatis et dioecesis Nucerinae.

261 Rieti, 9 septembre 1288.

Salernitanus archiepiscopus et alii Salernitani citantur coram sede apostolica. (Reg. 44, c. 144, f. 36 v°; Potth., 22796.)

Venerabilibus fratribus .. Murano et .. Avellinensi episcopis. « Ad audientiam nostram pervenit quod, cum olim quidam civis et mercator Florentinus, tunc temporis commorans in Salerno, accubuisset in lecto egritudinis, ex qua postmodum dinoscitur decessisse, ac, propter devotionem quam ad Deum et ordinem fratrum minorum habebat, habitu eorumdem fratrum assumpto, apud dilectos filios .. guardianum et fratres ejusdem ordinis de Salerno elegisset in voluntate ultima sepeliri, illumque denique jam defunctum sepeliendum in cimiterio suo dicti guardianus et fratres ad eorum ecclesiam detulissent, canonici et clerici ecclesie Salernitane, non absque conniventia superioris eorum, ut credebatur, cum fustibus ad predictam ecclesiam dictorum guardiani et fratrum ausu nefario accedentes, manibus injectis in quamplures ex eisdem fratribus, Dei timore postposito, violentis, corpus ipsius defuncti cum pannis, qui pro ipsius honore in feretro habebantur, eis auferre ac illud portare ad predictam ecclesiam Salernitanam, ac deinde sepelire in ipsius ecclesie cimiterio presumpserunt. Postmodum vero, cum quidam ex fratribus ipsis in die festi Resurrectionis dominice anni preteriti, ad honorem ipsius festi necnon ad animarum edificationem, in pulpito dicti loci proponerent sollempniter verbum Dei, quidam ex predictis clericis juniores ad ecclesie ipsius loci ostium venientes cum strepitu et sonitu tabularum, quas secum tulerant, pulsatis etiam campanis vicinarum capellarum per proprios sacerdotes, predicationem hujusmodi non sine multorum scandalo perturbarunt; et nichilominus capitulum predicte ecclesie Salernitane, injurias adjicientes injuriis, per quosdam ex prefatis clericis in locum predictorum guardiani et fratrum, lucescente die, quampluribus lapidibus injuriose jactatis, illos ex rectoribus ecclesiarum civitatis Salernitane qui aliquos ex ipsis fratribus ad predicandum admiserant, per plures ecclesias ipsius civitatis, ac etiam ad ecclesiam ipsius loci fratrum minorum, nudos ire jusserunt. Ceterum nonnulli ex canonicis et clericis memoratis, divina offensa quomodolibet non vitata, ea occasione fortassis quod fratres ipsi die sabbato sancto proximo preterito ad ympnum angelicum pulsando campanam nominatos canonicos prevenerunt; in die dominice resurrectionis immediate sequenti, associatis sibi quibusdam laicis perditionis filiis, pulsata prius campana ipsorum ad sturmum, ad predictam fratrum ipsorum ecclesiam accesserunt, et quadam capsa, in qua reconditur corpus Christi, de altari, in quo erat, in pavimentum irreverenter dejecta, et mensa, que ad tenendum antiphonaria et libros alios divinorum solempniis oportunos in medio chori ejusdem ecclesie habebatur, necnon quampluribus ostiis et fenestris cellarum seu domorum dicti loci cum securibus violenter effractis, aliquos ex dictis fratribus, qui ab illorum furore ad domos ipsas confugerant, per tunicas suas hac illac vituperabiliter agitarunt, et aliquibus impetuose fugatis, quosdam ex eis, injectis tamen in illos sacrilegis manibus, verbis contumeliosis et factis ac aliis diversis opprobriis ausibus nephariis affecerunt, et ad campanam eorum etiam ascendendo cum lapidibus frangere illam tentantes, malleum ex ipsa secum exinde asportarunt, alias predictis fratribus actualiter et verbaliter injurias plurimas et gravamina inferendo. Verum nos volentes predictis fratribus in presidio sedis apostolice, cujus immediate protectioni subjacent, non deesse, nec excessus ipsos relinquere impunitos, ne fortassis eorum impunitas exemplum preberet aliis similia committendi, vobis nostris dedimus litteris in mandatis, ut vos vel alter vestrum, indagine super predictis per vos habita diligenti, tam illos quos ex fama vel alias evidenter constaret per indaginem hujusmodi dictorum excessuum fuisse precipuos presumptores, usque ad sex, quam omnes qui in hujusmodi excessibus verisimiliter presumeretur (*sic*) fuisse culpabiles, ex parte nostra peremptorie citare curaretis, ut dicti sex personaliter, reliqui vero per se vel per procuratores ydoneos infra viginti dierum spatium post citationem vestram comparerent coram nobis, pro meritis recepturi nostrisque super hoc parituri beneplacitis et mandatis, ac facturi quod ordo exigeret rationis. Et licet vos venerabilem fratrem nostrum Philippum, Salernitanum archiepiscopum, quem, sicut per litteras vestras accepimus, premissa indagine diligenti, predictorum excessuum invenistis fuisse precipuum patratorem, citaveritis ut coram nobis personaliter certo termino compareret, ipse tamen in eodem termino coram nobis comparere non curans, excusatorem quendam ad nostram presentiam destinavit, qui proposuit dictum archiepiscopum hujusmodi citationis pretextu non debere coram nobis personaliter comparere, cum de ipso in dictis litteris nulla expressa mentio haberetur. Nos itaque nolentes predictos excessus occa-

sione hujusmodi relinquere impunitos, et attendentes quod, sicut audivimus, mora ipsius archiepiscopi hoc maxime tempore in illis partibus esse potest inutilis et dampnosa, fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus quatenus vos vel alter vestrum predictum archiepiscopum ex parte nostra peremptorie citare curetis ut infra viginti dierum spatium post vestre citationis edictum personaliter apostolico se conspectui representet, mandatis nostris super premissis et beneplacitis pariturus, ac facturus nichilominus et recepturus quod justitia suadebit. Diem vero citationis et formam et quicquid inde super premissis duxeritis faciendum nobis per vestras litteras harum seriem continentes studeatis fideliter intimare. Dat. Reate, v idus septembris, anno primo. »

262 Rieti, 9 septembre 1288.

De canonicis ordinis Praemonstratensis in parrochialibus ecclesiis commorantibus. (Reg. 44, c. 145, f. 37 r°; Potth., 22797.)

Venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis ad quos littere iste pervenerint mandat quatenus, cum canonici Praemonstratensis ordinis in parrochialibus ecclesiis ad ejusdem ordinis abbates et praepositos pertinentibus commorantes revocati fuerint ad claustrum, alios canonicos per abbates et praepositos canonice praesentatos in dictis ecclesiis admittant et instituant.

« Significarunt nobis dilecti... — Dat. ut supra. »

263 Rieti, 30 août 1288.

Validatio matrimonii. (Reg. 44, c. 146, f. 37 r°.)

Venerabili fratri.. episcopo Herbipolensi. « Ex parte dilecti filii nobilis viri Krastonis de Hohenloch et dilecte in Christo filie nobilis mulieris Margarete, uxoris ejus, fuit propositum coram nobis quod quondam Fredericus, comes de Truhendingen, Eystetensis diocesis, pater ipsius Margarete, dum viveret, et predictus Krasto inter se convenerunt quod Gotfridus, ipsius Krastonis filius, dictam Margaretam, tunc infra triennium, et idem Krasto memoratum Gotfridum filium suum, fratrem domus Hospitalis Sancte Marie Theotonicorum, tunc existentem in seculo et infra quinquennium constitutos, ad invicem matrimonialiter copularent, et hoc se facturos juramento prestito promiserunt. Sed dicti Gotfridus et Margareta semper seorsum habitantes nunquam antea seu postea se viderunt, nec colloquium insimul habuerunt, nec inter eos mutuus intervenit consensus tacitus vel expressus. Et licet dicto Gotfrido, postquam septimum annum complevit, quod per predictum patrem suum super hiis factum fuerat aliquando forsitan placuisset, dicta tamen Margareta completo septennio tacite vel expresse, signo aut verbo non consensit in ipsum. Processu vero temporis predictus Gotfridus quartum decimum annum attingens, et ad frugem vite melioris aspirans, ordinem supradicte domus Hospitalis fratrum Sancte Marie Theotonicorum, prout dudum ante conceperat, licet quod in hoc desiderabat propter defectum etatis implere nequisset, assumpsit, et in eo professionis vinculo se astrinxit. Et deinde predicti Krasto et Margareta matrimonium per verba de presenti publice in ecclesie facie contraxerunt, ac insimul ut conjuges habitantes quosdam filios et filias procrearunt. Quare dicti Krasto et Margareta, dubitantes ne quis ex premissis aliquid circa dictum matrimonium sic contractum detractionis ex quo ipsis conscientie scrupulus possit oriri, vel prefatis filiis et filiabus notam illegitimitatis impingat, nobis humiliter supplicarunt ut eis providere in hac parte de salubri et oportuno remedio paterna diligentia dignaremur. Nos igitur dictorum Krastonis et Margarete supplicationibus inclinati, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus, super premissis inquisitione habita diligenti, si ea inveneris veritate fulciri, super quo tuam conscientiam oneramus, nullum ex ipsis eidem matrimonio impedimentum obstare prolemque ut predicitur susceptam et suscipiendam ex eo auctoritate nostra legitimam nuntiare procures. Dat. Reate, III kalendas septembris, anno primo (1). »

264 Rieti, 2 septembre 1288.

Ordinem humiliatorum ab archiepiscoporum, episcoporum et aliorum ordinariorum jurisdictione omnimoda prorsus eximit. (Reg. 44, c. 147, f. 37 v°; Potth., 22786.)

Dilectis filiis Loderengo, magistro, et capitulo, generalibus, necnon prepositis, prelatis et conventibus fratrum et sororum universarum domorum ordinis humiliatorum. « Per humilitatis exemplum... Sane dudum, sicut accepimus, recolende memorie Innocentius papa III ... inter alia noscitur auctoritate apostolica statuisse ut in eodem ordine quatuor essent prepositi principales, de Rondanario, de Vicobaldono, de Vigalono videlicet et de Laude, ubi suas domos

(1) J'ai copié intégralement cette lettre parce que je ne l'ai pas bien comprise.

obtinet dictus ordo, quorum singuli annis singulis successive, uno scilicet anno unus, secundo secundus, tertio tertius et quarto quartus, universis domibus professionis vestre officium visitationis impenderent, et que statuenda vel corrigenda invenirent statuerent et emendarent, secundum Deum et ipsius ordinis instituta per sedem apostolicam approbata, dispositionem et potestatem super minores prepositos obtinentes, sicut in Cisterciensi ordine patres abbates in minoribus consueverunt abbatibus obtinere, et ipsi cum quatuor prelatis medii ordinis et totidem tertii, singulis annis ad minus generale capitulum convocarent, in quo ea que ad reformationem, statum et profectum religionis vestre spectarent sine contentione, salubriter et utiliter pertractarent. Quod si aliquis ex quatuor majoribus prepositis nominatis aliquid forte committeret, per quod ab administratione esset merito removendus, a reliquis tribus deponeretur, et administratione hujusmodi privaretur. Felicis quoque recordationis Gregorius papa nonus, predecessor noster, regulam vestram per dictum I. predecessorem tunc correctam, et apud sedem apostolicam reservatam, fecit suis litteris annotari, et postmodum pie considerans quod romanus pontifex correctioni subditorum immediate dicte sedi nequit, ut expedit, imminere, quondam Rogerio, suppriori fratrum predicatorum Bononiensi et collegis suis primo et deinde diversis prioribus et personis ejusdem ordinis predicatorum ac .. priori provinciali fratrum predicatorum in Lombardia per suas diversas litteras, ut monasteria exempta ordinis S. Benedicti, S. Marci et canonicos regulares cujuscumque professionis vel ordinis, humiliatos quoque et hospitalia, necnon et eccclesias et loca, in quibus correctio ad diocesanos non pertinebat, vel que in possessione libertatis existebant, in provincia Lombardie et quibusdam aliis partibus, omni anno, donec sibi placeret, semel et pluries, prout videretur expediens, privilegiis eorum et indulgentiis nequaquam obstantibus, visitanda commisit. Postmodum vero bone recordationis Innocentius papa IIII statuit ut in ordine vestro unus esset magister sub cujus regimine valeretis Deo et sancte romane ecclesie devote ac utiliter famulari, quique universo eidem ordini provideat et intendat, ac visitationis et correctionis super illo, tam in spiritualibus quam in temporalibus, plenam obtineat potestatem. Universis vero ipsius vestri ordinis domibus vel per se ipsum, si comode potuerit, alias autem per ydoneas personas in generali capitulo ad hoc electas, officium visitationis impendat et que statuenda vel corrigenda reppererit statuat et emendet secundum Deum et ipsius ordinis instituta. Electio vero et depositio ipsius magistri ad ipsius ordinis capitulum generale, prepositorum autem electorum ad prepositurias ejusdem ordinis approbatio et amotio ad magistrum pertineat supradictum. Inhibuit etiam dictus predecessor I. ut nullus episcopus vel quelibet alia persona regularem electionem prepositi vel prelati ejusdem ordinis impediat, aut de instituendo vel destituendo eo qui pro tempore fuerit se aliquatenus intromittat. Cogitans etiam dictus predecessor I. de illis ecclesiis specialiter que ad romanam ecclesiam nullo mediante pertinebant, et intendens earum correctioni, cui per se propter occupationes varias imminere nequibat, plerumque aliquos deputare qui vice sua hujusmodi officium visitationis et correctionis exequerentur in ecclesiis nominatis, ipsum officium in predictis ordinibus et locis quondam fratri Stephano de predicto ordine predicatorum, capellano et penitentiario suo, duxit sub forma simili committendum. Supprior vero et college ac priores, persone et penitentiarius memorati, in domibus et locis vestri ordinis de predictis partibus Lombardie premissum visitationis et correctionis officium exercuerunt libere pluries, nullo alio dictum humiliatorum ordinem visitante. Alias etiam fratribus et personis vestri ordinis supplicantibus eidem predecessori I. pape IIII ut uni de fratribus suis fratres vestri ordinis custodie commendaret, cujus fulti patrocinio et consilio gubernati, possent firmius figere gressus suos, dictus predecessor I. hujusmodi sollicitudinem bone memorie Ottoni, episcopo Portuensi, commisit et etiam electionem factam de quondam fratre Bertrammo, tunc preposito domus S. Luce Brixiensis, in generalem magistrum vestri ordinis et presentatam sibi ab eisdem fratribus confirmandam ab eo de fratrum suorum consilio confirmavit; ac deinde statuit ut per omnes ordinis vestri domos et ecclesias unus in divinis cantandi et psallendi modus debeat observari; ac denique dicto Beltrammo viam universe carnis ingresso, generale capitulum vestri ordinis convenientes in unum, quondam Petrum, tunc ejusdem domus S. Luce prepositum, in magistrum predicti vestri ordinis canonice et concorditer elegerunt. Pie quoque memorie Alexander papa, predecessor noster, presentatam sibi electionem hujusmodi, quia invenit eam de persona ydonea canonice celebratam, de fratrum suorum consilio confirmavit; ac exposito postmodum sibi quod licet idem predecessor I. papa IIII, ut premittitur, statuisset ut hujusmodi modus cantandi et psallendi per omnes ejusdem ordinis domos et ecclesias servaretur, quia tamen quidam fratres vestri ordinis Mediolanensis civitatis et diocesis, consuetudinem Mediolanensis ecclesie imitantes, statutum hujusmodi non servabant, dictus predecessor Alexander magistro vestri ordinis per suas mandavit litteras ut predictos fratres civitatis et diocesis predictarum ad ob-

servationem ipsius statuti, consuetudine predicta nequaquam obstante, per censuram ecclesiasticam coartaret. Post hec bone memorie Gregorius papa X, predecessor noster, sancte recordationis Adriano pape, predecessori nostro, tunc S. Adriani diacono cardinali, curam et defensionem vestri ordinis ac omnium domorum et membrorum vestrorum tam spiritualiter quam temporaliter per litteras suas commisit, ut ibi ordinaret, statueret et faceret omnia per se vel per alium aut alios que ad correctionem, reformationem ac utilitatem vestram et domorum ac membrorum predictorum expedire videret, confirmandi specialiter electionem magistri supradictorum ordinum humiliatorum sibi ab eo concessa nichilominus potestate, qui demum hujusmodi fretus auctoritate, quia idem frater Petrus tunc magister regimini magisterii dicti vestri ordinis sponte cessit et renuntiavit expresse, te, fili magister, tunc prepositum domus de Mirasole, qui per concordem electionem vestri capituli generalis electus fueras in magistrum, canonice confirmavit, ac postea bone memorie Honorius papa, predecessor noster, vobis per litteras suas concessit quod magister vester, cum unanimiter et concorditer electus fuerit, libere administret, donec petendi et obtinendi confirmationem a sede apostolica, vel ab alio cui hoc esset per eam commissum habuerit facultatem ; prout hec omnia tam in regestris quam in litteris dictorum predecessorum plenius continentur. Verum inter vos et venerabiles fratres nostros .. archiepiscopum Mediolanensem ac .. Brixiensem, .. Cumanum et quosdam alios episcopos, in quorum civitatibus et diocesibus domos vestri ordinis plures habetis, super eo quod asserunt vos, domos et loca ipsa eis fore subjecta, et super subjectione ac libertate hujusmodi, necnon visitatione, correctione ac procurationibus quas iidem ordinarii se debere in domibus et locis predictis habere contendunt, et quibusdam aliis articulis, diverse questionum et controversiarum materie sunt exorte, quarum occasione ordo predictus vester, qui olim florere in spiritualibus et habundare in temporalibus consuevit, gravia subiit onera expensarum, in eo etiam periit observantia regularis et antiqua elemosina, que affluenter erogabatur pauperibus, aliaque pietatis opera in eodem servari ordine consueta, sunt non modicum diminuta, sicque tum propter hoc, tum propter alias oppressiones et turbationes varias, prefatus ordo adeo in spiritualibus et temporalibus est collapsus, quod nisi per ipsius sedis providentiam succurratur eidem, vix adicere poterit ut resurgat. Cum igitur ex predictis litteris et commissionibus dictorum predecessorum nostrorum colligi possit quod ipsi predecessores vos pro exemptis hactenus habuerunt, nos quieti vestre in hac parte oportuno remedio providere volentes, ac omnem dubitationis, ambiguitatis et querele materiam funditus amputare, et nichilominus gratiam vobis facere specialem, vos ac successores vestros in ordine vestro Domino servituros et predictum ordinem vestrum, domos et loca vestra, cum omnibus bonis que impresentiarum rationabiliter possidetis aut in futurum prestante Domino poteritis adipisci, controversiis, questionibus seu litigiis quibuscumque super hoc hactenus suscitatis, et processibus, tam in causis conventionum, vel reconventionum, seu aliis quibuscumque coram quibusve judicibus seu auditoribus, hujusmodi occasione factis vel habitis, nequaquam obstantibus, ab archiepiscoporum, episcoporum et aliorum quorumcumque ordinariorum jurisdictione omnimoda prorsus eximimus de apostolice plenitudine potestatis. Decernentes vos et successores predictos et eundem ordinem vestrum, domos, loca et bona vestra predicta soli dumtaxat immediate romano pontifici et romane ecclesie subjacere ; ac districtius inhibentes ne quis diocesanus vel ordinarius super visitatione, correctione, procurationibus aut earum exactione, sive aliis juribus, vos, successores vestros aut personas vestri ordinis predicti, cujuscumque dignitatis vel conditionis aut sexus existant, turbare vel molestare, sive in vos et successores ipsos aut domos et loca et eorum personas aliquam censuram ecclesiasticam exercere quoquo modo presumat. Nos enim omnes excommunicationum, suspensionum et interdicti sententias quas contra tenorem exemptionis et inhibitionem hujusmodi promulgari et processus quoslibet quos per quoscumque fieri et haberi contigerit, ex nunc decernimus irritos et inanes et nullius existere firmitatis. Ad indicium autem hujusmodi percepte a sede apostolica libertatis nobis et successoribus nostris duas libras auri annis singulis persolvetis. Volumus tamen quod in questionibus et litigiis preteritis jam inceptis, tam ipsis diocesanis seu ordinariis quam vobis, ratione dampnorum et expensarum seu quacumque alia occasione, si ea prosequi volueritis, jus agendi et defendendi ratione preteriti temporis reservetur ; exemptione, decreto et inhibitione hujusmodi ex nunc in omnem eventum judiciorum nichilominus in perpetuum in suo robore duraturis ; et si dicti ordinarii seu alii, aut vestrarum domorum seu locorum fundatores sive donatores aut benefactores vestri censum aliquem seu canonem aut aliam prestationem, aut jus patronatus seu confirmationis aut institutionis presentati in ecclesia seu ecclesiis vobis donatis, et in quibus jus patronatus habetis seu habebitis, sive quodlibet aliud jus in domibus, locis, aut aliis bonis vobis pia largitione concessis, sibi concessionis, fundationis et donationis tempore reservarunt, quo

ad perceptionem et retentionem hujusmodi census vel canonis aut prestationis vel juris cujuscumque taliter reservati, per hoc nullum eis in posterum prejudicium generetur... Dat. Reate, IIII nonas septembris, anno primo. »

265 Rieti, 10 septembre 1288.

Defenditur ordo humiliatorum. (Reg. 44, c. 148, f. 38 v°.)

Dilecto filio J., Sancte Marie in Via Lata diacono cardinali, et venerabilibus fratribus .. Papiensi et .. Vercellensi episcopis, mandat quatenus magistro, capitulo, praepositis, praelatis, personis et conventibus fratrum et sororum domorum et locorum ordinis humiliatorum, qui immediate romano pontifici et romanae ecclesiae subjacent, assistant, nec eos vel eorum bona turbari permittant. Asserunt enim .. archiepiscopus Mediolanensis ac .. Brixiensis, .. Cumanus et quidam alii episcopi, in quorum civitatibus et dioecesibus jacent plures domus dicti ordinis, fratres, sorores ac domos et loca praedicta sibi fore subjecta et se in eisdem jus habere visitationis, correctionis ac procurationum.

« Et si quibuslibet... — Dat. Reate, IIII idus septembris, anno primo. »

266 Rieti, 23 septembre 1288.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 149, f. 39 r°.)

Venerabili fratri .. patriarche Jerosolimitano mandat quatenus cum Johanne Antiaume, milite Acconensi, et Lyenors, uxore ejus, dispenset, ut in matrimonio olim ab ipsis, ignorantibus impedimentum esse ex eo « quod quondam Gremaut, olim ejusdem Lyenors maritus, prefato Johanni in quarto fuerat gradu consanguinitatis conjunctus, » contracto, remanere valeant.

« Intenta salutis operibus... — Dat. Reate, VIIII kalendas octobris, anno primo. »

267-268 Rieti, 1er septembre 1288.

Dispensatio residentiae executoribus testamenti Johannis, ducis Britanniae, concessa. (Reg. 44, c. 150, f. 39 v°; Lap. in Theil., I, 51.)

Dilectis filiis magistro Guillelmo de Riusio, decano Briocensis, et Johanni de Mota, scolastico Nannetensis, canonico Redonensis ecclesiarum, executoribus testamenti quondam Johannis, ducis Britanie, indulget ut per triennium insistendo executioni praedicti testamenti fructus, redditus et proventus decanatus, scolasticae ac praebendarum quos in Briocensi, Nannetensi et Redonensi ecclesiis obtinent, integre percipere valeant, nec interim ad faciendam in ipsis personalem residentiam teneantur.

« Ex parte dilecti... — Dat. Reate, kalendis septembris, anno primo. »

In e. m. .. Sancti Florentii Salmuriensis et .. de Burgolio monasteriorum abbatibus, Andegavensis dioecesis, mandat quatenus eosdem redditus faciant per triennium praedictis executoribus ministrari.

269 Rieti, 1er septembre 1288.

Privilegium duci Britanniae concessum (Reg. 44, c. 151, f. 39 v°).

Dilecto filio Johanni, duci Britanie, comiti Richemundie, indulget ut ad bona quae in ultima voluntate indistincte legaverit nullatenus extendi valeat concessio, quae per Innocentium IIII et Alexandrum aliquibus est facta, « ut legata a quibuscumque in ultima voluntate indistincte relicta (1) auctoritate concessionis hujusmodi ad manus deveniant praedictorum. »

« Procedit ex devotionis... — Dat. ut supra. »

270 Rieti, 1er septembre 1288.

Ut supra. (Reg. 44, c. 152, f. 39 v°.)

Dilecto filio nobili viro Johanni, duci Britanie, licentiam concedit audiendi divina, una cum familiaribus ipsius, in locis ecclesiastico summissis interdicto.

« Pium arbitramur et... — Dat. ut supra. »

271 Rieti, 1er septembre 1288.

Ut supra. (Reg. 44, c. 153, f. 39 v°.)

Eidem privilegium concedit eligendi, quotiescumque viderit expedire, presbyterum religiosum seu secularem in confessorem.

« Personam tuam sincera... — Dat. ut supra. »

(1) Au lieu de *relicta* le ms. porte *ligaveris*, ce qui n'a pas de sens.

272 Rieti, 1er septembre 1288.

Ut supra. (Reg. 44, c. 154, f. 39 vo.)

Eidem. « Magne devotionis sinceritas... Auctoritate tibi presentium indulgemus ut, si condere testamentum et aliqua de bonis tuis in eodem testamento indistincte, non expressis locis aliquibus vel personis, relinquere te contingat, executores ejusdem testamenti, per quorum manus hujusmodi relicta mandaveris erogari, libere de ipsis, juxta tue intentionis propositum, non obstantibus concessionibus super legatis indistincte relictis apostolica vel alia quavis auctoritate quibuscumque factis, valeant ordinare... Dat. ut supra. »

273 Rieti, 1er septembre 1288.

Ut supra. (Reg. 44, c. 155, f. 39 vo.)

Eidem privilegium concedit ut, necessitate urgente, missam, antequam illucescat dies, circa tamen diurnam lucem, sibi possit licite facere celebrari, proviso ut parce hujusmodi gratia utatur.

« Meritis tue devotionis... — Dat. ut supra. »

274 Rieti, 1er septembre 1288.

Ut supra. (Reg. 44, c. 156, f. 39 vo.)

Eidem indulget, cum quondam Johannes, dux Britanniae, pater ejus, in sua ultima voluntate quaedam bona certis personis vel earum heredibus restitui mandaverit dictaeque personae mortuae sint nec earum heredes inveniri possint, ut, tertia parte omnium praedictorum bonorum in usus pauperum erogata, totum residuum convertere valeat in subsidium Terrae Sanctae.

« Exposita nobis tua... — Dat. ut supra. »

275 Rieti, 1er septembre 1288.

Ut supra. (Reg. 44, c. 157, f. 39 vo.)

Nobili viro Johanni, duci Britanie, comiti Richemundie, indulget ut, si qua bona ad ipsum vel ad ballivos ipsius minus juste forsitan provenerint, illa in subsidium Terrae Sanctae, cum ad eam accesserit, expendere possit, dummodo personae quibus ipsa bona deberent restitui vel earum heredes inveniri non possint.

« Devotionis tue precibus... — Dat. ut supra. »

276 Rieti, 3 octobre 1288.

Ut supra. (Reg. 44, c. 157², f. 39 vo, en marge.)

.. *duci Britanie* licentiam concedit constituendi tres capellanias in totidem cathedralibus vel collegiatis ecclesiis infra ejus dominii terminos constitutis, cum dioecesanorum consensu, et praesentandi ad eas clericos seu capellanos ydoneos, eis sufficientes redditus annuos de bonis propriis assignantes.

« Tue devotionis precibus... — Dat. Reate, v nonas octobris, anno primo. »

277 Rieti, 22 septembre 1288.

Episcopo Parisiensi mandat quatenus religiosos qui in ipsius dioecesis monasteriis per symoniam recepti fuerint ad alia monasteria transferat. (Reg. 44, c. 158, f. 40 ro; Lap. du Theil, I, 53.)

Venerabili fratri.. episcopo Parisiensi. « Tua nobis fraternitas intimavit quod in quibusdam monasteriis tue civitatis et diocesis plures recepti fuerunt per vitium symonie; quare petebas a nobis eis super hoc salubriter provideri. Nos igitur, de fraternitate tua plenam in Domino fiduciam obtinentes, per apostolica scripta mandamus quatenus hac vice ipsos ad alia monasteria sui vel artioris ordinis transferas, injuncta eis penitentia competenti. Quod si forte aliorum monasteriorum eis difficilis reddatur ingressus, ipsos in suis monasteriis dispensative de novo recipi facias, sibi in choro et refectorio locis ultimis assignatis. Proviso ut bona que suis monasteriis in ingressu symoniaco contulerunt convertantur in usus pauperum, vel pro sustentandis eisdem, si ad alia monasteria transeant, deputentur. Dat. Reate, x kalendas octobris, anno primo. »

278 Rieti, 27 juin 1288.

Licentia vendendi possessiones quas fratres poenitentiae Jesu-Christi habent in villa Montispessulani. (Reg. 44, c. 159, f. 40 ro; Lap. du Theil, I, 55.)

Venerabili fratri.. episcopo Magalonensi mandat quatenus, si ita ei videtur expedire, quinque fratrum ordinis poenitentiae Jhesu Christi, qui, in villa Montispessulani remansi, cupiunt ad monasterium Sancti Pontii de Thomeriis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinens, ordinis Sancti Benedicti, Narbonensis dioecesis, se transferre, locum, officinas, ortos, possessiones et jura pro competenti pretio vendat dicto monasterio, pro ejus mo-

nachis qui ad villam Montispessulani, ubi viget studium generale, ad studium ibidem transmittuntur. Hujus venditae pretium in Terrae Sanctae subsidium convertendum deponat penes collectores decimae.

« Lecta coram nobis... — Dat. Reate, v kalendas julii, anno primo. »

279 Rieti, 11 septembre 1288.

Contentio inter episcopum et capitulum Petragoricenses et Helyam de Malomonte. (Reg. 44, c. 160, f. 40 r°; Lap. du Theil, I, 57.)

Carissimo in Christo filio Phylippo, regi Francorum illustri. Eum rogat ne Petragoricenses episcopum et capitulum a Petragoricensi senescallo vel aliis regi subjectis molestari permittat. — Exhibita .. episcopi et capituli Petragoricensium petitio continebat quod pridem inter ipsos, ex parte una, et magistrum Helyam de Malomonte, decanum ecclesiae de Sancto Aredio, Lemovicensis dioecesis, ex altera, occasione provisionis quam dictus magister H. per J., tituli Sanctae Ceciliae presbyterum cardinalem, apostolicae sedis legatum, de canonicatu Petragoricensis ecclesiae sibi factam esse proponit, quaestionis materia extitit suscitata; qua tandem ad apostolicam sedem per appellationem devoluta legitime et apud sedem ipsam pendente,.. senescallus Petragoricensis, regis litterarum praetextu, quas magister Geraldus de Malomonte, praedicti decani frater et consiliarius regius, eidem senescallo, per falsi suggestionem, dirigi procuravit, ipsos in personis et bonis multipliciter impetit et molestat.

« Celsitudinem regiam eo... — Dat. Reate, III idus septembris, anno primo. »

280 Rieti, 11 septembre 1288.

Pro ecclesia Petragoricensi. (Reg. 44, c. 161, f° 40 v°; Lap. du Theil, I, 58.)

Dilecto filio J., tituli Sancte Cecilie presbytero cardinali, apostolice sedis legato. Eum rogat ut ecclesiam Petragoricensem speciali affectu prosequatur.

« Inter ceteras sollicitudinis... — Dat. ut supra. »

281 Rieti, 11 septembre 1288.

Regem Francorum hortatur quatenus Helyam de Pajola, abbatem monasterii Brantholmensis, et duos ipsius monasterii monachos, per senescallum Petragoricensem in carcere detentos, libertati restitui faciat. (Reg. 44, c. 162, f. 40 v°; Lap. du Theil, I, 59.)

Carissimo in Christo filio .. regi Francorum illustri. « Querela gravis dilectorum filiorum fratris Guillelmi Rigaudi, prioris, et conventus monasterii Brantholmensis, ordinis S. Benedicti, Petragoricensis diocesis, nobis noviter patefecit quod, licet venerabilis frater noster .. Petragoricensis episcopus, Bernardum de Malomonte, olim abbatem monasterii supradicti, ab ejus regimine, suis culpis exigentibus, auctoritate ordinaria sententialiter amovisset, ac postmodum frater Helias de Pajola, tunc ejusdem monasterii monachus, canonice fuisset assumptus in abbatem monasterii memorati, tamen pretextu quarumdam litterarum celsitudinis regie, quas magister Geraldus de Malomonte, predicti Bernardi frater, consiliarius tuus, ut dicitur, per falsi sugestionem, .. senescallo Petragoricensi dirigi procuravit, servientes quidam senescalli predicti cum Geraldo (1) predictorum nuntio destinati, eundem Heliam, in ecclesia ipsius monasterii, paratum, sicut dicitur, ut super altare missarum sollempnia celebraret, ac duos ipsius monasterii monachos, injectis in eos manibus violentis, ausu sacrilego capere presumpserunt, ipsosque vinctos ad alia loca eisdem priori et conventui prorsus incognita obduxerunt seu fecerunt obduci, qui sic capti adhuc taliter detinentur, sed in quo eorum detentio loco fiat a priore conventuque predictis penitus ignoratur. Quare pro parte ipsorum humiliter petebatur a nobis ut super hoc oportune provisionis adhibere remedium dignaremur. Quia igitur talia te non decet equanimiter sustinere, cum Deo displiceant, regii nominis detrahant claritati, cedant in grave dispendium ecclesiastice libertatis et in religionum subversionem non modicam, necnon et dissipationem multiplicem bonorum et jurium monasteriorum, ad quorum conservationem te debes exhibere sollicitum, redundare noscuntur, regalem magnificentiam rogandam attente duximus et hortandam quatenus, pro divina et apostolice sedis ac nostra reverentia, nequaquam permittens ut religiosi vel alii clerici regni tui per officiales regios quibusvis afficiantur injuriis, impetantur vexationibus vel molestationibus perturbentur, quin potius illis de benignitate regia finem ponens, ne per officiales eosdem inferantur ulterius districtius prohibendo, memoratos Heliam abbatem et monachos facias pristine restitui libertati, ut idem Helias contra eundem Bernardum et quoscumque alios injuriatores ipsius libere pro-

(1) *Ms.* Geraldi.

sequi valeat et obtinere justitie complementum. Sicque precibus nostris obtemperes ut premium exinde consequaris a Domino nosque devotionem regiam, quam in hac parte promptam cupimus invenire, non immerito commendemus, nec oporteat super hoc ad remedium aliud haberi recursum. Dat. ut supra.

282 Rieti, 11 septembre 1288.

Abbati monasterii de S. Fremerio, Vasatensis dioecesis, et decano ecclesiae S. Hylarii Pictavensis mandat quatenus Geraldum de Malomonte, consiliarium regis, Helyanum de Malomonte, decanum S. Aredii, Lemovicensis dioecesis, fratrem ejus, ac Johannem, senescallum Petragoricensem, citent ut coram sede apostolica compareant. (Reg. 44, c. 163, f. 40 v°; Lap. du Theil, I, 61.)

Dilectis filiis .. abbati monasterii de S. Fremerio, Vasatensis diocesis, et .. decano ecclesie Sancti Hylarii Pictavensis. « Ad audientiam nostram pervenit quod, cum dilectus filius noster J., tituli Sancte Cecilie presbyter cardinalis, in partibus illis apostolice sedis legatus, magistro Helye de Malomonte, decano ecclesie de Sancto Aredio, Lemovicensis diocesis, auctoritate sue legationis, canonicatum ecclesie Petragoricensis, in qua certus canonicorum numerus et prebendarum distinctio non habentur, ut dicitur, contulisset, decernens sibi fore de communibus ipsius ecclesie proventibus sicut uni ex aliis ecclesie predicte canonicis providendum, certis super hoc sibi executoribus per suas litteras deputatis; ac venerabilis frater noster .. episcopus et dilecti filii capitulum Petragoricenses, a collatione ac provisione hujusmodi ex causis legitimis ad sedem apostolicam appellassent, tandem causa hujusmodi apud eandem sedem pendente, magister Geraldus de Malomonte, frater dicti decani, ad gravamina episcopi et capituli predictorum aspirans et ad excogitatam malitiam se convertens, quasdam litteras carissimi in Christo filii nostri Phylippi, regis Francorum illustris, per falsi suggestionem, ad .. senescallum Petragoricensem obtinuit destinari, inter alia, prout asseritur, continentes ut senescallus ipse dictum decanum in possessione canonicatus et prebende dicte Petragoricensis ecclesie defensaret; dictusque senescallus Johannem de Parisius et quosdam alios servientes suos cum nuntio dicti decani ad ecclesiam transmisit eandem, et licet ex parte dictorum episcopi et capituli eidem Johanni expositum fuerit quod prefatus decanus in possessione canonicatus seu alicujus prebende in ecclesia nullatenus fuerat predicta, propter quod in ea defendi juxta predictarum litterarum continentiam non valebat, quodque causa eadem apud sedem pendebat predictam, unde in ea non debebat aliquid innovari, dictus tamen Johannes volens se prefatis Geraldo et decano in preconcepta eorum adversus episcopum et capitulum predictos nequitia favorabilem exhibere, januas parrochialis ecclesie S. Johannis Baptiste, contigue claustro predicte Petragoricensis ecclesie, per quas ad eandem Petragoricensem ecclesiam habetur accessus, primo, et deinde quatuor alias januas ejusdem ecclesie Petragoricensis ac officinarum et domorum ipsius cum securibus sacrilego ausu violenter fecit excidi, de frumento, vino et aliis bonis in domibus ipsis inventis exinde juxta sue voluntatis libitum asportari, sicque dicte ecclesie atque domus per plures dies absque januis permanserunt, ita quod omnibus ad easdem ecclesias etiam mulieribus impudicis aliisque vilis conditionis personis libere patebat accessus pro quibuslibet illicitis et nephariis exercendis in manifestam Dei offensam, proprie salutis dispendium, et scandalum plurimorum; ac postmodum dictus Johannes de quibusdam lignis sumptuose collectis atque paratis pro vasis construendis ex eis ad vinum inibi reponendum et frustris predictarum januarum taliter excisarum fecit ipsas januas reparari easque claudi et clausas teneri, cunctaque victualia et alia bona ejusdem ecclesie sasita detinere presumit, ita quod nec etiam stipendariis ejusdem ecclesie potest de victualibus ipsis solita sustentatio ministrari, nec etiam ipsis vel aliis patere aditus ad eandem ecclesiam pro divinis officiis celebrandis et recipiendis ibi ecclesiasticis sacramentis. Nos itaque diligentius attendentes quod predicta non sine nostra et ipsius sedis injuria et contemptu attemptata fore noscuntur, et nolentes ut iidem decanus et Geraldus de tanta ipsorum malitia glorientur, discretioni vestre per apostolica scripta in virtute obedientie districte precipiendo mandamus quatenus Geraldum, decanum ac Johannem predictos, necnon et si quos alios, quos per famam aut per indaginem non sollempnem inveneritis culpabiles in premissis, ex parte nostra vos vel alter vestrum per vos vel per alium peremptorie citare curetis ut infra duorum mensium spatium post citationem hujusmodi immediate sequentium prefati Geraldus et decanus ac Johannes personaliter, reliqui vero per procuratores ydoneos ad hoc specialiter constitutos, apostolico se conspectui representent, facturi et recepturi super premissis quod ordo dictaverit rationis; aperte predicturi eisdem quod, si venire contempserint, ex tunc eos non solum sententiam excommunicationis incurrere verum etiam Geraldum et decanum predictos omnibus beneficiis suis ecclesiasticis privatos esse volumus ipso facto. Non obstante quavis dicte sedis indulgentia, cujuscumque tenoris exis-

tat, per quam effectus presentium impediri valeat quomodolibet vel differri, et de qua cujusque toto tenore de verbo ad verbum in nostris litteris specialis mentio sit habenda, et consuetudine de duabus dietis edita in concilio generali. Diem vero citationis et formam et quicquid fieri contigerit in hac parte nobis per vestras litteras harum seriem continentes studeatis fideliter intimare. Dat. ut supra. »

283 Rieti, 12 septembre 1288.

Abbati monasterii de S. Fremerio, Vasatensis dioecesis, et decano ecclesiae S. Hylarii Pictavensis mandat quatenus Geraldum de Malomonte, consiliarium regis, Bernardum de Malomonte, fratrem ejus, olim abbatem monasterii Brantholmensis, Petragoricensis dioecesis, Ebolum, abbatem monasterii Casae Dei, Claromontensis dioecesis, et Johannem, regis servientem, citent ut coram sede apostolica compareant. (Reg. 44, c. 164, f. 41 r°; Lap. du Theil, I, 64.)

Eisdem. « Ad audientiam nostram pervenit quod, cum Bernardus de Malomonte, olim abbas monasterii Brantholmensis, ordinis S. Benedicti, Petragoricensis diocesis, venerabilis fratris nostri .. Petragoricensis episcopi jurisdictioni subjecti, bona dilapidaret enormiter et consumeret monasterii supradicti, ac dimidiam partem castri de Burdelia et pertinentiarum ipsius, cujus redditus et proventus ad congruam substentationem sufficerent totius conventus monasterii memorati, magistro Geraldo de Malomonte, fratri suo, clerico et consiliario carissimi in Christo filii nostri Phylippi, regis Francorum illustris, sine .. prioris et conventus monasterii predicti consensu, minus licite concessisset, in non modicam ejusdem monasterii lesionem, prefatus episcopus ad denuntiationem prioris et conventus ipsorum eundem Bernardum fecit propter hoc ad suam presentiam evocari, qui tandem interrogatus ab eo utrum predictum castrum taliter distrassisset respondere curavit quod partem hujusmodi dicti castri fratri suo prefato duxerat concedendam, adiciens quod donaret eidem castrum melius si haberet, et licet idem episcopus caritative monuisset eundem ut concessionem hujusmodi sic ab ipso presumptam, quantum in eo existeret, revocaret, eodem tamen Bernardo id efficere contumaciter non curante, nominatus episcopus, cui de dilapidatione hujusmodi per eundem Bernardum facta constitit manifeste, ipsum ab administratione spiritualium et temporalium, justitia exigente, suspendit, decernens pretacti monasterii monachos hujusmodi suspensione durante ad illius obedientiam non teneri. Sed, cum prefatus Bernardus, suspensionem eandem dampnabiliter vilipendens eamque per triennium sustinens animo indurato, divina celebraret officia, immo verius quantum in eo erat presumeret prophanare, dictus episcopus, cum premissa essent adeo notoria quod nulla poterant tergiversatione celari, antedictum Bernardum a monasterii memorati regimine duxit, suadente justitia, sententialiter amovendum, dans conventui monasterii sepefati licentiam personam ydoneam in abbatem ipsius monasterii eligendi, qui demum, die ad eligendum prefixa, convenientes in unum, Heliam de Pajola, tunc ejusdem monasterii monachum, in abbatem ipsius monasterii canonice et concorditer elegerunt, cujus electionem dictus episcopus, quia eam invenit de persona ydonea canonice, ut premittitur, celebratam, auctoritate ordinaria confirmavit, sibique munus benedictionis impendit, cui sepedicti conventus tanquam eorum abbati obedientiam et reverentiam prestiterunt; prefatus autem Geraldus attendens quod inter eundem episcopum et Ebolum, abbatem monasterii Case Dei, predicti ordinis, Claromontensis diocesis, super eo quod ipse abbas Case Dei subjectionem ab eodem monasterio Brantholmensi se habere contendit, que quidem questio inter predictos episcopum et abbatem ac predecessores eorum non modici temporis spatio jam duravit, quanquam prelibatus episcopus, ut asseritur, et predecessores ipsius, in predicto Brantholmensi monasterio jurisdictionem exercuerit a tempore cujus memoria non existit, prefati regis litteras non sine multe fraudis astucia, ut per hoc provisionem de dicto Helia factam temere impediret, ejusdem abbatis Case Dei nomine, ad .. senescallum Petragoricensem regium sub ea forma obtinuit destinari, ut per se vel alium seu alios dictum abbatem in juribus, rebus et possessionibus suis a quibuscumque molestatoribus et violentis invasoribus tueretur; dictusque senescallus quendam ipsius regis servientem, Johannetum nomine, juxta petitionem Geraldi predicti, ad exequendum ea que in litteris eisdem continebantur, deputavit. Idem vero Johannetus una cum abbate monasterii Case Dei et magistro Geraldo et Bernardo prefatis necnon et magna multitudine armatorum ad monasterium Brantholmense predictum accedens, prenominatum Heliam abbatem, dum in ecclesia ipsius monasterii, sacris indutus vestibus, super altare missarum sollempnia intenderet celebrare, ausu sacrilego violenter capere, ac de ipso monasterio extrahere ipsumque ligare ac vinctum et alias ignominiose tractatum prefatis magistro G. et abbati monasterii Case Dei seu aliis de ipsorum mandato tradere non expavit, priore et conventu dicti monasterii Brantholmensis per eundem Johannetum et servientes ipsius necnon et per abbatem

monasterii Case Dei et Bernardum prefatos de monasterio ipso, non sine injuriarum irrogatione, fugatis; ac iidem Geraldus et abbas monasterii Case Dei eundem Heliam et quendam dicti monasterii monachum, qui captus extitit cum eodem, de predicto loco Brantholmensi temerariis ausibus eduxerunt; nec ex tunc sepefatus Helias ab aliquo de suis videri potuit, nec quomodolibet reperiri, sed ipse dictusque monachus in quodam dicti magistri G. castro in compedibus detineri dicuntur, diro carceri mancipati; et nichilominus prefatus Johannetus, pretextu predictarum regiarum litterarum, eidem abbati monasterii Case Dei, ipseque abbas predicto Bernardo prefatum monasterium Brantholmense pro eorum voluntatis libito assignarunt; idemque Bernardus omnes et singulos dicti monasterii monachos qui de mandato ejusdem Helie in prioratibus et prepositurís aliisque obedientiis ipsius monasterii existentibus contra eum (*sic*) fecit per servientes regios spoliari, ac asportari exinde bona ibidem inventa, et etiam devastari, ac ejusdem monasterii monachos qui in adventu Johanneti predicti ad monasterium ipsum inibi permanebant, eo pretextu quod iidem monachi ejusdem monasterii portas in adventu clauserant supradicto ne illuc idem J. eorum introduceret inimicos, per senescallum predictum in mille libras turonensium condempnari; sepedictus quoque Bernardus, tanquam sue salutis prorsus oblitus, sic suspensus et depositus divina officia in eodem monasterio per jamdictum episcopum ex causa rationabili auctoritate ordinaria interdicto supposito celebrat et facit per alios celebrari, ac habitatores ville de Brantolmio per captionem bonorum suorum et etiam personarum, ut divina officia in eodem monasterio audiant et percipiant ecclesiastica sacramenta, compelli, in anime sue periculum, ecclesiastice discipline contemptum et scandalum plurimorum. Cum autem nolimus, sicuti nec debemus, talia conniventibus oculis pertransire, discretioni vestre per apostolica scripta in virtute obedientie districte precipiendo mandamus quatenus vos vel alter vestrum Geraldum, Bernardum et Ebolum, abbatem monasterii Case Dei, et Johannetum predictos, necnon si quos alios, quos per famam aut indaginem non sollempnem inveneritis culpabiles in premissis, ex parte nostra per vos vel alium seu alios peremptorie citare curetis, ut infra duorum mensium spatium post citationem hujusmodi immediate sequentium prefati Geraldus, Bernardus et Ebolus abbas ac Johannetus personaliter, reliqui vero per se vel per procuratores ydoneos ad hoc specialiter constitutos, apostolico se conspectui representent, facturi et recepturi super premissis quod ordo dictaverit rationis; aperte denuntiaturi eisdem quod si venire contempserint, eos ex tunc non solum sententiam excommunicationis incurrere verum etiam Geraldum et E., abbatem Case Dei, ac Bernardum predictos omnibus beneficiis suis ecclesiasticis privatos esse volumus ipso facto. Non obstante quavis apostolice sedis indulgentia generali vel speciali, cujuscumque tenoris vel expressionis existat, per quam effectus presentium impediri valeat quomodolibet vel differri, et de qua cujusque toto tenore de verbo ad verbum in nostris litteris specialis mentio sit habenda, et constitutione de duabus dietis edita in concilio generali. Diem vero citationis et formam et quicquid fieri contigerit in hac parte nobis per vestras litteras harum seriem continentes studeatis fideliter intimare. Dat. Reate, II idus septembris, anno primo. »

284 Rieti, 23 septembre 1288.

Ut Ariverius, canonicus Veronensis, a quodam juramento absolvatur. (Reg. 44, c. 165, f. 41 v°.)

Dilectis filiis Corado de Brunforte, canonico Aberdonensi, capellano nostro, et .. archipresbytero plebis de Monte Sancti Johannis, Bononiensis diocesis. Arverio, nato quondam Uspinelli de Carbonensibus, de Bononia, Gregorius papa X praebendam in Veronensi ecclesia proximo vacaturam conferendam reservaverat, et .. abbati monasterii Sancti Proculi Bononiensis suis dederat litteris in mandatis ut dicto Ariverio eandem praebendam assignari curaret; sed, licet in eadem ecclesia esset certus nonodenarius canonicorum numerus, tamen .. archipresbyter et capitulum dictae ecclesiae, motu proprio, ultra hunc numerum decem et septem in canonicos receperunt, « et, eis quibusdam modicis portionibus ipsius ecclesie assignatis, ipsarum fructibus inter eos pro equis portionibus dividendis, ordinarunt ante hujusmodi receptionem dictorum decem et septem canonicorum ut, predictis decem et novem canonicis fructus et proventus integre suarum percipientibus prebendarum, quicumque ex tunc apostolica vel alia quavis auctoritate reciperetur in ecclesia supradicta, et aliquam vacantem de dictis decem et novem prebendis assequeretur, tam fructus ipsius prebende taliter adepte, quam per quoscumque alios proventus, quos de comunibus proventibus ejusdem ecclesie perciperet, tandiu equaliter participare aliis recipiendis teneretur, donec quilibet ipsorum recipiendorum foret unam de decem et novem prebendis predictis integre assecutus. » Vacante postmodum praebenda per mortem Thomae Papazuri, dictus abbas eandem praebendam Ariverio canonice contulit, sed ipsis archipresbytero et capitulo eundem Ariverium recipere nolen-

tibus nisi prius juraret de observandis praedictis et aliis antiquis consuetudinibus ecclesiae praefatae, idem Ariverius se ipsorum voluntati submisit, et a praedictis archipresbytero et capitulo in canonicum receptus est. Hujusmodi vero juramenti relaxationem nunc impetrat; unde praedictis Corado de Brunforte et .. archipresbytero mandat papa quatenus eundem Ariverium ab eodem juramento absolvant, eique fructus praebendae ejus integre assignari faciant.

« Ad audientiam nostram... — Dat. Reate, VIIII kalendas octobris, anno primo. »

285-286 Rieti, 5 septembre 1288.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 166, f. 42 r°.)

Dilectis in Christo filiabus .. abbatisse et conventui monasterii de Donewalde, ordinis Sancti Benedicti, Coloniensis diocesis. Indulgentiam concedit quadraginta dierum omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam supradicti monasterii in singulis festivitatibus beatae Mariae virginis visitaverint.

« Loca sanctorum omnium ... — Dat. Reate, nonis septembris, anno primo. »

In. e. m. .. abbatissae et conventui monasterii de Greverode, ordinis S. Benedicti.

287 Rieti, 5 septembre 1288.

Archiepiscopus Remensis et episcopi ejus suffraganei citantur ut coram sede apostolica compareant. (Reg. 44, c. 167, f. 42 r°; Lap. du Theil, I, 69.)

Dilectis filiis .. S. Victoris Parisiensis et .. S. Vedasti Atrebatensis monasteriorum abbatibus ac .. priori S. Mauritii Remensis. « Significarunt nobis dilecti filii .. Premonstratensis et aliorum monasteriorum premonstratensis ordinis diocesis et provintie Remensis, necnon S. Remigii, .. S. Nicasii et .. S. Dionisii Remensium, .. de Alto Villari, .. S. Basoli, .. S. Amandi in Pabula, S. Petri et S. Bavonis in Gandavo, .. S. Martini Tornacensis, S. Petri de Omdebourg abbates, .. S. Petri ad Moniales Remensis, .. de Avenaio abbatisse monasteriorum et conventus eorumdem, .. S. Theobaldi, .. Beate Marie de Castro Portuensi, .. de Noveyo, .. de Piris, .. S. Egidi de Accyo, .. de Sumnia, .. de Duno, .. de Rumigniaco, .. de Regiteste prioratuum priores, S. Benedicti et S. Augustini ordinum, Remensis et Tornacensis civitatum et diocesium, quod venerabiles fratres nostri .. archiepiscopus Remensis ac .. episcopi suffraganei Remensis provintie in provinciali concilio Remensi, cum eis non liceret minus rationabiliter, ordinarant quod universi et singuli (1) abbates, priores, abbatisse, aliique prelati, conventus, capitula et clerici monasteriorum et ecclesiarum eorumdem civitatis et diocesis ac provintie non exempti, ut dicitur, centesimam omnium proventuum suorum ecclesiasticorum unius anni, pro quibusdam expensis quas archiepiscopum et suffraganeos predictos communiter, ut dicebant, facere oportebat, solvere tenerentur; in eodem concilio nichilominus, ut dicitur, statuentes ut idem archiepiscopus et singuli episcopi predicti eandem centesimam ab abbatibus, prioribus, abbatissis, conventibus et capitulis et aliis prelatis et clericis predictis suarum civitatum et diocesium sibi facerent exhiberi, eos ad id, si opus existeret, compellendo. Predicti vero premonstratenses ac S. Amandi, S. Petri, S. Bavonis, S. Martini, S. Petri de Oudembourg abbates et conventus, attendentes quod ex ordinatione ac statuto hujusmodi minus rationabiliter, ut premissum est, factis, grave ipsis, eorum monasteriis et membris sibi subjectis prejudicium imminebat, ab eis pro se et sibi in hoc aderentibus ad sedem apostolicam appellarunt, ac idem archiepiscopus et episcopi predicti eosdem premonstratenses et alios abbates, priores, abbatissas et conventus prefatos singuli singulos suarum civitatum et diocesium moneri fecerunt, ut infra certum terminum, quem eis peremptorie assignarunt, centesimam predictam et aliam quam se alias ipsis imposuisse asserunt personis quas ad illas recipiendas deputaverant exhiberent, et in eorum aliquos ipsorumque ecclesias interdicti et in aliquos suspensionis et excommunicationis sententias nisi parerent monitionibus hujusmodi promulgarunt; propter quod, et etiam quia aliquibus predictorum denegata fuit copia jurisdictionis et monitionis hujusmodi, quam nunquam habuerant, ex parte abbatum, priorum, abbatissarum et conventuum predictorum pro se, membris sibi subjectis et eis in hoc adherentibus, infra dictum terminum ad eandem sedem extitit appellatum. Nos autem hujusmodi appellationum et negotii principalis causas, et eas contingentia, que inter ipsos sive aliquem aut aliquos ex eis, ex parte una, et dictos archiepiscopum et suffraganeos, ex altera, communiter vel divisim vertuntur seu verti sperantur, apud sedem apostolicam ex certis causis tractari et terminari volentes, ipsas dilecto filio nostro P., S. Georgii ad Velum Aureum diacono cardinali, audiendas et fine debito terminandas, ac sententiarum predictarum, sicut justum

(1) *Ms.* singula.

fuerit, relaxationem commisimus. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel per alium seu alios archiepiscopum et suffraganeos prefatos ex parte nostra peremptorie citare curetis ut infra duos menses post citationem vestram, cum omnibus actis, juribus et munimentis suis predictas causas contingentibus, per se vel per procuratores ydoneos, compareant coram nobis, facturi et recepturi super premissis, prout ordo dictaverit rationis. Diem vero citationis, formam et quicquid super hiis duxeritis faciendum nobis per vestras patentes litteras harum seriem continentes studeatis fideliter intimari. Dat. Reate, nonis septembris, anno primo. »

288 Rieti, 22 septembre 1288.

Facultas faciendi recipi duos canonicos (Reg. 44, c. 168, f. 42 v°; Lap. du Theil, I, 54.)

Venerabili fratri G., archiepiscopo Rothomagensi, facultem concedit faciendi recipi, per se vel per alium aut alios, duas personas ydoneas, quas ad hoc duxerit eligendas, in ecclesia Rothomagensi, in qua collatio praebendarum ad ipsum, receptio vero canonicorum ad dilectos filios .. decanum et capitulum Rothomagenses pertinere dicuntur, in canonicos et in fratres, et providendi earum utrique de praebenda, si qua ibidem vacat ad praesens, vel quam primum ad id obtulerit se facultas.

« Tuam volentes honorare... — Dat. Reate, x kalendas octobris, anno primo. »

289 Rieti, 9 septembre 1288.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 169, f. 42 v°; Lap. du Theil, I, 71.)

Dilectis filiis .. rectori ecclesie Beate Marie de Evansiaco, Petragoricensis diocesis. Indulgentiam concedit centum dierum omnibus vere poenitentibus et confessis qui in singulis festivitatibus S. Petri accesserint annuatim ad capellam de Lasmacitres, quae ab ecclesia praedicta dependet, « quamque in honore beati Petri apostolorum principis clare memorie Carolus Magnus, rex Francie, propriis fecit sumptibus construi, et de bonis suis dotavit eandem, multorum sanctorum ipsam venerandis reliquiis decorando. »

« Licet is de... — Dat. Reate, v idus septembris, anno primo. »

290-292 Rieti, 19 septembre 1288.

Stephanus monasterio Montis Majoris praeficitur in abbatem. (Reg. 44, c. 170, f. 43 r°; Lap. du Theil, I, 73.)

Stephano, abbati monasterii Montis Majoris, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, Arelatensis diocesis. Vacante praedicto monasterio per translationem Bernardi, Tripolitani episcopi, olim abbatis ejusdem monasterii, ad ecclesiam Tripolitanam, Honorius provisionem faciendam dicto monasterio de abbate sedi apostolicae reservaverat. Quare Nicolaus papa eumdem Stephanum, tunc priorem prioratus de Bernitio, praedicti ordinis, Nemausensis dioecesis, in praedicti monasterii abbatem praeficit.

« Debitum officii nostri... — Dat. Reate, xiii kalendas octobris, anno primo. »

In e. m. .. priori et conventui monasterii Montis Majoris mandat quatenus praedicto abbati debitam obedientiam praebeant.

In e. m. universis vassallis monasterii praedicti mandat quatenus praedicto abbati solita fidelitatis juramenta et servitia praebeant.

293 Rieti, 9 septembre 1288.

Licentia utendi pallio. (Reg. 44, c. 171, f. 43 r°.)

Venerabili fratri N., patriarche Jerosolimitano, apostolice sedis legato, privilegium concedit in ecclesiis infra ipsius legationis terminos constitutis, quotiescumque ipsum sollempniter celebrare contigerit, nisi forsitan romanus pontifex praesens fuerit in civitate, utendi palleo, diebus dumtaxat in quibus ei in ejus provincia dicti pallei usus est concessus.

« Quamvis in concessione... — Dat. Reate, v idus septembris, anno primo. »

294 Rieti, 13 septembre 1288.

Officium tabellionatus. (Reg. 44, c. 171², f. 43 r°.)

Eidem facultatem concedit conferendi quatuor personis officium tabellionatus.

« Ne contractuum memoria... — Dat. Reate, idibus septembris, anno primo. »

295 Rieti, 13 septembre 1288.

Privilegium conferendi beneficia ecclesiastica. (Reg. 44, c. 172, f. 43 r°.)

Eidem privilegium concedit in ecclesiis tam cathedra-

libus quam aliis infra legationis ipsius terminos constitutis conferendi personis ydoneis personatus, dignitates, praebendas, officia et beneficia, cum cura vel sine cura, vacantia, et reservandi in singulis ecclesiarum ipsarum unam dumtaxat praebendam vacaturam.

« Ut eo commodius... — Dat. ut supra. »

296 Rieti, 13 septembre 1288.

Privilegia patriarchae Jerosolimitano concessa. (Reg. 44, c. 172[2], f. 43 v°.)

Eidem privilegium concedit ut nullus legatus, nisi sit de latere destinatus vel delegatus sedis apostolicae aut subdelegatus ipsius executor seu etiam conservator a sede deputatus eadem, possit in personam ejus excommunicationis, suspensionis vel interdicti promulgare sententias, interdicere ei ingressum ecclesiae, sive capellam ejus, aut Jerosolimitanam aut Acconensem ecclesias.

« Gratus tui nominis... — Dat. ut supra. »

297 Rieti, 13 septembre 1288.

Privilegium concedendi indulgentias. (Reg. 44, c. 173, f. 43 v°.)

Eidem privilegium concedit quatenus quandiu vixerit omnibus vere poenitentibus et confessis ad verbum Dei ab ipso expositum audiendum devote convenientibus indulgentiam centum dierum elargiri valeat.

« Licet tibi per... — Dat. ut supra. »

298 Rieti, 27 septembre 1288.

Franciscus, abbas monasterii S. Nicolai in Littore de Venetiis, citatur coram sede apostolica. (Reg. 44, c. 174, f. 43 v°.)

Dilectis filiis .. archidiacono Gradensi et Petro dicto Homodei, canonico Clugiensi, mandat quatenus Franciscum, abbatem infradicti monasterii, citent ut infra viginti dies post citationem personaliter compareat coram sede apostolica. Exposuit enim papae « Nicolaus, monachus monasterii Sancti Nicolai in Litore de Venetiis, ordinis S. Benedicti, Castellane diocesis, quod, quum ipse Franciscum, abbatem dicti monasterii, tunc apud sedem apostolicam constitutum, super eo quod idem abbas bona dicti monasterii dilapidabat et enormiter consumebat et symoniaca labe respersus, incontinentie vitio, perjurii, et aliis erat diversis criminibus irretitus, » penes papam detulisset, et idem papa Hugoni, tituli Sanctae Sabinae presbytero cardinali, commisisset oraculo vivae vocis ut super statu et observantia regulari dicti monasterii inquireret, interea dictus abbas a sede apostolica recessit, non petita licentia. Quare idem Nicolaus supplicavit ut providere super hoc papa curaret.

« Exposuit nobis dilectus... — Dat. Reate, v kalendas octobris, anno primo. »

299 Rieti, 25 septembre 1288.

Ut Bazolus dictus Bartholomaeus, clericus ecclesiae de Pedona, ad sedem apostolicam sub fida custodia destinetur. (Reg. 44, c. 175, f. 43 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Lucano. « Exposuit nobis dilectus filius magister Nicolaus de Trebis, canonicus Atrebatensis, subdiaconus et capellanus noster ac palatii nostri auditor causarum, quod Bazolus dictus Bartholomeus, clericus ecclesie de Pedona, causam appellationis et negotii principalis, que vertitur inter ipsum et Junctam de Bargechia, presbyterum, super rectoria ipsius ecclesie de Pedona, sibi procuravit a nobis committi, sed postmodum idem B., ad vitium falsitatis conversus, asserens quod idem capellanus causam hujusmodi .. archipresbytero de Colliculo, Parmensis diocesis, commiserat audiendam et fine debito terminandam, quasdam super hoc litteras confectas sub nomine ipsius capellani ipsi archipresbytero presentavit, quarum pretextu postea idem archipresbyter eundem presbyterum, ad instantiam ipsius clerici, ad suam presentiam evocavit et tandem de facto excommunicavit, eundem excommunicatum fecit publice nuntiari ... Fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus ab eodem Bazolo, ad te cautius evocato, de litteris et modo commissionis hujusmodi sapienter queras et diligenter exigas veritatem, et demum que inveneris fideliter nobis rescribens, clericum ipsum, una cum ipsis litteris commissionis hujusmodi, si eas habere poteris, studeas ad nostram presentiam sub fida custodia destinare. Dat. Reate, VII kalendas octobris, anno primo. »

300-301 Rieti, 29 septembre 1288.

Licentia redimendi decimas. (Reg. 44, c. 176, f. 43 v°; Lap. de Thiel, I, 72.)

Dilectis filiis .. decano et capitulo ecclesie Bajocensis li-

centiam concedit redimendi decimas de manibus laicorum in parrochiis ecclesiarum Bajocensis dioecesis; ita tamen quod ecclesiis ipsis eas restituere teneantur quandocumque ipsis fuerit de redemptionis pretio satisfactum.

« Affectu sunt admittende... — Dat. Reate, III kalendas octobris, anno primo. »

Rieti, 4 septembre 1288.

In e. m. .. decano et capitulo ecclesiae Andegavensis. — Dat. Reate, II nonas septembris, anno primo.

302 Rieti, 27 août 1288.

Privilegium Guichardo, abbati monasterii S. Petri de Cella Trecensis, concessum. (Reg. 44, c. 177, f. 44 r°; Lap. du Theil, I, 75.)

Dilectis filiis Guichardo, abbati monasterii S. Petri de Cella Trecensis, ordinis S. Benedicti, ad instantiam P., S. Eustacii diaconi cardinalis, indulget ut illi nullus judex sedis apostolicae delegatus aut subdelegatus ejusdem vel conservator seu etiam executor a sede deputatus eadem possit in personam ejus excommunicationis, suspensionis aut interdicti sententias promulgare, sine speciali mandato sedis apostolicae.

« Merita virtutum exposcunt... — Dat. Reate, VI kalendas septembris, anno primo. »

303 Rieti, 1er septembre 1288.

Privilegium capitulo ecclesiae Lateranensis concessum. (Reg. 44, c. 177², f. 44 r°.)

Dilectis filiis .. priori et capitulo ecclesie Lateranensis indulget, ad instar Clementis papae IIII, ut ad praestationem collectarum, procurationum, subventionum et aliarum exactionum non teneantur.

« Meritis vestre religionis... — Dat. Reate, kalendis septembris, anno primo. »

304 Rieti, 24 août 1288.

Ut confirmetur electio Margaretae in abbatissam monasterii S. Pancratii de Caliate. (Reg. 44, c. 178, f. 44 r°.)

.. *archipresbytero ecclesie Mediolanensis* mandat quatenus electionem Margaretae, monasterii Sancti Pancratii de Caliate, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, Mediolanensis dioecesis, monacae, in ejusdem monasterii abbatissam, confirmet, si ita ei visum erit.

« Lecta coram nobis... — Dat. Reate, VIIII kalendas septembris, anno primo. »

305 Rieti, 4 septembre 1288.

Licentia absolvendi ab excommunicationis sententiis. (Reg. 44, c. 179, f. 44 r°.)

Dilecto filio .. magistro ordinis de Sempingham privilegium concedit quatenus, de consilio fratrum ejus qui litterati sint, valeat, dummodo sit in sacerdotio constitutus, nec gravis fuerit et enormis excessus, absolvere fratres excommunicatos.

« Licet ad hoc... — Dat. Reate, II nonas septembris, anno primo. »

306 CXCII Rieti, 1er octobre 1288.

Quitantiam CXCII florenorum auri fratribus ordinis humiliatorum dat. (Reg. 44, c. 180, f. 44 v°.)

Dilectis filiis .. magistro et capitulo, generalibus necnon prepositis, prelatis et conventibus fratrum et sororum universarum domorum ordinis humiliatorum. « Cum ordo vester humiliatorum de novo exemptus a nobis in duabus libris auri nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvendis factus sit censualis, nos, qui hujusmodi censum de auro fino tam in valore quam pondere interpretamur et statuimus in perpetuum persolvendum, pro censu primi anni terminandi IIII nonas futuri mensis septembris, anno Domini M. CC. LXXX noni, per manus fratris Raynerii de Senis, generalis procuratoris vestri, pro vobis et dicto ordine persolventis, centum nonaginta duos florenos auri presentium auctoritate fatemur nostram cameram integre recepisse. Has litteras bulla nostra munitas vobis exinde in cautelam et testimonium concedentes. Dat. Reate, kalendis octobris, anno primo. »

307 Rieti, 22 septembre 1288.

Ut confirmetur venditio bonorum per fratres hospitalis S. Peregrini de Alpibus facta. (Reg. 44, c. 181, f. 44 v°.)

Dilecto filio .. archidiacono ecclesie Lucane mandat quatenus confirmet, si utiles eas invenerit, venditionem et concessionem quibus .. rector et fratres hospitalis Sancti

Peregrini de Alpibus, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, Lucanae dioecesis, ad solvenda quaedam debita, vendiderunt et concesserunt, licentia super hoc apostolica non obtenta, .. priori et conventui fratrum praedicatorum Lucanorum quasdam terras et domos orto praedictorum prioris et conventus contiguas, quandamque capellam in terra consistentem praedicta.

« Sua nobis dilectus... — Dat. Reate, x kalendas octobris, anno primo. »

308 Rieti, 24 septembre 1288.

Ne quis fratrum praedicatorum sine licentia generalis magistri vel prioris provincialis fiat episcopus. (Reg. 44, c. 182, f. 44 v°; Potth., 22816.)

.. *magistro ordinis fratrum predicatorum.* « Petitio tua nobis ... Auctoritate presentium de speciali gratia districtius inhibemus ne prefati ordinis fratres, si eos in episcopos eligi aut postulari forte contigerit, electioni sive postulationi de se facte audeant consentire, et si secus presumpserint, ipso facto sint a quibusvis officiis ejusdem ordinis penitus absoluti, nec aliquis archiepiscopus seu quicumque alius prelatus vel etiam legatus sedis ipsius dictos fratres, nisi de tua vel ipsorum priorum provintialium, qui pro tempore fuerint, licentia et consensu, aut sedis ejusdem speciali mandato, ad episcopatus vel alias dignitates extra dictum ordinem assumere, vel ordinare presumat... Dat. Reate, viii kalendas octobris, anno primo. »

309 Rieti, 13 septembre 1288.

Monachi monasterii S. Miniatis prope Florentinam civitatem coram sede apostolica citantur. (Reg. 44, c. 183, f. 44 v°; Potth., 22803.)

Dilectis filiis .. abbati monasterii Sancte Trinitatis, .. priori sancti Pauli et .. preposito Omnium Sanctorum, ordinis humiliatorum, Florentinorum, mandat quatenus abbatem et monachos monasterii S. Miniatis prope civitatem Florentinam siti, ipsius monasterii ab Alexandro papa sanctimonialibus de Monticello, ordinis Sanctae Clarae, Florentinae dioecesis, concessi detentores, et quoscumque alios, qui sua interesse crediderint, citare curent ut infra viginti dies post citationem hujusmodi per se vel per procuratores apostolico se conspectui repraesentent.

« Sua nobis dilecte... — Dat. Reate, idibus septembris, anno primo. »

310-311 Rieti, 5 septembre 1288.

Officium tabellionatus. (Reg. 44, c. 184, f. 45 r°.)

Gualtario Morello, nato quondam Gentilis Morelli de Asserico, clerico, in minoribus ordinibus constituto, Aquilensis diocesis, concedit officium tabellionatus, ad quod per magistros Raymundum de Ponte, decanum Compostellanum, et Raynuzinum de Murro, canonicum Firmanum, capellanos papae, repertus fuit ydoneus.

« Ne contractuum memoria... — Dat. ut supra. »

In e. m. Ottaviano Landonis de Anagnia, clerico, in minoribus ordinibus constituto. Dat. Reate, nonis septembris, anno primo.

312 Rieti, 20 septembre 1288.

Licentia absolvendi ab excommunicationis sententiis. (Reg. 44, c. 184 2, f. 45 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Majoricensi mandat, ad Jacobi regis Majoricarum supplicationem, ut absolvat omnes eos de Aragoniae, Majoricarum vel Valentiae regnis necnon et Catalonia et terris ejusdem regis qui quondam Petro regi Aragonum adhaeserunt ab excommunicationum sententiis per Martinum papam IIII contra praedictum et fautores ejus praelatis.

« Meruit sincera devotio... — Dat. Reate, xii kalendas octobris, anno primo. »

313 Rieti, 29 août 1288.

Ut reddatur libertati Mehir de Ruthenburth, judaeus. (Reg. 44, c. 185, f. 45 r°.)

Carissimo in Christo filio Rodulpho, regi Romanorum illustri. Eum rogat quatenus magistrum Mehir de Ruthenburth, judaeum, ipsius jurisdictioni subjectum, nunc de mandato regio in carcere sine causa rationabili detentum, libertati restituat.

« Actus tuos in... — Dat. Reate, iiii kalendas septembris, anno primo. »

314 Rieti, 17 septembre 1288.

Licentia conferendi beneficium ecclesiasticum. (Reg. 44, c. 186, f. 45 r°; Lap. du Theil, I, 76.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Turonensi facultatem concedit reservandi ipsius donationi in ecclesia Turo-

nensi personatum sive dignitatem primo vacaturum, ad collationem ipsius spectantem, et, priorum ejusdem ecclesiae requisito consensu, prout requiri hactenus consuevit, eum personae ydoneae conferendi.

« Volentes tuam honorare... — Dat. Reate, xv kalendas octobris, anno primo. »

315 Rieti, 20 septembre 1288.

Johanni, tituli Sanctae Ceciliae presbytero cardinali, apostolicae sedis legato, mandat quatenus inquirat de opportunitate petitionis qua abbas et conventus monasterii S. Dyonisii Remensis licentiam condendi novum coemeterium poscunt. (Reg. 44, c. 187, f. 45 v°; Lap. du Theil, I, 77.)

Dilecto filio Johanni, tituli Sancte Cecilie presbytero cardinali, apostolice sedis legato. « Petitio dilectorum filiorum .. abbatis et conventus monasterii S. Dyonisii Remensis, ordinis S. Augustini, nobis exhibita continebat quod, cum hospitale Beate Marie Remense in sue nove plantationis exordio modicorum pauperum esset capax, dicti abbas et conventus, attendentes quod raro corpora in ipso hospitali decedentium propter defectum personarum tunc in eodem hospitali degentium sepeliendi eisdem fratribus necessitas incumbebat, patientius tolerarunt hujusmodi corpora in quodam cimiterio monasterii ipsi contiguo sepeliri. Cum autem hospitale ipsum devotione fidelium adeo in amplas et latas succreverit facultates quod ad illud egenorum jugiter multitudine confluente multiplicata in eodem hospitali corpora defunctorum in dicto cimiterio sufficienter nequeant inhumari, tum propter ipsius cimiterii artitudinem, tum etiam propter hanc intolerabilem inconvenientiam, quod fovee in quas ponuntur profundius non cavantur propter corpora inibi recentius subsepulta, contingit plerumque quod ipsa quasi remanent inhumata. Et sic ex fetore ipsius cimiterii aer pestilenter corruptus tam dicti monasterii, quod est quasi in medio civitatis Remensis, quam etiam circumvicinas personas adeo passim inficit et corrumpit quod, nisi eis super hoc per apostolice provisionis remedium celeriter succurratur, compellentur utique proprias deserere mansiones, aut in eis cum propriorum corporum periculo remanere. Cum autem iidem abbas et conventus, qui anticipare tempus vite ex jure nature vitare desiderant, de alio loco eidem hospitali accomodo, satis vicino, pro cimiterio fratrum et pauperum ipsius hospitalis parati sint eorum sumptibus providere, nobis humiliter supplicarunt ut propriorum corporum eorumdem saluti providere in hac parte paterna diligentia curaremus. Quia vero tu de hiis habere poteris notitiam pleniorem, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus, per te vel per alium inquirens super premissis diligentius veritatem, quod super ipsis inveneris nobis studeas fideliter intimare; ita quod ex tua relatione instructi prefati monasterii et aliarum circumadjacentium personarum saluti consulere salubrius valeamus. Dat. Reate, xii kalendas octobris, anno primo. »

316 Rieti, 27 septembre 1288.

Ut confirmetur electio Henrici de Vilnowe in monasterii Fuldensis abbatem. (Reg. 44, c. 188, f. 45 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Warmaciensi et dilectis filiis .. Sancti Albani extra muros Maguntinos et .. de Sekingenstat, Maguntine diocesis, monasteriorum abbatibus, mandat quatenus confirment electionem de Henrico de Wilnowe, monacho monasterii Fuldensis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, per obitum Marquardi vocantis, in ejusdem monasterii abbatem, factam per Conradum, decanum, Albertum, praepositum, et Godefridum, camerarium dicti monasterii, quibus ad hoc potestatem alii conventus monachi duraturam, « usque ad consumptionem cujusdam candele, quam tunc fecerunt accendi, liberam concesserunt. »

« Licet continuata supervenientium... — Dat. Reate, v kalendas octobris, anno primo. »

317 Rieti, 17 septembre 1288.

Inquiritur de abusibus a Conrado, abbate monasterii S. Angeli in Palatio, Guardiensis dioecesis, commissis. (Reg. 44, c. 189, f. 46 r°.)

Venerabili fratri G., episcopo Sabinensi, apostolice sedis legato, mandat quatenus inquisitionem faciat de abusibus Conradi, abbatis monasterii Sancti Angeli in Palatio, ordinis Sancti Benedicti, Guardiensis dioecesis, a Mathaeo Johannis Albi et Francisco Alferii, monachis praedicti monasterii, denuntiatis, et si vera sit haec denuntiatio, dictum Conradum citet ut personaliter apostolico conspectui se praesentet. — Dictus enim Conradus, qui tunc nec professus fuerat ordinem regularem nec vestes induerat monachales nec etiam aetatis suae duodecimum exegerat annum, quique defectum natalium patitur de nobili viro Raone de Trentanaria, soluto, et quadam hujus pedisseca, soluta, procreatus, nec recepit super hoc dispensationem, fuit olim per pressionem patris ejus in praedicti monasterii abbatem electus. Praeterea

etiam adhuc aetatis annum quintumdecimum non attingens, in domo patris inter seculares quasi continue commoratur. Eundem tamen .. Guardiensis episcopus, tot defectuum et intrusionis non ignarus, in abbatem confirmavit. Ad haec praefatus Rao, permittente dicto Conrado, bona monasterii dilapidat.

« Dilecti filii Matheus... — Dat. Reate, xv kalendas octobris, anno primo. »

318 Rieti, 5 septembre 1288.

Inquisitor deputatur in comitatu Venysino. (Reg. 44, c. 190, f. 46 r°; Potth., 22791.)

.. *ministro provintiali ordinis fratrum minorum in amministratione provintie* mandat quatenus eligat unum de fratribus ipsius administrationis ad exequendum inquisitionis officium in comitatu Venysino, juxta formam expressam in litteris quas Clemens papa IIII fratribus ipsius ordinis inquisitoribus destinavit.

« Pre cunctis nostre... — Dat. Reate, nonis septembris, anno primo. »

319 Rieti, 5 septembre 1288.

Inquisitor deputatur in provinciis infrascriptis. (Reg. 44, c. 191, f. 46 v°; Wadding, *Ann. Minor.*, n° 14; Sbaraglia, *Bul. Franc.*, VI, p. 37, n° 50, seulement signalée) (1).

Eidem mandat quatenus eligat fratrem ydoneum, qui inquisitionis officium exerceat in civitate Aurasicensi et ejus districtu ac castro de Sellone, necnon in civitatibus, locis sive terris infra Arelatensis, Aquensis et Ebredunensis provinciarum terminos constitutis, mediate vel immediate heredibus Caroli, regis Siciliae, non subjectis.

« Pre cunctis nostre... — Dat. ut supra. »

320 Rieti, 5 septembre 1288.

Inquisitores haereticae pravitatis constituit in Forcalcherii, Arelatensi, Aquensi, Ebredunensi provinciis et in civitate Avenionensi. (Reg. 44, c. 192, f. 46 v°; Potth., 22792.)

Nicolaus etc. Dilectis filiis fratribus ordinis minorum, inquisitoribus heretice pravitatis, deputatis auctoritate apostolica et in posterum deputandis in provintia Folkalkerii, comitatibus et quibuscumque civitatibus et locis sive terris imperii infra Arelatensis, Aquensis et Eberdunensis provintiarum terminos constitutis, heredibus clare memorie Caroli regis Sicilie mediate vel immediate subjectis, et etiam in civitate Avinionensi, salutem etc. « Pre cunctis nostre mentis, etc., usque conspirare. Sane, ut accepimus, in aliquibus partibus comitatuum provintie Folkalcherii et quibusdam civitatibus et locis sive terris imperii, infra Arelatensis, Aquensis et Eberdunensis provintiarum terminos constitutis, heredibus clare memorie Caroli regis Sicilie mediate vel immediate subjectis, ac etiam in civitate Avinionensi, adeo infidelitatis error invaluit etc., usque adhibeat oportunum. In predictis tamen comitatibus, civitatibus et locis sive terris cupientes anxie etc., usque providimus igitur in predictis comitatibus, civitatibus et locis sive terris ad presens personas aliquas circumspectas pro tanto negotio deputari, quarum honesta conversatio exemplum tribuat puritatis et doctrinam fundant erudita labia salutarem, ut sacro ipsarum ministerio prefati comitatus, civitates et loca sive terre ab hujusmodi contagiis expurgentur. Ut autem inquisitionis officium contra hereticos in prefatis comitatibus, civitatibus et locis sive terris possit efficatius adimpleri, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, in remissionem vobis peccaminum injungentes, quatenus in caritate Dei, hominum timore postposito, virtutem spiritus induentes ex alto, predictum officium, quod apostolica vobis auctoritate committimus, ubique infra prefatos limites simul vel separatim aut singulariter, prout negotii utilitas suadebit, ad extirpandam exinde hereticam pravitatem, sub spe mercedis eterne, sic efficaciter prosequi et exequi studeatis, ut per sollicitudinis vestre prudentiam de comitatibus ipsis, civitatibus et locis sive terris radix iniquitatis heretice succedatur et vinea Domini, exterminatis vulpeculis, que perversis morsibus demoliuntur eandem, fructus afferat catholice puritatis. Si quos autem de pravitate predicta culpabiles inveneritis vel infectos seu etiam infamatos, contra ipsos nisi examinati absolute velint mandatis ecclesie obedire, necnon et contra receptatores, defensores et fautores eorum, juxta sanctiones canonicas auctoritate apostolica, hominum metu divino timori postposito, procedatis. Non obstantibus aliquibus litteris ad quoscumque alios de comitatibus ipsis, civitatibus et locis sive terris, exceptis locorum diocesanis, super hujusmodi negotio ab ipsa sede directis, quarum deinceps ad inquisitiones hujusmodi faciendas nolumus auctoritate procedi, quinimmo ne procedatur per illas districtius inhibemus, nec pretextu commissionis specialiter

(1) Potthast a omis cette bulle.

eisdem diocesanis super hoc facte vestros processus in eorundem diocesanorum civitatibus et diocesibus volumus impediri, nec per hoc quod fidei negotium generaliter in ipsis comitatibus, civitatibus et locis sive terris vobis committimus et commissiones a prefata sede diocesanis eisdem factas, si forsan illarum sive etiam ordinaria vellent auctoritate procedere, intendimus revocare. Verumtamen sive auctoritate ordinaria sive ex delegatione predicte sedis iidem diocesani in hujusmodi negotio processerunt, nequaquam volumus vel per concursum processuum vel alias quomodolibet vestros impediri processus quin diocesanorum ipsorum processibus non obstantibus in eodem negotio procedere libere valeatis. Si vero aliqui ex predictis heretica labe penitus abjurata reddire voluerint ad ecclesiasticam unitatem, eis juxta formam ecclesie absolutionis beneficium impendatis et injungatis eisdem quod injungi talibus consuevit, proviso solerter ne simulata conversione redeant fraudulenter, et vos, immo potius se ipsos fallentes sub agni specie gerant lupum. Quod si aliqui fuerint judicandi heretici vel incarcerationis pena perpetue alicui pro hujusmodi crimine fuerit infligenda per vos, ad id de diocesanorum vel vicariorum suorum, si ipsis diocesanis absentibus presentes fuerint, consilio procedatur, ut in tante animadversionis judicio non postponenda pontificum auctoritas intercedat. Verum quia in tam gravi crimine cum multa oportet cautela procedi, ut in reos sine ullo proferatur errore dure ac digne severitas ultionis, volumus et mandamus ut vos vel illi quos ad hoc duxeritis deputandos, in examinatione testium quos recipi super crimine predicto ipsumque contingentibus oportuerit, adhibeatis duas religiosas et discretas personas, in quorum presentia per publicam, si comode haberi potest, personam aut per duos viros ydoneos fideliter eorumdem depositiones testium conscribantur. Ad conscribendas quoque hujusmodi depositiones et ad faciendum omnia que in commisso vobis officio ad scriniarii seu tabellionis officium pertinent, tenere districte precipimus, cum per vos seu per deputatos ad hoc a vobis requisiti fuerint, omnes et singulos vestri ordinis fratres, qui dum essent in seculo hujusmodi tabellionatus officium habuisse et exercuisse noscuntur, et illos etiam quibus idem tabellionatus officium, ratione prefati negotii fidei, fuit a dicta sede commissum et in posterum committetur, concedentes hujusmodi fratribus necnon et aliis religiosis quibuslibet, qui similiter, dum essent in seculo, dictum tabellionatus officium habuerunt et exercuerunt, quibusdam etiam clericis secularibus officium ipsum habentibus, etiam si iidem fratres religiosi et clerici sint in sacris ordinibus constituti, exercendi libere officium ipsum, quoad premissa, non obstante aliquo contrario statu canonis vel ordinis quocumque vallato munimine, plenariam facultatem. Quod si testibus quos a vobis recipi vel ab alio vice vestra super eodem crimine examinari contigerit ex publicatione nominum eorumdem videritis periculum imminere, ipsorum nomina non publice sed secrete coram aliquibus personis providis et honestis, religiosis et aliis, ad hoc vocatis, de quorum consilio ad sententiam et condempnationem procedi volumus, exprimantur. Et sic, non obstante quod illis contra quos hujusmodi testes deposuerint eorum nomina non fuerint publicata, ad cognitionem judicis instruendam, adhibeatur plena fides testium depositionibus eorumdem. Ut ergo commissi vobis officii debitum utilius et liberius exequamini, committendi citationes, testium examinationes, cum de hujusmodi crimine ac ipsius circumstantiis duxeritis inquirendum, ita tamen quod eidem examini due persone religiose, ut dictum est, intersint, et denuntiationes sententiarum, quas in quoslibet hac de causa tuleritis; accersiendi quoque, prout expedierit, peritos quoslibet, ut vobis in ferendis hujusmodi sententiis prebeant consilium oportunum, ac vobis insistant; convocandi etiam clerum et populum civitatum, castrorum aliorumque locorum, prout dicto negotio fidei videritis expedire; insuper in dicto negotio de plano et absque judiciorum et advocatorum strepitu, ac contra illos quos in predictis comitatibus, civitatibus ac locis sive terris in hereseos crimine commisisse constiterit, licet ad alias partes se transferendos duxerint, procedendi; necnon faciendi vobis libros seu quaternos et alia scripta, in quibus inquisitiones facte et processus per quoscumque auctoritate sedis apostolice vel legatorum ejus habiti contra hereticos continentur, a quibuslibet assignari, et observari omnia statuta tam per sedem apostolicam quam in conciliis legatorum ejusdem sedis provide edita, que negotium fidei tangere dignoscuntur, sicut promotioni negotii et augmentationi fidei fuerit oportunum; privandi preterea de diocesanorum vel eis absentibus vicariorum suorum consilio hereticos, eosdem credentes, receptatores et defensores eorumque filios et nepotes personatibus, dignitatibus ac beneficiis ecclesiasticis et officiis publicis ac honoribus quibuscumque; necnon et largiendi viginti vel quadraginta dierum indulgentiam, quotiens oportunum videritis, omnibus vere penitentibus et confessis qui ad vestram convocationem propter hoc faciendam accesserint, plena sit vobis et singulis vestrum presentium tenore facultas. Vobis autem pro hujusmodi negotio laborantibus illam peccatorum veniam indulgemus que sucurrentibus Terre Sancte in generali concilio est concessa. Sociis vero fratribus vestri ordinis et nota-

riis vestris, qui una vobiscum in prosecutione hujusmodi negotii laboraverint, et omnibus qui personaliter vobis astiterint in eodem negotio et qui ad impugnandum hereticos, fautores, receptatores et defensores eorum quoquomodo vobis ex animo prestiterint consilium, auxilium vel favorem, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi tres annos de injunctis sibi penitentiis relaxamus. Et si qui ex hiis in prosecutione hujusmodi negotii forte decesserint, eis peccatorum omnium de quibus corde contriti et ore confessi fuerint plenam veniam indulgemus. Compescendi preterea, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, predicatores questuarios, ubi contigerit pro inquisitionis seu fidei negotio congregationem fieri, vel alias eidem negotio quomodolibet ex hoc impedimentum afferri, a predicationis officio, quod ad ipsos nullatenus pertinet, quorum interest tamen caritativa subsidia simpliciter petere ac indulgentiam si quam forte habent exponere, liberam vobis et singulis vestrum concedimus auctoritate presentium facultatem. Ceterum si forte, quod non credimus aliqui cujuscumque conditionis huic negotio vobis commisso se opponere seu illud presumpserint aliquatenus impedire, ut non possit procedi libere in eodem, contra eos tanquam contra hereticorum fautores et defensores; contra illos vero qui idem negotium requisiti juxta officium et posse suum non juverint seu foverint studiose, freti eadem auctoritate intrepide procedatis, secundum canonicas sanctiones. Denique, ut circa premissa plene vobis et singulis vestrum cohertionis expedita et inviolabilis adsit auctoritas, volumus ut ea omnia viriliter exequamini, invocato si opus fuerit auxilio brachii secularis, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Non obstantibus aliquibus privilegiis et indulgentiis quibuscumque personis cujuscumque conditionis, dignitatis vel gradus, religionis vel ordinis, et presertim cisterciensis, predicatorum, minorum seu heremitarum, sive communitatibus vel universitatibus civitatum et locorum, specialiter vel generaliter, sub quacumque verborum expressione vel forma a memorata sede concessis vel in posterum concedendis, etiam si dicatur in illis quod eis per aliquas litteras totum de verbo ad verbum tenorem non continentes privilegiorum vel indulgentiarum ipsarum nequeant derogari; et illis maxime privilegiis et indulgentiis quibus ab ipsa sede concessum est aliquibus seu concedetur deinceps quod excommunicari vel ipsorum terre supponi non possint ecclesiastico interdicto; aut quod predictorum vel aliorum quorumlibet ordinum fratres ad executiones negotiorum aut ad citationes quorumlibet sive denuntiationes sententiarum excommunicationis, suspensionis vel interdicti auctoritate litterarum apostolicarum minime cogi possint, nisi de ipsorum ordinibus et privilegiis vel indulgentiis eis super hoc a sede concessis eadem habeatur in eisdem litteris mentio specialis, cum ex hujusmodi vel aliis privilegiis et indulgentiis nullum vobis in tante pietatis negotio velimus obstaculum interponi; et constitutione de duabus dietis edita in concilio generali. Dat. ut supra.

321 Rieti, 5 septembre 1288.

Inquisitores deputantur in provinciis infrascriptis. (Reg. 44, c. 193, f. 47 v°; Potth., 22792.)

Dilecto filio .. ministro provintiali ordinis minorum in administratione Provintie mandat quatenus eligat fratres sui ordinis, qui inquisitionis officium exerceant in Provinciae ac Forchalcherii comitatibus et quibuscumque civitatibus et locis sive terris imperii infra Arelatensis, Aquensis et Ebredunensis provinciarum terminos inclusis, heredibus clarae memoriae Caroli, regis Siciliae mediate vel immediate non subjectis, et etiam in civitate Avenionensi.

« Pre cunctis nostre... — Dat. ut supra. »

322 Rieti, 5 septembre 1288.

Fratribus inquisitoribus mandat quatenus contra christianos ad ritum judaeorum transeuntes, judaeos conversos rejudaizantes vel christianos ad suum ritum trahentes procedant. (Reg. 44, c. 194, f. 47 v°; Potth., 22795.)

Dilectis filiis fratribus predicatorum et minorum ordinum, inquisitoribus heretice pravitatis auctoritate sedis apostolice deputatis et in posterum deputandis. « Turbato corde audivimus et narramus ... quod quamplurimi christiani, veritatem catholice fidei abnegantes, se dampnabiliter ad ritum judaicum transtulerunt, quod tanto magis reprobum fore cognoscitur, quanto ex hoc nomen sanctissimum Christi quadam familiari obstilitate securius blasphematur... Universitati vestre per apostolica scripta mandamus quatenus infra terminos vobis ad inquirendum contra hereticos auctoritate sedis apostolice designatos, super premissis tam per christianos quam etiam per judeos inquisita diligenter et sollicite veritate, contra omnes quos talia inveneritis hactenus commisisse ac committere etiam in futurum tanquam contra hereticos... procedere studeatis. Judeos autem qui christianos utriusque sexus ad eorum ritum execrabilem in-

duxerunt aut inveneritis de cetero inducentes pena debita puniatis... Dat. ut supra. »

323 Rieti, 12 septembre 1288.

Privilegium concedendi officium praepositurae. (Reg. 44, c. 195, f. 48 r°.)

Venerabili fratri B., episcopo Barchinonensi, privilegium concedit conferendi unum de duodecim officiis qui *praepositurae* seu *mesatae* in ecclesia Barchinonensi vulgariter appellantur, solitis per illum et per capitulum ecclesiae Barchinonensis communiter ejusdem ecclesiae canonicis assignari, uni ex canonicis praelibatis.

« Devotionis tue meretur... — Dat. Reate, II idus septembris, anno primo. »

324 Rieti, 12 septembre 1288.

Privilegium faciendi recipi unum clericum in canonicum. (Reg. 44, c. 196, f. 48 r°.)

Eidem privilegium concedit recipiendi vel faciendi recipi unum dumtaxat clericum in canonicum in ecclesia Barchinonensi, in qua canonicorum receptio et praebendarum collatio ad eum et ad capitulum dictae ecclesiae spectat.

« Tuam volentes honorare... — Dat. ut supra. »

325 Rieti, 17 septembre 1288.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 197, f. 48 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Albensi, vacante sede Saonensi, mandat quatenus cum nobili viro Henrico, nato nobilis viri Thomae, ac nobili muliere Eliana, nata nobilis viri Leonis, marchionum de Punzono, dominorum Castri Spigni, Saonensis dioecesis, dispenset ut, licet quarto consanguinitatis gradu conjuncti sint, praedicti Henricus et Eliana matrimonium contrahere valeant, ad sedandas inimicitias quae inter eorum parentes et amicos suscitatae sunt et ex quibus multa homicidia provenerunt dictusque Leo graviter extitit vulneratus.

« Exposita coram nobis... — Dat. Reate, XV kalendas octobris, anno primo.

326 Rieti, 5 septembre 1288.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 197², f. 48 v°.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Amalfitano mandat quatenus cum Conto, milite, nato quondam Alferii de Platamone, et Adelitia, nata quondam magistri Mathaei Sillati, civis Salernitani, dispenset ut in matrimonio quod olim contraxerunt et in quo tres filios et quatuor filias procrearunt, remanere valeant, non obstante quod quondam Philippus de Protojudice, civis Salernitanus, vir ejusdem Adelitiae, dum viveret, praedicto Conto quarto fuisset consanguinitatis gradu conjunctus.

« Petitio dilecti filii... — Dat. Reate, nonis septembris, anno primo. »

327 Rieti, 22 septembre 1288.

Inquiritur de criminibus Symonis, abbatis monasterii S. Antimi, Clusinae dioecesis. (Reg. 44, c. 198, f. 48 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Sutrino mandat quatenus inquirat de criminibus Symonis, abbatis monasterii Sancti Antimi, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis Sancti Benedicti, Clusinae dioecesis, qui, ut asseritur, incontinentiae laborans vitio, symoniaca labe respersus, homicidii crimine irretitus, ludo etiam taxillarum dampnabiliter vacans, in quo saepe Deum et sanctos dicitur blasphemare, bona dicti monasterii dilapidat.

« Ad audientiam nostram... — Dat. Reate, X kalendas octobris, anno primo. »

328-329 Rieti, 5 octobre 1288.

Facultas testandi. (Reg. 44, c. 199, f. 48 v°.)

Dilecto filio magistro Johanni dicto Monacho, decano ecclesie Bajocensis, sancte romane ecclesie vicecancellario, facultatem concedit testandi.

« Quia presentis vite... — Dat. Reate, III nonas octobris, anno primo. »

Rieti, 22 septembre 1288.

In e. m. .. episcopo Theatino. — Dat. Reate, X kalendas octobris, anno primo.

330 Rieti, 22 septembre 1288.

Facultas eligendi confessorem. (Reg. 44, c. 200, f. 48 v°; Lap. du Theil, I, 79.)

Dilecto filio nobili viro Roberto, comiti, et dilecte in Christo filie nobili mulieri Beatrici, uxori ejus, comitisse

Clarimontensibus, facultatem concedit eligendi sibi et familiae suae confessorem saecularem vel religiosum.

« Magne devotionis affectus... — Dat. Reate, x kalendas octobris, anno primo. »

331 Rieti, 22 septembre 1288.

Privilegium comiti Claromontensi et uxori ejus concessum. (Reg. 44, c. 201, f. 49 v°; Lap. du Theil, I, 80.)

Dilecto filio nobili viro Roberto, nato clare memorie L., regis Francorum, comiti, et dilecte in Christo filie nobili mulieri Beatrici, uxori ejus, comitisse Clarimontensibus, concedit ut eorum confessores vota jam ab eis emissa, Jerosolimitano dumtaxat excepto, possint commutare, ita tamen quod locis, si qua juxta vota eadem visitare tenerentur, quicquid expensuri fuissent illuc accedendo integraliter teneantur exhibere.

« Meretur devotionis vestre... — Dat. ut supra. »

332 Rieti, 18 septembre 1288.

Dispensatio visitandi limina apostolorum. (Reg. 44, c. 202, f. 81 r°; Lap. du Theil, I, 81.)

Venerabili fratri Arnaldo, episcopo Aquensi. Eum absolvit a juramento visitandi singulis bienniis apostolorum limina.

« Ex parte tua... — Dat. Reate, xiiii kalendas octobris, anno primo. »

333-334 Rieti, 22 septembre 1288.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 203, f. 49 r°.)

Dilecto filio .. magistro et fratribus hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani. Indulgentiam concedit unius anni et quadraginta dierum omnibus vere poenitentibus et confessis qui praedictorum capellam, sitam in coemeterio ecclesiae Sancti Nicolai de Accon, in Sancti Johannis Baptistae, Beatae Mariae virginis et Sancti Michaelis festivitatibus visitaverint annuatim.

« Licet is de... — Dat. Reate, x kalendas octobris, anno primo. »

In e. m. eisdem pro eorum ecclesia Acconensi.

335 Rieti, 22 septembre 1288.

Privilegium fratribus hospitalis S. Johannis Jerosolimitani concessum. (Reg. 44, c. 204, f. 49 r°.)

Eisdem privilegium concedit ut fratres ydonei eorum ordinis in sacerdotio constituti, in domibus eorum conventualibus existentes, qui ad hoc de consilio priorum et discretorum fratrum domorum ipsarum fuerint deputati, confessiones fratrum sororumque suarum audire valeant.

« Religionis vestre promeretur... — Dat. ut supra. »

336 Rieti, 27 septembre 1288.

Pro correctione monasterii S. Angeli de Fontanellis juxta Tudertum. (Reg. 44, c. 205, f. 49 r°.)

Venerabili fratri L., episcopo Ostiensi, commissionem mandat corrigendi vel reformandi monasterium Sancti Angeli de Fontanellis juxta Tudertum, ordinis Vallis Umbrosae.

« Cum olim sicut... — Dat. Reate, v kalendas octobris, anno primo. »

337-340 Rieti, 2 octobre 1288.

Egeas praeficitur ecclesiae Visensi in episcopum. (Reg. 44, c. 206, f. 49 v°.)

Dilecto filio Egee, electo Visensi. Eum, tunc decanum ecclesiae Visensis, praeficit in episcopum eidem ecclesiae per obitum Mathaei vacanti.

« Ad universales ecclesie... — Dat. Reate, vi nonas octobris, anno primo. »

In e. m. .. decano et capitulo ecclesiae Visensis mandat quatenus praedicto electo debitam obedientiam exhibeant.

In e. m. clero civitatis et dioecesis Visensis.

In e. m. populo civitatis et dioecesis Visensis.

341-346 Rieti, 29 septembre 1288.

Garsias ecclesiae Seguntinae praeficitur in episcopum. (Reg. 44, c. 207, f. 49 v°.)

Dilecto filio magistro Garsie, doctori decretorum, electo Seguntino. Eum, tunc archidiaconum de Majorica in ecclesia Legionensi, Seguntinae ecclesiae in episcopum praeficit. — Vacante Seguntina ecclesia per obitum Gundisalvi, ecclesiae ejusdem capitulum Alfonsum, episcopum Cauriensem, in episcopum Saguntinum postulaverat sed hujusmodi petitionem papa non admiserat.

« Apostolice sollicitudinis studium... — Dat. Reate, iii kalendas octobris, anno primo. »

In e. m. capitulo ecclesiae Seguntinae mandat quatenus praedicto electo debitam obedientiam exhibeat.

In e. m. clero civitatis et dioecesis Seguntinae.

In e. m. populo Seguntinae civitatis et dioecesis.

In e. m. vassallis ecclesiae Seguntinae mandat quatenus eidem electo debita fidelitatis juramenta et servitia praebeant.

In e. m. .. regi Castellae ac Legionis. Eum hortatur ut praedicto electo regalia restituat.

347 Rieti, 9 octobre 1288.

De bonis ecclesiae romanae in dioecesi Civitatis Castellanae. (Reg. 44, c. 208, f. 50 r°; Potth., 22824.)

Venerabili fratri Monaldo, episcopo Civitatis Castellane, concedit et donat omnes fructus, redditus et proventus cunctorum bonorum et jurium quae ecclesia romana in civitate et dioecesi Civitatis Castellanae possidet, percipiendos ab ipso episcopo usque ad sedis apostolicae beneplacitum.

« Cum ecclesia romana... — Dat. Reate, vii idus octobris, anno primo. »

348-353 Rieti, 6 octobre 1288.

Rodericus, episcopus Segobiensis, transfertur ad Terraconensem archiepiscopatum. (Reg. 44, c. 209, f. 50 r°.)

Venerabili fratri Roderico, Terraconensi archiepiscopo. Eum, tunc Segobiensem episcopum, Terraconensi ecclesiae, per obitum Bernardi vacanti, in archiepiscopum praeficit.

« Sponso celesti cui... — Dat. Reate, ii nonas octobris, anno primo. »

In e. m. .. praeposito et capitulo ecclesiae Terraconensis mandat quatenus praedicto archiepiscopo debitam obedientiam exhibeant.

In e. m. clero civitatis et dioecesis Terraconensis.

In e. m. populo civitatis et dioecesis Terraconensis.

In e. m. universis ecclesiae Terraconensis vassallis mandat quatenus eidem archiepiscopo solita fidelitatis juramenta et servitia exhibeant.

In e. m. universis ecclesiae Terraconensis suffraganeis.

354-356 Rieti, 28 septembre 1288.

Helias praeficitur monasterio Nobiliacensi in abbatem. (Reg. 44, c. 210, f. 50 v°; Lap. du Theil, I, 83.)

Dilecto filio fratri Helie, electo monasterii Nobiliacensis, ordinis Sancti Benedicti, Pictavensis diocesis. Defuncto Hugone, abbate monasterii Nobiliacensis, monachi, votis suis divisis, Heliam, tunc de Leziniaco, et Johannem, de Meriaco prioratuum priores, elegerunt; appellatione vero facta apud sedem apostolicam, praedicti duo electi coram B., Portuensi episcopo, auditore ad hoc constituto, juri, si quid eis ex electionibus hujusmodi competebat, renuntiaverunt. Unde papa eidem monasterio praefatum Heliam in abbatem praeficit.

« Ex suscepte servitutis... — Dat. Reate, iiii kalendas octobris, anno primo. »

In. e. m. .. priori et conventui monasterii Nobiliacensis mandat quatenus praedicto electo debitam obedientiam exhibeant.

In e. m. universis vassallis monasterii Nobiliacensis mandat quatenus eidem abbati debita fidelitatis juramenta et servitia praebeant.

357 Rieti, 9 septembre 1288.

Facultas redimendi decimas. (Reg. 44, c. 211, f. 50 v°; Lap. du Theil, I, 88.)

.. *preposito et capitulo Lausanensi* facultatem concedit « redimendi decimas de manibus laicorum in parrochiis alienis, rectorum ecclesiarum Lausanensis civitatis et diocesis in quarum parrochiis decime ipse consistunt et diocesani eorum ad id accedente consensu... »

« Affectu benivolo sunt... — Dat. Reate, v idus septembris, anno primo. »

358 Rieti, 1er octobre 1288.

Paduanis mandat quatenus ipsorum statuta ecclesiae contraria revocent. (Reg. 44, c. 212, f. 50 v°.)

Dilectis filiis .. potestati, anctianis, consilio et communi Paduanis mandat quatenus infra quindecim dies, computandos a receptione praesentium litterarum eis per .. archiepiscopum Ragusinum latarum, statuta omnia civitatis ipsorum, publica vel secreta, ordinationes, scripturas quascumque, quae contra libertatem ecclesiae et rerum ecclesiasticarum et personarum sint, de capitularibus seu statutariis aut quibuscumque libris vel cartis aboleant. « Alioquin, cum non sit deferendum homini plusquam Deo, eidem archiepiscopo damus per alias nostras litteras in mandatis, ut ex tunc in vos, potestas, anctiani et consiliarii, ac officiales vestros et alios quoslibet, per quos civitas regitur supradicta, excommunicationis sententiam promulgare, teque, potestas, ac eos etiam prorsus inhabiles reddere ad dignitates seculares et officia queli-

bet et honores; et insuper vos generaliter et specialiter feudis omnibus, que a quibuscumque ecclesiis et monasteriis ac personis ecclesiasticis secularibus vel religiosis tenetis communiter vel divisim, civitatem quoque predictam studii dignitate, privilegiis et indulgentiis omnibus vobis et eidem civitati super studio ipso ab apostolica sede concessis, necnon et potestaria, capitaneatu, honore ac dignitate qualibet seculari, ita quod nullus in ipsius civitatis potestatem, capitaneum seu rectorem aut consulem vel officialem possit eligi vel assumi, sive ad aliquod in ea officium exercendum, et si quis aliquod ex illis recipere fortasse presumpserit, eo ipso sententiam excommunicationis incurrat, nec possit ulterius ad alterius civitatis vel loci regimen exequendum assumi, privare omnino auctoritate nostra procuret. Universos quoque magistros et scolares alienigenas de civitate predicta prorsus expellere non postponat, ita quod ad eam absque speciali sedis predicte licentia nullatenus revertantur, et si secus attemptare presumpserint, et obtentis beneficiis omnino priventur, et reddantur inhabiles ad alia obtinenda; et alias etiam prefatus archiepiscopus contra vos et civitatem eandem spiritualiter et temporaliter prout facti qualitas suggeret et viderit expedire, procedat. »

« Movet animum mentemque... — Dat. Reate, kalendis octobris, anno primo. »

359 Rieti, 1er octobre 1288.

Ragusino archiepiscopo mandat ut Paduanos inducat ad revocanda predicta statuta (Reg. 44, c. 213, f. 51 r°; Potth., 22820.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Ragusino mandat quatenus ad civitatem Paduanam se personaliter conferens, potestatem, antianos, consiliarios et commune Paduanos moneat et inducat ut infra quindecim dies a receptione litterarum eis a summo pontifice directarum computandos statuta omnia civitatis ejusdem publica vel secreta, ordinationes, scripturas quascumque, quae contra libertatem ecclesiae et rerum ecclesiasticarum et personarum sint, de capitularibus seu statutariis suis aut quibuscumque libris vel cartis aboleant. Alioquin contra eos procedat.

« Movet animum mentemque... — Dat. Reate, kalendis octobris, anno primo. »

360-361 Rieti, 1er octobre 1288.

De eodem negotio. (Reg. 44, c. 214, f. 51 r°.)

Dilectis filiis .. potestati, antianis, consilio et communi Vicentinis.

« Movet animum mentemque... — Dat. ut supra. »

« In e. m. scribitur super eodem .. archiepiscopo Ragusino. »

362 Rieti, 5 septembre 1288.

.. Tullensis et .. Sancti Thomae Argentinensis ecclesiarum canonicis mandat quatenus Frederico, episcopo Spirensi, pro juratione incauta imponant poenitentiam, ac revocent quod damnosum ipsius sedi in eadem juratione invenerint. (Reg. 44, c. 215, f. 51 r°; Lap. du Theil, I, 85.)

Dilectis filiis .. Tullensis et .. Sancti Thome Argentinensis ecclesiarum decanis. « Ad audientiam nostram pervenit quod, licet episcopus Spirensis qui est pro tempore in canonicos Spirensis ecclesie, tam in dignatibus et personatibus quam aliis officiis constitutos, spiritualem jurisdictionem de jure obtineat et ipsorum necnon clericorum et servientium suorum correctio excessuum pertineat ad eundem, consueverit etiam idem episcopus in civitate Spirensi monetam ad certum pondus cudi facere a tempore cujus memoria non existit, et officialem, qui de causis subditorum ipsius episcopi cognoscat, habere pro sue libito voluntatis, tamen olim sede Spirensi, per obitum bone memorie Henrici, Spirensis episcopi, immediate predecessoris venerabilis fratris nostri Frederici, Spirensis episcopi, vacante, .. decanus et capitulum ejusdem ecclesie temeritate propria minus provide statuerunt ut episcopus Spirensis qui esset pro tempore in prelatos et canonicos dicte ecclesie aut ipsorum familias non posset jurisdictionem aliquam exercere nec monetam cudi facere, nisi ad pondus ei tradendum a decano et capitulo supradictis, nec etiam officialem curie sue facere, nisi fuerit canonicus ecclesie memorate; ac insuper quedam alia dicuntur edidisse statuta, que in episcopalis sedis Spirensis redundare noscuntur non modicam lesionem; de non veniendo contra statuta hujusmodi et de non impetrando a superiore aliquo ipsorum revocationem per aliquem ex predicte ecclesie canonicis, si quem forte de ipsis in episcopum Spirensem assumi contingeret, prestito tam a dicto Frederico, qui tunc dicte ecclesie canonicus existebat, quam ab aliis illius canonicis juramento. Cum igitur sede vacante nichil sit innovandum et nostri deceat appositione consilii super hoc salubriter provideri, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus, si est ita, vos vel alter vestrum eidem Frederico episcopo, pro juratione incauta, imponatis penitentiam competentem, ac revocetis in statum debitum quod in dampnum predicte sedis inveneritis temere

attemptatum... Dat. Reate, nonis septembris, anno primo. »

363 Rieti, 7 octobre 1288.

Collatio beneficiorum. (Reg. 44, c. 216, f. 51 v°; Lap. du Theil, I, 87.)

Magistro Roberto de Arecuria, archidiacono de Constantino in ecclesia Constantiensi, canonico Belvacensi, confert canonicatum in ecclesia Belvacensi, cum plenitudine juris canonici, et praebendam integram non sacerdotalem, de jure nulli alii debitam, vacantem ad praesens aut quamprimum vacaturam, cum omnibus pertinentiis et juribus ejus, eumque de ipsis per pontificalem annulum investit, et nihilominus dignitatem vel personatum nunc vacantes ibidem vel quamprimum vacaturos eidem reservat.

« Apostolice sedis benignitas... — Dat. Reate, nonis octobris, anno primo. »

364-365 Rieti, 22 septembre 1288.

Dispensatio residentiae. (Reg. 44, c. 217, f. 51 v°.)

Dilecte in Christo filie nobili mulieri Ysabelle, uxori dilecti filii nobilis viri Guidonis, comitis Flandrie, indulget ut quatuor clerici ejus familiares, fructus, redditus et proventus beneficiorum suorum ecclesiasticorum cum eadem integritate per quinquennium percipiant ac si in ecclesiis in quibus beneficia ipsa obtinent personaliter residerent.

« Magne devotionis affectus... — Dat. Reate, x kalendas octobris, anno primo. »

In e. m. .. Bethuniensis et.. Sanctae Mariae in Brugis, Atrebatensis et Tornacensis dioecesium, ecclesiarum praepositis, mandat quatenus eisdem clericis praedictos fructus et redditus integre ministrari faciant.

366 Rieti, 26 septembre 1288.

Gregorius, episcopus Traguriensis, Leonardus Faletro, plebanus ecclesiae Sancti Angeli de Venetiis, in episcopos Sibinicenses discorditer electi, aliique cleri de hujusmodi electione responsuri, coram sede apostolica citantur. (Reg. 44, c. 218, f. 52 r°; Potth., 22818.)

Venerabili fratri .. episcopo Nonensi et dilectis filiis .. abbati monasterii Sancti Grisogoni Jadrensis et .. archidiacono Spalatensi. « Sua nobis dilecti filii capitulum ecclesie Morinensis in Dalmatia, qui apud ecclesiam castri Sibenici, Morinensis diocesis, residere dicuntur, petitione monuerunt quod olim, civitate Morinensi a scismaticis grecis destructa, bone memorie Morinensis episcopus qui tunc erat dictique capitulum et clerus ejusdem civitatis se ad predictum castrum Sibenici, quod propinquum dicte civitati fuisse dinoscitur, transtulerunt, ubi dictum capitulum fuerunt per longa temporum spatia commorati et adhuc permanere noscuntur, dictusque episcopus ad quoddam monasterium positum in villa que Tragurium nuncupatur accessit, ac in eadem villa diem clausit extremum; sed cum dicta ecclesia Morinensis post prefati episcopi obitum pastore multo tempore vacavisset, prefatis capitulo ipsi ecclesie providere non curantibus de prelato, clerici prefate ville Traguriensis pretendentes jus ad se eligendi successorem dicti episcopi pertinere, ac si Traguriensis ecclesia existeret cathedralis, quendam in Traguriensem, ut dicebant, episcopum elegerunt. Demum autem diversis temporibus successive diversi a memoratis Morinensi capitulo electi fuerunt, et super confirmationibus electionum hujusmodi varie a sede apostolica littere impetrate, in quibus ipsi se capitulum prefate Sibinicensis ecclesie nominabant, dicentes quod in eadem Sibinicensi ecclesia, pastore vacante, dicte electiones ab eis fuerant celebrate, licet nulla electionum ipsarum variis intervenientibus casibus extiterit confirmata. Ille quidem qui penultimo fuit a capitulo predictis electus electionem suam per metropolitanum loci obtinuit confirmari, et per aliquod temporis spatium pacifice administrationem Morinensis episcopatus gessit. Prefatis clericis dicte ville Traguriensis per prescripta tempora quosdam alios eligere presumentibus, qui ab eis vocabantur Tragurienses electi, quorum electiones dictus metropolitanus de facto dicitur confirmasse, et consecrationis munus eorum aliquibus impendisse. Demum autem dicti capitulum Morinense, se memorate Sibinicensis ecclesie nominantes, dilectum filium Leonardum Faletro, plebanum ecclesie S. Angeli de Venetiis, virum providum et honestum, ac in spiritualibus et temporalibus circumspectum, in Sibinicensem episcopum concorditer elegerunt; sed Gregorius, qui ultimo fuit a clericis memoratis electus, et per prefatum metropolitanum confirmatus et consecratus, administrationi dicti episcopatus temere se ingessit, et ingerere non veretur. Occasione vero contentionis que super hujusmodi jure eligendi episcopum inter prefatos capitulum et clericos est taliter habita, inter habitatores dictorum locorum Sibinicensis et Traguricensis adeo gravis discordia est exhorta quod ex ea strages hominum et alia multa peri-

cula provenisse dicuntur. Quare memorati capitulum nobis humiliter supplicarunt ut, finem hujusmodi questionibus imponentes, predictum jus eligendi Morinensem episcopum declarari ad ipsos capitulum pertinere, dictisque clericis imponi perpetuum silentium super illo, et alias in hujusmodi procedi negotio, prout jus exigit, faceremus. Nos itaque... discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus... tam eosdem Gregorium et Leonardum quam clericos prefate ville Traguriensis predictos et quoslibet alios, qui sua crediderint interesse, ex parte nostra peremptorie citare curetis, ut infra sex mensium spatium post citationem hujusmodi per se vel per procuratores ydoneos cum omnibus actis, juribus et munimentis suis dictam causam contingentibus apostolico se conspectui representent, facturi et recepturi super premissis quod ordo dictaverit rationis. Diem vero citationis et formam et quicquid inde feceritis nobis per vestras litteras harum seriem continentes fideliter intimetis. Dat. Rieti, VI kalendas octobris, anno primo. »

367 Rieti, 5 septembre 1288.

Inquisitores hereticae pravitatis constituit in comitatu Veneisini et in Arelatensi, Aquensi et Ebredunensi provinciis. (Reg. 44, c. 219, f. 52 r°.)

Nicolaus etc. Dilectis filiis fratribus ordinis minorum, inquisitori seu inquisitoribus heretice pravitatis deputato seu deputatis auctoritate apostolica et in posterum deputandis in comitatu Veneisini et quibuscumque aliis civitatibus et locis sive terris infra Arelatensis, Aquensis et Ebredunensis provintiarum terminos constitutis, heredibus clare memorie Caroli, regis Sicilie, mediate vel immediate non subjectis, salutem etc. « Pre cunctis nostre mentis etc. ut supra, in capitulo CLXXXXII°, usque Sane ut accepimus in aliquibus partibus comitatus Veneisini et quibusdam aliis civitatibus et locis sive terris infra Arelatensis, Aquensis et Ebredunensis provintiarum terminos constitutis, heredibus clare memorie Caroli, regis Sicilie, mediate vel immediate non subjectis, adeo infidelitatis error invaluit etc. usque in fine, et ibi ubi dicitur comitatibus debet in ista dicere comitatu. »

368 Rieti, 3 octobre 1288.

Licentia eligendi confessorem. (Reg. 44, c. 219², f. 52 v°; Lap. du Theil, I, 89.)

Carissime in Christo filie Johanne, Francie et Navarre regine illustri.

« Tuis supplicationibus inclinati... — Dat. Reate, V nonas octobris, anno primo. »

369 Rieti, 4 octobre 1288.

Privilegium Johannae, Franciae et Navarrae reginae, concessum. (Reg. 44, c. 220, f. 52 v°; Lap. du Theil, I, 89 v°.)

Eidem indulget ut ejus confessor eam ab omni excommunicationis sententia absolvere possit.

« Desideriis tuis in... — Dat. Reate, IIII nonas octobris, anno primo. »

370 Rieti, 4 octobre 1288.

Ut supra. (Reg. 44, c. 221, f. 52 v°; Lap. du Theil, I, 90.)

Eidem indulget ut ejus familiares sacerdotibus in ejus curia commorantibus confiteri valeant peccata sua.

« Pium arbitramur et... — Dat. ut supra. »

371 Rieti, 3 octobre 1288.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 222, f. 52 v°; Lap. du Theil, I, 91.)

Eidem. Indulgentiam decem dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui divinam pro ea misericordiam imploraverint.

« Provido et salubri... — Dat. Reate, V nonas octobris, anno primo. »

372 Rieti, 3 octobre 1288.

Exemptio interdicti. (Reg. 44, c. 223, f. 52 v°; Lap. du Theil, I, 92.)

Eidem indulget ut facere celebrari et audire divina officia cum familiaribus suis domesticis in locis ecclesiastico interdicto suppositis possit, januis tamen clausis, non pulsatis campanis, submissa voce, interdictis et excommunicatis exclusis.

« Desideriis tuis benignius... — Dat. ut supra. »

373 Rieti, 3 octobre 1288.

Privilegium Johannae Franciae et Navarrae reginae concessum. (Reg. 44, c. 224, f. 52 v°; Lap. du Theil, I, 92.)

Eidem indulget ut nullus ordinariam jurisdictionem

habens, nullusque apostolicae sedis legatus aut delegatus vel subdelegatus ab eorum aliquo seu executor aut etiam conservator a sede deputatus eadem in eam excommunicationis vel interdicti sententiam promulgare valeat sine speciali ejusdem sedis licentia.

« Magne devotionis affectus... — Dat. ut supra. »

374 Rieti, 24 septembre 1288.

Ut supra. (Reg. 44, c. 225, f. 52 v°; Lap. du Theil, I, 38.)

Carissimo in Christo filio Phylippo regi Francie illustri concedit ut ejus clerici et servientes in itinere quibuscumque ydoneis presbyteris confiteri sua peccata valeant.

« Celsitudinis tue precibus... — Dat. Reate, viii kalendas octobris, anno primo. »

375 Rieti, 25 septembre 1288.

Ut supra. (Reg. 44, c. 226, f. 53 r°; Lap. du Theil, I, 48.)

Eidem indulget ut nullus apostolicae sedis legatus aut delegatus vel subdelegatus ab eorum aliquo seu executor aut conservator a sede deputatus eadem in personam ejus excommunicationis vel interdicti sententiam promulgare valeat sine speciali ejusdem sedis licentia.

« Considerantes attentius et... — Dat. Reate, vii kalendas octobris, anno primo. »

376 Rieti, 24 septembre 1288.

Philippo regi Francorum concedit ut ipse et ministri ejus, si eos contingat flagitiosos clericos capere seu capi facere, excommunicationis sententiam non incurrant. (Reg. 44, c. 227, f. 52 v°; Lap. du Theil, I, 93.)

Eidem. « Celsitudinis tue precibus benignum impartientes assensum, ut si contingat te tuosve ministros aliquos flagitiosos clericos, propter notoria crimina homicidii, mutilationis aut alterius enormis facinoris, vel etiam super hujusmodi publice diffamatos, de quorum fuga et evasione probabiliter timeatur, servata modestia que potest in talibus observari, capere, detinere seu capi facere vel etiam detineri, non in contemptum clericalis ordinis vel odii zelo seu persecutionis affectu, nec ut jurisdictionem usurpetis in ipsos, sed tantum ut reddantur ad mandatum ecclesie, ne crimina remaneant impunita, propter hoc tu dictive ministri nequaquam excommunicationis sententiam incurratis, auctoritate presentium tibi duximus concedendum; nullam per hoc tibi vel ministris eisdem dantes licentiam clericos ipsos taliter capiendi, nec eorum captionem vel detentionem etiam hujusmodi approbantes. Nulli ergo etc., nostre concessionis etc. Dat. Reate, viii kalendas octobris, anno primo. »

377 Rieti, 24 septembre 1288.

Privilegium Philippo regi Francorum concessum. (Reg. 44, c. 228, f. 53 r°; Lap. du Theil, I, 94.)

Eidem. Indulgentiam concedit decem dierum omnibus vere poenitentibus et confessis qui divinam pro eo misericordiam imploraverint.

« Provido et salubri... — Dat. ut supra. »

378 Rieti, 7 octobre 1288.

Maria, regina Franciae, absolvitur a voto crucis sumptae. (Reg. 44, c. 229, f. 53 r°; Lap. du Theil, I, 95.)

Venerabili fratri .. episcopo Parisiensi mandat quatenus Mariae, reginae Franciae, denuntiet eam praetextu non teneri sanctae crucis, cujus signum olim de manibus Martini papae, tunc in minori officio constituti, assumpserat, ea conditione quod si bonae memoriae Philippus, rex Franciae, vir ejus, in Terrae Sanctae subsidium transfretaret, eadem cum eo transfretare deberet. Eam tamen ad impendendum Terrae Sanctae subventionem congruentem inducat.

« Ex parte carissime... — Dat. Reate, nonis octobris, anno primo. »

379 Rieti, 1er octobre 1288.

Licentia eligendi confessorem. (Reg. 44, c. 230, f. 53 r°; Lap. du Theil, I, 96.)

Dilecte in Christo filie nobili mulieri Marie, comitisse de Jooigniaco, Senonensis diocesis.

« Tue devotionis sinceritas... — Dat. Reate, kalendis octobris, anno primo. »

380 Rieti, 27 septembre 1288.

Archiepiscopis et episcopis Franciae mandat quatenus suarum dioecesium crucesignatos, quibus pro tempore passagii

transmarini immunitates concessit sedes apostolica, nullatenus defendant quominus tallias et collectas suis dominis saecularibus exhibeant et coram eis in causis litigent super quibus forum sortiuntur ipsorum, usque ad tempus quo ab eadem sede indictum fuerit generale passagium. (Reg. 44, c. 231, f. 53 r°; Lap. du Theil, I, 97.)

Venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis per regnum Francie constitutis. « Ad audientiam nostri apostolatus pervenit quod nonnulli laici vestrarum civitatum et diocesium in subsidium Terre Sancte crucis signaculo insigniti, quos cum familia et omnibus bonis que in presentiarum rationabiliter possident apostolica sedes per suas in consueta forma litteras sub beati Petri et sua protectione suscepit, statuens ut postquam in primo generali passagio ab eadem sede statuendo iter arripuerint transmarinum, ea omnia integra maneant et quieta donec de ipsorum reditu vel obitu certissime cognoscatur, certis sibi conservatoribus super hoc per suas similis forme litteras deputatis, pretextu dictarum litterarum et etiam immunitatum crucesignatis generaliter in generali concilio concessarum, in quo felicis recordationis Innocentius papa III, predecessor noster, pro eo quod tempus generalis passagii ad proficiscendum in dicte Terre Sancte subsidium, tunc a prefata sede statuti, unum annum in modico excedebat, voluit ut crucesignati, qui transfretare in ipso passagio debebant, a collectis vel talliis aliisque gravaminibus essent immunes, quorum personas et bona post crucem assumptam sub predicte sedis protectione suscipiens, statuit ut sub archiepiscoporum et episcoporum ac omnium prelatorum ecclesie Dei defensione consisterent, propriis nichilominus protectoribus ad hoc specialiter deputatis, ita ut donec de ipsorum obitu vel reditu certissime cognosceretur, integra et quieta manerent a talliis et collectis debitis secularibus dominis eorumdem et aliis que ad jurisdictionem ipsorum pertinent, exemptos existere se contendunt, denegantes eisdem dominis hujusmodi tallias et collectas ut tenentur solvere, ac alias coram eis tanquam suis ordinariis in causis que ad forum secularem pertinent litigare, vosque crucesignatis ipsis in hoc favorem pro vestro libito exhibetis. Nos igitur, attendentes quod ex tenore litterarum seu immunitatum hujusmodi non habetur ut dicti crucesignati hiis que per easdem litteras et immunitates in favorem executionis voti crucis assumpte taliter concessa fore noscantur antequam in generali passagio a predicta sede statuendo iter arripuerint transmarinum, vel hujusmodi passagium immineat, uti possint, et per hoc super premissis, in quibus hujusmodi occasione immunitatum, sicut predictum est, asserunt se habere, non sunt aliquatenus confovendi, universitati vestre per apostolica scripta mandamus quatenus prefatos crucesignatos earumdem civitatum et diocesium, occasione predictorum eis a dicta sede per easdem litteras et immunitates, ut premittitur, concessorum, quominus easdem tallias et collectas, ab eisdem dictis dominis suis debitas, ipsis exhibeant, et coram eis in causis litigent, super quibus forum sortiuntur ipsorum, usque ad tempus quo ab eadem sede indictum fuerit generale passagium, nullatenus defendatis. Non obstante contraria consuetudine pretextu talium immunitatum seu prefati concilii usurpata. Dat. Reate, v kalendas octobris, anno primo. »

381 Rieti, 6 octobre 1288.

Collatio beneficii. (Reg. 44, c. 232, f. 53 v°; Lap. du Theil, I, 99.)

.. *preposito Normannie in ecclesia Carnotensi* mandat quatenus magistro Guillelmo de Novavilla, rectori ecclesiae de Squaquelont, Rothomagensis dioecesis, provideat de aliqua perpetua capellania, sine cura, Cornu Altaris vulgariter nuncupata, si qua ad collationem vel praesentationem .. abbatissae et conventus monasterii Sanctae Trinitatis de Cadomo, ordinis sancti Benedicti, Bajocensis dioecesis, communiter vel divisim pertinens, in monasterio ipso vacet ad praesens, vel quamcito ad id obtulerit se facultas.

« Illos libenter favore... — Dat. Reate, II° nonas octobris, anno primo. »

382 Rieti, 3 octobre 1288.

Facultas faciendi recipi unam personam in canonicum. (Reg. 44, c. 233, f. 53 v°; Lap. du Theil, I, 167.)

Venerabili fratri Bocchardo, archiepiscopo Turonensi, facultatem concedit faciendi recipi unam personam, etiamsi alias beneficiata existat, dummodo curam non habeat animarum, in ecclesia Turonensi, in qua canonicorum receptio ad eum et capitulum ipsius ecclesiae communiter, et praebendarum collatio ad eum dumtaxat pertinet, priorum ipsius ecclesiae requisito consensu, in canonicum et in fratrem ac providendi ei de praebenda, si qua in ecclesia ipsa vacet ad praesens, vel quam primum ad id obtulerit se facultas.

« Tuam volentes honorare... — Dat. Reate, v nonas octobris, anno primo. »

383 Sainte-Marie-Majeure, 23 octobre 1288.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 234, f. 54 r°; Potth., 22828.)

Venerabili fratri .. Brandiburgensi et .. Havelbergensi episcopis committit quatenus cum nobili viro Henrico, duce Sleziae, domino Wratislaviae, et nobili muliere Mehtehildi, nata Octonis dicti Longi, marchionis Brandeburgensis, dispenset ut in matrimonio ab ipsis per verba de praesenti contracto, ad sedandas inter progenitores inimicitias existentes, remanere valeant.

« Significarunt nobis dilecti... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, x kalendas novembris, anno primo. »

384-386 Rieti, 27 octobre 1288.

Petrus monasterio Sancti Petri Villaemagnae in abbatem praeficit. (Reg. 44, c. 235, f. 54 r°.)

Dilecto filio Petro, abbati monasterii Sancti Petri Villemagne, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti, Anagnine diocesis. Vacante monasterio Sancti Petri Villaemagnae per obitum Johannis, prior et conventus, per viam compromissi procedentes, facultatem eligendi abbatis concesserunt Roberto de Signia, Mathiae de Villamagna, Johanni dicto Spatae de Anagnia et Raynaldo de Sculcula, dicti monasterii monachis, qui Henricum de Sublacu, ejusdem monasterii monachum, in abbatem postularunt. Hanc vero postulationem papa noluit accipere et Petrum, tunc monachum monasterii Casinensis, eidem monasterio Sancti Petri Villaemagnae in abbatem praeficit.

« Dudum monasterio Sancti... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, vi kalendas novembris, anno primo. »

In. e. m... priori et conventui monasterii Sancti Petri Villaemagnae mandat quatenus praedicto abbati debitam obedientiam praebeant.

In e. m. universis vassallis monasterii Sancti Petri Villaemagnae mandat quatenus eidem abbati solita fidelitatis juramenta et servitia praebeant.

387 Rieti, 22 septembre 1288.

Decano ecclesiae Lingonensis administrationem monasterii Romaricensis committit. (Reg. 44, c. 236, f. 54 v°; Lap. du Theil, I, 101.)

.. decano ecclesie Lingonensis. Dudum monasterio Romaricensi ad romanam ecclesiam nullo medio pertinenti, ordinis sancti Benedicti, Tullensis dioecesis, abbatissae regimine destituto, duae fuerunt in eo electiones, una de quondam Margareta de Baon et alia de Felicitate dicta Damelire, ipsius monasterii monialibus, in discordia celebratae. Verum quia per septennium et amplius negotium hujusmodi electionum protractum nequivit terminari, bona ad abbatissam quae est pro tempore pertinentia, a bonis conventus ejusdem omnino discreta, a nonnullis potentibus harum partium occupantur passim et etiam distrahuntur; quare decano ecclesiae Lingonensis mandat papa quatenus, quousque fuerit eidem monasterio Romaricensi canonice de abbatissa provisum, administrationem hujus monasterii gerens, universos fructus et redditus ad abbatissam spectantes colligat et eos ad abbatissam conservet.

« Ex parte dilectarum... — Dat. Reate, x kalendas octobris, anno primo. »

388-394 Sainte-Marie-Majeure, 30 octobre 1288.

Johannes ecclesiae Nicosiensi praeficitur in archiepiscopum. (Reg. 44, c. 237, f. 54 v°.)

Venerabili fratri Johanni, archiepiscopo Nicosiensi. Vacante Nicosiensi ecclesia per obitum Rannulphi, canonici ipsius ecclesiae duas electiones, unam videlicet de magistro Guidone de Novavilla, capellano papae ejusque litterarum contradictarum auditore, canonico, alteram de Henrico de Gibeleto, archidiacono ipsius ecclesiae celebrarunt; sed praefatus Guido electioni de se factae consentire noluit et praedictus Henricus, post nonnullos processus, juri, si quod sibi ex hujusmodi electione competebat, renuntiavit. Quare papa Johannem, ordinem fratrum minorum professum, in archiepiscopum Nicosiensi ecclesiae praeficit eique palleum, per Mathaeum, Sanctae Mariae diaconum cardinalem, tradi facit.

« Sponso celesti cui... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, iii kalendas novembris, anno primo. »

In e. m. capitulo ecclesiae Nicosiensis mandat quatenus praefato archiepiscopo debitam praebeat obedientiam.

In e. m. clero civitatis et dioecesis Nicosiensis.

In e. m. populo civitatis et dioecesis Nicosiensis.

In e. m. universis ecclesiae Nicosiensis vassallis.

In e. m. universis ecclesiae Nicosiensis suffraganeis.

In e. m. .. regi Cipri. Eum hortatur quatenus praefato archiepiscopo regium favorem tribuat.

« Ad fovendum in... — Dat. ut supra. »

395 Rieti, 22 septembre 1288.

Tabellionatus officium. (Reg. 44, c. 238, f. 55 r°; Lap. du Theil, I, 103.)

Venerabili fratri Symoni, episcopo Carnotensi, facultatem concedit conferendi duabus personis tabellionatus officium.

« Ne contractuum memoria... — Dat. Reate, x kalendas octobris, anno primo. »

396 Rieti, 27 septembre 1288.

Facultas construendi poenitentieriam in ecclesia Carnotensi. (Reg. 44, c. 239, f. 55 r°; Lap. du Theil, I, 104.)

Eidem auctoritatem concedit construendi vel ordinandi seu feudandi, de ipsius capituli consensu, in ecclesia Carnotensi, poenitentieriam, de novalibus seu aliis bonis quae ad dispositionem ipsius seu ad episcopalem mensam spectant.

« Ad ea que... — Dat. Reate, v kalendas octobris, anno primo. »

397-398 Sainte-Marie-Majeure, 31 octobre 1288.

Electionem Ritii in abbatem monasterii Sanctorum Salvatoris et Cirini de Insula confirmat. (Reg. 44, c. 240, f. 55 v°.)

Dilecto filio Ritio, abbati monasterii Sanctorum Salvatoris et Cirini de Insula, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti, Vulterane diocesis. Electionem ejus in praedicti monasterii abbatem, examinatam per Johannem, Tusculanum episcopum, et Hugonem, tituli Sanctae Sabinae presbyterum, et Napoleonem, Sancti Adriani diaconum cardinales, confirmat. Electus fuerat per Paganellum, priorem saecularis ecclesiae Sancti Andreae de Scarna, Vulteranae dioecesis, cui hujus electionis faciendae potestatem concesserat conventus post mortem quondam Bernardi abbatis.

« Sollicitudinis apostolice studium... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, II kalendas novembris, anno primo. »

In e. m. conventui monasterii Sanctorum Salvatoris et Cirini de Insula mandat quatenus praedicto abbati debitam obedientiam praebeant.

399 Sainte-Marie-Majeure, 5 novembre 1288.

Palleum archiepiscopo Tranensi assignatur. (Reg. 44, c. 241, f. 55 v°.)

Venerabili fratri Philippo, archiepiscopo Tranensi, palleum per M., Sanctae Mariae in Porticu diaconum cardinalem, assignat.

« Cum palleum insigne... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, nonis novembris, anno primo. »

400-406 Sainte-Marie-Majeure, 5 novembre 1288.

Philippus ecclesiae Tranensi in archiepiscopum praeficitur. (Reg. 44, c. 242, f. 55 v°.)

Eidem. Tranensi ecclesia pastore destituta, Thomasius de Fossa, praepositus ecclesiae de Sancto Eusanio, Aquilensis dioecesis, fuit in archiepiscopum Tranensem electus; sed hanc electionem Nicolaus papa IIII cassavit, provisionem ipsius ecclesiae sibi reservando, et postmodum O., patriarchae Antiochensi, qui per Agarenos ab ecclesia sua depulsus erat, administrationem ipsius Tranensis ecclesiae commisit. Nuper vero praedicto patriarchae administrationem ecclesiae Januensis commisit papa. Quare Philippum, tunc abbatem saecularis ecclesiae Sancti Herasmi Verulanae, ecclesiae Tranensi in archiepiscopum praeficit.

« Recte tunc ecclesiarum... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, nonis novembris, anno primo. »

In e. m. capitulo ecclesiae Tranensis mandat quatenus praedicto archiepiscopo debitam obedientiam praebeat.

In e. m. clero civitatis et dioecesis Tranensis.

In e. m. populo civitatis et dioecesis Tranensis.

In e. m. universis vassallis ecclesiae Tranensis.

In e. m. suffraganeis ecclesiae Tranensis.

In e. m. G., episcopum Sabinensem, apostolicae sedis legatum, et nobilem virum R., comitem Atrebatensem, bajulos regni Siciliae per romanam ecclesiam constitutos, hortatur ut Tranensis ecclesiae jura protegant et defendant.

407 Sainte-Marie-Majeure, 4 novembre 1288.

Episcopo Paduano administrationem monasterii Sancti Michaelis de Candiana committit. (Reg. 44, c. 243, f. 56 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Paduano. Vacante monasterio Sancti Michaelis de Candiana, ordinis sancti Benedicti, Paduanae dioecesis, per mortem Galenguini, duae electiones, una videlicet de Francisco, ejusdem, et alia de Jordano, Sanctae Justinae Paduani monasteriorum monachis, fuerunt factae; causa igitur super hujusmodi electionibus coram episcopo Paduano per annum et amplius agitata, electores praefati Francisci, reliquis monachis a

monasterio violenter ejectis, tam monasterium ipsum quam ejus bona manu armata occuparunt eaque occupant, proventus et redditus consumendo enormiter et etiam dissipando ; quare curam et administrationem ejusdem monasterii committit papa episcopo Paduano.

« Ad audientiam nostram... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, II nonas novembris, anno primo. »

408 Sainte-Marie-Majeure, 13 novembre 1288.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 244, f. 56 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Bononiensi mandat quatenus cum nobili viro Alberto, comite de Mangone, Florentinae dioecesis, et nobili muliere Castoria, nata quondam Andaloy, civis Bononiensis, dispenset ut ipsi, ad sedandas graves inimicitias inter parentes ipsorum existentes, matrimonium contrahere valeant, non obstante quod quondam Radulphus, comes de Panico, Bononiensis dioecesis, qui olim cum praedicta Castoria matrimonium per verba de praesenti contraxit, dicto Alberto tertia consanguinitatis linea attinebat.

« Significarunt nobis dilectus... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, idibus novembris, anno primo. »

409-410 Saint-Pierre, 20 avril 1288.

Benedictus ab ecclesia Bisaciensi ad ecclesiam Avellinensem transfertur. (Reg. 44, c. 245, f. 56 v°.)

Venerabili fratri Benedicto, episcopo Avellinensi. Dudum « Avellinensi ecclesia per liberam resignationem bone memorie Johannis, episcopi quondam Avellinensis, in manibus felicis recordationis Clementis pape IIII, predecessoris nostri, factam et ab ipso admissam, pastoris solatio destituta, dictus predecessor bone memorie R., Albanensi episcopo, tunc in regno Sicilie apostolice sedis legato, suis dedit sub certa forma litteris in mandatis ut capitulo Avellinensi preciperet quod ad electionem futuri episcopi procedere non differrent, dicti vero capitulum, mandato hujusmodi ab eodem legato recepto, in negotio electionis hujusmodi procedentes, Leonardum, archidiaconum ipsius ecclesie, in Avellinensem episcopum elegerunt, cujus electionem bone memorie .. archiepiscopus Beneventanus, loci metropolitanus, cum esset sibi ex parte ipsius capituli presentata, noluit confirmare, sed negotium hujusmodi duxit ad sedem apostolicam ermittendum ac pie memorie Gregorius papa X, predecessor noster, felicis recordationis Innocentium papam V, predecessorem nostrum, tunc episcopum Ostiensem, concessit in ejusdem electionis negotio auditorem, » et postmodum eodem Gregorio defuncto, praedictus Innocentius, qui successit eidem, bonae memoriae Anchero, tituli Sanctae Praxedis presbytero, et Mathaeo, Sanctae Mariae in Porticu diacono cardinalibus, praedictum negotium audiendum commisit, quibus procedentibus, praefatus Innocentius mortuus est. Demum Honorius papa IIII G., episcopo Sabinensi, in praedicto regno officio legationis fungenti, injunxit ut de praedicta electione inquireret; cumque dictus legatus electum et capitulum ad suam praesentiam evocasset, dictus Leonardus omne jus, si quod fuerat sibi quesitum ex electione praedicta, resignavit. Quare papa Benedictum ab ecclesia Bisaciensi ad ecclesiam Avellinensem transfert.

« Dudum sicut accepimus... — Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XII kalendas maii, anno primo. »

In e. m. capitulo Avellinensi mandat quatenus praedicto episcopo obedientiam debitam praebeat.

411 Sainte-Marie-Majeure, 4 décembre 1288.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 246, f. 57 r°; Potth., 22836.)

Venerabilibus fratribus .. Razburgensi et .. Zwerinensi episcopis mandat quatenus cum Helboldo, comite de Zwerin, et Margareta, filia quondam ducis Daciae, dispensent, ut in matrimonio quod olim contraxerunt et in quo plures filios procrearunt, ignorantes impedimentum esse ex eo quod quarto consanguinitatis gradu conjuncti sunt, remanere valeant.

« Significarunt nobis dilectus... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, II nonas decembris, anno primo. »

412 Sainte-Marie-Majeure, 14 novembre 1288.

Dispensatio residentiae. (Reg. 44, c. 247, f. 57 r°; Lap. du Theil, I, 105.)

Venerabili fratri .. episcopo Bajocensi, indulget ut quatuor clerici in ejus obsequiis commorantes per triennium fructus, redditus et proventus ecclesiarum suarum ea integritate percipere possint, cum qua illos perciperent si

personaliter in eisdem ecclesiis residerent, et ut eosdem proventus sibi ministrari facere valeant.

« Ut benivolentiam qua... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, XVIII kalendas decembris, anno primo. »

413 Sainte-Marie-Majeure, 13 novembre 1288.

Cives florentinos hortatur ut .. episcopo Fesulano summam mille et ducentarum librarum pisanorum minutorum ab eo receptam restituant. (Reg. 44, c. 248, f. 57 v°.)

Dilectis filiis .. potestati, .. capitaneo, consilio et communi ac prioribus Florentinis. Nuper cum Philippus, tunc abbas monasterii Sancti Bartholomaei de Fesulis, bona ejusdem monasterii dilapidaret enormiter dictumque monasterium proponeret tradire potestati saecularium personarum, episcopus Fesulanus, ad inquirendum super hoc, associatis sibi quibusdam nobilibus illarum partium, ecclesiae suae vassallis, ad monasterium praedictum accessit; postmodum autem dictus abbas Florentiam venit et in manibus episcopi spontaneus cessit regimen monasterii memorati. Cives vero Florentini praedictos nobiles in mille et ducentis libris pisanorum minutorum condempnarunt, quas libras episcopus pro praedictis nobilibus solvit. Quamobrem papa eosdem cives Florentinos hortatur ut eandem summam episcopo restituant.

« Ut ecclesiarum et... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, idibus novembris, anno primo. »

414 Sainte-Marie-Majeure, 29 octobre 1288.

Episcopo Imlacensi per biennium concedit redditus et proventus ecclesiarum de Wessinton, de Brinton et de Hyrecestre, Dunelmensis et Lincolniensis dioecesium. (Reg. 44, c. 249, f. 57 v°; Potth., 22831.)

Venerabili fratri .. episcopoco Imlacensi. Eidem, tunc electo Imlacensi, Honorius papa IIII, considerans conditiones ecclesiae Imlacensis, quae propter vacationem longam et guerrarum discrimina molestias graves pertulerat, de Wessinton, de Brinton, et de Hyrecestre, Dunelmensis et Lincolniensis dioecesium, ecclesias, curam animarum habentes, quas promotionis suae tempore praedictus electus obtinebat, usque ad biennium de speciali gratia reservavit, eidem concedens ut fructus, redditus et proventus earumdem ecclesiarum etiam postquam esset in episcopum consecratus percipere posset. Cum autem praedicta ecclesia Imlacensis adeo sit collapsa quod non tum aliquid praedictus episcopus pro sua sustentatione de ipsius redditibus percepit, nec est spes quod hinc ad multos annos aliquid percipere possit, Nicolaus papa de Wessinton, de Brinton et de Hyrecestre ecclesias nominatas, usque ad biennium, a fine praedicti biennii, de quo parum restat, computandum, eidem episcopo reservat.

« Grandis affectus quem... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, IIII kalendas novembris, anno primo. »

415 Sainte-Marie-Majeure, 31 octobre 1288.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 250, f. 58 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam concedit trium annorum et trium quadragenarum omnibus vere poenitentibus et confessis qui in singulis festivitatibus sancti Laurentii et sancti Stephani usque ad octavas festivitatum ipsarum ecclesiam Sancti Laurentii extra muros Urbis, in qua ejusdem sancti ac sancti Stephani corpora requiescunt, devote visitarint; illis vero qui singulis diebus mercurii ecclesiam praedictam visitarint, indulgentiam unius anni et quadraginta dierum.

« Loca sanctorum omnium... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, II kalendas novembris, anno primo. »

416-417 Sainte-Marie-Majeure, 13 décembre 1288.

Berardus, prior de Pontida, ordinis Cluniacensis, Pergamensis dioecesis, et Odo de Troaldo, archidiaconus monasterii Cluniacensis, citantur coram sede apostolica. (Reg. 44, c. 251, f. 58 r°.)

.. *officiali Cabilonensi.* « Moleste ferimus quorumlibet ... Nuper si quidem dilectis filiis nostris Matheo, tituli Sancti Laurentii in Damaso, et Hugoni, tituli Sancte Sabine presbyteris cardinalibus, injunximus oraculo vive vocis ut Berardo, priore de Pontida, ordinis Cluniacensis, Pergamensis diocesis, ac Odone de Troaldo, archidiacono monasterii Cluniacensis, procuratoribus dilecti filii .. abbatis ipsius monasterii, tunc apud sedem apostolicam constitutis, ad suam presentiam evocatis, eos quibusdam articulis seu interrogationibus facerent respondere. Verum licet iidem procuratores citati comparuerint personaliter coram cardinalibus memoratis, requisiti tamen non solum respondere articulis seu interrogationibus ipsis ausu temerario renuerunt, quin potius

quedam frivola pretendentes, tanquam inobedientie filii de romana curia discesserunt, a nobis vel cardinalibus ipsis non petita licentia nec obtenta... Discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus eundem Odonem ex parte nostra per te vel per alium peremptorie citare procures, ut infra sex ebdomadarum spatium post citationem tuam compareat personaliter coram nobis... Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, idibus decembris, anno primo. »

In e. m. .. vicario .. episcopi Pergamensis mandat quatenus praedictum Berardum citet ut infra unius mensis spatium post citationem compareat personaliter coram sede apostolica.

418 Sainte-Marie-Majeure, 25 octobre 1288.

Judicatus et tabellionatus officia. (Reg. 44, c. 252, f. 58 r°.)

Johanni Paschalutii de Murro, laico Firmane diocesis, judicatus et tabellionatus officia, ad quae examinatus per magistrum Raymundum de Ponte, decanum Compostellanum, capellanum papae, ydoneus fuit repertus, concedit.

« Et si jus... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, viii kalendas novembris, anno primo. »

419 Sainte-Marie-Majeure, 18 décembre 1288.)

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 253, f. 58 r°; Lap. du Theil, I, 107.)

Venerabili fratri episcopo Lingonensi mandat quatenus cum nobili viro Guidone, nato Galterii de Firmitate super Amantoam, et nobili muliere Aelide, uxore ejus, ipsius dioecesis, qui jam per tredecim annos matrimonio conjuncti tres filios et unam filiam procrearunt, dispenset ut, quanquam quarto consanguinitatis gradu conjuncti sint, tamen in eodem matrimonio remanere valeant.

« Exhibita nobis dilecti... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, xv kalendas januarii, anno primo. »

420 Sainte-Marie-Majeure, 23 octobre 1288.

.. decano Parisiensi mandat quatenus discordias inter archiepiscopum et capitulum Remensis ecclesiae terminet. (Reg. 44, c. 254, f. 58 v°.)

Dilecto filio .. decano Parisiensi. « Sua nobis venerabilis frater noster .. archiepiscopus Remensis petitione monuit quod .. decanus et capitulum ecclesie Remensis, minus veraciter asserentes quod scabini civitatis Remensis et talliatores banni Remensis ejusdem archiepiscopi per eosdem scabinos electi ad imponendum talliam carissimi in Christo filii nostri .. regis Francie illustris, ad quas solvendas (*sic*) dicti scabini fuerant in dicti regis curia condempnati, domos francorum servientium ipsorum decani et capituli, in quos omnimodam jurisdictionem asserunt se habere, in grave prejudicium privilegiorum, libertatum et consuetudinum ecclesie supradicte violenter intrantes seu intrari procurantes, exinde invitis predictis servientibus vasa argentea, vestes aliaque multa bona mobilia inventa inibi asportarunt seu asportari fecerunt; et quod iidem scabini et talliatores alias propriam terram ipsorum decani et capituli simili modo ingressi fuerant et de domibus mansionariorum ipsorum nonnulla bona, que illic invenerant, duxerant asportanda et adhuc eadem detinebant; et quod talliatores ville ipsius archiepiscopi de Channisiaco villam eorum de Merfaus per violentiam intrantes, de domibus ipsius ville bona quamplurima similiter asportarant; quodque ministeriales dicti archiepiscopi de Betignevilla quosdam homines dictorum decani et capituli de Pontefabricato absque causa rationabili capi fecerant et captos detinebant eosdem in eorum prejudicium et gravamen, per suas litteras fuerant dicto archiepiscopo comminati quod, nisi archiepiscopus ipse de injuriis et dampnis hujusmodi, eis et ecclesie predicte ac eorum subditis per ministros et subditos archiepiscopi ejusdem, in quos potestatem et jurisdictionem omnimodam habebat, ut dicebant, illatis, super quibus eundem archiepiscopum alias competenter se requisivisse licet falso pro sue voluntatis libito proponebant, et quod ipse illa non fecerat emendari, licet adeo essent notoria quod multa poterant tergiversatione celari plenarie, satisfaceret infra mensem, postquam ei essent dicte littere presentate, intendebant a divinis cessare, prout eis licebat tam ex privilegiis apostolicis quam compositionibus olim inter Remense capitulum et nonnullos predecessores archiepiscopi ejusdem initis et consuetudinibus ipsius ecclesie observatis a tempore cujus memoria non extabat, et cessationem hujusmodi aggravare quando eis expediens videretur; et ne idem archiepiscopus vel aliquis ministerialium suorum contra ipsos vel suos aut cessationem hujusmodi vel privilegia, consuetudines et compositiones aut statuta ecclesie supradicte aliquid attemptarent, ad sedem apostolicam appellarunt. Ex parte vero dicti archiepiscopi fuit eisdem decano et capitulo ad premissa responsum quod predicte cause alle-

gate ab ipsis non erant notorie neque vere, et quod idem archiepiscopus paratus erat super hiis, vocatis qui ad hoc vocandi erant, quantum in ipso erat, justitiam exhibere; fuit etiam ab eisdem decano et capitulo cum instantia postulatum ut ipsi archiepiscopo copiam dictorum privilegiorum et compositionum, quam nunquam habuerat, exhiberent, eumque de hujusmodi libertatibus, statutis et consuetudinibus plenius informarent, ut per hoc securius et celerius facere posset quod esset consonum rationi; et ne dicti decanus et capitulum, spretis responsione et oblatione hujusmodi, ob predictas causas minus rationabiliter a divinis cessarent, prout fuerant comminati, procurator dicti archiepiscopi ejus nomine ad sedem appellavit eandem. At memorati decanus et capitulum post appellationem hujusmodi, predictarum causarum occasione, a divinis contra eundem archiepiscopum cessare in dicta ecclesia presumpserunt, sua organa temere suspendendo, propter quod iterato ex parte ipsius archiepiscopi ad sedem predictam extitit appellatum. Postmodum autem dicti decanus et capitulum, pretendentes quod homines et hospites banni Remensis ejusdem archiepiscopi, in quos archiepiscopus omnimodam jurisdictionem obtinet, eosdem capitulum communiter et quamplures ex eis singulariter, nec non et perpetuos capellanos chori ejusdem ecclesie, ad parlamentum regium, tunc instans Parisius, coram magistris curie regis fecerant et procuraverant evocari, intendentes ut eisdem capitulo, canonicis et capellanis novam et insolitam imponi facerent servitutem, eosque compelli ad contributionem expensarum in coronatione regis predicti factarum, ad quam se nullatenus teneri dicebant de consuetudine vel de jure, et quod quidam burgenses seu homines dicti banni cum quibusdam suis complicibus et de Jarnaco, de Merfans, de Courcellis villas et Villam novam in monte Remensi, ad dictam ecclesiam pertinentes, in quibus dictus archiepiscopus nullam temporalem, iidem vero decanus et capitulum omnimodam jurisdictionem obtinent, ut dicebant, temere accedentes, de nonnullis domibus villarum ipsarum violenter ceperant seu capi fecerant pignora hominum et mansionariorum decani et capituli eorundem, videlicet lectos, patellas, vasa cuprea et alia utensilia et ipsa exinde nequiter asportarant et asportata etiam detinebant; quodque .. prepositus ejusdem archiepiscopi de Betignevilla cum quibusdam suis fautoribus territorium ville de Pontefabricato, in qua iidem decanus et capitulum omnimodam jurisdictionem temporalem asserunt se habere, manu intrans armata, pecora hominum suorum ibidem inventa violenter ceperat et abduxerat eadem in predam; et quod ballivus ipsius archiepiscopi quosdam laicos operarios ad reficiendam quandam sepem vinee dictorum decani et capituli deputatos ab eis, dum insisterent hujusmodi operi, indebite impediverat, eos exinde per violentiam expellendo, et unum illorum ceperat et carceri manciparat illumque detinebat carceri mancipatum; et quod etiam talliatores prefati banni, postquam ipsi decanus et capitulum ex aliis supradictis causis contra dictum archiepiscopum cessaverant, ut premittitur, a divinis, domos quamplurium aliorum francorum servientium et etiam mansionariorum ipsorum decani et capituli, in quibus prefatam jurisdictionem obtinent, intraverant, et de ipsis domibus vasa argentea et alias res temere asportarant in eorum prejudicium et gravamen; et quod premissa erant adeo notoria quod nulla poterant tergiversatione celari, prefatum archiepiscopum duxerunt per suas litteras requirendum ut dictos subditos suos faceret ab hujusmodi vessatione cessare ipsosque ac prefatam ecclesiam contra talem et tantam insolentiam defensaret, petendo omnia predicta sibi et eidem ecclesie infra unum mensem, sicut equum existeret, emendari; dictum vero laicum in carcere sic detentum infra octo dierum spatium ab ipso carcere liberari, post presentationem hujusmodi litterarum. Alioquin contra ipsum archiepiscopum cessare intendebant penitus a divinis et cessationem hujusmodi aggravare, quando expedire viderent, non solum ex hiis sed etiam ex aliis causis alias eidem archiepiscopo assignatis, ex quibus jam diu a divinis ipsis cessaverant et cessabant; et ne idem archiepiscopus seu aliquis ministerialium suorum contra ipsos seu contra cessationem hujusmodi aut privilegia, consuetudines, compositiones aut statuta prefate ecclesie aliquid per se vel per alios attemptarent, ad sedem apostolicam appellarunt. Et licet dictus archiepiscopus, cui de premissis, que notoria non erant, aliquatenus non constabat, dictis decano et capitulo inter alia per suas litteras respondisset quod si homines aut burgenses prefati banni et prepositi, ballivi, talliatores seu alii subditi sui eisdem decano et capitulo communiter vel divisim seu prefatis capellanis aut hominibus et mansionariis eorumdem in premissis vel aliis injuriati essent, quod non credebat, aut eos in aliquo offendissent, paratus erat super hiis et ea tangentibus informationem ab eis recipere et, privilegiis, statutis, libertatibus, immunitatibus et compositionibus prefate Remensis ecclesie servatis cum omni maturitate et equitate, prout qualitas et natura negotii exigeret, ad eorum et ejusdem ecclesie honorem exhibere justitie complementum, certumque terminum competentem ad informationem hujusmodi faciendam et libertates, immunitates, consuetudines, compositiones, statuta et privilegia predicta exhibenda

coram eodem archiepiscopo vel ejus vices tunc gerentibus assignarit; et postmodum Dominicus de Sancto Urbano, Sancti Symphoriani Remensis, et Guillelmus de Nivernis, Nigellensis ecclesiarum canonici, quibus dictus archiepiscopus quoad informationem hujusmodi recipiendam et cognitionem cause circa premissa per eosdem decanum et capitulum proposita commiserat vices suas, se paratos obtulerint in termino supradicto de prefatis subditis ipsius archiepiscopi, quos propter hoc personaliter ad palatium archiepiscopale vocari fecerant, exhibere justitie complementum, petentes ut eos super privilegiis, libertatibus, consuetudinibus, compositionibus et statutis predictis ac aliis, que ad instructionem hujusmodi negotii facerent, informarent; quia tamen iidem decanus et capitulum id efficere indebite renuerunt, procurator dicti archiepiscopi, metuens ex verisimilibus conjecturis dictum archiepiscopum in hujusmodi cessatione divinorum et aggravatione cessationis ejusdem a prefatis decano et capitulo contra justitiam aggravari, ad prefatam sedem procuratorio nomine ipsius archiepiscopi appellavit. Sed memorati decanus et capitulum, responsione ac oblatione ipsis ex parte dicti archiepiscopi, ut predicitur, factis, necnon et appellatione hujusmodi vilipensis, a prefatis divinis cessaverunt districtius quam antea, et adhuc cessant, predicta sua organa gravius suspendentes in ejusdem archiepiscopi manifestam injuriam, prejudicium et gravamen. Quare dictus archiepiscopus nobis humiliter supplicavit ut prefatos decanum et capitulum ad resumendum organa predicta et satisfaciendum sibi de injuriis in premissis eidem archiepiscopo irrogatis compelli, nec non et ipsos, pro eo quod a divinis sic cessare in eadem ecclesia presumpserunt, juxta tenorem constitutionis felicis recordationis Gregorii pape X, predecessoris nostri, super hoc edite, puniri per discretum aliquem faceremus. Nos igitur qui ex injuncto nobis apostolatus officio ecclesiarum omnium curam gerimus generalem pacemque tenemur cunctis Christi fidelibus presertim personis ecclesiasticis procurare, volentes dictos archiepiscopum, decanum et capitulum, fugata omnino discordia, que per longa judiciorum litigia inter eos nutriri seu augmentari occasione hujusmodi cause posset, in unitate pacis et concordie conservare, ipsosque preservare a dispendiis laborum et sumptuum, que sibi exinde imminerent, gerentes quoque de tue circonspectionis industria fidutiam in Domino specialem, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus personaliter ad predictam ecclesiam Remensem accedens, inquiras super premissis de plano, sine strepitu et figura judicii, diligentius veritatem, et contentionem hujusmodi pace et concordia vel saltem celeri judicio terminare procures, faciens quod decreveris auctoritate nostra firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam, appellatione cessante, compellas veritati testimonium perhibere. Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, x kalendas novembris, anno primo. »

421 Rieti, 7 octobre 1288.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 44, c. 255, f. 55 v°; Lap. du Theil, I, 109.)

Dilecto filio Ysarno de Sancto Paulo, canonico et cancellario ecclesie Tholosane, ordinis Sancti Augustini, indulget ut cancellariam, prioratum et partes proventuum infradictos, cum omnibus juribus et pertinentiis eorum, ipsi per abbatem monasterii Clusini et episcopum Tholosanum concessos, quandiu vixerit, insimul retinere possit. — Cum enim cancellaria ecclesiae Tholosanae, quam ex collatione bonae memoriae B., episcopi Tholosani, Ysarnus de Sancto Paulo obtinet, et quae tantum alicui ex ipsius ecclesiae consuevit canonicis assignari, nullos redditus seu proventus sibi annexos habeat, « licet cancellario Tholosano (1), qui est pro tempore, circa exercendam jurisdictionem studii Tholosani ad eum ratione cancellerie predicte spectantem et etiam circa defensionem jurium jurisdictionis ejusdem, sumptus non modici semper immineant faciendi, propter quod cancellariis (2), qui fuere pro tempore, consueverunt provisiones congrue de beneficiis sive redditibus per episcopum et prepositum Tholosanos ac etiam interdum per alios ipsis procurantibus assignari, » episcopus Tholosanus partem suam episcopalem proventuum, quam ipse in ecclesia Sancti Jacobi de Vilario, dioecesis Tholosanae, consuevit recipere, et alias partes episcopales proventuum quas idem episcopus in Sancti Petri de Carbono et de Tenholeto et de Sancto Lupo ecclesiis, praedictae dioecesis, percipiebat, dicto Ysarno assignavit. Praeterea prioratum Sancti Petri de Vernosulis, ejusdem dioecesis, cui cura non imminet animarum, ad monasterium Clusinum, ordinis S. Benedicti, pertinentem, eidem Ysarno contulit abbas ipsius monasterii.

« Exposita nobis tua... — Dat. Reate, nonis octobris, anno primo. »

(1) *Ms.* cancellarius Tholosanus.
(2) *Ms.* cancellarii.

422 Sainte-Marie-Majeure, 4 janvier 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 256, f. 59 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam concedit unius anni et quadraginta dierum omnibus vere poenitentibus et confessis qui elemosynam facient « hospitali Sancti Antonii, Viennensis diocesis, quod habetur in curia romana portatile, ad quecumque loca eadem curia transferatur; » quae indulgentia est concessa ad instar Innocentii IIII, Alexandri IIII, Urbani IIII, Clementis IIII, Gregorii X, ac Innocentii V.

« Immensa benignitas conditoris... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, II nonas januarii, anno primo. »

423 Sainte-Marie-Majeure, 30 décembre 1288.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 44, c. 257, f. 60 r°.)

Boemundo, archidiacono et canonico ecclesie Trevirensis. Ei, tunc canonico Treverensi, Clemens papa, canonicatum, praebendam et primiceriatum Metensis ecclesiae, curam non habentes animarum annexam, tunc vacantes, duxit conferendos, dummodo de Remineringon, de Lenguinen, et de Wolveskirge, Metensis, ac de Crishen, Argentinensis dioecesium, parrochiales ecclesiae, curam animarum habentes, quas tunc sine dispensatione apostolica praedictus Boemundus retinebat, hic dimitteret, quod fecit. Postmodum bonae memoriae Henricus, Treverensis archiepiscopus, archidiaconatum Treverensis ecclesiae vacantem, cui animarum cura imminet, eidem B. contulit. Demum, vacante praepositura Treverensis ecclesiae, .. decanus et capitulum ipsius ecclesiae B. in suum praepositum elegerunt, praedictusque archiepiscopus hanc electionem confirmavit, sed, licet occasione hujusmodi electionis ad sedem apostolicam fuerit appellatum, nichilominus tamen praefatus B. nonnullos ex ipsius praepositure fructibus percepit. Tandem praepositura ecclesiae Sancti Arnualis, Metensis dioecesis, sine cura animarum, vacante, .. decanus et capitulum ejusdem ecclesiae in suum praepositum eundem B. elegerunt, et hanc electionem Burchardus, episcopus, tunc electus Metensis, loci dioecesanus, confirmavit, sicque Boemundus primiceriatum, archidiaconatum, praeposituras et praebendam praedictos per plures annos absque dispensatione tenuit. Nunc autem cum eo dispensat papa super hac detentione eique indulget ut primiceriatum ac praeposituram Sancti Arnualis, archidiaconatumque ac praebendam praedictos licite retinere valeat.

« Apostolice sedis benignitas... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, III kalendas januarii, anno primo. »

424 Sainte-Marie-Majeure, 5 janvier 1289.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 44, c. 258, f. 60 r°; Potth., 22853.)

Magistro Jacobo Daco, doctori decretorum, canonico Lundensi, qui ecclesias Hoppetarp, Jarne ac Brunnum parrochiales, Slewicensis et Ripensis dioecesium, aliquandiu sine sedis apostolicae dispensatione tenuit, fructus percipiens ex eisdem, indulget ut, resignatione ipsarum ecclesiarum facta, ad restitutionem fructuum non teneatur.

« Merita tue probitatis... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, nonis januarii, anno primo. »

425 Sainte-Marie-Majeure, 31 décembre 1288.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 259, f. 60 v°; Potth., 22849.)

Dilectis filiis .. abbati et conventui monasterii Sancti Pauli de Urbe. Omnibus vere poenitentibus et confessis qui basilicam S. Pauli de Urbe visitaverint singulis diebus dominicis et quadragesimalibus diebus unum annum et quadraginta dies; in festivitatibus vero ejusdem sancti, usque ad octavas earumdem, tres annos et totidem quadragenas, ex injunctis poenitentiis relaxat.

« Fluenta doctrine que... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, II kalendas januarii, anno primo. »

426 Sainte-Marie-Majeure, 23 décembre 1288.

Leges in haereticos quondam a Frederico imperatore latas infradictis transmittit in eorum capitularibus annotandas. (Reg. 44, c. 260, f. 60 v°; Potth., 22839.)

Nicolaus etc. Dilectis filiis nobilibus viris comitibus, baronibus, nobilibus, senescallis, castellanis, vicariis, ballivis, rectoribus, judicibus, consulibus, consiliariis et communitatibus civitatum, castrorum et aliorum locorum infra Arelatensis, Aquensis et Ebredunensis provintiarum terminos constitutis, salutem etc. « Cum adversus hereticam pravitatem quondam Fredericus, Romanorum imperator, tunc in ecclesie romane devotione persistens, promulgaverit quasdam leges, per quas, ne per-

vagetur, compesci poterit pestis illa, nos illas volentes ad robur fidei ac salutem fidelium observari, universitati vestre per apostolica scripta mandamus quatenus eas, quarum tenores vobis mittimus insertos presentibus, faciatis singuli in vestris capitularibus annotari, contra hereticos secte cujuslibet secundum eas exacta diligentia processuri. Alioquin dilectis filiis fratribus inquisitoribus heretice pravitatis ordinum predicatorum vel minorum ac eorum singulis litteris nostris injungimus ut vos ad id per excommunicationem in personas et interdictum in terram, appellatione remota, compellant. Tenores autem legum ipsarum hi sunt (1) :

« Fredericus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex, dilectis principibus suis, venerabilibus archiepiscopis et episcopis aliisque prelatis ecclesiarum ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, potestatibus, scultetis, burgraviis, advocatis, judicibus, ministerialibus, officialibus et omnibus per totum imperium constitutis presentes litteras inspecturis, fidelibus suis, gratiam suam et omne bonum. Commissi nobis celitus... — Dat. Padue, XXII februarii, XII indictione.

» Fredericus Dei gratia etc. Inconsutilem tunicam Dei... — Dat. Padue, XXII februarii, XII indictione.

» Imperator Fredericus semper augustus etc. Patarenorum receptatores et... — Dat. Padue, XXII februarii, XII indictione. »

Rex regum apostatantes a fide catholica penitus execramus, insequimur ultionibus, bonis suis omnibus spoliamus et ut a professione vel vita naufragantes legibus coartamus, successiones tollimus, ab eis omne jus litigantium abdicamus. Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, X kalendas januarii, anno primo. »

427 Sainte-Marie-Majeure, 23 décembre 1288.

Inquisitoribus consulentibus super statutis in haereticos latis respondet. (Reg. 44, c. 261, f. 62 v°; Potth., 22845.)

Dilectis filiis fratribus ordinis minorum, inquisitoribus heretice pravitatis infra Arelatensis, Aquensis et Ebredunensis provinciarum terminos constitutis, auctoritate apostolica deputatis et in posterum deputandis. « Quod super nonnullis questionum articulis, in quibus causa fidei tangitur, nos consulere voluistis, sollicitudinis vestre prudentiam in Domino commendamus. Primus igitur vestre consultationis articulus continebat utrum dici debeat relapsus in heresim qui lapsus est in eam post abjurationem ipsius, in qua non invenitur commisisse, cum secundum proprietatem verborum non videatur relapsus, qui non fuerat ante lapsus. Ad quod taliter respondemus quod talis, si tanquam accusatus vel suspectus de heresi eam in judicio abjuravit, et postea committat in ipsa, censeri debet quadam juris fictione relapsus, licet ante abjurationem suam plene probatum non fuerit crimen heresis contra ipsum, dummodo hujusmodi prius orta suspitio violenta fuerit, et certis ac veris inditiis comprobata. Si vero lenis et modica, quanquam ex hoc sit gravius puniendus, relapsorum tamen in heresim non debet pena puniri, ex quo presumi non potest verisimiliter ante lapsus in eam. Quesivistis etiam circa idem, si is qui heresim abjuravit et per solam inexcusabilem receptationem vel receptionem aut deductionem seu associationem vel visitationem hereticorum sive dationem vel missionem munerum aut etiam alias in favorem eorum, qui excusari non possit, sine adoratione tamen, ut verbis vestris utamur, lapsus est postmodum, propter hoc debet judicari relapsus. Et quidem si legitime constitit, vel etiam nunc constaret, quod tales ante hujusmodi abjurationem in heresi commisissent, non est dubium eos per hoc fuisse relapsos, quia tunc dubitari non debet illos ex approbati a se prius erroris consequentia id fecisse. Preterea nonnulli talium, ut proponitis, jurant coram inquisitoribus tam de se quam de aliis super facto heresis veritatem dicere; sed perjurant non odio tamen, vel pretio, sed timore sui potius et suorum; corrigunt autem se postmodum super hiis, contra se ac alios suos complices deponendo. Cum itaque perjurus secundum jura etiam post penitentiam in criminalibus a testimonio repellatur, hinc queritur utrum contra illos suos complices sit per testimonia talium procedendum. Super quo taliter respondemus quod, cum crimen hujusmodi sit exceptum, si ex manifestis inditiis apparuerit tales non animi levitate aut odii fomite ductos seu corruptos pecunia, sed zelo fidei tanquam penitentes proprie culpe asserere quod talia prius tacuerant, et velint in hoc errorem suum corrigere ac alios nominare, stari debet in favorem fidei, nisi aliud obsisteret, attestationibus eorumdem. Ad illud autem quod queritur utrum ad inquisitores heresis pertineat de divinationibus et sortilegiis, que contra aliquos sibi denuntiantur, cognoscere ac punire talia excercentes, brevibus respondetur quod cum negotium fidei, quod summe previlegiatum existit, per occupationes alias non debeat impediri, inquisitores ipsi de hiis, nisi mani-

(1) Ces constitutions ont été souvent publiées, entre autres par Ripolli, *Bull. Praed.*, I, p. 246, n. 330; Wadding, *Ann. Minor.*, III, 338; Sbaraglia, *Bull. Francisc.*, I, 730, n° 550; Pertz, *Mon. Germ. hist.*, IV, 326-329.

este saperent heresim, ratione hujusmodi officii sibi commissi se nullatenus intromittant; sed eos relinquant suis judicibus pena debita castigandos. Quidam insuper, ut adicitis, pro hiis que commiserunt in heresi, astringunt se inquisitoribus sub obligatione bonorum suorum ad recipiendum ab eis penitentiam et complendam, sed ea licet injuncta non tamen peracta, quin potius in toto vel in parte neglecta, decedunt. Queritur ergo utrum inquisitores ipsi vel qui in eorum locum succedunt, possint ad satisfaciendum pro ipsis defunctis heredes vel detentores bonorum sic decedentium coartare. Ad quod dicimus quod, si per hujusmodi penitentiam aliquod onus ad salutem proficiens impositum fuerit in bonis temporalibus exequendum, ad complementum ipsius per inquisitores cogi debent heredes, vel alii ad quos bona talium cum suo onere devenerunt. Injungitur etiam aliquibus ad penam in penitentia pro heresi ab ipsius pestis inquisitoribus ut usuras restituant, ad quod obligaverant in judicio ecclesie se et sua. In quo queritur utrum inquisitores ipsi, vel qui succeduntin locum eorum, ad respondendum coram se conquerentibus de usuris hujusmodi et ad restitutionem earum, si de ipsis constiterit, possint compellere taliter penitentes, prout ab eis in aliis injunctis sibi penitentiis fieri consuevit. Ad quod respondemus questionem super usuris motam contra tales judicialiter non debere audiri ab inquisitoribus heresis, nec decidi, nolentes quod per causas hujusmodi offendiculum negotio fidei preparetur, eos tamen ad restitutionem usurarum, de quibus constiterit, compellere poterunt quibus in satisfactionem pro predicto crimine hujusmodi restitutionem in penitentiam injunxerunt. Sunt et alii qui confessi sunt in judicio de heresi coram inquisitoribus hujusmodi pravitatis, sed antequam eis injungeretur penitentia decesserunt. Super quo queritur si heredes talium compelli possint ab inquisitoribus, ut ad ipsorum arbitrium satisfaciant pro defunctis, precipue cum iidem, dum viverent, ad penitentiam, quam inquisitores eis vellent injungere, bona sua inquisitoribus obligarint. Cui questioni sic duximus respondendum, quod postquam tales non decesserunt heretici, sed reincorporati potius ecclesie unitati, non videmus quod eis post mortem, vel eorum heredibus, qui ad successionem talium admittuntur, sit satisfactio pro extincto jam crimine injungenda. In eo vero casu in quo heredes hujusmodi ad successionem non deberent ob culpam sui actoris admitti, non obstante quod actoribus ipsis viventibus hoc non fuerit intercedente eorum morte per sententiam declaratum, ad confiscationem bonorum post mortem nichilominus procedatur. Adjecistis preterea negotium seu officium inquisitionis contra hereticos dilecto filio .. priori fratrum predicatorum Parisiensium a sede apostolica fuisse sub ea forma commissum, ut idem super hoc posset inquirere tam per se quam per alios, quos ad hoc ydoneos reputaret. In quo queritur utrum tales delegati vel subdelegati existant, et quid possint etiam sic electi. Super quo taliter duximus ordinandum, quod idem prior possit tres vel quatuor ydoneos ad hoc opus assumere, qui parem cum ipso habeant potestatem, et amovere illos, ac ipsorum loco alios substituere, quotienscumque viderit expedire; ipsi tamen priori et aliis sic assumptis committendi dumtaxat citationes et examinationes testium, cum de hujusmodi crimine et circumstantiis ejus inquiritur, ac denuntiationes sententiarum, quas super hiis contra quoslibet contigerit ferri, et hiis similia faciendi conceditur ab eadem sede facultas. Questioni vero, qua queritur utrum constitutus in sacris, deprehensus in heresi et propter hoc immurandus perpetuo, prius sit ab ordinibus a suo episcopo degradandus, antequam tradatur hujusmodi penitentie. Respondemus quod talis, qui est perpetuo immurandus, prius debet a suis ordinibus degradari. Nonnulli quoque clerici, et, quod est deterius, sacerdotes pretextu pecunie vel alicujus servitii temporalis inveniuntur aliquando inquisitionis impedire negotium, instruendo citatos hereticorum credentes de celanda veritate, falsitate dicenda, vel eos indebite liberando. De quibus queritur utrum inquisitores possint tales capere ac etiam retinere, aut quod sic accepta restituant coarctare. Dubium itaque non videtur quod hii quos constat exercere predicta ea faciunt in favorem heretice pravitatis; quare possunt a talibus per inquisitores compesci, et pena debita castigari, tam per captionem personarum quam etiam alias, prout culpa exigerit delinquentis. Quod autem postmodum querebatur, quomodo essent puniendi religiosi qui inveniuntur in heresim deliquisse, cum seculares peccantes in simili casu immurationis vel alia pena plectantur. Ejus solutio satis patet, cum certum sit tales in hoc et in consimilibus delinquentes gravius etiam secularibus puniendos. Frequenter etiam vobis ab apostolica sede committitur ut tam hereticos, credentes, receptatores, fautores et defensores eorum, quam ipsorum filios et nepotes ac illos etiam qui predictorum interventu vel gratia talia essent adempti vel assequerentur in posterum, privandi personatibus, dignitatibus et honoribus quibuscumque ac beneficiis ecclesiasticis et officiis publicis, de diocesanorum vel, eis absentibus, vicariorum suorum consilio, habeatis liberam facultatem. Quod qualiter intelligi debeat petivistis ejusdem sedis oraculo declarari. Hoc sane de filiis et nepotibus illorum hereticorum, credentium et aliorum hujusmodi, qui modo tales esse probantur, intelligendum

esse videtur; non autem illorum quos emendatos constiterit et pro culpa hujusmodi ad mandatum ecclesie penitentiam recepisse, quam ipsi vel jam perfecerunt, vel humiliter prosecutioni ejus insistunt, vel parati fuerunt, dum viverent, ad recipiendum eandem. Diocesani quoque in privandis talibus sunt generaliter requirendi, nisi forsan constaret legitime quod iidem scienter eis beneficia contulissent; tunc enim eos in iis requirendos esse non credimus, sed potius a suo judice puniendos. Vos igitur circa hec et alia contingentia in hac parte commissum vobis officium sic prudenter et fideliter exequi procuretis, sic ad ea pure propter Deum, cujus causam geritis, vestra feratur intentio quod labor vester vobis ad vite premium et aliis ad salutem, que solum in talibus queritur, proficiat animarum. Dat. ut supra. »

428 Sainte-Marie-Majeure, 23 décembre 1288.

Inquisitoribus haereticae pravitatis infra Arelatensem, Aquensem et Ebrodunensem provincias constitutis facultatem concedit cogendi per censuram ecclesiasticam tam haereticos redeuntes ad mandata ecclesiae quam fidejussores eorum ad solutionem poenae pecuniariae ad quam se obligaverint. (Reg. 44, c. 262, f. 62 v°; Pot., 22840.)

Eisdem. « Super extirpatione pravitatis heretice hoc a vobis in locis in quibus contra hereticos vobis inquisitionis officium est commissum statuimus observandum : Ut hereticis, credentibus, fautoribus, receptatoribus et defensoribus hereticorum ipsorum ad mandatum ecclesie redeuntibus sub certa pena pecuniaria injungatis districte quod fidem catholicam firmiter teneant, et ulterius hereticis ipsis auxilium, consilium, vel favorem aliquem non impendant; necnon ecclesie mandatis obediant et observent que eis feceritis, vel unus vestrum, occasione ipsius heretice pravitatis; et ab eisdem de solvenda hujusmodi pecunia, si secus fecerint, cautio exigatur. Nos autem vobis et singulis vestrum cogendi per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, tam redeuntes ipsos quam fidejussores, si oportuerit, eorumdem, ad prestationem vel solutionem hujusmodi pene pecuniarie, ad quam se obligaverunt vel obligaverint, si, quod absit, in dictam penam inciderint, plenam concedimus auctoritate presentium facultatem. Pecunia vero, que de hujusmodi penis, vel ex tertia parte mulctarum vel condempnationum exigendarum a quibuslibet personis et locis, seu bonorum apprehendendorum occasione heresis vel hereticorum, secundum tenorem constitutionum nostrarum, quas in eosdem hereticos, fautores eorum et alios promulgatas in capitularibus civitatum et locorum aliorum conscribi mandavimus, forte pervenerit, penes tres viros fide probatos a vobis et a diocesano, vel ejusdem vicario, si idem presens non fuerit, eligendos deponatur fideliter conservanda; et de illa vobis et singulis vestrum necessarie ad prosecutionem negotii contra hereticos expense sine difficultate aliqua, de ipsius diocesani consilio, ministrentur, et eidem diocesano de hiis que expendi contigerit rationis plenarie fidelis computatio exponatur. Dat. ut supra. »

429 Sainte-Marie-Majeure, 23 décembre 1288.

Inquisitoribus haereticae pravitatis infra Arelatensem, Aquensem et Ebredunensem provincias constitutis mandat quatenus tam haereticos redeuntes ad ecclesiam quam eorum fidejussores per impositionem et exactionem poenarum cogant ad parendum mandatis ecclesiae. (Reg. 44, c. 263, f. 62 v°; Pot., 22841.)

Eisdem. « Ad audientiam nostram pervenit quod nonnulli infra terminos ad inquirendum vobis constitutos notati et suspecti de heretica pravitate ac fautores et receptatores hereticorum ad mandatum ecclesie redeuntes interdum se obligant sub certis penis ad parendum mandatis ecclesie, et super hoc prestant vobis fidejussorias cautiones, quorum nonnulli mandatis que ipsis facitis parere recusant. Quia vero nostri decet appositione consilii super hoc salubriter provideri, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus tales et fidejussores eorum, quod mandatis factis eis per vos et faciendis pareant, monitione premissa, per impositionem et exactionem penarum ad que se obligant, et etiam per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, cogatis; invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Dat. ut supra. »

430 Sainte-Marie-Majeure, 23 décembre 1288.

Inquisitoribus haereticae pravitatis infra Arelatensem, Aquensem et Ebredunensem provincias constitutis mandat quatenus officiales civitatum et castrorum per censuram apostolicam cogant ut excommunicationis sententias in haereticos latas executioni demandent. (Reg. 44, c. 264, f. 63 r°; Pot., 22842.)

Eisdem. « Ad audientiam nostram pervenit quod castellani, rectores, vicarii, judices, consules, officiales, consilia et communitates quorumdam castrorum, locorum et civitatum infra terminos ad inquirendum contra hereticos vobis a sede apostolica constitutos, circa execu-

tiones sententiarum quas contra notatos et suspectos de heretica pravitate, credentes, fautores et receptatores eorum profertis, a vobis super hoc requisiti se interdum reddunt difficiles et etiam negligentes... Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus quatenus castellanos, rectores, vicarios, judices, consules, officiales, quocumque nomine censeantur, et consilia et communitates predicta, quod hujusmodi sententias a vobis latas et ferendas etiam, sublato cujuslibet dilationis et difficultatis obstaculo, executioni demandent, monitione premissa, per excommunicationis in personas castellanorum, vicariorum, judicum, consulum, officialium et consiliariorum ac privationis ab officiis, et in civitates, castra et loca hujusmodi interdicti sententias, appellatione remota, cogatis... Dat. ut supra. »

431 Sainte-Marie-Majeure, 23 décembre 1288.

Inquisitoribus haereticae pravitatis infra Arelatensem, Aquensem et Ebredunensem provincias constitutis mandat quatenus tam turres quam domus, in quibus haereticus inventus fuerit, destruantur. (Reg. 44, c. 265, f. 63 r°; Pot., 22843.)

Eisdem. « Cum in constitutionibus jam dudum a felicis recordationis Innocentio papa IIII, predecessore nostro, contra hereticos promulgatis, inter alia contineri dicatur expresse ut domus in qua hereticus vel heretica inventus fuerit ac ei contigue, si fuerint ejusdem dominii, sine spe reparationis funditus destruantur, nostro petiistis certificari responso quid sit de turribus in casu hujusmodi observandum. Ad quod breviter respondemus quod nostre intentionis extitit et existit ut in eo casu idem in terribus et in domibus judicium observetur; lignamina vero, lapides et tegulas domorum et turrium, quae taliter destruentur, eo modo distribui decernimus, quo res alias ibidem inventas dividi mandavit predecessor prefatus in constitutionibus antedictis. Dat. ut supra. »

432 Sainte-Marie-Majeure, 23 décembre 1288.

Inquisitoribus haereticae pravitatis infra Arelatensem, Aquensem et Ebredunensem provincias constitutis quaerentibus respondit praesides excommunicatos vel potestatem non habentes, justitiam contra haereticos exercere posse. (Reg. 44, c. 266, f. 63 r°; Pot., 22844.)

Eisdem. « Quesivistis an alicujus regni, provintie, aut loci regimini presidentes excommunicati, vel alias jurisdictionem aliquam, pro eo quod fortasse dumtaxat de facto president, non habentes, et officiales eorum requisiti per ordinarios vel delegatos eorum, aut inquisitores heretice pravitatis a sede apostolica deputatos, justitiam contra hereticos, credentes, defensores, fautores vel receptatores eorum possint et debeant exercere; et an requirentes eosdem excommunicatos propter hoc sententiam excommunicationis incurrant. In favorem igitur fidei duximus statuendum ut tales in hiis casibus, in quibus fuerint requisiti per ordinarios, delegatos vel inquisitores eosdem, ad superiores qui legitime in locis ipsis justitiam exercere possint recursum habere sine more, dispendio vel periculo negotii non valentes, possint et debeant contra hereticos, credentes, defensores, fautores et receptatores eosdem suum officium exercere, cum id ad exaltationem fidei et salutem pertineat animarum; et requirentes eos propter hoc excommunicationis sententiam non incurrant. Non credant autem presidentes et officiales predicti per hoc quod pro fidei vitando periculo salubriter est provisum sibi esse in aliis casibus concessum aliquid vel permissum. Dat. ut supra. »

433 Sainte-Marie-Majeure, 23 décembre 1288.

Provinciali ministro et ceteris custodibus et guardianis ordinis minorum in Provincia mandat ut inquisitoribus haereticae pravitatis duos et etiam plures socios tribuant. (Reg. 44, c. 267, f. 63 r°; Pot., 22847.)

Dilectis filiis .. provinciali, ministro et ceteris custodibus et guardianis eorumque vicariis ordinis minorum in Provintia et administratione ipsius. « Ne catholice fidei negotium dilectis filiis fratribus vestri ordinis in Provintia et administratione ipsius ab apostolica sede commissum ex personarum defectu contingat, quod absit, quomodolibet impediri volumus et presentium vobis auctoritate districte precipiendo mandamus quatenus tu, fili minister provintialis, singulis ex predictis fratribus duos socios fratres, videlicet ipsius ordinis, providos et discretos ac eidem negotio congruentes, de quibus hii quibus assignati fuerint merito valeant consolari, sublata difficultate qualibet, assignare procures. Et nichilominus tam tu quam vos alii custodes, guardiani et vicarii, quotiens ab eisdem fratribus, quibus dictum est commissum negotium, fueritis requisiti, et dicto negotio fuerit oportunum, de aliis etiam fratribus ejusdem ordinis, preter illos qui eis in socios deputati fuerint, cum omni promptitudine providere curetis, ita quod prefatum negotium nullam ex negligentia vestra dilationem capiat, sed potius ex diligentia continuum suscipiat incrementum. Dat. ut supra. »

434 Sainte-Marie-Majeure, 23 décembre 1288.

Universos haereticos et eorum fautores excommunicat et anathematizat. (Reg. 44, c. 268, f. 63 r° ; Potth., 22846.)

Universis Christi fidelibus. « Noverit universitas vestra quod nos excommunicamus et anathematizamus universos hereticos Catharos, Patharenos, Pauperes de Lugduno, Passaginos, Josepinos, Arnaldistas, Speronistas et alios, quibuscumque nominibus censeantur, facies quidem diversas habentes, sed caudas ad invicem colligatas, quia de vanitate conveniunt in idipsum. Dampnati vero per ecclesiam seculari judicio relinquantur animadversione debita puniendi, clericis prius a suis ordinibus degradatis. Si qui autem de predictis, postquam fuerint deprehensi, redire voluerint ad agendam condignam penitentiam, in perpetuo carcere detrudantur ; credentes autem eorum erroribus similiter hereticos judicamus. Item receptatores, defensores et fautores hereticorum excommunicationis sententie decernimus subjacere ; firmiter statuentes ut, postquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, si satisfacere contempserit infra annum ex tunc, ipso jure sit factus infamis, nec ad publica officia, seu consilia, nec ad eligendos aliquos ad hujusmodi (*sic*), nec ad testimonium admittatur. Sit etiam intestabilis, nec testamenti habeat factionem, nec ad hereditatis successionem accedat. Nullus preterea ipsi super quocumque negotio, sed ipse aliis respondere cogatur. Quod si forte judex extiterit, ejus sententia nullam obtineat firmitatem, nec cause alique ad ejus audientiam perferantur ; si fuerit advocatus, ejus patrocinium nullatenus admittatur ; si tabellio, instrumenta confecta per ipsum nullius penitus sint momenti, sed cum auctore dampnato dampnentur ; et in similibus idem precipimus observari ; si vero clericus fuerit, ab omni officio et beneficio deponatur. Si qui autem tales, postquam ab ecclesia fuerint denotati, evitare contempserint, excommunicationis sententia percellantur, alias animadversione debita puniendi. Qui autem inventi fuerint sola suspitione notabiles, nisi juxta considerationem suspitionis qualitatemque persone propriam innocentiam congrua purgatione monstraverint, anathematis gladio feriantur, et usque ad satisfactionem condignam ab omnibus evitentur, ita quod, si per annum in excommunicatione perstiterint, tunc velut heretici condempnentur. Item proclamationes aut appellationes hujusmodi personarum minime audiantur. Item judices, advocati, notarii nulli eorum officium suum impendant, alioquin eodem officio perpetuo sint privati. Item clerici non exhibeant hujusmodi pestilentibus ecclesiastica sacramenta, nec eleemosinas aut oblationes eorum recipiant ; similiter Hospitalarii aut Templarii aut quilibet regulares ; alioquin suo priventur officio, ad quod nunquam restituantur absque indulto sedis apostolice speciali. Item quicumque tales presumpserint ecclesiastice tradere sepulture, usque ad satisfactionem ydoneam excommunicationis sententie se noverint subjacere, nec absolutionis beneficium mereantur, nisi propriis manibus publice extumulent et proitiant hujusmodi corpora dampnatorum ; et locus ille perpetua careat sepultura. Item firmiter inhibemus ne cuiquam laice persone liceat publice vel privatim de fide catholica disputare ; qui vero contra fecerit, excommunicationis laqueo innodetur. Item si quis hereticos sciverit, vel aliquos occulta conventicula celebrantes, seu a communi conversatione fidelium vita et moribus dissidentes, eos studeat indicare confessori suo, vel alii per quem credat ad prelati sui et inquisitorum heretice pravitatis notitiam pervenire ; alioquin excommunicationis sententia percellatur. Heretici autem et receptatores, defensores et fautores eorum, ipsorumque filii usque ad secundam generationem ad nullum ecclesiasticum beneficium seu officium admittantur ; quod si secus actum fuerit, decernimus irritum et inane. Nos enim predictos ex nunc privamus beneficiis acquisitis, volentes ut tales et habitis perpetuo careant, et ad alia vel similia nequaquam in posterum admittantur ; illorum autem filiorum emancipationem nullius esse momenti volumus, quorum parentes post emancipationem hujusmodi ad invium superstitionis heretice a via declinasse constiterit veritatis. Dat. ut supra. »

435 Sainte-Marie-Majeure, 22 octobre 1288.

Facultas redimendi decimas. (Reg. 44, c. 269, f. 63 v° ; Lap. du Theil, I, 111.)

.. *decano et capitulo ecclesie Turonensis* concedit facultatem in alienis parrochiis Turonensis civitatis et dioecesis decimas redimendi de manibus laicorum, .. archiepiscopi Turonensis et rectorum ecclesiarum in quarum parrochiis decimae ipsae consistunt accedente consensu, dummodo iidem rectores eas redimere non valeant vel nolint ; sufficienti a praefato capitulo praestita cautione quod eas restituent ecclesiis supradictis, quandocumque ab earum rectoribus fuerit de redemptionis pretio satisfactum. Hujusmodi indulgentia non valeat ad ecclesias quae ecclesiae Sancti Martini Turonensi, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinenti, immediate subjiciuntur.

« Devotionis vestre precibus... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, xi kalendas novembris, anno primo. »

436 Sainte-Marie-Majeure, 22 octobre 1288.

De decimis redimendis. (Reg. 44, c. 270, f. 63 v°; Lap. du Theil, I, 112.)

Eisdem confirmat concessionem a bonae memoriae J., archiepiscopo Turonensi, in plena synodo, rectorum ecclesiarum civitatis et dioecesis Turonensis accedente consensu, eis factam, ut de novalium decimis, quas in eadem dioecesi de laicorum manibus recuperarint, habeant duas partes, tertia presbyteris ecclesiarum in quarum parrochiis consistunt dictae decimae remanente. Ne tamen haec confirmatio extendi valeat ad ecclesias quae ecclesiae Sancti Martini Turonensi, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinenti, immediate subjiciuntur.

« Justis petentium desideriis... — Dat. ut supra. »

437 Sainte-Marie-Majeure, 13 janvier 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 271, f. 63 v°.)

.. *abbati et conventui monasterii Sancti Laurentii extra muros Urbis, ordinis Sancti Benedicti.* Indulgentiam concedit unius anni et quadraginta dierum omnibus vere poenitentibus et confessis qui singulis diebus majoris quadragesimae ecclesiam supradicti monasterii annis singulis devote visitarint.

« Levita Laurentius bonorum... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, idibus januarii, anno primo. »

438-439 Rieti, 22 septembre 1288.

Dispensatio residentiae. (Reg. 44, c. 272, f. 64 r°; Lap. du Theil, I, 113.)

Nobili viro Roberto, comiti Claromontensi, indulget ut sex clerici ejus obsequiis insistentes per quinquennium fructus, redditus et proventus beneficiorum suorum ecclesiasticorum integre percipere valeant ac si personaliter in ecclesiis residerent.

« Habet in nobis... — Dat. Reate, x kalendas octobris, anno primo. »

In e. m. .. abbati monasterii Sancti Dionisii in Francia, Parisiensis dioecesis, mandat quatenus eosdem proventus et redditus eisdem clericis ministrari faciat.

440 Rieti, 22 septembre 1288.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 273, f. 64 r°; Lap. du Theil, I, 115.)

Dilecto filio nobili viro Roberto, nato clare memorie L., regis Francorum, comiti, et dilecte in Christo filie nobili mulieri Beatrici, uxori ejus, comitisse Claromontensibus. Indulgentiam decem dierum eisdem, quandocumque praedicationem audirint, omnibus qui eidem praedicationi adfuerint et praedicatori concedit.

« Meretur devotionis vestre... — Dat. ut supra. »

441 Sainte-Marie-Majeure, 20 janvier 1288.

Dispensatio visitandi limina apostolorum. (Reg. 44, c. 274, f. 64 r°; Lap. du Theil, I, 116.)

Venerabili fratri Galtero, episcopo Pictavensi. Eum absolvit a juramento visitandi singulis bienniis limina apostolorum.

« Ex parte tua... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XIII kalendas februarii, anno primo. »

442 Sainte-Marie-Majeure, 14 janvier 1289.

Senogaliensi episcopo licentiam concedit alienandi quasdam possessiones ad mensam ipsius spectantes. (Reg. 44, c. 275, f. 64 r°.)

Venerabilibus fratribus .. Portuensi et .. Penestrino episcopis. .. Senogaliensis episcopus et universitas Roccae de Contrata, Senogaliensis dioecesis, quaestione inter ipsos super Peticuli et Montalis castris suscitata, quae utraque ipsarum partium ad se spectare ac in quibus temporalem jurisdictionem ad se pertinere dicebat, inter se tractaverunt ut memoratus episcopus loca dictorum castrorum, quae totaliter destructa erant, et eorum districtus et jurisdictionem temporalem eidem universitati venderet pro certa pecuniae quantitate, et quod homines castrorum ipsorum, quorum plures in eadem Rocca jam per annos quadraginta et amplius habitarant et cum universitate contribuerant in talliis, collectis et aliis servitiis, ab episcopi, cui singuli eorum medietatem suorum bonorum exhiberent, jurisdictione temporali remanerent immunes. Super quibus inquisitione ad mandatum sedis apostolicae facta, .. Esinus et Forosinfroniensis episcopi invenerunt quod Senogaliensis sedes per quadraginta annorum spatium de dicto castro Peticuli nullum est commodum assecuta; quod de castro Montalis, destructo, refecto ac exposito finaliter vastationi habitatorum, passa est molestias multimodas; et tandem quod de jurisdictione castrorum et hominum praedictorum vix centum libras Ravennatis monetae percipere potest. Quamobrem .. Portuensi et Penestrino episcopis mandat

papa quatenus praedictis partibus licentiam concedant faciendi inter se hujusmodi concordiam, quam Esinus et Forosinfroniensis episcopi utilem fore asserunt, non obstante juramento ab eodem Senogaliensi episcopo praestito de non alienandis possessionibus ad mensam episcopatus spectantibus; ea conditione ut quinque millia librarum Ravennatis monetae, quas praedicta universitas offert pro impetratione concordiae, in loco tuto deponantur, convertendae in possessiones vel redditus a sede Senogaliensi acquirendos.

« Dudum venerabili fratri... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, XVIIII kalendas februarii, anno primo. »

443 Sainte-Marie-Majeure, 23 janvier 1289.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 44, c. 276, f. 64 r°; Lap. du Theil, I, 117.)

Magistro Dominico de Sancto Urbano, Cathalaunensis diocesis, canonico ecclesie Sancti Symphoriani Remensis, indulget ut nonobstante defectu natalium quem patitur, de presbytero et quondam Ysabelle, uxore Menerii, qui ad partes remotas se transtulerat, genitus, ad omnia beneficia ecclesiastica et ordines ascendere valeat. Dictus Dominicus, in liberalibus artibus et jure civili cathedram ascensus magistralem, jam hanc dispensationem a Gregorio papa X petierat, sed dicto papa interea mortuo, omnes minores ordines receperat, ac in ecclesia Sancti Symphoriani Remensi canonicatum et praebendale beneficium, sine cura animarum, assecutus erat, de quibus tamen nullos fructus perceperat.

« Illegitime genitos quos... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, X kalendas februarii, anno primo. »

444 Sainte-Marie-Majeure, 28 janvier 1288.

Dispensatio super matrimonio inter Eubertum, comitem de Benthem, et Hadwigem, filiam quondam .. comitis de Aldeburch, contracto. (Reg. 44, c. 277, f. 65 r°; Potth., 22864.)

Venerabili fratri .. episcopo et dilecto filio .. guardiano fratrum minorum Monasteriensibus mandat quatenus cum nobili viro Euberto, comite de Benthem, et nobili muliere Hadewige, filia quondam .. comitis de Aldeburch, Monasteriensis et Bremensis dioecesium, dispensent ut in matrimonio quod olim, ad sedandas inimicitias inter progenitores ipsorum exortas, quum ignorarent se quarto consanguinitatis gradu conjunctos esse, contraxerunt, et in quo plures filios et filias procrearunt.

« Ex parte dilecti... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, V kalendas februarii, anno primo. »

445 Sainte-Marie-Majeure, 13 janvier 1288.

Licentiam concedit comitissae Flandriae visitandi quaedam monasteria. (Reg. 44, c. 278, f. 65 r°; Potth., 22857.)

Dilecte in Christo filie nobili mulieri .. uxori dilecti filii nobilis viri G., comitis Flandrie, concedit ut monasteria et ecclesias sive domos cisterciensis, praedicatorum et minorum ordinum possit bis in anno, praesidentium locis accedente consensu, cum septem honestis mulieribus ingredi.

« Ex tuarum decore... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, idibus januarii, anno primo. »

446 Sainte-Marie-Majeure, 13 janvier 1289.

Episcopo Lincolniensi, abbati Westmonasterii et Giffredo de Vezano, canonico Cameracensi, mandat quatenus Eboracensem archiepiscopum moneant ut collationem infradictam revocet, alioquin eum citent coram sede apostolica. (Reg. 44, c. 280, f. 65 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Lincolniensi et dilectis filiis .. abbati Westmonasterii prope Londonem ac magistro Giffredo de Vezano, camere nostre clerico, canonico Cameracensi. Quamvis papa, ex constitutione Clementis IIII super canonicatibus, praebendis et beneficiis apud sedem apostolicam vacantibus, per romanum dumtaxat pontificem conferendis, canonicatum et praebendam in Eboracensi ecclesia, vacantes per mortem Petri de Sabello, apud sedem apostolicam, romana ecclesia per obitum Honorii IIII vacante, defuncti, Andreae de Laguscello, capellano suo, canonico ecclesiae Eboracensis, fratri B., episcopi Portuensis, contulisset, tamen .. Eboracensis archiepiscopus eosdem canonicatum et praebendam Petro de Cestria, clerico, contulit, hicque eos detinet occupatos. Quare sub poena excommunicationis ipso facto injungit papa episcopo Lincolniensi, abbati Westmonasterii et Giffredo de Vezano quatenus infra decem dies a receptione praesentium Eboracensem archiepiscopum moneant personaliter, si poterint, alioquin in Eboracensi ecclesia et hospitio archiepiscopali, ut infra quindecim dies a die monitionis collationem eandem revocet, ac Andream de Laguscello in corporalem possessionem canonicatus et praebendae praedictorum inducat, eique

faciat de fructibus dictorum canonicatus et praebendae integre responderi. Si archiepiscopus infra quindecim dies his monitis non obediverit, eum infra alios decem dies eodem modo citent, ut infra trimestris temporis spatium a die citationis computandum cum omnibus juribus et munimentis suis compareat corporaliter coram sede apostolica, non obstante indulgentia qua illis de regno Angliae dicitur esse concessum ut citra mare anglicanum in causam trahi vel ad judicium evocari non possint per litteras apostolicas non facientes expressam de indulto hujusmodi intentionem.

« Exponente nobis dilecto... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, idibus januarii, anno primo. »

447 Sainte-Marie-Majeure, 13 janvier 1289.

Similes monitio et citatio Petro de Cestria faciendae. (Reg. 44, c. 281, f. 65 v°.)

Eisdem mandat quatenus eodem modo praefatum Petrum de Cestria moneant ut infra quindecim dies a die monitionis praedictos canonicatum et praebendam liberos ad Andream de Laguscello dimittat, eique satisfactionem exhibeat de dampnis ab ipso eidem Andreae illatis. Quod si dictus Petrus infra dictum terminum his monitis non obediverit, eum citent ut infra trimestris temporis spatium coram papa compareat.

« Exponente nobis dilecto... »

448 Sainte-Marie-Majeure, 13 janvier 1289.

Similes monitio et citatio decano et capitulo Eboracensis ecclesiae faciendae. (Reg. 44, c. 282, f. 65 v°.)

Eisdem. « Exponente nobis dilecto... »

449 Sainte-Marie-Majeure, 4 janvier 1289.

Absolutio a voto crucis. (Reg. 44, c. 283, f. 66 r°; Lap. du Theil, I, 119.)

Dilectis filiis .. abbati monasterii Sancti Stephani de Divione, Lingonensis diocesis, et .. decano ecclesie Lingonensis mandat quatenus nobilem mulierem Alidem, dominam de Caseolo, Lingonensis dioecesis, jam senilem, a voto crucis absolvant, dummodo ea pro Terrae Sanctae subsidio summam juxta posse suum solvat.

« Petitio dilecte in... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, II nonas januarii, anno primo. »

450 Rieti, 7 octobre 1288.

Licentia faciendi recipi unam personam in canonicum. (Reg. 44, c. 284, f. 66 r°; Lap. du Theil, I, 121.)

Venerabili fratri Petro, archiepiscopo Remensi, licentiam concedit recipiendi et faciendi recipi unam personam ydoneam in ecclesia Remensi, in qua praebendarum collatio ad ipsum pertinet, in canonicum et in fratrem, ac providendi ei de praebenda, si qua in dicta ecclesia vacet ad praesens vel quam cito ad id obtulerit se facultas, ac contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendi.

« Tuam volentes honorare... — Dat. Reate, nonis octobris, anno primo. »

451 Sainte-Marie-Majeure, 13 janvier 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 285, f. 66 r°; Potth., 22856.)

Venerabili fratri .. episcopo et dilectis filiis .. archipresbytero et capitulo Viterbiensibus. Indulgentiam concedit unius anni et XL dierum omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam Viterbiensem, in honorem S. Laurentii martyris constructam, in qua SS. Protogenii et Tranquillini martyrum corpora requiescunt et Nativitatis et Decollationis S. Johannis Baptistae festivitates solemniter celebrantur, in singulis eorumdem sanctorum et dedicationis ejusdem ecclesiae festivitatibus et per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes visitaverint.

« Inter martirum veneranda... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, idibus januarii, anno primo. »

452 Sainte-Marie-Majeure, 25 octobre 1288.

Transcriptio cujusdam privilegii Innocentii III super decimis. (Reg. 44, c. 286, f. 66.)

Venerabili fratri .. episcopo Vercellensi. Transcribi facit, pro eo quod vetustate consumi incipit, privilegium quo Innocentius III episcopo Vercellensi facultatem concedit compellendi per excommunicationis vel interdicti sententias ad decimas reddendas illos qui eas exhibere tenentur. Hujus privilegii tenor talis est :

« Tua nobis fraternitas... — Dat. Laterani, idibus decembris, pontificatus nostri anno secundo. »

« Privilegium quod felicis... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, VIII kalendas novembris, anno primo. »

453 Sainte-Marie-Majeure, 28 janvier 1289.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 287, f. 66 v°; Lap. du Theil, I, 123.)

Venerabili fratri .. episcopo Agennensi mandat quatenus cum nobili viro Guillelmo Aysi de Fonsariis ac nobili muliere Bertranda, uxore ejus, dispenset ut in matrimonio olim ab ipsis, ignorantibus sese quarto consanguinitatis gradu conjunctos esse, ad sedandas guerras inter progenitores ipsorum ortas, in quibus multa fuit nobilium et ignobilium strages, contracto, remanere valeant.

« Exposita coram nobis... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, v kalendas februarii, anno primo. »

454 Sainte-Marie-Majeure, 13 décembre 1288.

Fratribus monasterii de Lundors, Sancti Andreae dioecesis, donationem ecclesiae de Cullessy, eis a quondam Rogero de Quensi, comite Wyntoniae, factam, confirmat. (Reg. 44, c. 288, f. 67 r°; Potth., 22837.)

.. abbati et conventui monasterii de Lundors, ordinis Sancti Benedicti, Sancti Andree diocesis. « Cum a nobis... Sane petitio vestra nobis exhibita continebat quod quondam Rogerus de Quenci, comes Wyntonie, constabularius Scotie, jus patronatus ecclesie de Cullessy, Sancti Andree diocesis, tunc ad ipsum pertinens, vobis et monasterio vestro, dum viveret, de consensu bone memorie Gamelini, episcopi Sancti Andree, loci diocesani, liberaliter contulit intuitu pietatis, ac idem episcopus de assensu capituli sui vobis eandem ecclesiam in proprios usus ordinaria auctoritate concessit, ita quod, cedente vel decedente ipsius ecclesie rectore, qui tunc vivebat, ejusdem ecclesie possessionem ingredi libere possetis, alicujus assensu minime requisito, vicario perpetuo in dicta ecclesia servituro portione congrua de ipsius ecclesie proventibus reservata, ex qua comode sustentari posset, ac incumbentia sibi onera supportare, prout in patentibus litteris inde confectis comitis et episcopi ac capituli predictorum sigillis munitis plenius dicitur contineri. Vosque postmodum dictam ecclesiam per cessionem prefati rectoris vacantem juxta concessionem hujusmodi in predictos usus habentes, ipsam in usus eosdem canonice retinetis, vicario per vos, ut premittitur, servituro in eadem ecclesia constituto, sibique de ipsius ecclesie proventibus portione congrua assignata. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, quod super premissis provide factum est ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus... Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, idus (*sic*) decembris, anno primo. »

455 Rieti, 26 septembre 1288.

Collatio beneficii. (Reg. 44, c. 289, f. 67 r°; Lap. du Theil, I, 125.)

Berengario de Thesano, canonico Biterrensi. Eum absolvit ab appellatione contra ipsum ab episcopo et quibusdam canonicis Biterrensibus suscitata, ex eo quod hi asserebant ecclesiam de Tertiano non ruralem sed parrochialem esse et curam animarum habere, quam ecclesiam dictus Berengarius obtinuit asserens eam esse ruralem. Eidem renovat reservationem canonicatus et praebendae in ecclesia Biterrensi proximo vacaturorum et possidendorum una cum ecclesia de Tertiano, etiam si haec curam animarum habeat.

« Olim tibi qui... — Dat. Reate, vi kalendas octobris, anno primo. »

456 Sainte-Marie-Majeure, 1er février 1289.

Regi Cypri Johannem ecclesiae Nicosiensi praefectum in archiepiscopum ejusque vicarium et nuntios iterum commendat. (Reg. 44, c. 290, f. 67 v°; Potth., 22871.)

Carissimo in Christo filio .. regi Cypri illustri. « Celsitudinem regiam super... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, kalendis februarii, anno primo. »

457 Sainte-Marie-Majeure, 1er février 1289.

De compositione inter archiepiscopum et episcopos infradictos et procuratores regis Portugaliae facienda. (Reg. 44, c. 291, f. 67 v°.)

Venerabilibus fratribus T., archiepiscopo Bracharensi, B., Silvensi, A., Colimbriensi, et J., Lamecensi episcopis, nunc apud sedem apostolicam praesentibus ac persequentibus, facultatem concedit componendi cum Martino Petri, cantore Elborensi, et Johanne Martini, canonico Colimbriensi, procuratoribus Dyonisii, Portugaliae et Algarbii regis, super gravaminibus et injuriis quae per reges Portugaliae et Algarbii irrogata sunt ipsis ac praedecessoribus eorum aliisque praelatis regni ejusdem.

« Cupientes ut controversie... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, kalendis februarii, anno primo. »

458 Sainte-Marie-Majeure, 28 janvier 1289.

Dispensatio solutionis debitorum. (Reg. 44, c. 292, f. 68 r°; Lap. du Theil, I, 127.)

.. *abbati et conventui monasterii Sancti Remigii Remensis, ordinis Sancti Benedicti*, indulget ut ipsi et prioratuum eorum priores non teneantur ad solutionem alicujus debiti contracti vel contrahendi, nisi illud in utilitatem ipsorum monasterii et prioratuum conversum fuisse legitime probaverint creditores.

« Indempnitati vestre ac... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, v kalendas februarii, anno primo. »

459 Sainte-Marie-Majeure, 28 janvier 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 293, f. 68 r°; Lap. du Theil, I, 127.)

Eisdem. Indulgentiam concedit unius anni et quadraginta dierum omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam monasterii Sancti Remigii Remensis in festivitate S. Remigii, cujus corpus in eadem ecclesia requiescit, et in anniversariis diebus translationis ipsius corporis et dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint annuatim.

« Licet is de... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, v kalendas februarii, anno primo. »

460 Sainte-Marie-Majeure, 28 janvier 1289.

Privilegium monasterio Sancti Remigii Remensi concessum. (Reg. 44. c. 294, f. 68 r°; Lap. du Theil, I, 128.)

Dilectis filis Johanni, abbati, et Rogero, priori monasterii Sancti Remigii Remensis, ordinis Sancti Benedicti, indulget ne causarum cognitiones vel mandata a sede apostolica vel ejus legatis suscipere minime teneantur, absque dictae sedis speciali mandato faciente expressam de indulto hujusmodi mentionem.

« Ne propter causarum... — Dat. ut supra. »

461 Sainte-Marie-Majeure, 7 février 1289.

Conventui fratrum domus de Berwico, ordinis praedicatorum, Sancti Andreae dioecesis, licentiam concedit emendi pretio moderato locum quem fratres ordinis Poenitentiae Jesu Christi infra villam de Berwico habebant. (Reg. 44, c. 295, f. 68 r°; Potth., 22874.)

Venerabili fratri .. episcopo Sancti Andree in Scotia et dilecto filio Giffrido de Vezano, camere nostre clerico, in Anglia commoranti. Cum eidem episcopo Honorius papa IIII suis dedisset litteris in mandatis ut locum quem fratres ordinis Poenitentiae Jesu Christi infra villam de Berwico, Sancti Andreae dioecesis, habuerant, cum pertinentiis ejus, priori et conventui fratrum praedicatorum de Berwico, quorum domus a villa de Berwico et ab hominum habitatione nimis remota est, venderet pro pretio competenti, convertendo in subsidium memoratum; dictusque episcopus ipsius loci examinationem quibusdam laicis vicinis faciendam commisisset, iique locum praedictum ultra valorem competentem et debitum extimarint, praedictis episcopo et Giffrido Nicolaus papa mandat quatenus, si ipsis constiterit locum praedictum ultra valorem extimatum fuisse, extimationem hujusmodi moderantes, locum ipsum pro pretio competenti memoratis priori et conventui vendant, ac eis ad solvendum dictum pretium trium annorum terminum concedant, ita quod annis singulis in termino statuto tertiam partem ejusdem pretii solvere teneantur. Ceterum pecuniam quam dicti episcopus et Giffridus exinde receperint in aliquo tuto loco, convertendam in subsidio Terrae Sanctae, deponant, et super depositione hujusmodi confici faciant duo publica instrumenta, quorum unum conservent, reliquum, cum litteris quicquid super praemissis factum erit continentibus, ad sedem apostolicam transmittant.

« Sua nobis dilecti... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, vii idus februarii, anno primo. »

462 Sainte-Marie-Majeure, 30 janvier 1289.

Licentiam concedit Agneti, ducissae Burgundiae, monasterium Cisterciense visitandi. (Reg. 44, c. 396, f. 68 v°; Lap. du Theil, I, 129.)

Dilecte in Christo filie nobili mulieri Agneti, filie clare memorie Ludovici, regis Francie, uxori dilecti filii nobilis viri .. ducis Burgundie, indulget ut monasterium Cisterciense, Cabilonensis dioecesis, cujus duces Burgundiae patroni existunt, et quod tam ipsi quam uxores eorum, ducissae ipsius Burgundiae, ex speciali devotione consueverunt visitare et domos proprias infra septa ejus habere et ad eas declinare interdum, cum quatuor matronis honestis et in habitu decenti, devotionis causa, bis in anno congredi valeat, dummodo ipsa et eaedem matronae in locis habitationis monachorum ipsius monasterii minime pernoctent. »

« Ex tue magnitudinis... — Dat Rome apud Sanctam Mariam Majorem, iii kalendas februarii, anno primo. »

463 Sainte-Marie-Majeure, 9 février 1289.

Abbati monasterii Sancti Remigii Remensis licentia conceditur committendi monachis ipsius monasterii potestatem dispensandi et absolvendi. (Reg. 44, c. 297, f. 68 v°; Lap. du Theil, I, 131.)

.. *abbati monasterii Sancti Remigii Remensis, ordinis Sancti Benedicti.* Cum Alexander papa IIII .. abbati dicti monasterii ac successoribus ejus facultatem concesserit dispensandi cum ejusdem monasterii ejusque membrorum monachis, hiis casibus exceptis super quibus in regula est dispensatio interdicta, super observatione statutorum, ac eos absolvendi ab interdicti, suspensionis, seu excommunicationis vinculo, quo ipsos ob transgressionem praemissorum statutorum involvi contingeret, idemque privilegium confirmarit Nicolaus papa IIII, hic praesentibus litteris indulget ut abbas ejusdem monasterii et successores ejus aliquibus personis dicti monasterii committere possint vices suas in dispensatione et absolutione praedictis.

« Tuis devotis supplicationibus... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, vidus februarii, anno primo. »

464 Sainte-Marie-Majeure, 28 janvier 1289.

Abbati monasterii Sancti Remigii Remensis facultatem concedit dispensandi et absolvendi. (Reg. 44, c. 298, f. 68 v°; Lap. du Theil, I, 133.)

Eidem, ad instar Alexandri IIII, concedit ut ipse abbas et successores ejus, super observatione statutorum quae de substantia regulae ordinis non existant, cum monasterii sui ejusque membrorum monachis praesentibus et futuris dispensare possint, hiis casibus dumtaxat exceptis super quibus in eadem regula est dispensatio interdicta, eosque absolvere ab interdicti, suspensionis seu excommunicationis vinculo, quo ipsos ob transgressionem praemissorum statutorum involvi contigit vel continget.

« Ex parte tua... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, v kalendas februarii, anno primo.

465 Sainte-Marie-Majeure, 3 février 1289.

Facultas percipiendi decimas. (Reg. 44, c. 299, f. 69 r°; Lap. du Theil, I, 128.)

.. *abbati et conventui monasterii Sancti Remigii Remensis, ordinis Sancti Benedicti.* Devotionis vestre precibus benignum impartientes assensum, auctoritate vobis presentium indulgemus ut in parrochiis illis in quibus veteres decimas juste percipitis, novalium quoque de quibus aliquis hactenus non percepit, pro ea portione qua veteres vos contingunt juxta constitutionem et declarationem a felicis recordationis Alexandro papa IIII, predecessore nostro, super hoc editis, libere percipere vatis. Nulli ergo etc., nostre concessionis etc. Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, III nonas februarii, anno primo. »

466 Sainte-Marie-Majeure, 10 février 1289.

Facultas percipiendi decimas. (Reg. 44, c. 300, f. 69 r°.)

Dilectis filiis .. abbati et conventui monasterii Corbeyensis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis Sancti Benedicti, Ambianensis diocesis.

« Devotionis vestre precibus etc. ut supra usque. Dat. ibidem, IIII idus februarii, anno primo. »

467 Sainte-Marie-Majeure, 10 février 1289.

Dispensatio solutionis debitorum. (Reg. 44, c. 301, f. 69 r°; Lap. du Theil, I, 135.)

Eisdem indulget ut non teneantur ad solutionem alicujus debiti contracti vel contrahendi, nisi id in utilitatem ipsius monasterii conversum fuisse legitime probaverint creditores.

« Indempnitati vestre ac... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, IIII idus februarii, anno primo. »

468 Sainte-Marie-Majeure, 9 février 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 302, f. 69 r°; Lap. du Theil, I, 136.)

Eisdem. Indulgentiam concedit unius anni et quadraginta dierum omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam monasterii Corbeyensis, sub principis apostolorum vocabulo constructam, in ipsius principis et beatae Mariae virginis Assumptionis, Nativitatis, Purificationis ac Annuntiationis festis, usque ad octo dies festa ipsa sequentes, annis singulis, devote visitaverint.

« Ante thronum divine... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, v idus februarii, anno primo. »

469 Sainte-Marie-Majeure, 1er février 1289.

Exemptio jurisdictionis. (Reg. 44, c. 303, f. 69 r°; Lap. du Theil, I, 138.)

Eisdem, ad instar Honorii III, concedit ut super rebus

quae statum monasterii tangunt inviti subire judicium .. episcopi, capituli et cleri Ambianensium non cogantur.

« Cum nequaquam tutum... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, kalendis februarii, anno primo. »

470 Sainte-Marie-Majeure, 10 février 1289.

Potestas benedicendi sacerdotales vestes. (Reg. 44, c. 304, f. 69 r°; Lap. du Theil, I, 137.)

.. *abbati monasterii Corbeyensis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis Sancti Benedicti, Ambianensis diocesis,* ad instar Gregorii VIIII, concedit ut ipse et successores ejus sacerdotales vestes, altaris pallas et corporalia in monasterio dicto et ecclesiis eidem pleno jure subjectis benedicere valeat.

« Ut apostolice sedi... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, IIII idus februarii, anno primo. »

471-475 Sainte-Marie-Majeure, 29 janvier 1289.

Electo Messanensi administrationem ecclesiae Nolanae committit. (Reg. 44, c. 305, f. 69 v°.)

Francisco, electo Messanensi, qui archiepiscopalem sedem Messanensem, propter guerras, adipisci non potest, curam et administrationem ecclesiae Nolanae tunc vacantis committit.

« Apostolice sollicitudinis studium... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, IIII kalendas februarii, anno primo. »

In e. m. capitulo ecclesiae Nolanae mandat quatenus praedicto electo obedientiam debitam praebeat.

In e. m. clero civitatis et dioecesis Nolanae.

In e. m. populo civitatis et dioecesis Nolanae.

In e. m. universis vassallis ecclesiae Nolanae.

476 Sainte-Marie-Majeure, 31 janvier 1289.

Dispensatio super matrimonio. (Reg. 44, c. 306, f. 69 v°; Lap. du Theil, I, 139.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Viennensi, ad preces .. episcopi Valentini et quatuor aliorum episcoporum et quinque abbatum monasteriorum illarum partium, mandat quatenus cum nobili viro Ademaro de Pictavia et nobili muliere Margarita, nata quondam Rodulfi, comitis Gebennensis, sorore dicti episcopi Valentini, dispenset ut, non obstantibus tertio et quarto consanguinitatis gradibus quibus conjuncti sunt, matrimonium, ad sedandas graves inimicitias inter dictum Ademarum et ecclesiam Valentinam exortas, contrahere valeant.

« Ex parte dilecti... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, II kalendas februarii, anno primo. »

477 Sainte-Marie-Majeure, 23 décembre 1288.

Fratribus hospitalis Sanctae Mariae Urbevetani eandem concedit regulam observandam quam fratribus hospitalis Sancti Jacobi de Alto Passu, Lucanae dioecesis. (Reg. 44, c. 307, f. 69 v°.)

Dilectis filiis fratri Johanni de Florentia, rectori, et fratribus hospitalis Sancte Marie Urbevetane confirmat instrumentum quo Jacobus, Sanctae Mariae in Via Lata diaconus cardinalis, eis concessit observantiam regulae quam rector et fratres hospitalis Sancti Jacobi de Alto Passu, Lucanae dioecesis, observabant. Hic est tenor ejusdem instrumenti :

« In nomine Domini, anno Domini M. CC. octuage-
» simo octavo, indictione secunda, pontificatus domini
» Nicolai pape IIII anno primo, die undecima mensis
» decembris, presentibus me Johanne Parlatore de Setia,
» judice et notario, et testibus infrascriptis, ad hoc spe-
» cialiter vocatis et rogatis, venerabilis pater dominus
» Jacobus, Sancte Marie in Via Lata diaconus cardina-
» lis, auctoritate commissionis sibi facte super hoc vive
» vocis oraculo per sanctissimum patrem dominum
» Nicolaum, sacrosancte romane et universalis ecclesie
» summum pontificem, concessit et tradidit religioso
» viro fratri Johanni de Florentia, rectori hospitalis
» pauperum Sancte Marie de Urbeveteri, in ipsius
» domini cardinalis constituto presentia, recipienti pro
» se et vice et nomine ceterorum fratrum dicti hospi-
» talis, a quibus et universitate ipsorum idem frater
» Johannes ad hoc plenum et speciale mandatum ha-
» bebat, et per eundem fratrem Johannem fratribus
» supradictis et universitati eorum, regulam fratrum
» hospitalis Sancti Jacobi de Alto Passu, Lucane dioce-
» sis, recipiens auctoritate predicta ab eodem fratre Jo-
» hanne, profitente et promittente pro se et vice et no-
» mine dictorum fratrum prefati hospitalis Sancte Marie
» de Urbeveteri, qui ad hoc eidem fratri Johanni spe-
» ciale ac sufficiens dedere mandatum, professionem et
» promissionem perpetue observantie regule memorate.

» Et eadem auctoritate idem dominus cardinalis statuit » et decrevit quod regula prefata per dictos rectorem » et fratres et successores ipsorum in memorato hos- » pitali pauperum Sancte Marie de Urbeveteri perpe- » tuis temporibus observetur. Acta sunt predicta Rome, » in hospitio predicti domini Jacobi cardinalis, apud » Sanctum Laurentium in Lucina, anno, indictione, » pontificatu, mense et die supradictis, presentibus et » rogatis testibus domino Jacobo de Labro, camerario, » domino Tuccimando, archipresbytero Pistoriensi, do- » mino Raynaldo Johannis Romani de Reate et pres- » bytero Johanne de Rocca, capellanis prefati domini » cardinalis, et domino Johanne Papa de Urbe, legum » professore. Et nichilominus in predictorum testimo- » nium et cautelam idem dominus cardinalis huic instru- » mento sigillum suum appendi mandavit. Et ego Jo- » hannes dictus Parlator de Setia, apostolice sedis » auctoritate judex et notarius et prefati domini Jacobi » cardinalis notarius, predictis omnibus rogatus interfui » eaque de mandato dicti domini cardinalis scripsi, pu- » blicavi et signo meo signavi. »

« Licet ea que... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, x kalendas januarii, anno primo. »

478 Sainte-Marie-Majeure, 23 décembre 1288.

Fratribus hospitalis de Alto Passu, Lucanae dioecesis, regula hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani conceditur. (Reg. 44, c. 308, f. 70 r°.)

Eisdem annotari facit, ex regestrò Gregorii papae IIII, litteras quibus idem papa .. magistro et fratribus hospitalis de Alto Passu, Lucanae dioecesis, concessit regulam hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani; quarum litterarum tenor talis est :

« Gregorius episcopus servus servorum Dei. Dilectis » filiis .. magistro et fratribus hospitalis de Alto Passu, » Lucane diocesis, salutem et apostolicam benedictio- » nem. Solet annuere sedes... — Dat. Laterani, nonis » aprilis, pontificatus nostri anno tertiodecimo. »

« Ut de litteris... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, x kalendas januarii, anno primo. »

479 Sainte-Marie-Majeure, 23 décembre 1288.

Joannes de Florentia praeficitur hospitali Sanctae Mariae Urbevetano in rectorem. (Reg. 44, c. 309, f. 70 r°.)

Dilecto filio fratri Johanni de Florentia, rectori hospitalis Sancte Marie Urbevetani, confirmat instrumentum quo Jacobus, Sanctae Mariae in Via Lata diaconus cardinalis, de mandato sedis apostolicae, Johannem de Florentia, fratrem hospitalis Sancti Jacobi de Alto Passu, Lucanae dioecesis, in rectorem hospitali pauperum Sanctae Mariae de Urbevetere praefecit. — Exorta quaestione coram F., Urbevetano episcopo, super electione de Petro, presbytero seu capellano ecclesiae Sancti Constantii Urbevetanae, in rectorem ejusdem hospitalis, per obitum Octaviani vacantis, facta, dictaque electione ad S., Balneoregensem episcopum, tunc vicarium in spiritualibus in patrimonio beati Petri in Tuscia, delata, Honorius IIII negotium hujusmodi ad suam curiam revocavit et praedicto Jacobo audiendum commisit; sed postmodum idem Petrus omni juri, si quod ei ex electione fuisset acquisitum, renuntiavit et papa provisionem faciendam ipsi hospitali de rectore praedicto J. cardinali commisit.

Praedicti instrumenti tenor talis est :

« Jacobus, miseratione divina Sancte Marie in Via » Lata diaconus cardinalis, religioso viro fratri Johanni » de Florentia, fratri hospitalis Sancti Jacobi de Alto » Passu, Lucane diocesis, rectori hospitalis pauperum » Sancte Marie de Urbeveteri, salutem et sinceram in » Domino caritatem. Dudum hospitali pauperum... — » Actum et datum Rome, in hospitio nostro apud » Sanctum Laurentium in Lucina, anno Domini » M.CC.LXXXXIII, indictione secunda, pontificatus » domini Nicolai pape IIII anno primo, die undecima » mensis novembris; presente dicto fratre Johanne et » acceptante predicta, ac presentibus et rogatis testibus » dominis Oddone et Landulfo de Columpna, fratribus » nostris, fratre Symone, ordinis fratrum minorum, » judice, Petro Mardonis de Urbe, Johanne de Gallicano, » domini pape scriptore, et Petro Montanario de Urbe- » vetere. In quorum testimonium et cautelam presens » instrumentum, per judicem Johannem Parlatorem de » Setia, notarium infrascriptum, de mandato nostro » confectum, nostri sigilli fecimus appensione muniri. » Et ego, Johannes dictus Parlator de Setia, apostolice » sedis auctoritate judex et notarius et prefati domini » Jacobi cardinalis notarius, predictis prolationi, consti- » tutioni et ordinationi dicti rectoris et commissioni » cure ac regiminis predictorum et prefate acceptationi » dicti fratris Johannis rogatus interfui, eaque ac pre- » sens instrumentum de mandato dicti domini cardina- » lis scripsi, publicavi et signo meo signavi. »

« Que de sedis... — Dat. ut supra. »

480 Sainte-Marie-Majeure, 6 février 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 310, f. 71 r°.)

Dilectis filiis .. generali et provintialibus, prioribus ac aliis fratribus universis ordinis Heremitarum Sancti Augustini. Indulgentiam concedit unius anni et quadraginta dierum omnibus vere poenitentibus et confessis qui, quotiens hujusdem congregationis capitulum congregratum fuerit, quod ex constitutione praedicti ordinis de triennio in triennium celebratur, ad praedictos fratres manum porrexerint caritatis, et eis qui ad eorum praedicationes audiendas adierint.

« Pium est et... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, VIII idus februarii, anno primo. »

481 Sainte-Marie-Majeure, 6 février 1289.)

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 311, f. 71 r°; Potth., 22873.)

Eisdem indulgentiam concedit centum dierum omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesias eorum in Assumptionis beatae Mariae et S. Augustini festivitatibus, in diebus dedicationis earumdem ecclesiarum et usque ad octo dies sequentes visitaverint.

« Licet is de... — Dat. ut supra. »

482 Sainte-Marie-Majeure, 8 février 1289.

Privilegium electo Seguntino. (Reg. 44, c. 312, f. 71 r°.)

Magistro Garsie, electo ecclesie Seguntine, tunc apud sedem apostolicam constituto, indulget ut usque ad tres menses post consecrationem ejus tempus ei currere non incipiat ad personatus, dignitates, praebendas et beneficia, ad collationem ejus spectantia, conferenda.

« Tue devotionis sinceritas... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, VI idus februarii, anno primo. »

483 Sainte-Marie-Majeure, 13 février 1289.

Gerardus Roberti, praepositus ecclesiae Pictavensis, coram sede apostolica citatur. (Reg. 44, c. 313, f. 71 r°; Lap. du Theil, I, 141.)

Dilectis filiis magistris Johanni de Burgis, Sancte Radegundis Pictavensis, et Balduino de Kevi, Beate Marie de Mirabello, ac Guillelmo dicto Corte, de Mortuomari, Pictavensis dioecesis, ecclesiarum canonicis. « Petitio venerabilis fratris nostri .. episcopi Pictavensis nobis exhibita continebat quod, licet correctio excessuum clericorum Pictavensis civitatis et diocesis ad eum dumtaxat pertinere noscatur, tamen Gerardus Roberti, prepositus ecclesie Pictavensis, ad injurias episcopi ejusdem aspirans, duos clericos predicte diocesis, qui per alios capti fuerant, ad suam custodiam apprehendens et faciens pro voluntate sua detineri captivos, requisitus super hoc pluries, dictos clericos, prout tenebatur, dare ipsi episcopo non solum pertinaciter non curavit, quinimmo, spiritu ad superbiam obfirmato, associatis sibi nonnullis clericis et laicis, in jusjurandum fidelitatis et homagii, quod idem prepositus dicto episcopo prestitisse dinoscitur, committere non verendo, domos episcopalis sedis Pictavensis, presumptuosis ausibus invadens hostiliter, custodi carceris dicte sedis clavibus ipsius carceris violenter ablatis, carcerem ipsam aperire ac exinde quendam librum in falsitatis crimine deprehensum de dicto carcere, ubi eum detineri nominatus episcopus cum diligentia faciebat, educere propria temeritate presumpsit, per hec impedire jurisdictionem ipsius episcopi moliendo, in dicti episcopi et ejusdem sedis episcopalis Pictavensis prejudicium non modicum, injuriam et contemptum. Quare predictus episcopus nobis humiliter supplicavit ut, cum ipse propter potentiam et malitiam dicti prepositi, qui potens existit, non possit contra eum de facili super hoc in illis partibus suam justitiam obtinere, providere sibi in hac parte de benignitate apostolica dignaremur, faciendo ei super hoc apud sedem apostolicam justitiam exhiberi. Nos itaque nolentes eidem episcopo in suo jure deesse, qui sumus in illo omnibus debitores, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus, si vobis per indaginem non sollempnem vel alias per famam constiterit de premissis, eundem prepositum ex parte nostra peremptorie citare curetis, ut infra duorum mensium spatium post citationem vestram compareat personaliter coram nobis, facturus et recepturus super hoc quod justitia suadebit. Diem vero citationis et formam et quicquid super hoc feceritis nobis per vestras litteras harum seriem continentes studeatis fideliter intimare. Quod si non omnes, etc., duo vestrum, etc. Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, idibus februarii, anno primo. »

484 Sainte-Marie-Majeure, 13 février 1289.

Ut supra. (Reg. 44, c. 314, f. 71 v°; Lap. du Theil, I, 142 v°.)

Eisdem. « Petitio venerabilis fratris nostri .. episcopi

Pictavensis nobis exhibita continebat quod, licet electio decani ecclesie Pictavensis, quotiens eam illo carere contigit, ad ipsum et capitulum ejusdem ecclesie communiter pertinere noscatur, nuper decanatu ecclesie prefate vacante, Geraldus Roberti, prepositus ipsius ecclesie Pictavensis, decanatum ipsum potenter temeritate occupans, eum detinet occupatum, administrationi bonorum et jurium dicti decanatus, tanquam ecclesie prefate decanus, se temere ingerendo. Dat. ut supra. »

485 Sainte-Marie-Majeure, 19 janvier 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 315, f. 71 v°.)

.. *archipresbytero et capitulo ecclesie Sancte Marie de Pileo, Anagnine diocesis.* Indulgentiam concedit centum dierum omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam Sanctae Mariae de Pileo, Anagninae dioecesis, in die consecrationis ejusdem et singulis ipsius virginis festivitatibus et usque ad octabas earumdem festivitatum devote visitaverint.

« Gloriosus Deus in... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, xiiii kalendas februarii, anno primo. »

486 Sainte-Marie-Majeure, 19 janvier 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 316, f. 71 v°; Lap. du Theil, I, 71 v°.)

Delecto filio .. abbati et capitulo secularis ecclesie Sancti Johannis de Pileo, Anagnine diocesis. Indulgentiam concedit centum dierum omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam Sancti Johannis de Pileo, Anagninae dioecesis, in die consecrationis ejusdem et in sancti Johannis Baptistae et sancti Johannis Evangelistae festivitatibus, et usque ad octabas earumdem festivitatum, devote visitaverint.

« Loca sanctorum omnium... — Dat. ut supra. »

487 Sainte-Marie-Majeure, 12 février 1289.

Albertus ecclesiae Yporiensi praeficitur in electum. (Reg. 44, c. 317, f. 72 r°.)

Dilecto filio Alberto, electo Yporiensi. Eum Yporiensi ecclesiae, per translationem Frederici, electi et confirmati ejusdem ecclesiae, ad ecclesiam Ferrariensem vacanti, in episcopum praeficit.

« Licet continuata supervenientium... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, ii idus februarii, anno primo. »

488 Sainte-Marie-Majeure, 16 février 1289.

Dispensatio super matrimonio. (Reg. 44, c. 318, f. 72 r°; Potth., 22879.)

Dilectis filiis .. priori predicatorum ac .. guardiano minorum fratrum ordinum Brixiensibus mandat quatenus cum nobili viro Parisio dicto Maniavaccis, de Niarda, et nobili muliere Beatrice, uxore ejus, Brixiensis dioecesis, qui ad dioecesanum suum, propter inimicias, non possunt habere recursum, dispensent, ut in matrimonio olim ab ipsis, ignorantibus se quarto consanguinitatis gradu conjunctos esse, contracto, remanere valeant.

« Cum summus pontifex... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, xiiii kalendas martii, anno primo. »

489 Sainte-Marie-Majeure, 16 février 1289.

Dispensatio super matrimonio. (Reg. 44, c. 319, f. 72 r°; Potth., 22880.)

Eisdem mandat quatenus cum nobili viro Petro dicto Maniavaccis, de Niarda, et nobili muliere Adelasia, uxore ejus, Brixiensis dioecesis, qui ad dioecesanum suum, propter inimicitias, non possunt habere recursum, dispensent, ut in matrimonio olim ab ipsis contracto, ignorantibus impedimentum existere ex eo quod eadem Adelasia, tunc constituta in juvenili aetate, per verba de praesenti tradita fuit a suis parentibus in uxorem cuidam qui ipsi Petro in quarta consanguinitatis linea attinebat, quique antequam ulla inter ipsum et eam carnalis copula subsecuta esset, mortuus est, remanere valeant. eorumque filii et filiae sint legitimi.

« Exposita coram nobis... — Dat. ut supra. »

490 Sainte-Marie-Majeure, 15 février 1289.

Dispensatio pro matrimonio. (Reg. 44, c. 320, f. 72 v°, Potth., 22878.)

.. *priori predicatorum et .. guardiano minorum fratrum ordinum Halberstadensibus* mandat quatenus cum nobili viro Siffrido, nato Henrici, comitis de Blaubenburgi, et Lutgarde, filia nobilis viri Conradi, comitis de Weringe-

rode, Halberstadensis dioecesis, dispenset, ut, non obstante quarto consanguinitatis gradu quo conjuncti sunt, ad sedandas inimicitias inter progenitores ipsorum exortas, matrimonium inter se contrahere valeant.

« Exposita coram nobis... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, xv kalendas martii, anno primo. »

491 Sainte-Marie-Majeure, 19 février 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 321, f. 72 v°; Lap. du Theil, I, 143.)

.. *decano ecclesie Bajocensis.* Indulgentiam concedit centum dierum omnibus vere poenitentibus et confessis qui capellam domicilii dicti decani, quae S. Thomae martyris est vocabulo insignita, in ipsius martyris et Nativitatis ac Decollationis S. Johannis Baptistae festivitatibus, et usque ad octo dies festa ipsa sequentes, annis singulis devote visitaverint.

« In sanctorum festivitatibus... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, xi kalendas martii, anno primo. »

492 Sainte-Marie-Majeure, 20 février 1289.

Licentiam visitandi monasterium de Garda beatae Mariae conceditur Johannae, comitissae Blesensi. (Reg. 44, c. 322, f. 72 v°; Lap. du Theil, I, 130; Potth., 22883.)

Dilecte in Christo filie nobili mulieri Johanne, comitisse Blesensi. « Ex devotionis tue... Ut monasterium de Garda beate Marie, ordinis Sancte Clare, Carnotensis diocesis, quod quondam Johannes, comes Blesensis, pater tuus, propriis sumptibus fundasse dicitur pariter et dotasse, tuque ad idem monasterium gerens ex hoc pie devotionis affectum, de bonis tuis eidem monasterio plura bona, pietatis intuitu, diceris contulisse, cum octo honestis matronis, quinquies in anno ingredi valeas, dummodo tu et ipse matrone infra domos habitationi sororum ipsius monasterii deputatas non edatis, vel iam pernoctetis... indulgemus... Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, x kalendas martii, anno primo. »

493-499 Sainte-Marie-Majeure, 12 février 1289.

Garsias ecclesiae Yspalensi praeficitur in electum. (Reg. 44, c. 323, f. 73 r°.)

Garsie, electo Yspalensi. Mortuo R., archiepiscopo Yspalensi, capitulum Fernandum, decanum ejusdem ecclesiae, elegit in suum archiepiscopum, sed Honorius papa primo, deinde ipse Nicolaus cassaverunt hanc electionem; quare praesentibus litteris papa Garsiam, tunc archidiaconum Vervecensem in ecclesia Burgensi, praeficit in archiepiscopum Yspalensi ecclesiae.

« Inter cetera que... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, ii idus februarii, anno primo. »

In e. m. Fernando, decano, et capitulo ecclesiae Yspalensis, mandat quatenus praedicto electo obedientiam debitam praebeant.

In e. m. clero civitatis et dioecesis Yspalensis.

In e. m. populo civitatis et dioecesis Yspalensis.

In e. m. universis vassallis ecclesiae Yspalensis.

In e. m. universis suffraganeis ecclesiae Yspalensis.

In e. m. .. regi Castellae et Legionis. Eum hortatur ad regium auxilium praedicto electo praebendum.

500 Sainte-Marie-Majeure, 5 février 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 324, f. 73 v°.)

Dilectis in Christo filiabus .. abbatisse et conventui monasterii Sancte Marie Monialium Capuani, ordinis Sancti Benedicti. Indulgentiam concedit centum dierum omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam praedicti monasterii in Assumptione beatae Mariae virginis devote visitaverint annuatim.

« Licet is de ... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, nonis februarii, anno primo. »

501-506 Sainte-Marie-Majeure, 12 février 1289.

Petrus ecclesiae Tyrasonensi praeficitur in electum. (Reg. 44, c. 325, f. 73 v°.)

Petro, electo Tyrasonensi. Mortuo Garsia, Tyrasonensis ecclesiae episcopo, capitulum ejusdem ecclesiae Lupum, decanum suum, elegit in Tyrasonensem episcopum, sed Nicolaus papa cassavit hanc electionem et Petrum, tunc Terraconensem archidiaconum, praeficit in episcopum Tyrasonensi ecclesiae.

« In suppreme dignitatis... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, ii idus februarii, anno primo. »

In e. m. .. decano et capitulo ecclesiae Tyrasonensis mandat quatenus praedicto electo obedientiam debitam praebeant.

In e. m. clero civitatis et dioecesis Tyrasonensis.

In e. m. universis vassallis ecclesiae Tyrasonensis.

In e. m. populo civitatis et dioecesis Tyrasonensis.

In e. m. .. archiepiscopo Terraconensi. Eum hortatur ad praedictum electum favorabiliter suscipiendum.

507 Rieti, 27 août 1288.

Abbati de Radingen usus mitrae conceditur. (Reg. 44, c. 326, f. 74 r°.)

.. *abbati et fratribus de Radingen.* Eidem abbati et successoribus ejus, ad instar Clementis papae III, usum mitrae et anuli, cirotecarum, dalmaticae, tunicae et sandaliorum concedit.

« Decor apostoli culminis... — Dat. Reate, VI kalendas septembris, anno primo. »

508 Sainte-Marie-Majeure, 15 février 1289.

De electione Henrici de Ponzono in Saonensem episcopum. (Reg. 44, c. 327, f. 74 r°.)

Dilectis filiis .. Sancti Gaudentii de Sancto Stephano de Coxano, Albensis diocesis, et Apostolorum monasteriorum abbatibus ac .. preposito ecclesie Astensis. Olim, vacante Saonensi ecclesia, major pars capituli Saonensis Henricum de Ponzono, archipresbyterum plebis de Millesimo, Albensis dioecesis, altera vero pars quondam magistrum Vassallum, canonicum ecclesiae Sanctae Mariae in Vineis Januensis, in Saonensem episcopum elegerunt, et N., Mediolanensis archiepiscopus, magistri Vassalli electione cassata, electionem Henrici confirmavit; sed ab hujusmodi sententia praedicto Vassallo ad sedem apostolicam appellante, Martinus papa Ancherum, tituli Sanctae Praxedis presbyterum cardinalem, dedit partibus auditorem. Hujus autem negotii durante processu mortuus est Vassallus; Henrico vero quaedam crimina in causa praedicta objecta fuerunt, videlicet quod erat incontinentiae ac symoniae vitiis irretitus et quod plura ecclesiastica beneficia, curam animarum habentia, sine dispensatione sedis apostolicae detinuerat, sed apud sedem apostolicam de hujusmodi criminibus non potuit veritas indagari. Quare papa praedictis abbatibus et praeposito mandat ut super articulis quos eis B., Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconus cardinalis, transmittit inquisita veritate, magistrum Henricum, si contra eum nihil probatum fuerit, in Saonensem episcopum confirment.

« Exposuit nobis dilectus... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, XV kalendas martii, anno primo. »

509 Sainte-Marie-Majeure, 20 février 1289.

Facultas absolvendi ab excommunicationis sententia. (Reg. 44, c. 328, f. 74 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Salamantino facultatem concedit absolvendi clericos ejusdem ecclesiae qui, in dissensionibus inter Alfonsum, regem Castellae, et Sanctium, ejus filium, regem Castellae et Legionis, existentibus, excommunicationis sententiam incurrerunt.

« Dudum inter clare... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, X kalendas martii, anno primo. »

510 Sainte-Marie-Majeure, 20 février 1289.

Ut supra. (Reg. 44, c. 329, f. 74 r°.)

Eidem facultatem concedit absolvendi clericos ejusdem ecclesiae « qui, pro detentione concubinarum, latam in tales generaliter per legatos sedis apostolice excommunicationis sententiam incurrerunt, ... proviso quod iidem concubinarii prorsus a se abitiant concubinas et de hiis vel aliis minime resumendis prestent ydoneam cautionem.

« Devotionis tue precibus... — Dat. ut supra. »

511 Sainte-Marie-Majeure, 13 février 1289.

Facultas eligendi confessorem. (Reg. 44, c. 330, f. 74 v°.)

Venerabili fratri Martino, episcopo Legionensi.

« Animarum salutem ex ... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, idibus februarii. anno primo. »

512 Sainte-Marie-Majeure, 13 février 1289.

Contra usurpatores bonorum monasterii Sancti Pauli de Urbe. (Reg. 44, c. 331, f. 74 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Penestrino et dilecto filio P., tituli Sancti Marci presbytero cardinali, mandat quatenus per excommunicationis et interdicti sententias, invocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachii saecularis, cogant nonnullos tam clericos quam nobiles ac milites et laicos de Urbe et circumpositae regionis, qui ecclesias, castra, casalia, terras, domos et possessiones alias, ad monasterium Sancti Pauli de Urbe spectantia, occupant, ut dicto monasterio eadem reddant et pro injuriis satisfaciant.

« In mentibus fidelium .. — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, idibus februarii, anno primo. »

513 Sainte-Marie-Majeure, 5 février 1289.

De quibusdam possessionibus monasterii Sublacensis in emphyteosim concedendis. (Reg. 44, c. 332, f. 74 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Anagnino et dilecto filio .. archipresbytero ecclesie Sancti Andree de Sublacu, Tyburtine diocesis, mandat ut de opportunitate inquirant petitionis qua .. abbas monasterii Sublacensis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis Sancti Benedicti, licentiam poscit faciendi silvas et loca alia inculta, ad monasterium dictum spectantia, redigi ad culturam, hancque concedendi in emphyteosim seu in feudum vel alio modo.

« Petitio dilecti filii... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, nonis februarii, anno primo. »

514 Sainte-Marie-Majeure, 20 février 1289.

Auximanis omnia privilegia et libertates restituuntur, quae, adherendo Manfredo, principi Tarentino, perdiderant. (Reg. 44, c. 333, f. 75 r°; Potth., 22882.)

Dilectis filiis .. capitaneo, consilio et communi Auximanis, ad instar Urbani IIII, confirmat quicquid quondam M., Veronensis electus, tunc ducatus Spoletani et marchiae Anconitanae rector, eis concessit, privilegia et libertates quae, adherendo Manfredo, principi Tarentino, perdiderant, restituendo. — Praedictus rector eorum terram et personas sub apostolicae sedis protectione suscepit; omnes injurias et offensas, quas, assistendo eisdem Manfredo, commiserant, stipendia quoque et salaria, si qua eorum aliqui ab aliquibus personis seu locis, dum essent sub ejusdem persecutoris dominio, minus licite recepissent, illa videlicet quorum restitutio deberet ipsi ecclesiae provenire, eis remisit; a poenis et bannis quibuslibet, propter impensum favorem eisdem persecutori et fautoribus ab ipsis debitis, et a poena etiam, si qua propter dampna et injurias irrogata in personis et rebus quondam Octonis de Palatio et officialium suorum foret eis per sedem apostolicam infligenda, eos absolvit; liberam eis facultatem, cum expedierit, aliquem fidelem ac devotum ecclesiae ad terrae ipsorum regimen eligendi, concessit. Ceterum memoratus rector Montisazani, Casaroli, Montisfiliorum, Optrami, Casarum, Montisfani et Cerlongi villas, cum earum pertinentiis omnibus, quas dicebantur Auximani possidere, eis concessit; pacta et conventiones inter eos et earumdem villarum homines habita confirmavit. Praeterea castra comitatus eorum in quibus, eo tempore quo Anchonitana marchia per praedictam ecclesiam regebatur, parlamentum et exercitum habuisse dicuntur, in ea quasi possessione qua illa ipso tempore habebant, eis voluit conservari. Ad haec nominatus rector, privilegia, concessiones et donationes quaecumque hactenus per dictum persecutorem, sive quoscumque invasores et occupatores praedictae marchiae de castris seu villis praefati comitatus, praesertim de castro Staffali, communi Esino aut cuilibet alii universitati vel locis sive personis aliquibus facta cassans et irritans, promissiones et pacta inter commune Esii ex parte una et quosvis de comitatu seu villis praedictis ex altera inita super juribus, jurisdictionibus, dominiis, servitiis in eisdem comitatu et villis debitis decrevit similiter esse cassa. Primas insuper causas tam civiles quam communales in curia Auximani communis examinari et decidi, ac statuta quaedam per Auximanos contra usurarios edita, prout sine pravitate sunt facta, observanda statuit, sicut in praedicti rectoris litteris inde confectis plenius continetur.

« Exhibita nobis vestra... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, x kalendas martii, anno primo. »

515 Sainte-Marie-Majeure, 9 février 1289.

Quasdam possessiones monasterii Sancti Victoris Massiliensis confirmat et earum habitantes in sua protectione admittit. (Reg. 44, c. 334, f. 75 r°; Lap. du Theil, 145.)

Dilectis filiis .. abbati et conventui monasterii Sancti Victoris Massiliensis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti. « Justis petentium desideriis... Portum, ripas et terras eidem portui ex parte vestri monasterii adjacentes, usque ad columpnam fixam in via que vocatur Calata, sicut ea omnia juste ac pacifice possidetis, vobis et per vos eidem monasterio vestro, ad instar felicis recordationis Honorii pape III, predecessoris nostri, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, habitantes nichilominus et habitaturos in eis sub beati Petri et nostra protectione specialiter admittentes. Ad inditium autem hujusmodi confirmationis et protectionis a nobis percepte, singule habitationes locorum ipsorum denarium unum census nomine, prout vos liberaliter obtulistis, annuatim ecclesie romane persolvent... Dat. Rome

apud Sanctam Mariam Majorem, v idus februarii, anno primo. »

516 Sainte-Marie-Majeure, 9 février 1289.

De receptione fratrum in prioratibus monasterio Sancti Victoris Massiliensi subjectis. (Reg. 44, c. 335, f. 75 v°; Lap. du Theil, I, 146.)

Eisdem, ad instar Gregorii IX, confirmat statutum prohibens ne in prioratibus eisdem immediate subjectis ullus recipiatur per priores in clericum et in fratrem absque eorum licentia speciali.

« Cum a nobis ... — Dat. ut supra. »

517 Sainte-Marie-Majeure, 25 février 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 336, f. 75 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam concedit unius anni et quadraginta dierum omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam Salamantinam, in beatae Mariae virginis, in cujus honorem praedicta ecclesia est constructa, festivitatibus et usque ad octo dies immediate sequentes devote visitaverint.

« Vite perempnis gloria ... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, v kalendas martii, anno secundo. »

518 Sainte-Marie-Majeure, 15 février 1289.

De electione Werneri in abbatem monasterii Sancti Beati, Treverensis dioecesis. (Reg. 44, c. 337, f. 75 v°.)

Dilecto filio .. Sancti Martini Treverensis et .. de Lacu, Treverensis diocesis, monasteriorum abbatibus mandat quatenus Trevirense capitulum requirant ut de electione Werneri, monachi monasterii Sancti Beati, ordinis sancti Benedicti, Treverensis dioecesis, in abbatem dicti monasterii facta post liberam resignationem Theoderici abbatis, inquirat, sicut ad ipsum, sede Treverensi vacante, spectat, et infra terminum competentem eandem electionem confirmet aut casset; vel, si hoc dictum capitulum non fecerit, ipsi faciant. — Hanc confirmationem nondum potuerat obtinere Wernerus, propter discordiam inter dictos canonicos exortam super constitutione facienda officialis seu vicarii qui, sedi vacante, spiritualem juridictionem exerceret.

« Ita sibi penitentia ... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, xv kalendas martii, anno primo. »

519 Sainte-Marie-Majeure, 13 février 1289.

Facultas absolvendi ab excommunicationis sententia. (Reg. 44, c. 338, f. 75 v°.)

Venerabili fratri M., episcopo Legionensi, concedit ut nonnullis clericis suae civitatis et dioecesis, qui excommunicationis sententias in clericos concubinarios tam a bonae memoriae Johanne, episcopo Sabinensi, tunc in partibus illis apostolicae sedis legato, quam a praedicto M., latas, incurrerunt, quorum quidam susceperunt sacros ordines et celebraverunt divina officia sic legati, absolvere possit, eis competenti injuncta poenitentia. Si vero aliqui ex eisdem excommunicatis scienter talia, non tamen in contemptu clavium, presumpserint, eos per biennium ab ordinum executione suspendeat et postmodum absolvat.

« Petitio tua nobis ... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, idibus februarii, anno primo. »

520-525 Sainte-Marie-Majeure, 12 février 1289.

Fredericus ecclesiae Ferrariensi praeficitur in episcopum. (Reg. 44, c. 339, f. 76 r°.)

Dilecto filio Frederico, electo Ferrariensi. Eum, tunc electum Yporiensem, ad Ferrariensem ecclesiam transfert.

« Inter sollicitudines ceteras ... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, II idus februarii, anno primo. »

In e. m. .. praeposito et capitulo ecclesiae Ferrariensis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, mandat quatenus praedicto electo obedientiam debitam praebeant.

In e. m. clero civitatis et dioecesis Ferrariensis.

In e. m. populo civitatis et dioecesis Ferrariensis.

In e. m. universis vassallis ecclesiae Ferrariensis.

In e. m. nobili viro .. marchioni Estensi. Eum hortatur ut eundem electum bene commendatum habeat.

526 Sainte-Marie-Majeure, 12 février 1289.

Confirmatio privilegiorum monasterio Sancti Victoris Massiliensi a Gregorio papa VII concessorum. (Reg. 44, c. 340, f. 76 v°.)

Dilectis filiis .. abbati et conventui monasterii Sancti Victoris Massiliensis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis Sancti Benedicti. Confirmat privilegium dicto monasterio a Gregorio papa VII concessum, cujus tenor talis est :

« Gregorius episcopus servus servorum Dei. Dilecto » in Christo filio Bernardo, abbati monasterii Sancte » Dei Genitricis semperque virginis Marie, domine » nostre, et beatorum apostolorum Petri et Pauli apud » Massiliam, ubi sacratissimum corpus beati Victoris » martiris requiescere creditur, ejusque successoribus » ibidem regulariter promovendis in perpetuum. Su- » perne miserationis respectu... Proinde, juxta petitio- » nem tuam, prefato monasterio, cui tu preesse dinos- » ceris, cum capellis circumjacentibus, videlicet Sancti » Petri qui vocatur ad paradisum et Sancti Andree » Sanctique Ferreoli, hujusmodi privilegia, presenti » auctoritatis nostre decreto, indulgemus, concedimus » atque firmamus, statuentes nullum regum vel impera- » torum, antistitum, nullum quacumque dignitate pre- » ditum, vel quemquam alium audere de hiis que eidem » venerabili loco a quibuslibet hominibus de proprio » jure jam donata sunt vel in futurum, Deo miserante, » collata fuerint, sub cujuslibet cause occasionisve spe- » cie, minuere vel auferre, et sive suis usibus applicare » vel aliis, quasi piis de causis, pro sue avaritie excu- » satione, concedere; sed cuncta que ibi oblata sunt vel » offeri contigerit, tam a te quam ab eis qui in tuo offi- » cio locoque successerint, perehenni tempore illibata et » sine inquietudine aliqua volumus possideri, eorum » quidem usibus, pro quorum sustentatione gubernatio- » neque concessa sunt, modis omnibus profutura. Nomina- » tim etiam confirmamus eidem monasterio Massiliensi » monasterium Sancti Honorati et Sancti Genesii apud » Arelatem, monasterium Sancte Marie et Sancti Veranii in » Valle Clusa, monasterium Sancte Marie de Grausello » apud Melancena, monasterium Sancte Marie apud » Sparonem, monasterium Sancte Marie de Mandanvis, » monasterium Sancti Maximini in comitatu Aquensi; et » in Yspaniis, monasterium Sancti Michaelis, quod voca- » tur ad Falli, et monasterium Sancti Sebastiani in Pene- » des; in civitate Agathensi, monasterium Sancti Andree » apostoli; in comitatu Ruthenensi, monasterium Vabrense » et monasterium Sancti Petri et Sancti Leontii; in pago » Albiensi, monasterium Sancte Segolene, quod vocatur » ad Grava; in Gabalitano, monasterium Sancti Martini, » quod dicitur Canonica; que, sicut a religiosis viris » didicimus, jam a religione monastica fuerant desti- » tuta, ut non solum Dei in illis opus regulariter minime » celebraretur, sed etiam pene pro deletis, quod dici » grave est, haberentur. Idcirco tuo illa monasteria » presenti auctoritate, cum omnibus ad se pertinenti- » bus, in perpetuum duximus unienda, admonentes ut » monachos in predictis monasteriis Massiliensis abbas » debeat deputare, qui et curam illic Dei diligenter ha- » beant et opus Dei regulari studeant instructione per- » agere, atque jam se in hiis, sicut convenit, exhibere, » ut nec illos de neglectu nec abbatem de minori solli- » citudine culpa confundat. Quicquid vero ad eadem » monasteria pertinere cognoscis, si ab aliquibus irra- » tionabiliter detinetur, ex hac nostra auctoritate repe- » tendi exigendique atque tuo monasterio vendicandi » habebis per omnia, Deo juvante, licentiam, quia » dignum est ut quorum curam geris, rebus nullo » modo frauderis. Sunt et alia monasteria que, studio et » labore tam tuo quam predecessorum tuorum, a secu- » lari conversatione ad regularem, Deo auxiliante, sunt » reducta, videlicet: in Yspaniis, monasterium Sancte » Marie, in loco qui dicitur Rivuspollens, et monasterium » Sancti Stephani, quod vocatur Balneolas; et in Tho- » losano, monasterium Sorisinum; in Albiensi, monas- » terium Sancti Benedicti, quod dicitur Castras, ubi » S. Vincentius levita et martir requiescere noscitur. » Volumus itaque, immo decernimus ut, ad ordinationem » atque correctionem eorum, tam tu quam successores » tui vicem sedis apostolice gerere debeatis; in quibus » si tales, quod absit, abbates inventi fuerint qui ab ea » qua nunc vigent religione exorbitaverint vel dignum » aliquid depositione commiserint, unde correctionis » nostre censuram subire contendant, diligentie vestre » sit episcopum, in cujus diocesi monasterium fuerit, ad » testimonium reatus illius vobis adhibere, et, com- » municato consilio, eorum rationabiliter convinctos a » regimine habito submovere, si autem episcopus de » ordinatione et mala vita non fuerit suspectus et infa- » matus, vel si forte causam illam malo ingenio magis » impedire quam secundum Deum voluerit pertractare; » quod si aliquis horum obstiterit, ne causa puniendi » reatus indiscussa pretereat, sollicitudinis vestre sit » eos ad examen apostolice sedis judicandos adducere, » quatenus, illis amotis, tales ibi, Deo auxiliante, debeas » ordinare, qui locis venerabilibus valeant digne preesse. » Confirmamus etiam eidem venerabili monasterio quic- » quid in salinis Massiliensi civitati adjacentibus simul- » que in portu, sive de navibus sive de piscatione, ad » jus ipsius monasterii, scilicet Massiliensis, pertinet, et » Revestum juxta portum, et cellas et castella, tam ea » que de antiqua ipsius monasterii possessione sunt » reddita, quam ea que a fidelibus de proprio sunt jure » collata, videlicet: in episcopatu Massiliensi, cellam » Sancti Justi, et cellam Sancti Mitri, et cellam Sancti » Michaelis in Plano, et cellam Sancti Johannis ad » Roccam Fortem, et cellam Sancti Petri juxta castrum » Auriola, et cellam Sancti Zacharie, et cellam Sancti » Damiani, et cellam Sancti Johannis de Regia; in

» episcopatu Arelatensi, cellam Sancti Victoris de Mariniana, et cellam Sancti Leodegarii, et cellam Sancti Victoris de Adana; et in Camargis, cellam de Villa Nova, et cellam Sancti Michaelis de Barcianides, et cellam in territorio castri Morisi; in episcopatu Aquensi, juxta ipsam urbem, cellam Sancti Petri; item cellam Sancti Petri de Gardana, et cellam Sancti Ypoliti, et cellam Sancti Martini de Trivolans, et cellam Sancti Saturnini de Gradasca, et cellam Sancti Antonini de Bayda, et cellam Sancti Servi; et in valle Tretis, cellam Sancti Petri de Favarico, et cellam Sancti Privati de Rosseto; item cellam Sancti Pontii de Podio Ripario; item cellam Sancte Trinitatis de castello Tretis; item cellam Sancte Marie ad Saltum; in valle Sancti Maximini, cellam Sancti Mitri; item cellam Sancti Eutherii apud castrum Brad; item cellam Sancti Stephani de Tornis; item in valle de Bruniolia, cellam Sancte Marie et Sancte Perpetue, et cellam Sancti Petri, cum ecclesiis circumjacentibus, videlicet Sancti Johannis, et Sancte Marie de Camps, et Sancti Benedicti de Gayrola; item cellam Sancti Stephani de Bruxo, et cellam Sancti Victoris apud Gondardum, cum portu adjacente et navigio, et cellam Sancti Victoris de Cucurmy; item cellam Sancti Petri de Azana, et cellam Sancti Petri de Laures; in valle Reliana, cellam Sancte Crucis, et cellam Sancti Mauritii, et cellam Sancti Mitri et Sancti Sepulcri; item apud Bellum Montem, cellam Sancte Marie; in episcopatu Forojuliensi, cellam Sancte Marie de Villa Crosa, cellam Sancte Marie de Villa Alta, cellam Sancti Antonini, cellam que dicitur Leuchim, cellam Sancti Petri de Arcubus, cellam Sancti Cassiani de Sala Laudamia, cellam Sancte Marie in Palaihono et cellam Sancti Pontii de Fraxineto, cellam Sancti Torpetis, cellam Sancti Martini de Rocca Bruna; in episcopatu Tolonensi, cellam Sancti Victoris de Insula, cellam Sancti Johannis de Ferleda, cellam Sancti Benedicti de Salinis apud Eiras, cellam Sancti Johannis de Petrafoco, cellam Sancte Marie de Serra, cellam Sancte Marie de Gareldo, cellam Sancti Pontii de Colobriera; item in episcopatu Forojuliensi, cellam Sancte Marie de Bariamono, cellam Sancti Auxilii, cellam Sancti Martini de Coira; in episcopatu Regiensi, cellam Sancti Martini de Lagminas, cellam Sancte Marie Sanctique Johannis de Aquina, que vocatur Saleta, cellam Sancti Mauritii de Moyrercha, cellam apud castrum quod vocatur Monasterium, cellam Sancti Stephani de Regena, cellam Sancti Petri de Arginzole, cellam Sancti Martini de Bromez, cellam Sancti Trophini, cellam apud Castellum Duplum, cellam Sancti Cassiani de Tavernas; in episcopatu Dignensi, cellam Sancti Michaelis in Monte Cursonis, cellam Sancti Martini de Solia, cellam de Caldol, cellam Sancti Apolinaris ad Clocher; in episcopatu Vapincensi, cellam Sancti Genesii de Dromone, cellam ad Ulmum Bel, cellam Sancti Asegii de Valerna, cellam Sancti Domnini in valle Toarzis, cellam Sancti Christofori ad Crosadas, cellam Sancti Clementis ad Tresolens, cellam Sancti Petri de Reonia; in episcopatu Sistaricensi, cellam Sancti Promarii de Forcalcer, cellam Sancti Marcellini de Niuzallas, cellam Sancte Marie de Mannasca; in episcopatu Aptensi, cellam Sancti Pauli, cellam Sancti Johannis de Campania, cellam Sancti Simphoriani; in episcopatu Cavallicensi, cellam Sancti Michaelis in Balma de Agolt, cum altera cella de Sancta Fide, cellam Sancti Juliani; in episcopatu Carpentoratensi, cellam Sancti Romani; in episcopatu Ebredunensi, cellam Sancti Victoris de Cadurgas, cellam ad Bredolla, cellam Sancte Marie Sanctique Johannis de Gigorns; in episcopatu Senecensi, cellam Sancte Marie de Petra Castellana, cellam de Bagaris, cellam Sancte Marie de Mura; in episcopatu Glandetensi, cellam Sancti Petri de Bonovillari, cellam in castello Penna, cellam Sancti Pontii de Annot; item cellam Sancti Cassiani, cellam Sancti Sepulcri ad Mugillos, cellam apud castrum Toramina; in episcopatu Ventiensi, cellam que dicitur ad Crotons, cellam Sancti Stephani de Gaterias, cellam Sancti Petri de Goleta, cellam apud castrum Grauleiras; in episcopatu Antipolensi, cellam Sancti Martini de Mognis, cellam Sancte Marie de Avinione; in episcopatu Nemausensi, cellam Sancti Petri de Vicano, cellam Sancti Martini de Ayras, cellam Sancte Marie de Savinana, cellam que vocatur ad Punctos; in episcopatu Magalonensi, cellam Sancti Nazarii de Nediol; in episcopatu Biterrensi, cellam Sancte Marie de Magalas, cellam Sancte Marie de Summardes; in episcopatu Narbonensi, cellam Sancte Marie de Serra; in episcopatu Tholosano, cellam que dicitur Mazeras; in episcopatu Albiensi, monasterium Sancte Marie de Ambilleto, cellam que vocatur Puzais, cellam Sancti Amantii de Cambors, cellam Sancti Prejecti, cellam Sancte Marie de Avinione, cellam que vocatur Romanor; in episcopatu Ruthenensi, monasterium Sancte Marie in Amilao, cellam Sancti Michaelis de Castello Novo, cellam Sancte Marie de Podiolo apud Cambolaz, cellam Sancti Salvatoris ad Gransoil, cellam Sancti Genesii super fluvium Olt, cellam que vocatur Fuaget, cellam Sancti Johannis ad Elnos; in episcopatu Gabalitano, monasterium Sancti Sal-

» vatoris de Chirac, cellam Sancti Fredaldi, cellam » Sancte Marie de Nabinals, cellam Sancti Petri de » Lebeiaco ; castella etiam que subscripta sunt et villas, » cum ecclesiis, prediis et pertinentiis suis, videlicet : » Cathedram, Cisaristam et Almis, et quicquid ad jus » prefati monasterii pertinet in Pennis, in Aureolo, » Orniono, Nantis, Lara, Madalgas, Cuia, Molina, » Signa, Belgensiaco, Solariis, Oliula, Sex Furnis, » Cuers, Castello Rogerii ; item Pennis de Gairola, » Novulas, Bruinola, Rochos, Oleiras, Porcils, Castel- » laru, Podionigro, Baida, Cabazia, Carnolas, Mota, » Ciliano, Ceralio, Grimaldo, Cugullino, Mola, Mora, » Papia, Berra, Bisaldunum et Scallam et Castellum » Novum de Gigorns. Hec ergo omnia et preterea, » sicut supra diximus, quecumque nunc habet atque in » futurum, Deo adjuvante, habere contigerit, in quibus- » libet rebus mobilibus et immobilibus, per hoc aposto- » lice auctoritatis privilegium prefato monasterio con- » firmamus et corroboramus, ne scilicet aliqua humana » temeritate inde aliquid auferatur, sed in sua integri- » tate omnia, custodiente Deo, sub tua tuorumque suc- » cessorum salubri ordinatione ac dispositione perma- » neant. Insuper eundem venerabilem locum tali etiam » libertate donamus, ut nullus imperator sive rex seu » dux seu marchio vel archiepiscopus aut episcopus, » sive aliqua humana potestas, super eum aliquam vio- » lentiam vel potestatem exercere presumat, neque, » obeunte abbate, alius ibi quacumque obreptionis astu- » tia ordinetur, nisi quem fratres ejusdem cenobii, cum » communi consensu, secundum timorem Dei, elegerint ; » et ad consecrandum eum ipsi fratres advocent episco- » pum quemcumque voluerint, nec quovis modo quisque » episcopus seu archiepiscopus locum ipsum seu capellas » supradictas, videlicet Sancti Petri et Sancti Andree et » Sancti Ferreoli, vel presbyteros ab abbate ibi constitutos » vel monachos ipsius monasterii excommunicare vel ju- » dicare audeat, sed semper sub tutela et emunitate » romana soliusque romani pontificis judicio consistentes, » omnipotenti Domino quieti et securi deserviant. A quo- » cumque etiam episcopo voluerint in opus consecratio- » num in ipso loco agendarum crisma, oleum sanctum » atque oleum infirmorum, necnon consecrationes alta- » rium et capellarum seu ordinationes monachorum tibi » tuisque successoribus ob ejusdem cenobii congrega- » tioni apostolica auctoritate concedimus... Dat. Late- » rani, IIII nonas julii, per manus Petri, sancte romane » ecclesie presbyteri cardinalis ac bibliothecarii, anno » septimo pontificatus donni VII Gregorii pape, in- » dictione secunda » (JAFFÉ, *Reg. Pont. Rom.*, 2e éd., 5134).

« Provisionis nostre debet... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, II idus februarii, anno primo. »

527 Sainte-Marie-Majeure, 12 février 1289.

Confirmatio privilegiorum monasterio Sancti Victoris Massiliensi a Calixto papa II concessorum. (REG. 44, c. 341, f. 77 vo.)

Eisdem confirmat privilegium plumbea bulla munitum, supradicto monasterio a Calisto papa II concessum, cujus tenor talis est :

« Calistus episcopus servus servorum Dei. Dilecto » filio Rodulfo, abbati venerabilis monasterii Sancti » Victoris Massiliensis, ejusque successoribus regula- » riter substituendis in perpetuum. Apostolice sedis auc- » toritate... Petitioni tue clementer annuimus et Sancti » Salvatoris monasterium, in loco qui Quiriacus dicitur » situm, quod, predecessore tuo Riccardo, tunc Massi- » liensi abbate, rogante et domino antecessore nostro » sancte memorie Urbano papa, qui presens ibi aderat, » jubente, a quam plurimis archiepiscopis et episcopis, » vice ipsius domini, dedicatum est, cum omnibus ec- » clesiis, terris et possessionibus ejus, ita liberum et » quietum tibi ac successoribus tuis et per vos Massi- » liensi cenobio permanere sanctimus, sicut ipsum a die » consecrationis sue, idem Riccardus et fratres Massi- » lienses tenuisse noscuntur. Cui nimirum Quiriacensi » monasterio dignitates omnes et libertates quas a prin- » cipio fundationis sue obtinuit, nos per presentis pri- » vilegii paginam confirmamus, statuentes ut ipsius loci » fratres crisma, oleum sanctum, consecrationes alta- » rium sive basilicarum et ordinationes monachorum » vel clericorum ab episcopo diocesano accipiant, si ca- » tholicus fuerit et si ea gratis et absque omni exactione » voluerit exhibere ; alioquin, pro eorumdem sacramen- » torum susceptione, catholicum quem maluerint antis- » titem adeant, qui, apostolice sedis fultus auctoritate, » quod postulatur indulgeat ; nec illius monasterii mo- » nachi ad Mimatensis episcopi concilium ire cogantur. » Sepulturam vero ipsius loci omnino liberam esse cen- » semus, ut eorum qui illic sepelliri deliberaverint de- » votioni et extreme voluntati, nisi forte ab episcopo pro » patenti culpa excommunicati sint, nullus obsistat. Ad » majorem quoque ipsius monasterii libertatem et pre- » dicti domni nostri Urbani pape reverentiam, consti- » tuimus ut nulli, nisi romano pontifici et legato ejus » cui specialiter ipse permiserit, facultas sit in eandem ec- » clesiam Sancti Salvatoris excommunicationis vel etiam » interdictionis proferre sententiam. Nullus etiam epis- » copus homines in eodem monasterio vel tota adjacente

The Institute of Mediaeval Studies LIBRARY Toronto

» villa degentes a servitio monachorum dimoveat et in » expeditionem quamlibet vel communiam exire com- » pellat. Quecumque autem bona et quascumque posses- » siones idem monasterium vel in presenti legitime pos- » sidet vel in futurum in Mimatensi episcopatu sive in » aliis locis juste ac canonice, largiente Domino, acqui- » sierit, firma ei et illibata permaneant.... Dat. Laterani, » per manum Hugonis, sancte romane ecclesie subdia- » coni, III idus aprilis, indictione prima, Incarnationis » dominice anno M.C.XXIII, pontificatus autem donni » Calixti secundi pape quinto » (CART. S. VICTORIS, n° 851; JAFFÉ, 1re éd., 5140*).

« Provisionis nostre debet... »

528 Sainte-Marie-Majeure, 12 février 1289.

Confirmatio privilegiorum monasterio Sancti Victoris Massiliensi ab Urbano papa II concessorum. (REG. 44, c. 342, f. 78 r°.)

Eisdem confirmat privilegium plumbea bulla munitum praedicto monasterio ab Urbano papa II concessum, cujus tenor talis est :

« Urbanus episcopus servus servorum Dei. Dilecto » in Christo fratri et compresbytero Riccardo, sancte » romane ecclesie cardinali et Massiliensi abbati, » ejusque successoribus regulariter substituendis in » perpetuum. Justis votis assensum... petitioni tue » duximus annuendum non immerito ut in eisdem mo- » nasteriis disponendis, abbatum scilicet ordinationibus » ac correctionibus, nostras tibi tuisque legitimis succes- » soribus vices committere debeamus, sicut predecessori » tuo venerabili viro Bernardo ab apostolice memorie » Gregorio, predecessore nostro, comisse sunt, et a re- » ligiosis episcopis ac principibus confirmate, in quorum » parrochiis ipsa habentur monasteria, videlicet : monas- » terium Sancte Marie de Riupol, in episcopatu Auso- » nensi; in Girundensi, monasterium Sancti Stephani de » Balneolis et Sancti Petri de Bisalduno; in Elnensi, mo- » nasterium Sancti Michaelis de Coxiano; in Bigoritano, » monasterium Sancti Savini et Sancti Severi; in » Albiensi, monasterium Sancti Benedicti de Castris, » ubi beatus Vincentius levita et martir requiescit; in » Tholosano episcopatu, monasterium Sancte Marie de » Sorizino; in Rothenensi, monasteria Sancti Amantii » et Vabrense; in Carcassonensi (1), monasterium Sancte » Marie de Grassa; in Nemausensi, monasterium Sancti » Petri de Psalmodio; in Arelatensi, Sancti Petri de » Monte Majori; in quibus omnibus, defuncto abbate, » tibi tuisque successoribus cura sit, communi reli- » giosorum fratrum consilio, de ipsorum congrega- » tione regulariter eligere successorem; quod si inter » ipsos huic regimini nequiverit ydoneus inveniri, de » vestra, id est Massiliensi, congregatione sibi abbatem » assumant, unde restitutionis sue ac religionis videntur » sumpsisse principia. Si vero, quod absit, ordinatus » abbas a sui ordinis rectitudine deviaverit, vestra in- » tererit, cum parrochiani episcopi consilio, abbatis ip- » sius delicta regulari austeritate corrigere; qua in re » episcopis ipsis non liceat vobis aliqua pravitate resis- » tere. Porro ea que per episcoporum concessionem, » per principum liberalitatem vel per oblationem fide- » lium tua strenuitas acquisivit, nos tibi tuisque successo- » ribus, ad usum fratrum vestrorum perpetuo possidenda, » presentis decreti auctoritate firmamus, salva episcopo- » rum canonica reverentia, videlicet : juxta Avinionem » civitatem, cellam Sancti Saturnini; in episcopatu Uze- » tico, Sancti Mametis cellam; in archiepiscopatu Aquensi, » parrochialem ecclesiam de Tretis, et parrochialem de » Afivel, et parrochiam de Boc, et de Cauda Longa, cum » eodem castro, parrochiam de Roseth, ecclesiam pres- » byteralem de Esparron, et de Artiga, castrum de Papia » juxta Marinianam, cum portu de Bagneras, parro- » chiam de Cofors; in Forojuliensi, ecclesiam parrochia- » lem de Grimal, parrochiam de Arx et de Flaiosco, eccle- » siam Sancti Petri, cum parrochiali ecclesia de Salernis, » ecclesiam Sancte Marie, cum alia contigua ecclesia de » Cabazia, parrochiam de Luch; in Carpentoratensi » episcopatu, ecclesiam Sancti Felicis; in Ebredunensi ar- » chiepiscopatu, parrochiam de Turrias; in Vapicensi, ec- » clesiam Sancti Eregii in castro de Medoilo; apud Januam » Sancti Salvatoris cellam, in proprio Massiliensis cenobii » jure constructam; in Sardinia, in Galurensi episcopatu, » ecclesiam Sancti Stephani de Posada, cum ceteris ec- » clesiis quas tam episcopus quam judex Massiliensi mo- » nasterio contulerunt; in Calaritano judicatu, ecclesiam » Sancti Luciferi, cum subjectis ecclesiis, ecclesiam Sancte » Kateline in Semelia; monasterium quoque Sancti » Saturnini et Sancti Antiochi, a Calaritano episcopo vo- » bis traditum, in perpetuum vestro cenobio confirma- » mus, ita videlicet ut pro decreto quod a nobis venera- » bilis idem frater noster et coepiscopus Hugo promeruit, » supra episcopalis obedientie jus, nichil sibi in eis Ca- » ralitani episcopi debeant vendicare. Episcopis autem » interdictum volumus ne, inconsultis vobis aut locorum » prepositis, loca vestra vel ecclesias excommunicent » aut interdicant. Porro in ecclesiis interdictis vobis li- » centiam indulgemus, cum ad ea loca veneritis, seor- » sum divina officia celebrare... Dat. Placentie per

(1) *Ms.* Carcassen.

» manum Johannis, sancte romane ecclesie diaconi car-
» dinalis, II nonas aprilis, indictione tertia, anno do-
» minice incarnationis M.L.XXXX. sexto, pontificatus
» autem donni Urbani secundi pape octavo » (JAFFÉ, 1re éd., 4160, 2e éd., 5560).

« Provisionis nostre debet... »

529 Sainte-Marie-Majeure, 9 février 1289.

Confirmatio litterarum quibus Johannes papa XVIII, confirmat et sub protectione sua assumit bona monasterii Sancti Victoris Massiliensis. (REG. 44, c. 343, f. 78 vo; MARINI, *Papiri Diplomatici*, no XLI, p. 64.)

Eisdem. « Provisionis nostre debet provenire subsidio ut jus suum cuilibet conservetur. Sane quoddam privilegium felicis recordationis Johannis pape, predecessoris nostri, monasterio vestro concessum, in papiro vel junco conscriptum, plumbea ipsius predecessoris bulla munitum, in cujus bulle tipario apostolorum Petri et Pauli non erant capita designata, sed quedam littere, que significare ipsorum nomina videbantur, in alio etiam ipsius bulle tipario, licet predecessoris ejusdem esset nomen signatum, non tamen quotus esset exprimebatur, ibidem per te, fili abbas, exhibitum coram nobis, etc., ut supra usque. Tenor autem ipsius privilegii talis est :

« Johannes episcopus servus servorum Dei. Gifredo
» venerabili abbati et omnibus fratribus de monasterio
» Sancti Victoris, dilectissimis filiis nostris spiritua-
» libus, salutem et gratiam insuper et benedictio-
» nem apostolicam. Consuetudo fuit nostrorum ante-
» cessorum pontificum subvenire omnibus ad se
» propter bonum opus convenientibus, illam quoque
» bonam consuetudinem, quam in illis audiendo et vi-
» dendo cognovimus, cum omni devotionis studio con-
» servare debemus, ut, agnoscens nos Dominus suum
» velle perficere, reddat nobis vicissitudinem cum ab hac
» presenti vita nos subtraxerit. Voluimus itaque ut mo-
» nasterium Sancti Victoris, cum omnibus monachis et
» reliquis Deo servientibus ibidem permanentibus, sem-
» per honorabiliter permaneat, ita ut omnia sua, que
» eidem monasterio pertinet, quiete et pacifice teneat.
» Cellas quoque sibi subjectas, cortes et villas et reliqua
» loca sibi pertinentia per apostolicam auctoritatem ei
» confirmamus ammodo et usque in perpetuum, ita ut
» nulla magna parvaque persona audeat unquam ali-
» quam molestiam inferre ex omnibus, que pertinet pre-
» dicto monasterio, et qui inferre presumpserit, ex auc-
» toritate omnipotentis Dei et beati Petri apostoli et nos-
» tra sciat se esse excommunicatum et maledictum,
» insuper a communione et ab ecclesia separatum, et
» cum Juda et diabolo in atrocissimis penis perpetualiter
» dampnatum. Johannes, sancte catholice et apostolice
» ecclesie apostolicus presul, hoc dedit privilegium, ut
» nullus metropolitanorum, nullus episcoporum, nullus
» comes, nec vicecomes, nec ulla magna parvaque per-
» sona aliquid audeat auferre de rebus monasterii Sancti
» Victoris, nec ullum judicium, nec placitum audeat
» facere nec tenere, nec infra monasterium, nec in to-
» tam terram Sancti Victoris, que hodie habet et in antea
» habebit, nec ullus abba jam introeat in monasterio,
» nisi quem omnis congregatio elegerit. Et qui hoc pri-
» vilegium infringere voluerit, non valeat, sed componat
» in vinculo auri optimi libras centum; insuper iram
» omnipotentis Dei incurrat et sit excommunicatus ex
» auctoritate S. Petri apostoli et nostra et sanctorum
» trecentorum patrum. Et hoc privilegium firme et stabile
» permaneat. Bene valete. Petrus scriniarius scripsit. »
Decernimus igitur ut hujusmodi ipsius privilegii transcriptum illam vim et eundem vigorem habeat per omnia per se solum exhibitum in judicio et extra judicium, quem originale privilegii obtinet supradicti, et quod ei adhibeatur fides sicut originali adhiberetur eidem. Nulli ergo, etc., nostre annotationis et decreti, etc. — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, v idus februarii, anno primo. »

530 Sainte-Marie-Majeure, 12 février 1289.

Confirmatio privilegiorum monasterio Sancti Victoris Massiliensis ab Urbano II concessorum. (REG. 44, c. 344, f. 78 vo.)

Eisdem confirmat privilegium, aurea bulla munitum, ab Urbano papa secundo praedicto monasterio concessum, cujus tenor talis est :

« Urbanus episcopus servus servorum Dei. Caris-
» simo fratri Richardo, sancte romane ecclesie pres-
» bytero cardinali et cenobii Massiliensis abbati,
» ejusque successoribus legitime promovendis in per-
» petuum. Potestatem ligandi atque... Tibi, frater di-
» lectissime R., tuisque successoribus regulariter
» substituendis hujusmodi privilegia, per presentem
» decreti nostri paginam, indulgemus, constituentes
» ut queque hactenus cenobium vestrum legitime
» canoniceque possedit, queque in crastinum eodem
» tenore acquirere poterit, integra tibi et illibata tuisque
» successoribus maneant, eorum usibus pro quorum sus-
» tentatione et gubernatione concessa sunt omnimodis
» profutura. Portum igitur Massiliensem et piscarias et
» salinas et omnia vobis confirmantes in perpetuum pos-
» sidenda, que nostrorum privilegiis predecessorum vi-

» dentur nunc vestro cenobio attributa. Confirmamus » preterea vobis, in episcopatu Tarbensi, monasterium » Sancti Savini et monasterium Sancti Severi in » Rusta; in Narbonensi suburbio, monasterium Sancte » Marie super fluvium Azde; in episcopatu Tholo- » sano, monasterium Sancte Marie de Castellione; » in episcopatu Magalonensi, cellam Sancti Michaelis » in Brugeres; in Aquensi, Sancte Marie de Brusa et » ecclesiam Sancte Marie parrochialem de Brungnola; in » Forojuliensi, ecclesiam Sancte Marie de Barjolis, cum » ecclesiis et omnibus pertinentiis earum. Cenobium » autem Sancti Servandi apud Toletum, quod idem » rex Ildefons romane ecclesie specialiter tradidit, tibi » tuisque successoribus nostra vice ordinandum regen- » dumque committimus, decernentes ut omnia ejusdem » cenobii bona ab omnium hominum jugo libera sint et » immunia, sive que nunc habet, sive que in futurum » juste habere poterit. Toletanus autem archiepiscopus, » si catholicus fuerit et gratiam atque communionem » hujusmodi apostolice sedis habuerit, et si gratis ac sine » pravitate facere voluerit, consecrationem clericorum » oratoriorumque ipsius cenobii faciet, nullum preter » hoc in eo dicionis jus habiturus. Sin autem aliquid » horum obstiterit, liceat fratribus quem voluerint ca- » tholicum episcopum expetere, et queque agenda sunt » nostra fultus auctoritate perficiet. Vestre itaque erit » industrie fratres in eodem loco regulariter ordinare, et » religionis disciplinam fratribus inculcare, et romane » ecclesie censum ex eodem cenobio quot annis decem » mancusos exolvere. Cenobium vero Sancti Petri quod » dicitur de Monte Majori, in archiepiscopatu Arelatensi, » et cenobium Sancte Marie de Grassa, in episcopatu » Carcasonensi (1), ita tibi tuisque successoribus per » presentem paginam committimus, sicut predecessoris » nostri sanctissimi viri Gregorii septimi privilegio » constat esse commissum. Porro cenobium vestrum hac » libertate donamus ut, te obeunte vel tuorum quolibet » successorum, nullus ibi quacumque subreptione substi- » tuatur, nisi quem fratres cum timore Dei regulariter » elegerint, ad quem consecrandum episcopum catholi- » cum advocent quem voluerint. Crisma, oleum sanctum, » oleum infirmorum, consecrationes altarium et capella- » rum, que infra nominate sunt, et ordinationes cleri- » corum ibidem commorantium ac monachorum, a quo- » cumque voluerint episcopo accipiant, in eodem etiam » loco, si necesse fuerit, celebranda. Nulli autem episcopo » aut archiepiscopo liceat locum ipsum vel ejus monachos » vel ei circum subditas cellas, id est Sancti Petri et » Sancti Andree et Sancti Ferreoli, presbyteros aliosve » clericos in eis ab abbate constitutos, excommunicare » vel judicare, preter ipsum abbatem aut ejus voluntatem; sed semper sub tutela et immunitate romana so- » liusque romani pontificis judicio consistentes, omnipo- » tenti Domino quieti securique deserviant. Nullus etiam » legatus hujusmodi apostolice sedis abbatem vel ipsius » loci monachos excommunicare vel ipsis aut monasterio » ipsi aliquid interdicere presumat, nisi ei aut a nobis » aut a nostris successoribus specialiter fuerit imperatum. Si quis autem archiepiscopus, episcopus, rex, » princeps, dux, marchio, comes, vicecomes vel persona » quelibet, clericalis aut laicalis, nostrum hoc privile- » gium temerare et res vestri cenobii temere invadere » vel suis usibus applicare presumpserit aut minuere, » secundo tertiove commonitus, si non congrue satisfe- » cerit, a Christi et ecclesie corpore cum auctoritate po- » testatis apostolice segregamus; conservantibus autem » pax a Deo et misericordia presentibus ac futuris secu- » lis conservetur. Amen, amen, amen. Dat. Rome, » per manus Johannis, sancte romane ecclesie diaconi » cardinalis et prosignatoris donni Urbani secundi pape, » x kalendas martii, indictione undecima, anno dominice » Incarnationis M.LXXX.VIIII, pontificatus ejusdem do- » mini pape primo » (Jaffé, 1re édit., 4029; 2e édit., 5392).

« Provisionis nostre debet... — Dat. Rome apud Sanc- » tam Mariam Majorem, II idus februarii, anno primo. »

(1) *Ms.* Carcason.

531 Sainte-Marie-Majeure, 9 février 1289.

Immunitates monasterio Sancti Victoris Massiliensi concessae. (Reg. 44, c. 345, f. 79 v°.)

Eisdem concedit, ad instar Innocentii papae IIII, quatenus nullum praejudicium libertatibus et immunitatibus ab apostolica sede eis concessis in posterum generetur, occasione constitutionis qua dictus Innocentius statuit ut « exempti, quantacumque gaudeant libertate, nichilominus tamen ratione delicti seu contractus aut rei de qua contra ipsos agitur rite possint coram locorum ordinariis conveniri, et illi quoad hoc suam in ipsis jurisdictionis, prout jus exigit, exercere. »

« Cum olim felicis... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, V idus februarii, anno primo. »

532 Sainte-Marie-Majeure, 28 janvier 1289.

De electione episcopi Avenionensis (Reg. 44, c. 346, f. 79 v°; Lap. du Theil, I, 147.)

Dilectis filiis .. priori de Armasanicis, Nemausensis dio-

cesis, et .. preposito ecclesie Vapincensis ac magistro Berengario Fredoli, doctori decretorum, capellano nostro, canonico Narbonensi. Vacante Avinionensi ecclesia per obitum Roberti, praepositus et capitulum ejusdem ecclesiae fratrem Raimbaudum de Dalfino, de ordine fratrum praedicatorum, in episcopum elegerunt; sed Ravolo, praecentore, Alasardo, operario, Bertrando Aymini, canonicis, et Bertrando de Auriaco, se gerente pro canonico ejusdem ecclesiae, se eidem electioni opponentibus, super ea quaestione Martinus papa primo, et deinde Honorius Hugonem, tituli sancti Laurentii in Lucina presbyterum cardinalem, partibus auditorem commiseserunt. Quo Hugone mortuo, Nicolaus papa eandem causam Johanni, Tusculano episcopo, commisit, et nunc praedictis priori, praeposito et capellano suo mandat quatenus testes, litteras et instrumenta, quae utraque pars, super articulis ab episcopo Tusculano eis cum interrogatoriis partium transmissis, producere voluerit, infra tres menses post receptionem praesentium examinent, litteras et instrumenta praedicta transcribi facientes; si alterutra partium testes, litteras et instrumenta alterius voluerit reprobare, testes qui super probatione hujusmodi producti fuerint infra duos menses praedictos tres menses immediate sequentes recipere ac examinare studeant, depositiones et omnia instrumenta ad sedem apostolicam transmissuri.

« Olim Avinionensi ecclesia... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, v kalendas februarii, anno primo. »

533 Sainte-Marie-Majeure, 23 janvier 1289.

Ecclesia de Jenulhaco monasterio de Sparnhaco, Caturcensis dioecesis, conceditur. (Reg. 44, c. 347, f. 79 v°; Lap. du Theil, I, 151.)

Venerabili fratri .. episcopo Caturcensi. Eum rogat quatenus ecclesiam de Jenulhaco, Caturcensis dioecesis, cum ipsam vacare contigerit, cujus proventus annui decem librarum turonensium valorem non excedunt, et in cujus parrochia nullus haberi dicitur habitator, priorissae ac monialibus monasterii de Sparnhaco, per priorissam soliti gubernari, ordinis S. Augustini, dictae dioecesis, in perpetuum concedat; quod monasterium, propter inundationes aquarum et influentiam fluminis vicini, Colimbriensis episcopus, propriis sumptibus, ad alium locum, ad dictum episcopum ratione personae suae spectantem, pro salute progenitorum suorum in eodem quiescentium transtulit et dotavit.

« Habet assertio venerabilis... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, x kalendas februarii, anno primo. »

534 Sainte-Marie-Majeure, 20 février 1289.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 44, c. 348, f. 79 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Theatino, mandat, ad preces nobilis mulieris Thomasiae, comitissae Manuspelli, quatenus, inquisitione competenti facta, cum Manerio dicto Abbate, fratre ejusdem Thomasiae, subdiacono Theatinae dioecesis, dispenset, ut dictus Manerius, non obstante defectu natalium quem patitur de conjugato genitus et soluta, possit in susceptis ordinibus ministrare et ad superiores promoveri, ita tamen quod ad beneficium curam animarum habens per dispensationem hanc minime admittatur.

« Ex parte dilecti... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, x kalendas martii, anno primo. »

535 Sainte-Marie-Majeure, 20 février 1289.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 44, c. 349, f. 80 r°.)

Eidem mandat, ad preces supradictae Thomasiae, quatenus cum Gentili, subdiacono, monacho monasterii Casinensis, dispenset, ut dictus Gentilis, non obstante defectu natalium quem patitur de conjugato genitus et soluta, possit in susceptis ordinibus ministrare, et ad regulares administrationes sui ordinis quae curam non habeant animarum dumtaxat, assumi valeat.

« Regularis ordinis professoribus... — Dat. ut supra. »

536 Rieti, 13 juin 1288.

Facultas conferendi beneficia. (Reg. 44, c. 350, f. 80 r°; Lap. du Theil, I, 153.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Arelatensi. Cum in ecclesia Arelatensi, ubi collegium personarum degentium sub observantia regulae S. Augustini institutum extitit ab antiquo, archipresbyteratus, praecentoria et sacristia, consueti canonicis Arelatensibus assignari, adeo in suis redditibus sint exiles ut nulli ex ecclesiae prefatae canonicis velint illos recipere, Arelatensi archiepiscopo indulget ut archipresbyteratum, praecentoriam, et sacristiam eosdem, cum vacaverint, canonicis

ecclesiae Arelatensis libere conferre possit, etiamsi iidem canonici aliquos prioratus ecclesiae subjectos, curam animarum habentes, obtineant.

« Desideriis tuis in... — Dat. Reate, idibus junii, anno primo. »

537 Sainte-Marie-Majeure, 13 décembre 1288.

Regula S. Benedicti monasterio Sanctae Mariae de Canneto, Soranae dioecesis, conceditur. (Reg. 44, c. 351, f. 80 v°.)

.. *abbati et conventui monasterii Sancte Marie de Canneto, ordinis Sancti Benedicti, Sorane diocesis*, confirmat concessionem qua P., archiepiscopus Montisregalis, tunc Soranus episcopus, eidem monasterio, ad nullam observationem regularem astricto, regulam Sancti Benedicti, et, accedente consensu capituli Soranae ecclesiae, portionem decimarum ad se vel successores suos spectantem de possessionibus quas dictum monasterium tunc obtinebat aut acquisiturum erat in futurum concessit.

« Cum a nobis... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, idibus decembris, anno primo. »

538 Rieti, 5 octobre 1288.

Licentia exercendi per alium jus visitationis. (Reg. 44, c. 352, f. 80 v°; Lap. du Theil, I, 155.)

Venerabili fratri M., episcopo Suessionensi, indulget ut ecclesias, plebes, prioratus et alia loca ecclesiastica, tam religiosa quam saecularia, suae dioecesis, quae propter infirmitatem personaliter non potest visitare, per aliquam personam possit, cum tempus visitationis ingruerit, visitare, atque moderatas procurationes, ratione visitationis hujusmodi debitas, pro se ac familiaribus et equis suis, in victualibus dumtaxat et absque fraude, a locis recipere valeat visitatis.

« Specialis devotio quam ... — Dat. Reate, III nonas octobris, anno primo. »

539 Rieti, 5 octobre 1288.

Licentia faciendi ecclesias et coemeteria per alium reconciliari. (Reg. 44, c. 353, f. 80 v°; Lap. du Theil, I, 156.)

Eidem. « Exigentibus devotionis meritis ... — Dat. ut supra. »

540 Sainte-Marie-Majeure, 15 février 1289.

Percivallo de Comitibus, quondam episcopo Paduano, remittitur solutio cujusdam summae pecuniae. (Reg. 44, c. 354, f. 80 v°.)

Venerabili fratri Percivallo de Comitibus, episcopo quondam Paduano, confirmat instrumentum, quo Bernardus, episcopus Portuensis, cum ipso Percivallo dispensat ut ad infrascriptae pecuniae solutionem non teneatur. — Olim ecclesia Paduana per obitum Johannis episcopi vacante, canonicorum ejus alii Johannem de Abbate, ipsius ecclesiae canonicum, elegerunt, alii praedictum Percivallum, tunc ejusdem ecclesiae canonicum, constitutum in minoribus ordinibus, postularunt in episcopum Paduanum; sed coram .. patriarcha Aquilegensi delato negotio, hic electionem cassavit, Percivallum in episcopum ecclesiae Paduanae praefecit, eum Johanni sex milia librarum bagatinorum seu venetorum parvorum pro expensis in hac quaestione factis solvere coegit, eumque ordinavit in presbyterum et in episcopum consecravit, licet Gaimarinus, canonicus plebis Silvae, Paduanae dioecesis, circa triduum ante hujusmodi consecrationem, contra dictum Percivallum ad sedem apostolicam appellasset, ei incontinentiae vitium et quaedam alia opponendo. Cum igitur fere post unum annum Gaimarinus ad sedem praefatam pro appellatione prosequenda accessisset, Honorius papa .. episcopo Castellano mandavit ut Percivallo administrationem ecclesiae interdiceret; dictus vero Percivallus omne jus, si quod ei ex eadem provisione fuisset acquisitum, sponte resignavit in manibus Honorii. — Hujus autem instrumenti tenor talis est :

« Venerabili in Christo patri Percivallo de Comitibus » de Padua, episcopo quondam Paduano, Bernardus, » miseratione divina episcopus Portuensis, salutem et » sinceram in Domino caritatem. Nuper vos in ... — » Dat. Rome, anno Domini M.CC. LXXXVIIII, III » nonas februarii, pontificatus domini Nicolai pape » IIII, anno primo. »

« Licet ea que... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, XV kalendas martii, anno primo. »

541-549 Sainte-Marie-Majeure, 31 janvier 1289.

Mathaeum ecclesiae Cretensi praeficit in archiepiscopum. (Reg. 44, c. 355, f. 81 v°.)

Venerabili fratri Matheo, archiepiscopo Cretensi. Vacante Cretensi ecclesia per obitum Leonardi archiepiscopi, quidam canonicorum Paganum, episcopum Chironensem, postularunt, alii Mathaeum de Venetiis, ecclesiae predictae canonicum, in archiepiscopum elegerunt,

Honoriusque papa, cum ecclesia Constantinopolitana, cui ecclesia Cretensis subjecta est, tunc vacaret, et in ipsa ejus capitulum non resideret, electionis et postulationis negotium ad se vocavit, Mathaeumque coram se citavit. Hic vero non comparuit, sed se in Cretensem archiepiscopum iterum eligi curavit. Verum postmodum Honorius Petro, qui fut interim in patriarcham Constantinopolitanum electus, vivavoce injunxit ut se nequaquam interponeret in praedicto negotio, et iterum Mathaeum coram se citavit, qui per procurationem omne jus, si quod ei ex dicta electione acquisitum fuisset, resignavit. Quare papa Mathaeum, ordinis fratrum praedicatorum professorem, ecclesiae Cretensi in archiepiscopum praeficit, eique per Johannem, episcopum Tusculanum, munus consecrationis impendi, et deinde per Mathaeum, Sanctae Mariae in Porticu, et Jacobum, Sanctae Mariae in Via Lata diaconos cardinales, palleum tradi facit, declarans Constantinopolitanae ecclesiae nullum per hoc in posterum praejudicium generari.

« In supreme dignitatis... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, II kalendas februarii, anno primo. »

In e. m. capitulo ecclesiae Cretensis mandat quatenus praedicto archiepiscopo debitam praebeat obedientiam.

In e. m. clero civitatis et dioecesis Cretensis.

In e. m. populo civitatis et dioecesis Cretensis.

In e. m. vassallis ecclesiae Cretensis.

In e. m. suffraganeis ecclesiae Cretensis.

In e. m. P., patriarchae Constantinopolitano. Eum rogat ut eidem archiepiscopo faveat.

In e. m. .. potestati et communi Paduanis, ut eidem archiepiscopo, ad conservanda bona et jura ejus in civitate eorum et districtu, auxilium impendant.

In e. m. nobili viro .. duci Venetorum, ut eidem archiepiscopo faveat.

550 Rieti, 7 octobre 1288.

Priori de Plateria Lugdunensi mandat quatenus Renaudum de Bessiaco, canonicum Lugdunensem, excommunicationis sententiam non incurrisse denuntiet, atque decanum et capitulum Lugdunenses ad restitutionem praedicto Renaudo omnium quae excommunicationis praetextu subtraxerunt, compellat. (Reg. 44, c. 356, f. 82 v°; Lap. du Theil, I, 169.)

.. *priori de Plateria Lugdunensi.* « Sua nobis Renaudus de Bessiaco, canonicus ecclesie Lugdunensis, petitione monuit quod in eadem ecclesia inter alia tale habetur statutum juramento vallatum, videlicet quod tam personatus quam dignitates in dicta ecclesia obtinentes ceterique canonici quam alii beneficiati ejusdem ecclesie qui terras, possessiones et obedientias, aut redditus et proventus ipsius ecclesie in portionibus eis a .. decano et capitulo assignatis, vel per quascumque alias divisiones sub annuo censu, seu refusionibus certe pecunie, bladi, seu cujuslibet alterius rei obtinent pro pagamentis, que *paya* vulgariter nuncupatur, refectoriis, anniversariis, fabrica ejusdem ecclesie, ac elemosinis faciendis, nisi censum et refusiones hujusmodi, sine cujuslibet recompensationis obstaculo, certis ad hoc ordinatis terminis, solverint annuatim, vel si quemvis ipsorum per ignorantiam ab hujusmodi solutione cessare contingat, nisi infra septem dies postquam id ad ejus notitiam pervenit de celeri sibi super hoc solutione provideat, ceteris penis subjaceant in eodem statuto contentis; felicis quoque recordationis Gregorius papa X, predecessor noster, auctoritate apostolica hujusmodi statutum confirmans, in corroborationem ipsius adiciendo, inter cetera ordinavit ut possessiones, obedientias, redditus et proventus hujusmodi, ut predicitur, obtinentes, si per unum mensem a fine singulorum predictorum terminorum computandum in ipsorum censuum et refusionum solutione cessarent, excommunicationis sententiam incurrerent ipso facto; cumque postmodum predictus Renaudus in remotis partibus insisteret studio litterarum, ex divisione quarumdam terrarum, tunc per mortem quondam Guidonis de Tierno, ecclesie memorate precentoris, ibidem vacantium, per .. decanum et capitulum ejusdem ecclesie sibi fuisset quedam petitio assignata, pro qua idem Renaudus annuum censum tertie partis unius bicheti siliginis, valorem annuum duodecim denariorum viennensium minime attingentis, elemosine dicte ecclesie solvere tenebatur, quia Pontius de Vallibus, perpetuus capellanus ipsius ecclesie, qui etiam ex commissione dictorum decani et capituli fabrice ejusdem ecclesie curam gerit, procurator ipsius Renaudi, ad solvendum omnia debita et refusiones dicti R. et ejus procuranda negotia in dicta ecclesia constitutus, dictum censum statuto termino non persolvit, licet postmodum idem Renaudus, quamcito id ad ejus pervenit notitiam, prefatum censum eidem elemosine integre persolvisset, decanus et capitulum supradicti, precipue .. precentor, .. sacrista et prepositus ejusdem ecclesie, falso asserentes predictum Renaudum propter hoc prefatas excommunicationis sententias et penas alias incurrisse, ipsum occasione hujusmodi ad communes tractatus capituli et celebrationem divinorum ac alia jura sibi in eadem ecclesia competentia admittere, ac ei partem terrarum, fructuum et proventuum medio tempore in ecclesia ipsa vacantium, de jure contingentem eundem, exhibere denegant minus juste. Quare

dictus Renaudus nobis humiliter supplicavit ut providere sibi super hoc paterna sollicitudine dignaremur. Quocirca discretioni tue de utriusque partis procuratorum assensu per apostolica scripta mandamus quatenus, vocatis qui fuerint evocandi, audias hinc inde proposita, et, si tibi constiterit ita esse aliudque canonicum non obsistat, denunties ipsum Renaudum propter hoc excommunicationis sententiam minime incurrisse dictisque penis nullatenus subjacere; decanum vero et capitulum ac alios supradictos, quod ipsum ad tractatus et alia jura predicta admittant eique portiones de terris, fructibus et proventibus hujusmodi sibi debitas exhibeant, et de subtractis sibi exinde fructibus satisfaciant, ut tenentur, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, previa ratione, compellas. Dat. Reate, nonis octobris, anno primo. »

551 Rieti, 8 juin 1288.

Licentiam concedit fratribus Poenitentiae Jesu Christi de Venetiis alienandi ipsorum possessiones. (Reg. 44, c. 357, f. 82 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Castellano mandat quatenus fratribus Poenitentiae Jesu Christi licentiam concedat vendendi Johanni dicto Blanco de Venetiis, laico, ecclesias, domos et locum quae habent Venetiis, non obstante quod Gregorius papa in generali concilio Lugdunensi statuit ut professores ejusdem ordinis, nec de novo domum aut aliquem locum acquirere, nec domos seu loca quae habebant alienare valerent.

« Porrecta nobis dilecti... — Dat. Reate, VI idus junii, anno primo. »

552 Sainte-Marie-Majeure, 1er février 1289.

Maynardus, dux Carintiae et comes Tyrolensis, complicesque ejus coram sede apostolica citantur. (Reg. 44, c. 358, f. 83 r°.)

Dilectis filiis .. abbati monasterii Sancte Justine et .. archipresbytero ecclesie ac .. vicario venerabilis fratris nostri .. episcopi Paduani. Cum Maynardus, dux Carinthiae et comes Tyrolensis, jam bis H., episcopum Tridentinum, tum per .. marescalcum suum, tum per satellites suos captum, in carcere detinuisset, et cum multitudine armatorum civitatem Tridentinam et alia loca ad episcopalem sedem vel ejus vassallos pertinentia occupavisset, ipse episcopus civitatem et dioecesim supposuit interdicto; verum Gotscalcus, decanus, Adelprectus, quondam scriptor dicti comitis, et Jacobus dictus Comes, canonici ecclesiae Tridentinae, ac Rudolphus dictus Magister de Misna, clericus, qui se gerit pro canonico ecclesiae Tridentinae, in dicta civitate et dioecesi divina officia publice celebrarunt, et tam iidem decanus et canonici et clerici quam quondam Bonifacius et quondam Fredericus ac Willelmus fratres de Castelbartho, Henricus de Rotburg, magister curiae comitis, et Geremias quondam Aprovini de Castelnovo, laici, ad hanc occupationem auxilium praebuerunt, et nunc tam comes quam filii Bonifatii et Frederici et alii supradicti supradicta loca occupant. Quare papa praefatis abbati, archipresbytero et vicario mandat quatenus Maynardum et complices ejus, clero et populo congregatis, publice citent ut infra duos menses apostolico se conspectui praesentent.

« Detestande presumptionis excessus... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, kalendis februarii, pontificatus nostri anno primo. »

553-557 Sainte-Marie-Majeure, 31 janvier 1289.

Munaldus ecclesiae Auximanae praeficitur in episcopum. (Reg. 44, c. 359, f. 83 v°; Potth., 22868*.)

Dilecto filio Munaldo, episcopo Auximano. Auximana ecclesia per translationem B. ad Penestrinam ecclesiam vacante, cum capitulum eidem B. unanimiter potestatem concessit providendi praedictae ecclesiae de pastore, hic primo M., priorem Sanctae Crucis Fontis Avellanae, et demum, eodem M. recusante, Munaldum, subdiaconum papae, tunc canonicum Carnotensem, in episcopum Auximanum elegit; quam electionem per B., Portuensem episcopum, et H., tituli Sanctae Sabinae presbyterum, et P., Sancti Eustachii diaconum cardinales, examinatam, confirmat papa.

« Inter insidentium cordi... — Dat Rome apud Sanctam Mariam Majorem, II kalendas februarii, pontificatus nostri anno primo. »

In e. m. capitulo Auximano mandat quatenus eidem episcopo debitam praebeat obedientiam.

In e. m. clero civitatis et dioecesis Auximanae.

In e. m. populo civitatis et dioecesis Auximanae.

In e. m. universis vassallis ecclesiae Auximanae.

558 Sainte-Marie-Majeure, 20 février 1289.

Fundatio hospitalis pauperum prope castrum Montispulziani, Clusinae dioecesis. (Reg. 44, c. 360, f. 83 v°.)

Nicolaus, etc. Dilecto filio Angelo Dainensi, rectori hospitalis pauperum prope castrum Montispulziani, Clusine diocesis, salutem, etc. Confirmat instrumentum quo P., Clusinus episcopus, de cujus licentia praedictus Angelus hospitale pauperum situm in contrata portae Caniani, prope castrum Montispulziani, de propriis bonis fundavit, idem hospitale ab omni episcopali jurisdictione exemit, concessa dicto Angelo licentia construendi in eodem oratorium, accedente ad hoc Clusini capituli consensu.

« Cum a nobis... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, x kalendas martii, pontificatus nostri anno primo. »

FIN DES LETTRES COMMUNES DE LA PREMIÈRE ANNÉE.

INCIPIT REGESTRUM LITTERARUM CURIE

PRIMI ANNI DOMINI NICOLAI PAPE IIII

---

559 Saint-Jean-de-Latran, 25 mars 1288.

Monet Jacobum, filium quondam Petri regis Aragonum, et Siculos ut ad mandata ecclesiae romanae redeant. (Reg. 44, c. 1, f. 85 r°; Potth., 22627.)

Nicolaus episcopus servus servorum Dei. Ad certitudinem presentium et memoriam futurorum. « Licet hactenus contra Jacobum, natum quondam Petri olim regis Aragonum, exigentibus culpis suis, varii per apostolicam sedem habiti sint processus, nos tamen intendentes in hujusmodi nostre promotionis initiis experiri utrum aliqua scintilla devotionis remanserit in eodem, et processus ipsos in suo robore permanere volentes, predictum Jacobum ac etiam Siculos, in rebellionis spiritu persistentes, presente hac fidelium multitudine copiosa, monemus ut iidem Jacobus et Siculi, sibi salubriter consulentes, ad nostra et ecclesie romane mandata redire procurent, super commissis ab eis contra ecclesiam predictam excessibus et offensis, nostris et ejusdem ecclesie beneplacitis et preceptis humiliter et efficaciter parituri. Alioquin contra prefatos Jacobum et Siculos, prout contumacia eorum exegerit et expedire viderimus, spiritualiter et temporaliter, actore Domino, procedemus. Ut autem hujusmodi noster processus ad communem omnium notitiam deducatur, cartas sive membranas, processum continentes eundem, in presentis basilice Sancti Johannis Lateranensis appendi vel affigi ostiis seu super luminaribus faciemus, que processum ipsum suo quasi sonoro preconio et patulo inditio publicabunt; ita quod iidem Jacobus et Siculi nullam postea possint excusationem pretendere, quod ad eos talis processus non pervenerit, vel quod ignorarint eundem, cum non sit verisimile quoad ipsos remanere incognitum vel occultum quod tam patenter omnibus publicatur.

« Actum Laterani in basilica supradicta, in die Cene Domini, pontificatus nostri anno primo. »

560-561 Saint-Pierre, 15 mars 1288.

Conditiones pacis ab Alfonso et Jacobo, filiis quondam Petri regis Aragonum, pro liberatione Caroli, regis Siciliae, propositae, sed a sede apostolica rejectae. (Reg. 44, c. 12, f. 85 r°.)

Carissimo in Christo filio Phylippo, regi Francorum illustri. « Qualiter hactenus et etiam hiis diebus super liberationis negotio carissimi in Christo filii nostri Caroli, primogeniti clare memorie C., regis Sicilie, per ecclesiam sit processum celsitudini regie presenti pagina duximus reserandum. Sane carissimus in Christo filius noster rex Anglorum illustris, prout te latere non credimus, eodem jamdudum assumpto negotio, felicis recordationis Honorium papam, predecessorem nostrum, dum adhuc viveret, per nuntios speciales et litteras requisivit ut ad partes illas aliquos probos viros transmitteret ad liberationem una secum dicti primogeniti procurandam. Qualiter etiam dictus predecessor, benigne annuens regie requisitionis instantie, venerabiles fratres nostros B., Ravennatem, et P., Montisregalis archiepiscopos, illuc certis datis eis informationibus destinavit. Postmodum

autem ad ejusdem predecessoris notitiam, dicto sibi primogenito significante, pervenit quod, nonnullis pacis tractatibus inter eundem primogenitum et Alfonsum ac Jacobum, quondam Petri olim regis Aragonum filios, hactenus habitis, dictus Alfonsus sibi per .. ecclesie Salsensis prepositum intimarat quod idem Jacobus et Constantia, mater ejus, per certos nuntios duxerant requirendum ut ipse a compositione sive concordia pridem inter eum illosque tractata, dum adhuc in Sicilie partibus primogenitus ipse esset, recedere non deberet, quodque dictus Alfonsus intendebat omnino eorum in hac parte prosequi voluntatem; verumtamen procuraret eosque compelleret quod contenti existerent ut absque conditione vel retentione aliqua Sicilie insulam, cum insulis omnibus, que sibi adjacere noscuntur, terramque totam infra Regini archiepiscopatus limites consistentem, Tuniciique tributum regi Sicilie debitum eidem Jacobo et heredibus suis in perpetuum, primogenitus ipse duceret concedenda; et quod insuper procuraret et faceret ut concessionem seu donationem hujusmodi sedes apostolica confirmaret, ac processus contra eundem Petrum super privatione regni Aragonum et alios quoslibet contra prefatos Alfonsum, Jacobum et Constantiam eorumque vassallos per sedem ipsam habitos, necnon et concessionem de predicto Aragonum regno factam totaliter revocaret; quodque prefatus Alfonsus adjecerat per Salsensem prepositum supradictum quod nec per obsides neque per securitates alias poterat dictus primogenitus quomodolibet liberari, donec predicta perducta existerent ad effectum; ac etiam eundem Jacobum et ipsius primogeniti natam etate majorem ac primogenitum ejus et Isalandam, Alfonsi et Jacobi predictorum sororem, contingeret matrimonialiter copulari; et, ut predicta possent melius perfici efficatiusque compleri, treuge, que romanam ecclesiam et ejus *valitores*, ut patrie verbis utamur, includerent, inirentur, a medietate mensis maii tunc venturi proximo inchoande, ac ex tunc per biennium durature, ita tamen quod idem Jacobus prefato Alfonso in guerra qualibet posset auxilium impertiri. Quare prefatus predecessor, premissa diligenter attendens eaque ferens non indigne moleste, cum illa in derogationem grandem honoris ecclesie ac ejus et ipsius primogeniti heredumque suorum grave prejudicium, obprobrium plurimum et lesionem multiplicem redundarent, tractatum hujusmodi de fratrum suorum consilio reprobavit expresse et, si forte de facto processerat, cassavit et penitus vacuavit, ipsum omnemque illi similem presumi ulterius districtius inhibendo, et, si quis ex tunc foret quoquomodo presumptus, eum decrevit irritum et inanem ac nullius existere firmitatis. Prefato vero predecessore nature debitum persolvente, dictus rex Anglie a nobis et fratribus nostris, quorum nos tunc numerus includebat, per nuntios suos et litteras postulavit ut pro liberatione primogeniti memorati complenda, que, prout ipsarum innuebat series litterarum, sub certis conditionibus, quarum nobis et fratribus ipsis certitudo non aderat, proventura in proximo sperabatur, ad prorogationem treugarum per te cum Alfonso faciendam predicto a festo beati Michaelis tunc proximo secuturo usque ad annum opem daremus et operam efficacem. Unde nos et iidem fratres nostri, gerentes potissime cordi negotium et liberationem hujusmodi votis ferventibus cupientes, prefatum regem Anglie ad ipsius sollicitam et perseverantem prosecutionem negotii sub certa forma sollicitius et affectuosius exhortantes, tibi super hoc, quanquam hujusmodi nobis existerent conditiones incerte, nostras sub certa forma litteras, de qua vidimus expedire negotio, per ejusdem regis Anglie nuntios, quos celeriter expedire curavimus, duximus dirigendas, aliis nichilominus super hoc subsequenter exhortatoriis litteris eidem regi Anglie destinatis. Cumque postmodum superne dispositionis arbitrio ad apostolice fuissemus permoti fastigium dignitatis, carissima in Christo filia nostra Maria, consors primogeniti supradicti, per dilectum filium nobilem virum Riccardum de Noblans, ejus nuntium, a nobis pro liberationis ejusdem primogeniti consumando negotio certum pecuniarium subsidium postulavit; ad nostram nichilominus perducto notitiam, quod liberatio eadem sub gravissimis et durissimis pactis et conditionibus variis et diversis, quorum nonnulla annotantur inferius, tractabatur, de quibus aliqua, si diligenter attenditur et sollicita meditatione pensatur, divine majestatis oculis odiosa, nonnulla injuriosa et periculosa nimis ecclesie, nonnulla plena dispendiis et dampnosa valde primogenito et heredibus supradictis, quedam non modicum, immo quamplurimum prejudicialia tibi, quedam fere impossibilia, quedam illicita et pernitiosa exemplo ac orrenda et abhominanda fidelibus, prout ex eorum inspectione plene colligitur, dinoscuntur. Quare, super hiis cum fratribus nostris exacta et matura perpensaque deliberatione perhabita, prout tanti et tam ardui negotii qualitas exigit, non vidimus, quantumcumque personam ipsius primogeniti diligamus, quantumcumque statum votivum et prosperum exquiramus ipsius sueque liberationis cupiamus effectum, hujusmodi pactis et conditionibus quomodolibet annuendum, cum dictus primogenitus libertati taliter restitutus, gravioribus quodammodo ligatus vinculis et statui duriori subjectus, ejusque filii multimodis expositi casibus viderentur, et ecclesia etiam quibusdam validis redderetur circumplexa funiculis et majoris oneris sarcina pregravata; predictam

consortem rogantes attentius et hortantes ut, profunde considerationis indagine premissa discutiens et infra claustra pectoris sedula et attenta revolvens, advertens quoque sollicite sincerum et benivolum quem in hoc ecclesia eadem gerit affectum, patienter sustineat et sub mentis humilitate comportet, si pacta et conditiones hujusmodi, que ipse quoque prudentum auditus respuit, non duximus admittenda. Nam si pecuniarium dumtaxat subsidium ad liberationem ejusdem primogeniti existeret oportunum, gratiosam satis et favorabilem se predicta ecclesia exhiberet. Preterea prefatum Alfonsum per nostras sub certa forma monemus litteras ut eundem primogenitum sublato difficultatis obstaclo plene restituat libertati, nullumque prefato Jacobo, fratri suo, vel alii seu aliis quibuscumque dictam ecclesiam in regno Sicilie seu qualibet parte sui quandolibet impugnantibus seu turbantibus impendat per se vel alium seu alios consilium, auxilium vel favorem publicum vel occultum, et nichilominus infra sex menses a receptione predictarum litterarum computandos compareat coram nobis, nostris et ejusdem ecclesie mandatis et beneplacitis super premissis et ea contingentibus humiliter et efficaciter pariturus; comminationibus nichilominus nonnullis edictis, quod si secus faceret contra eum spiritualiter et temporaliter, prout qualitas facti suaserit et expedire viderimus, procedemus. Mittimus quoque prefato regi Anglie nostras rogatorias litteras, ut eundem Alfonsum moneat et inducat ut apostolicis super hoc monitis et beneplacitis humiliter pareat et intendat; memoratis archiepiscopis et dilecto filio fratri Raynono de Viterbio, ordinis predicatorum, per alias litteras nostras injuncto ut eundem Alfonsum personaliter adeant sibique hujusmodi nostras monitorias litteras representent, ipsum ad id monendo sollicite ac etiam inducendo; nobis quod in hac parte fecerint plenius rescripturi. Ea vero que de pactis et conditionibus ipsis presentibus inseri fecimus hec sunt :

Ponentur in posse Alfonsi, nati quondam Petri olim regis Aragonum, pro obsidibus, tres filii carissimi in Christo filii nostri Caroli, primogeniti clare memorie C. regis Sicilie et carissime in Christo filie nostre Marie, consortis ejus; duo silicet majores post primogenitum ante liberationem suam infra decem menses; et pro se, curitate ipsius primogeniti, ponatur etiam in posse dicti Alfonsi simul cum aliis natis post primogenitum et alius filius predictorum Caroli et consortis, qui est in Provincia, ante sui liberationem.

Item ponentur in posse prefati Alfonsi et heredum suorum, ante ipsius Caroli primogeniti liberationem, quinquaginta milia marcarum argenti, silicet trigintamilia marcarum in pecunia auro et argento et viginti milia marcarum in securitate, quam securitatem viginti milium marcarum debet facere illustris rex Anglie Alfonso predicto et suis heredibus, de qua iidem Alfonsus et heredes sui sint pacati, sub tali conditione quod, nisi infra dictos decem menses positus fuerit primogenitus Caroli et consortis predictorum in pleno posse memorati Alfonsi et heredum suorum, ex tunc dicta pena sit applicata eidem Alfonso vel heredibus pro pena et tertius filius, datus pro primogenito, sit incursus eidem Alfonso vel heredibus suis, salvis eidem vita et membris. Si vero predicta completa fuerint infra dictos decem menses, restituatur filius datus pro primogenito et quantitas et securitas data ratione dicte quantitatis sit absoluta.

Item debet ponere prefatus Carolus primogenitus ante sui liberationem in posse ipsius Alfonsi et heredum suorum obsides primogenitos baronum et magnatum, militum, civium et burgesium Provincie, usque ad numerum quadraginta; illos silicet quos idem Alfonsus vel ejus heredes elegerint, de quibus magis sibi placuerit vel saltem de illorum obsidum Provincie numero medietas tradatur una cum filiis dicti Caroli Alfonso prefato vel heredibus suis, ante deliberationem ejusdem Caroli, et alia medietas infra tres menses post liberationem suam; de qua traditione medietatis (1) obsidum facienda infra tres predictos menses detur dicto Alfonso vel heredibus suis firma securitas talis, de qua ipse sit contentus; et si aliqui fuerint ex ipsis baronibus et magnatibus qui filios non haberent, persone ipsorum ponantur in hostagiis in posse dicti Alfonsi vel heredum suorum.

Et quod dictus Carolus faciat fieri homagium cum juramento dicto Alfonso vel ejus procuratori per castellanos castrorum ejusdem Caroli in Provincia quod, nisi pacem fecerit dicto Alfonso et Jacobo, fratri ejus, et heredibus ipsorum, pro se et romana ecclesia et illustribus .. Francie et Carolo Aragonie regibus, de qua idem Alfonsus sit contentus vel heredes sui, vel nisi ad carcerem ipsius vel heredum suorum redierit infra tres annos, quod attendant cum castris et obediant eidem Alfonso et heredibus suis ut domino, et terra Provincie sit totaliter ipsius Alfonsi et heredum suorum in perpetuum jure hereditario, et ipsi castellani non tradant dicta castra predicto Carolo primogenito nec alicui alii, nisi dicto Alfonso vel heredibus suis, vel cui seu quibus idem Alfonsus vel heredes sui mandaverint. Ubi dictus Carolus primogenitus non compleverit predicta, nec ipse Carolus possit eis dicta castra auferre, et si contigerit aliquos ex illis castellanis mori, dictus Carolus primogenitus non posset loco ipsorum defunctorum aliquem vel aliquos

(1) *Ms.* medietas.

castellanos substituere, nisi de consanguineis proximioribus dictorum obsidum, et ipsi substituti faciant homagium cum sacramento ipsi Alfonso et heredibus suis, juxta formam sub qua defuncti ipsi eidem Alfonso dictum juramentum et homagium prestiterunt, et ipsa castra commendentur et tradantur ante liberationem ipsius Caroli primogeniti consanguineis proximioribus ipsorum obsidum. Et nichilominus pro predictis omnibus et singulis scindici civitatum et villarum nomine suo et universitatum suarum, barones autem et milites per se faciant juramentum et obligent se cum publicis instrumentis eidem Alfonso vel suis heredibus vel ejus procuratori ante deliberationem Caroli primogeniti memorati quod attendant et obediant ei ut domino vel ejus heredibus, nisi dictus Carolus primogenitus, vel ita compleverit, vel ad ipsius Alfonsi carcerem redierit, vel heredum suorum infra predictum terminum, absolvat eos cum publico instrumento suo sigillo sigillato a naturalitate, fidelitate et dominio quibus sibi tenentur.

Item ante liberationem ipsius Caroli primogeniti debent prorogari et firmari treugue que sunt hodie inter .. regem Francorum illustrem et eundem Alfonsum, eodem modo quo presentes treuge date et firmate sunt, a festo sancti Michaelis proximo venturo usque ad annum completum, et quod dictus Carolus primogenitus faciat dari treugas per annum predictum completum de tota Provincia, vel Jacobo fratri suo et eorum heredibus, de omnibus que hodie tenent.

Item dictus Carolus primogenitus post liberationem suam debet procurare et facere quod infra prorogationem predictarum treuguarum ipse et ecclesia romana et prefati Francie et Aragonum reges pro se vel valitoribus suis dabunt treuguas predictas memorato Alfonso et Jacobo fratri suo et heredibus ipsorum ac etiam valitoribus eorumdem de omnibus que dicti Alfonsus et Jacobus et heredes ipsorum tenebunt, de qua dabuntur treugue dictorum trium annorum a die deliberationis sue usque ad tres annos completos et ultra per sex menses, si dictus Carolus primogenitus in fine dictorum trium annorum non redierit ad carcerem Alfonsi predicti vel heredum ipsius. Quod nisi faceret et compleret et fieri faceret et compleri, vel nisi ad carcerem dicti Alfonsi vel heredum suorum redierit infra prorogationem predictarum treuguarum unius anni, hostagia omnia per ipsum Carolum primogenitum data et terra Provintie et quantitas quinquaginta millium marcarum argenti pro securitate ecclesie romane facienda assignata, sint incursa in posse Alfonsi predicti vel heredum ipsius, ad faciendum de eis suas liberas voluntates, salvis obsidibus vita et membris, et quod dictus Alfonsus debet pro se et Jacobo fratre suo; et nichilominus dari faciat ab eodem Jacobo treuguas omnibus predictis a quibus treuguas recipient et eo modo quo sibi dabuntur.

Item dictus Carolus primogenitus infra unum annum post deliberationem suam procurabit et faciet fieri quod ecclesia romana firmet et assecuret ydonee quod, nisi dictus Carolus primogenitus faciat pacem eidem Alfonso et Jacobo fratri suo, de qua sint contenti iidem Alfonsus et ejus heredes, vel nisi redierit ad carcerem ipsius Alfonsi infra tres annos post liberationem suam, quod ecclesia non faciat guerram Alfonso predicto vel Jacobo fratri suo vel heredibus eorum nec terris quas hodie tenent et possident, nec juvabit prenominatum Carolum primogenitum, nec nocebit eidem Alfonso nec Jacobo fratri suo nec heredibus eorundem nec terris quas hodie possident ex aliqua causa; et, si istam securitatem non procuraverit nec fieri fecerit, infra unum annum post deliberationem suam, ut premittitur, admittat quinquaginta milia marcarum argenti, que applicentur eidem Afonso et heredibus suis; quam quidem pecuniam assecuret per regem Anglorum illustrem ante sui liberationem in posse ipsius Alfonsi et heredum suorum sub securitate de qua iidem Alfonsus et heredes ejus sint contenti; salvo quod, si infra dictos tres annos pacem fecerit eidem Alfonso et Jacobo et heredibus suis, de qua idem Alfonsus et ejus heredes pacati existant, vel ad carcerem sepedicti Alfonsi vel heredum suorum redierit, dicta securitas ratione prefate pene sit absoluta, et ipse Carolus primogenitus absolutus a pene incursione predicte.

Item si pretactus Carolus primogenitus infra tres dictos annos pacem non fecerit prefatis Alfonso et Jacobo fratri suo et heredibus suis pro se et ecclesia romana et prefatis Francie et Aragonie regibus, de qua dicti Alfonsus et ejus heredes pacati existant, vel nisi redierit ad carcerem ejusdem Alfonsi vel heredum ipsius, hostagia omnia per ipsum Carolum primogenitum data et terra Provincie sit incursa in posse dictorum Alfonsi vel heredum ipsius, ad faciendum de eis suas liberas voluntates, salvis ipsis obsidibus vita et membris, et salvo quod si contingeret ipsum Carolum primogenitum mori infra dictos tres annos et occasione ipsius mortis supervenientis non posset pacem facere, ut predicitur, hostagia per ipsum data et terra Provincie non sint incursa in posse dictorum Alfonsi et heredum ipsius, sed dicti obsides remaneant et sint sub obligatione sua et ejus dominio tandiu donec ipsum negotium per pacem, de qua prefati Alfonsus et heredes sui pacati existant, fuerit consumatum, salvis eisdem obsidibus vita et membris; et quantumcumque differatur pacis perfectio, fiet restitutio de hostagis post pacis perfectionem.

Item prefatus Alfonsus assecuret per jamdictum regem Anglorum quod compleat sepefato Carolo primogenito et ejus heredibus omnia que sibi promittit, predicto tamen Carolo primogenito complente etiam dicto Alfonso et suis heredibus que sibi in sua liberatione promittit.

Item sepefatus Carolus primogenitus promittit cum juramento corporaliter prestando predictis Alfonso et ejus heredibus ante sui liberationem et etiam postquam fuerit cum rege Anglorum predicto infra triduum quod faciet pacem eidem Alfonso et Jacobo fratri ejus ac heredibus eorumdem pro se et romana ecclesia, necnon et Francie et Carolo Aragonum regibus memoratis, de qua dicti Alfonsus et heredes ipsius sint pacati; vel redibit ad carcerem predicti Alfonsi vel heredum suorum infra triennium post liberationem suam; et quod infra spatium ejusdem triennii nichil paci contrarium procurabit neque per se neque per alium, aut tractando de predictorum Alfonsi et Jacobi vel heredum ipsorum incomodo quantum ad personas et bona et terras et alia que ipsi tenebunt et possidebunt tempore liberationis Caroli primogeniti supradicti, aut molestias per se vel per alios inferendo, aut conspirationes aliquas contra eos vel eorum aliquem faciendo aut fieri permittendo, ubi ipse per se vel per alium machinamenta hujusmodi poterit impedire.

Item dictus Carolus primogenitus promittit et jurabit ante sui liberationem quod complebit et fieri faciet terminis in hoc scripto contentis omnia que superius sunt expressa, et quod juramenta et omnia pacta in presentis scripti annotatione contenta renovabit infra triduum postquam fuerit cum rege Anglorum illustri; quod si non faceret, sit infamis et perjurus et nunquam honore regio potiatur vel regio nomine nominetur.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, idibus martii, anno primo. »

In e. m. Johanni, tituli Sanctae Ceciliae presbytero cardinali, apostolicae sedis legato. Dat. ut supra.

562 Saint-Pierre, 15 mars 1288.

Pro liberatione Caroli regis Siciliae. (Reg. 54, c. 3, f. 86 v°.)

Venerabilibus fratribus B., Ravennati, et P., Montisregalis archiepiscopis, apostolice sedis nuntiis, quos Honorius ad regem Anglorum miserat ad liberationem tractandam Caroli, filii clarae memoriae Caroli regis Siciliae, mandat quatenus tractatum supradictum respuant.

« Nostis qualiter hactenus... — Dat. ut supra. »

563 Saint-Pierre, 15 mars 1288.

Ut supra. (Reg. 44, c. 4, f. 87 r°; Lap. du Theil, I, 177.)

Carissime in Christo filie Marie, consorti carissimi in Christo filii nostri Caroli, primogeniti clare memorie C. regis Sicilie, nuntiat ea quae supra in capitulo II (n° 560) continentur.

564 Saint-Pierre, 15 mars 1288.

Ut supra. (Reg. 44, c. 5, f. 87 r°; Potth., 22617.)

Carissimo in Christo filio .. regi Anglorum illustri, nuntiat se supradicto tractatui assensum non praebiturum.

« Dudum ad procurandam... — Dat. ut supra. »

565 Saint-Pierre, 15 mars 1288.

Alfonso, filio quondam Petri regis Aragonum, mandat quatenus Carolum, Caroli Siciliae quondam regis primogenitum, in vinculis detentum, restituat libertati, nullumque de cetero fratri suo Jacobo auxilium ferat. (Reg. 44, c. 6, f. 87 r°; Potth., 22615.)

Nobili viri Alfonso, nato quondam Petri olim regis Aragonum, spiritum consilii sanioris. « Si graves et enormes excessus, atroces injurias et offensas multiplices, quos quondam Petrus, olim rex Aragonum, pater tuus, divina et apostolicae sedis reverentia prorsus abjecta, in salutis propriae molitus dispendium, suique nominis, quod cautius custodire debuerat, derogationem non modicam, animatus contra romanam ecclesiam, matrem cunctorum fidelium et magistram, illicitis ausibus perpetrare sibique irrogare presumpserat, insulam occupando Sicilie ac partem regni Sicilie alteram, ad jus et dominium ejusdem ecclesie pertinentes, quas clare memorie Carolus rex Sicilie ab eadem ecclesia tenebat in feudum, validis impugnando conatibus, et in diversis aliis ejusdem regni partibus statum ecclesie memorate pacificum quamplurimum perturbando, quosque tu et Jacobus frater ac Constantia mater tui, jam dicto Petro sublato de medio, ejus inconsulte sectando vestigia, commisistis, predictis fratre et matre insulam detinentibus partemque alteram impugnantibus supradictas, teque illis in hiis impendendo consilium, auxilium et favorem, velimus enarrare per singula et seriosis aperire sermonibus, longum esset, ingensque audientibus tedium generaret; sed tu ex eo potissime jamdictam perturbas ecclesiam, ipsius mentem vehementer amaricas, eamque in intimis dure pungis, quod carissimum in Christo filium nostrum Carolum, clare memorie Caroli regis Sicilie primogenitum, magnum utique ipsius vassallum ecclesie suumque fide-

lissimum filium et devotum, virum utique injuste detentum, et quoad eum in prelio justo captum ac regnum juraque paterna debite ac legitime defendentem, non invadentem tuam vel tuorum terram, non occupantem aliqua tua vel ipsorum jura vel bona, nec alias tibi vel eis injuriam inferentem, sed a quibusdam, more quasi piratico, interceptum, carceralibus vinculis detines alligatum, in divine majestatis offensam, grande tue fame salutisque dispendium et grave scandalum totius pene populi christiani. Quia igitur tot et tantos excessus pati equanimiter, urgente nos conscientia, non possumus nec debemus, nobilitatem tuam presentium tenore monemus ut prefatum primogenitum, sublato difficultatis obstaculo, plene restituas libertati, nullumque prefato Jacobo fratri tuo, vel alii seu aliis quibuscumque in insula et regno predictis ecclesiam quomodolibet impugantibus vel turbantibus supradictam, impendas per te vel per alium seu alios favorem, consilium vel auxilium, publicum vel occultum; et nichilominus infra sex menses a receptione presentium computandos compareas peremptorie coram nobis, nostris et ejusdem ecclesie mandatis et beneplacitis super premissis humiliter et efficaciter pariturus. Alioquin non ignorare te volumus quod contra te spiritualiter et temporaliter, prout qualitas facti suaserit et expedire viderimus, procedemus; quodque, propter premissam monitionem nostram vel aliquam citationem emissam, seu etiam emittendam, ut certo tempore coram nobis compareas super premissis nostris et ecclesie beneplacitis pariturus, sive infra ipsum tempus curaveris, seu renueris, aut distuleris comparere, non intendimus contra te tuosque fautores seu adjutores processus spirituales vel temporales omittere vel differre, aut omitti facere vel differri, qui per nos vel per alios occurrerint seu apparuerint faciendi. Dat. Rome ut supra. »

566 Saint-Pierre, 29 mars 1288.

Ut supra. (Reg. 44, c. 7, f. 87 v°.)

Venerabilibus fratribus B., Ravennati, et P., Montisregalis archiepiscopis, ac dilecto filio fratri Raynono de Viterbio, ordinis predicatorum, sedis apostolice nuntiis, mandat quatenus supradictas litteras dicto Alfonso, ad eum personaliter accedentes, praesentent, vel si ad ipsum personaliter vel secure accedere non possint, ei in civitate Oloronensi, ejusdem civitatis clero et populo congregatis, supradictam citationem faciant. Ne autem dictus Alfonsus praetendere valeat hanc citationem ad se non pervenenisse, eam in locis aliis, de quibus expedire viderint, sollempniter publicent.

« Si graves et... — Dat. Rome apud Sanctum Petrum, IIII kalendas aprilis, anno primo. »

567 Saint-Pierre, 15 mars 1288.

Ut supra. (Reg. 44, c. 8, f. 87 v°.)

Eisdem mandat ut sedi apostolicae, quod in supradicto citationis negotio fecerint, per patentes litteras sollicite intiment.

« Ad liberationem carissimi... — Dat. Rome apud Sanctum Petrum, idibus martii, anno primo. »

568 Saint-Pierre, 15 mars 1288.

Ut supra. (Reg. 44, c. 9, f. 88 r°; Potth., 22616.)

Carissimo in Christo filio .. regi Anglie illustri. Eum hortatur quatenus Alfonsum, natum quondam Petri olim regis Aragonum, inducat ad liberandum Carolum, primogenitum quondam Caroli regis Siciliae.

« Ad deliberationem carissimi... — Dat. ut supra. »

569 Saint-Pierre, 15 mars 1288.

Ut supra. (Reg. 44, c. 10, f. 88 r°.)

Carissime in Christo filie Marie, consorti carissimi in Christo filii Caroli, clare memorie C. regis Sicilie primogeniti, nuntiat se misisse ad Alfonsum et .. regem Anglie supradictas litteras.

« Ad liberationem carissimi... — Dat. ut supra. »

570 Saint-Pierre, 16 mars 1288.

Ut supra. (Reg. 44, c. 11, f. 88 r°.)

Dilecto filio fratri Raynono de Viterbio, ordinis predicatorum, mandat quatenus ad B., Ravennatem, et P., Montisregalis archiepiscopos, se conferens, ad expeditionem supradictorum negotiorum una cum illis procedat.

« Gerentes de tue... — Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XVII kalendas aprilis, anno primo. »

571 Sainte-Marie-Majeure, 2 avril 1288.

Litterae ad Argonem, regem Tartarorum. (Reg. 44, c. 12, f. 88 r°; Potth., 22631.)

Littere misse ad Tartaros.

Nicolaus, etc. Argoni, regi Tartarorum illustri, gratiam in presenti, que perducat ad gloriam in futuro. Ei significat se ejus nuntios, videlicet Bersaumam, episcopum in partibus Orientis, nobilem virum Sabadinum, Thomam de Anfusis et Uguetum, interpretem, recepisse, cum regiis litteris, quae ejus erga christianos ei subditos benevolentiam exhibent; ei gratias agit, eumque hortatur ad baptisma suscipiendum.

« Ad summi presulatus... — Dat. Rome apud Sanctum Petrum, IIII nonas aprilis, anno primo. »

572 Saint-Pierre, 7 avril 1288.

Letterae ad Yaulaham, episcopum in partibus Orientis. (Reg. 44, c. 13, f. 88 v°; Potth., 22644.)

Venerabili fratri Yaulahe, episcopo in partibus Orientis, salutem et apostolicam benedictionem. Ei nuntiat se ejus litteras per nuntios regis Tartarorum recepisse, gratias agit de favore fratribus ordinis minorum in illis partibus morantibus dato, christianaeque fidei formam mittit ejus subditis (1) inculcandam.

« Copiose benignitatis affectu... — Dat. Rome apud Sanctum Petrum, VII idus aprilis, anno primo. »

573 Saint-Pierre, 7 avril 1288.

Litterae ad Dyonisium, episcopum in Taurisio, in partibus Orientis. (Reg. 44, c. 14, f. 89 v°; Potth., 22643.)

Venerabili fratri Dyonisio, episcopo in Taurisio, in partibus Orientis, salutem et apostolicam benedictionem. Ei nuntiat se ejus litteras accepisse, eique fidem christianam, quam a fratribus ordinis minorum accepit, gratulatur, eum ad alios in eadem fide instruendos excitans.

« Presentatas nobis tue... — Dat. ut supra. »

574 Saint-Pierre, 7 avril.

Litterae ad Bersaumam, episcopum in partibus Orientis. (Reg. 44, c. 15, f. 89 v°; Potth., 22644*.)

Venerabili fratri Bersaume, episcopo in partibus Orientis, salutem etc. Ei in fide christiana perseveranti gratulatur, eumque ad alios in eadem fide instruendos hortatur.

« Nuper ad apostolicatus... — Dat. ut supra. »

(1) Potthast, en copiant l'analyse de Sbaraglia, a lu *subsidiis* au lieu de *subditis*.

575-576 Saint-Pierre, 2 avril 1288.

Litterae ad Tuctanem et Elegagem, reginas Tartarorum. (Reg. 44, c. 16, f. 89 v°; Potth., 22633.)

Carissime in Christo filie Tuctani, regine Tartarorum illustri, salutem et apostolicam benedictionem. Eam hortatur ut ad dilatandos fidei christianae, quam amplexa est, terminos, operam prosequatur.

« Habet carissima filia... — Dat. Rome apud Sanctum Petrum, IIII nonas aprilis, anno primo. »

In e. m. Elegagi, reginae Tartarorum.

577 Saint-Pierre, 2 avril 1288.

Litterae ad Argonem, regem Tartarorum. (Reg. 44, c. 17, f. 90 r°; Potth., 22632.)

Argoni, regi Tartarorum illustri, gratiam in presenti, que perducat ad gloriam in futuro. Eum cupientem, si regnum Jerosolimitanum de manibus liberari contigerit impiorum, in civitate Jerosolimitana baptizari, hortatur ut baptisma prius suscipiat.

« Intelleximus referentibus venerabili... — Dat. ut supra. »

578 Saint-Pierre, 9 avril 1288.

Plures facultates concedit fratribus ordinis minorum inter Tartaros constitutis. (Reg. 44, c. 18, f. 90 r°; Potth., 22645.)

Dilectis filiis universis fratribus ordinis minorum inter Tartaros de mandato vel ordinatione seu licentia aut permissione sedis apostolice constitutis, facultatem concedit absolvendi eos qui per injectionem manuum in personas ecclesiasticas excommunicationis sententiam incurrerint, et dispensandi cum clericis super irregularitate, si quam sic legati contraxerint; scismaticos et haereticos cupientes redire ad ecclesiasticam unitatem reconciliandi, ac benedicendi pallas altaris, corporalia et vestes sacerdotales.

« In apostolice servitutis... — Dat. Rome apud Sanctum Petrum, V idus aprilis, anno primo. »

579-580 Saint-Pierre, 13 avril 1288.

Sabadino Archaoni et Esyae, capellano in partibus Orientis, benedictionem suam impendit. (Reg. 44, c. 19, f. 90 r°; Potth., 22663.)

Dilecto filio nobili viro Sabadino Archaoni, salutem et apostolicam benedictionem.

« Te nuper ad... — Dat. Rome apud Sanctum Petrum, idibus aprilis, anno primo. »

In e. m. Esyae capellano in partibus Orientis.

581 Saint-Pierre, 13 avril 1288.

Interpretes regis Tartarorum hortatur ad christianam fidem propagandam eisque benedictionem suam mittit. (Reg. 44, c. 20, f. 90 r°.)

Nicolaus etc. Dilectis filiis Johanni de Bonachia, Hugoni Gantelmi, Petro de Molina, Girardo Gasinuri de Constantinopoli, Balabe de Janua, Girardo de Caturco, Georgio Chufi, Johanni Barlara et Johanni de Casaria, laicis, illustris .. regis Tartarorum interpretibus, salutem et apostolicam benedictionem.

« Letamur in Domino... — Dat. ut supra. »

582 Saint-Pierre, 22 avril 1288.

Willelmus, Cameracensis episcopus, G., archidiaconus, Michaelis, ballivus, Benaudus de Bellona, praepositus, capitulum et universitas Cameracenses citentur ut infra quatuor mensium spatium coram sede apostolica compareant. (Reg. 44, c. 21, f. 90 v°.)

Venerabili fratri archiepiscopo Remensi et .. episcopo Noviomensi. « Nuper ad audientiam nostram non minus amaritudine quam admiratione stupenda venerabilis fratris nostri Johannis, episcopi Tusculani, relatione pervenit quod venerabilis frater noster W., Cameracensis episcopus, postposito debite considerationis judicio, non attendens quod venerabiles fratres episcopi et dilecti filii nostri cardinales ecclesie romane eo accuratius eoque reverentius ab omnibus et presertim ecclesiarum prelatis ac aliis viris ecclesiasticis sint precipue attollendi honore et prerogativa honorificentie preferendi, quo ipsi, velut magna luminaria in eadem ecclesia perfulgentes, vigilantius nobis assistunt in supportandis oneribus apostolice servitutis, nec super hoc fatigantur vigiliis, laboribus non laxantur, quodque sedes apostolica, sicut vehementer in ipsorum gloria gloriatur, ita vehementius precellitur gravioris doloris aculeo, cum alicujus temeritas in eos assumit audatiam delinquendi, in dictum episcopum Tusculanum, magnum quidem ejusdem ecclesie membrum, tunc in partibus ipsis apostolice sedis legatum, nobilem quoque virum Nicolaum, fratrem, Nicolutium et Andreotium, nepotes, et alios familiares suos, tunc in civitate Cameracensi constitutos, immo in eandem ecclesiam et nos in ipsis potius insilire fortiter, associata sibi multitudine armatorum, audacia dampnabili non expavens, hostiliter ad domum ipsius legati accessit, et demum preconceptam contra dictum legatum iniquitatem temptans nequiter aperire, domum eandem ut infestus hostis ingressus, abjecta pontificali modestia et reverentia eisdem ecclesie et legato debita vilipensa, evaginatis gladiis et in furore vibratis, circa personam ipsius episcopi Tusculani prefatos nobilem, pro sua tutela inter amplexus ipsius legati positum, et Nicolutium capere et Andreocium vulnerare, graviter per ministros detestabilis conceptionis sue presumpsit, nec hujusmodi presumptionis excessu contentus, contra eosdem legatum et familiam ferventis in eo nequitie freno laxato, ipsos in eadem civitate, in qua potestas utriusque gladii ad dictum Cameracensem episcopum dicitur pertinere, invasit ut hostes, ut predones fugavit, et tractavit velut ab ipso positos in derisu, aliis contra eundem legatum multiplicatis injuriis et jacturis; propter quod dilectus filius noster J., tituli Sancte Cecilie presbyter cardinalis, ejusdem sedis legatus, primo excommunicationis generaliter in premissorum patratores duxit sententiam promulgandam; et dictus Tusculanus episcopus postmodum specialiter dictum W., Cameracensem episcopum, ab ingressu ecclesie et pontificalium usu, temporalium quoque et spiritualium administratione, ac capitulum Cameracensis ecclesie, quia requisiti diligenter denegarunt assistere sibi quatenus poterant, pro persone sue, predictorum fratris, nepotum et familiarium suorum securitate habenda, ei ad hoc prestando patrocinium oportunum, auctoritate sedis apostolice super hoc specialiter sibi commissa, ab officiis divinis suspendit; et subsequenter contra dictum episcopum Cameracensem, ob elatam et elevatam proterviam ejus, manum aggravationis extendens in ejus penam, civitatem Cameracensem supposuit ecclesiastico interdicto. Postremo vero tam in dictum Cameracensem episcopum quam in Gerardum, archidiaconum Brabantinum in ecclesia Cameracensi, Michaelem, ballivum, et Benaudum de Bellonna, prepositum laicum, scabinos quoque, pretores ejusdem civitatis, et in omnes alios ejusdem episcopi in hac parte complices et fautores, quia legitime moniti de premissis, cum adeo essent notaria quod nulla possent tergiversatione celari, eidem episcopo Tusculano satisfacere contumaciter non curarunt, suadente justitia, similem excommunicationis sententiam promulgavit. Cum itaque dicti Cameracensis episcopi tam horrenda temeritas et horribilium patratorum hujusmodi presumptio detestanda in nobis et fratribus nostris, nec mirum, eo amplius multiplicent et commotionis valide et turbationis

validioris procellas quo super hoc romane ecclesie sepefate honor vulneratur gravius, et comprobatur status preeminentie in dicto Tusculano episcopo vilipensus, nervus quoque debilior reddatur ecclesiastice libertatis ; ac propterea nolentes hec absque virga castigationis debite preterire, fraternitati vestre per apostolica scripta in virtute obedientie districte precipiendo mandamus quatenus vos vel alter vestrum predictum W., Cameracensem episcopum, necnon G., archidiaconum, Michaelem, ballivum, et Benaudum de Bellona, prepositum, capitulum et universitatem Cameracenses prefatos ex parte nostra peremptorie citare curetis, ut infra quatuor mensium spatium post citationem ipsam prefati Will., episcopus, G., archidiaconus, Michael, ballivus, et Benaudus de Bellona, prepositus, personaliter, capitulum vero et universitas per procuratores ydoneos ad hoc sufficienter instructos compareant coram nobis, juste pro meritis recepturi. Diem vero citationis et formam et quicquid super hoc duxeritis faciendum nobis per vestras litteras harum seriem continentes fideliter intimare curetis. Non intendimus autem quod pretextu citationis hujusmodi processibus predictis in aliquo derogetur quominus in sua firmitate persistant. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, x kalendas maii, anno primo. »

583 Saint-Pierre, 3 mai 1288.

De pretio sexdecim galearum solvendo. (Reg. 44, c. 22, f. 91 r°.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Arelatensi et .. Cavallicensi ac .. Tholonensi episcopis mandat ut de pecunia decimae in Provinciae partibus negotio regni Siciliae concessae quinque millia librarum turonensium parvorum solvant competentibus personis Provinciae, pro valore sexdecim tam galearum quam vasorum earundem personarum, quae clarae memoriae Carolus rex Siciliae secum inter quadraginta alia de Provincia in regnum Siciliae duxit, quaeque, mortuo Carolo, G., episcopus Sabinensis, apostolicae sedis legatus, retinuit, promissa dictis personis satisfactione.

« Habet assertio venerabilis... — Dat. Rome apud Sanctum Petrum, v nonas maii, anno primo. »

584 Rieti, 28 mai 1288.

Ad Perusinos reprimendos mittuntur duo cardinales. (Reg. 44, c. 23, f. 91 r°.)

Dilectis filiis .. potestati, .. capitaneo, consilio et communi Perusinis nuntiat se ad eos misisse Mathaeum, Sanctae Mariae in Porticu, et Benedictum, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconos cardinales, ad reprimendas injurias ab eis in civitatem Feliginatem illatas.

« Pridem post nostre... — Dat Reate, v kalendas junii, anno primo. »

585-590 Rieti, 28 mai 1288.

Ut supra. (Reg. 44, c. 24, f. 91 v°.)

Dilectis filiis .. potestati, consilio et communi Tudertinis mandat quatenus praedictos cardinales ipsorum terras transeuntes, cum omni reverentia accipiant.

« Pridem post nostre... — Dat. ut supra. »

In e. m. potestati, consilio et communi Spoletanis.

In e. m. potestati, consilio et communi Asisinatibus.

In e. m. potestati, consilio et communi Urbevetanis.

In e. m. universis potestatibus, rectoribus et nobilibus, necnon consiliis et communitatibus tam civitatum quam castrorum et terrarum aliorumque locorum per ducatum Spoletanum constitutis.

In e. m. episcopis, electis, abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, praepositis, archipresbyteris, plebanis et aliis ecclesiarum praelatis per ducatum Spoletanum constitutis, ut dictis cardinalibus obedientiam debitam praebeant.

591 Rieti, 28 mai 1288.

Ut supra. (Reg. 44, c. 25, f. 91 v°.)

Dilectis filiis Matheo, Sancte Marie in Porticu, et Benedicto, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano, diaconis cardinalibus, mandat quatenus ad .. potestatem, .. capitaneum, consilium et commune Perusinorum se personaliter conferentes, eos moneant ut a quocumque contra civitatem Fulginatem se abstineant, et eos quos expedire viderint excommunicent.

« Pridem, post nostre... — Dat. ut supra. »

592 Rieti, 27 mai 1288.

Ut supra. (Reg. 44, c. 26, f. 92 r°.)

Eisdem potestatem concedit revocandi conjurationes, societates et confederationes inter civitatem Perusinam et alias quaslibet civitates aut castra seu terras vel singulares personas dictarum partium existentes.

« Cum vos ad... — Dat. Reate, VI kalendas junii, anno primo. »

593 Rieti, 28 mai 1288.

Ut supra. (Reg. 44, c. 27, f. 92 r°.)

Dilectis filiis .. potestati, consilio et communi Fuliginatibus mandat quatenus supradictos cardinales, quum ad eorum terram pervenerint, cum honorificentia et obedientia recipiant.

« Cum dilectos filios... — Dat. Reate, V kalendas junii, anno primo. »

594 Rieti, 3 juin 1288.

De matrimonio inter Michaelem, filium Andronici Paleologi, et Caterinam, filiam Philippi, imperatoris Constantinopolitani contrahendo. (Reg. 44, c. 28, f. 92 r°; Lap. du Theil, I, 157.)

Dilecto filio nobili viro Roberto, comiti Atrebatensi, bajulo regni Sicilie per sedem apostolicam constituto. Eum hortatur ut a tractatu super matrimonio contrahendo inter nobilem virum Michaelem, nobilis viri Andronici Paleologi primogenitum, et Caterinam, domicellam, natam clarae memoriae Phylippi, imperatoris Constantinopolitani, non prius recedat quam super hoc .. regis Franciae responsionem receperit.

« Litteras tuas recepimus... — Dat. Reate, III nonas junii, anno primo. »

595-596 Rieti, 27 juin 1288.

Bartholomaeus statuitur Urbis vicarius. (Reg. 44, c. 29, f. 92 v°.)

Venerabili fratri Bartholomeo, episcopo Grossetano. Eum in Urbe vicarium suum statuit, eique « in spiritualibus casibus visitandi, corrigendi et reformandi..., ac dedicandi ecclesias et eas ac cimiteria reconciliandi, consecrandi altaria, necnon benedicendi et crismandi, ac etiam conferendi ordines personis ydoneis de Urbe » licentiam concedens.

« Licet ad cunctos... — Dat. Reate, V kalendas julii, anno primo. »

In e. m. clero Urbis mandat ut dicto Bartholomeo, in hiis quae ad vicariae spectant officium, obediant.

597 Saint-Pierre, 6 mai 1288.

Contra Jacobum, natum quondam Petri regis Aragonum, et Siculos ei adhaerentes. (Reg. 44, c. 30, f. 92 v°.)

Ad certitudinem presentium et memoriam futurorum. Jacobum, natum quondam Petri regis Aragonum, et Siculos ei consulentes monet ut ante festum beati Michaelis archangeli mensis septembris ad ecclesiae mandata redeant, alioquin contra eos procedet. Ut hujusmodi processus ad communem omnium notitiam deducatur, cartas sive membranas processum continentes in basilicae Principis apostolorum de Urbe ostiis vel sub luminaribus appendi faciet. Jam nuper in die Cenae Domini proximo praeterita, praesente fidelium multitudine, praefatos Jacobum et Siculos monuerat ut ad ecclesiae mandata redirent.

« Dudum prout jam... — Actum Rome in basilica supradicta, in die Ascensionis Domini, pontificatus nostri anno primo. »

598 Rieti, 13 août 1288.

Disponit de praebenda in ecclesia Xanctonensi. (Reg. 44, c. 31, f. 93 r°.)

Ad perpetuam rei memoriam. Praebendam, per mortem quondam Guillelmi Helyae in ecclesia Xanctonensi vacantem, de qua quaestio inter Martinum Clavelli, physicum, et Gaufridum de Ruppe, canonicos Xanctonenses, exorta est, vult ut obtineat Martinus, si hic jus habeat in eadem; si vero jus non habeat, aut matrimonium contrahat, eandem donationi apostolicae reservat.

« Cum inter dilectos... — Dat. Reate, idibus augusti, anno primo. »

599 Rieti, 23 juillet 1288.

Litterae ad Urosium, regem Sclavorum. (Reg. 44, c. 32, f. 93 r°; Potth., 22757.)

Viro magnifico Urosio, illustri regi Sclavorum, gratiam per quam gloriam obtineat in futuro. Eum hortatur ut ipse cum suo populo ad Christi fidem veniat; eique nuntiat se ad eum convertendum Marinum et Cyprianum, de fratrum minorum ordine, latores praesentium, mittere.

« Eterni patris immensa... — Dat. Reate, X kalendas augusti, anno primo. »

600 Rieti, 8 août 1288.

Litterae ad Elenam, reginam Sclavorum, de conversione filiorum ejus, Stephani et Urosii. (Reg. 44, c. 33, f. 93 v°; Potth., 22763.)

Carissime in Christo filie Elene, regine Sclavorum illustri, salutem et apostolicam benedictionem. Eam hortatur quatenus filios suos, Stephanum et Urosium, reges Sclavorum, inducat ut ad fidei christianae unitatem redeant, litterasque ad ipsos per Marinum et Cyprianum, fratres ordinis minorum, latas, benigne accipiant.

« Gratias agimus gratiarum... — Dat. Reate, VI idus augusti, anno primo. »

601 Rieti, 12 août 1288.

De pretio sexdecim galearum solvendo. (Reg. 44, c. 34, f. 93 v°.)

Venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Arelatensi et .. Cavallicensi ac .. Tholonensi episcopis mandat quatenus de pecunia decimae in Provinciae partibus pro negotio regni Siciliae concessae, Francisco Ranuchii, de filiorum Bonsignoris de Senis, ac Probae Comitis, de Amannatorum de Pistorio societatibus, Senensi et Pistoriensi civibus et mercatoribus, de mandato Martini et Honorii paparum assignata, quinque millia librarum turonensium parvorum solvant competentibus personis Provinciae, pro valore sexdecim tam galearum quam vasorum earumdem personarum, quae clarae memoriae Carolus rex Siciliae secum inter quadraginta alia de Provincia in regnum Siciliae duxit, et quae, mortuo Carolo, G., episcopus Sabinensis, apostolicae sedis legatus, retinuit, promissa praedictis personis satisfactione.

« Habet assertio venerabilis... — Dat. Reate, II idus augusti, anno primo. »

602 Rieti, 12 août 1288.

Ut supra. (Reg. 44, c. 35, f. 94 r°.)

Dilecto filio Francisco Ranuchii, de filiorum Bonsignoris de Senis, et Probe Comitis, Amannatorum de Pistorio societatibus, Senensi et Pistoriensi civibus et mercatoribus Senensibus, mandat quatenus .. archiepiscopo Arelatensi supradictam summam quinque millium librarum turonensium assignent.

« Habet assertio venerabilis... — Dat. ut supra. »

603 Rieti, 12 août 1288.

Ut supra. (Reg. 44, c. 36, f. 94 r°; Lap. du Theil, I, 144.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Arelatensi mandat ut supradictam summam a supradictis mercatoribus recipiat.

« Cum dilectis filiis... — Dat. ut supra. »

604 Rieti, 1er août 1288.

Sub dominio rectoris Massae Trabariae constituuntur diversa castra. (Reg. 44, c. 37, f. 94 r°; Potth., 22760.)

Ad perpetuam rei memoriam. Declarat ut castra et tenimenta Sanctae Agathae, Silvae planae, Billis Raynerii de Monte Auriolo, Raynerii de Castaldeto, Hugolini Pyagnani, Maceratae Gattariae, Vergnanti, Trivii, Wittoni et Savinae, cum omnibus districtibus, curtibus, villis, juribus, finibus et pertinentiis, super quorum jurisdictione gravis contentio exorta erat inter Massae Trabariae et Romaniolae rectores, nec non et homines et castra quae infra fines ipsorum locorum existunt, sub jurisdictione ac dominio rectoris Massae Trabariae, quae est camerae sedis apostolicae demanium speciale, perpetuo maneant et consistant.

« Cum inter alias... — Dat. Reate, kalendis augusti, anno primo. »

605 Rieti, 1er août 1288.

Castrum Sancti Angeli in Vado jurisdictioni rectoris Massae Trabariae de novo subjicit et Urbinatibus omnem jurisdictionem super eodem interdicit. (Reg. 44, c. 38, f. 94, v°; Potth., 22761.)

Ad perpetuam rei memoriam. « Cum castrum Sancti Angeli in Vado fuerit olim et esse debeat de Massa Trabaria, tanquam infra fines ipsius Masse specialiter constitutum, necnon rectores qui fuerunt ibidem pro tempore per romanam ecclesiam deputati in eodem castro, sicut in aliis locis ipsius Masse, in spiritualibus et temporalibus plenam jurisdictionem consueverint exercere; nos, volentes quod dictum castrum, quod dudum propter malitiam temporis ab hominibus de Urbino tunc in rebellione romane ecclesie persistentibus extitit occupatum et per aliqua tempora detentum minus licite ab eisdem, ad jurisdictionem et dominium rectoris predicte Masse, ab eadem ecclesia deputandi, cum curtibus, territorio, finibus et pertinentiis suis totaliter revertatur, presentium

auctoritate statuimus ut ex nunc in antea castrum ipsum sicut alia castra ejusdem Masse, sub jurisdictione et dominio sepefati rectoris in perpetuum maneat et consistat. Quibus Urbinatibus et omnibus aliis personis illarum partium districtius inhibemus ne, pretextu occupationis predicte vel alia quacumque occasione, in eodem castro vel ejus hominibus presumant sibi aliquod jus quomodolibet vendicare, decernendo ex nunc, si secus actum fuerit, irritum et inane. Nulli ergo etc., nostre constitutionis et inhibitionis etc. Dat. ut supra. »

606 Rieti, 21 août 1288.

De solutione debitorum monasterii Turris Majoris, Nucerinae dioecesis. (Reg. 44, c. 39, f. 94 v°.)

Venerabili fratri G., episcopo Sabinensi, apostolice sedis legato et, una cum dilecto filio nobili viro R., comite Atrebatensi, bajulo regni Sicilie, per romanam ecclesiam constituto, mandat quatenus universos fructus, redditus et proventus monasterii Turris Majoris, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis Sancti Benedicti, Nucerinae dioecesis, colligat, assignataque ex eis .. abbati et conventui substentatione congrua, residuum convertat in solutionem debitorum ejusdem monasterii.

« Circa monasterium Turris Majoris... — Dat. Reate, XII kalendas septembris, anno primo. »

607 Rieti, 21 août 1288.

De recuperatione monasteriorum injuste ab Hospitalariis et Templariis in regno Siciliae occupatorum. (Reg. 44, c. 40, f. 94 v°.)

Eidem mandat quatenus, si verum sit Hospitalarios et Templarios occupasse nonnullas abbatias seu monasteria et alia religiosa loca regni Siciliae, ad ecclesiam romanam spectantia, et alia monasteria, in dicto regno consistentia, ab eorum abbatibus et monachis emisse, contra instituta canonica monasteriorum ipsorum, haec loca ad jus et proprietatem romanae ecclesiae revocet, ac eisdem monasteriis personas ydoneas praeficiat in abbates, depositionis sententia in abbates aliosque praelatos culpabiles promulgata.

« Mirantes audivimus quod... — Dat. ut supra. »

608 Rieti, 21 août 1288.

G. mittitur legatus in Corphonensem insulam. (Reg., 44, c. 41, f. [illegible])

Eidem committit plenum legationis officium in Corphonensi insula, quae sub dominio est heredum C., regis Siciliae.

« Considerantes attentius grandia... — Dat. ut supra. »

609 Rieti, 21 août 1288.

Facultas G., legato in Corphonensi insula, concessa. (Reg. 44, c. 42, f. 95 r°.)

Eidem facultatem concedit recipiendi a nonnullis archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum praelatis regni Siciliae, qui per symoniacam pravitatem beneficia sua receperunt, cessionem seu renuntiationem praedictarum ecclesiarum.

« Pervenit ad audientiam... — Dat. ut supra. »

610 Rieti, 21 août 1288.

Tabellionatus officium. (Reg. 44, c. 43, f. 95 r°.)

Venerabili fratri G., episcopo Sabinensi, apostolice sedis legato, facultatem concedit creandi et faciendi quatuor tabelliones publicos.

« Cum sicut ex... — Dat. ut supra. »

611 Rieti, 3 septembre 1288.

Privilegia concedit fratribus ordinis praedicatorum ad terras infidelium proficiscentibus. (Reg. 44, c. 44, f. 95; Potth., 22788.)

Littera concessa predicatoribus super predicatione fidei ad paganos.

Nicolaus etc. Dilectis filiis fratribus de ordine predicatorum ad terras Sarracenorum, Paganorum, Grecorum, Bulgarorum, Cumanorum, Ulacorum ubicumque existentium, Ethiopum, Syrorum, Iberorum, Alanorum, Gazarorum, Gothorum, Zirorum, Ruthenorum, Jacobitarum, Nubianorum, Nestorianorum, Georgianorum, Armenorum, Indorum, Moscelitorum, Tartarorum, Hungarorum Majoris Hungarie, christianorum captivatorum apud Tartaros, aliarumque exterarum nationum Orientis communionem sancte romane ecclesie non habentium proficiscentibus salutem etc... « Cum hora undecima... Presentium vobis auctoritate concedimus ut in terris que adhuc sedis apostolice magisterio non intendunt proponere verbum Dei et constitutis ibidem, non obstante si aliqua sunt excommunicatione ligati, in verbis, officio et cibo ac in aliis secure communicare,

et ipsos seu etiam alios, converti ad unitatem christiane fidei cupientes, recipere, baptizare et aggregare ecclesie filiis valeatis; et presbyteri ex vobis ipsos aggregatos possint insignire caractere clericali et ipsos ad acolitatus ordinem promovere. Liceat etiam vobis ibidem redeuntibus ad obedientiam sedis apostolice qui sunt excommunicatione ligati absolutionis beneficium juxta formam ecclesie impertiri, et super eo dispensare cum ipsis qui sacros receperunt ordines et divina celebrarunt officia sic ligati. Hoc ipsum vobis sit licitum circa illos de terris eisdem qui temporibus indebitis, vel infra etatem legitimam, aut qui omnes eadem die, vel superiores, pretermissis inferioribus, conferre seu recipere ordines presumpserunt; si tamen in hoc servata talis forma extiterit, per quam ordines recepissent. Vobis preterea dispensare liceat ut illi ex nationibus vestre predicationi commissis qui in gradibus et casibus a divina minime lege prohibitis matrimonia contraxerunt, remaneant in eisdem; et hii qui ad ecclesie catholice redierint unitatem, ut inter suos habitent eisque communicent; necnon quod clerici nationum ipsarum publice ad obedientiam sedis apostolice redeuntes gaudeant privilegio clericali. Sit etiam vobis licitum omnium fidelium in terris predictis confessiones audire, ac ipsis injungere penitentias salutares, et excommunicatos a canone vel alio modo, juxta formam ecclesie, absolvere; dummodo injuriam et dampna passis satisfaciant competenter. Cum irregularibus autem partium earum, in casibus in quibus solent legati sedis apostolice dispensare, ac etiam cum clericis illarum partium patientibus defectum natalium, dummodo non sint de adulterio vel incestu aut de regularibus procreati, sit vobis dispensandi facultas quam circa illos similiter habeatis qui ab unitate ecclesie catholice seu religione vel clericali ordine discesserunt, si humiliter redire voluerint, et digne satisfacere de commissis; ita quod ipsi religiosi ad sua loca, salva disciplina ordinis, resumantur; et illos ex jam dictis qui excommunicationis vinculo sunt astricti, juxta premissam formam et predicte satisfactionis modum, absolvere valeatis, et cum irregularibus, sicut est expressum superius, dispensare. Ad hec sit vobis absolvendi facultas occisores clericorum et religiosarum personarum in predictis partibus constitutos; fundandi de novo ibidem ecclesias et reconciliandi ipsas que sunt casu aliquo prophanate, ac de novo fundatis rectores ydoneos providendi; et illis qui de gentibus vel schismaticis noviter sunt conversi dandi licentiam ut uxores suas, cum quibus in gradibus lege divina non prohibitis contraxerunt, valeant retinere; de causis matrimonialibus quas in partibus illis ad audientiam vestram deferri contigerit legitime cognoscendi; ac discordantes inter se adinvicem, quod ad pacem et concordiam redeant, necnon quod inordinate viventes de suis excessibus, sicut justum fuerit, satisfactionem exhibeant, compellendi per censuram ecclesiasticam vobis libera sit facultas. Insuper in locis in quibus vos hospitari contigerit, vel in locis partium earumdem in quibus residentiam facietis, missam et cetera divina celebrare officia, et in eisdem partibus cemeteria benedicere, ac dare indulgentias, commutare vota, ultramarine peregrinationis, continentie et religionis votis exceptis, facultatem et licentiam habeatis. Ceterum vobis concedimus quod a catholicis patriarchis, archiepiscopis, episcopis possitis ordines et alia ecclesiastica sacramenta suscipere, et altaria portatilia, more ipsorum, a jam prefatis episcopis benedicta, habere et eis uti, si contingat vos aliquo casu vestra altariola non habere; ac vestes sacerdotales, altaris pallas et corporalia per eos qui ex vobis sunt presbyteri, cum necesse vobis fuerit, benedicere, ubi catholicorum episcoporum copia non habetur; necnon alia facere, que ad augmentum dominici nominis et ampliationem catholice fidei ac reprobationem et irritationem illorum qui sacris traditionibus contradicunt, sicut pro loco et tempore videbitis expedire. Dat. Reate, III nonas septembris, anno primo. »

612 Rieti, 4 juillet 1288.

Contentio de Wigorniensi archidiaconatu. (Reg. 44, c. 45, f. 95 v°.)

Venerabili fratri archiepiscopo Cantuariensi et dilectis filiis magistro Giffrido de Vezano, camere nostre clerico, Cameracensis, ac Andree de Candulfis, Aurelianensis ecclesiarum canonicis. Quanquam papa archidiaconatum in ecclesia Wigorniensi, vacantem per obitum H., tituli Sancti Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis, qui apud sedem apostolicam mortuus est, magistro Francisco Nepoleonis, subdiacono et capellano, nunc notario suo, contulisset, tamen eundem archidiaconatum .. Wigorniensis episcopus Radulpho de Hungham, clerico Londoniensis dioecesis contulit, qui eum nunc occupat. Quare papa praedictis Giffrido et Andreae mandat quatenus eosdem episcopum et Radulphum infra unius mensis spatium cogant ut eundem archidiaconatum infra quindecim dierum spatium dicto Francisco reddant huicque de dampnis satisfactionem impendant; alioquin eos citent ut coram sede apostolica infra quatuor mensium spatium, dictos quindecim dies immediate sequentium, compareant sub poena in eundem episcopum suspensionis, in dictum vero Radulphum excommunicationis.

« Si subditorum temeritas... — Dat. Reate, IIII nonas julii, anno primo. »

613 Rieti, 11 septembre 1288.

Philippo, regi Francorum, qui decimarum subsidium ad negotium regni Aragoniae prosequendum petiit, remittit et concedit per biennium, sub modis et conditionibus infrascriptis, decimam in regno Franciae pro Aragoniae et Siciliae negotio impositam. (Reg. 44, c. 46, f. 96 r°; Lap. du Theil, I, 159.)

Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie illustri. « Regie celsitudinis litteras, quas nobis dilecti filii magistri Symon dictus Matifas, archidiaconus in ecclesia Remensi, et Robertus de Aricuria, canonicus Parisiensis, capellani nostri, ac frater Arnulphus, ordinis militie Templi Jerosolimitani, tui nuntii, presentarunt, paterne benignitatis affectu recepimus, et tam que in illis contineri perspeximus quam que iidem nuntii ex parte regia coram nobis et fratribus nostris proponere voluerunt intelleximus diligenter. Sane, fili carissime, nuntiorum ipsorum inter cetera propositio habuit quod, ad negotium Aragonie prosequendum, tibi decimarum subsidium benigne concedere dignaremur. Nos vero circa petitionem hujusmodi una cum dictis fratribus discussionis exacte studium duximus adhibendum. Verum cause multiplices, que, multorum judicio, rationis munimine confoventur, se super hoc sollicite considerationis examini obtulerunt, certum ad presens in hac parte differendum fore responsum non immerito suadentes, quarum aliquas, ceteris non levioribus forte silentii taciturnitate conclusis, presentibus duximus inserendas : tractatum videlicet, non sine gravi laborum sarcina, curis multimodis sumptibusve non modicis habitum, super liberatione carissimi in Christo filii nostri Caroli, primogeniti clare memorie C., regis Sicilie, specialibus propter hoc ab olim ad partes illas sollempnibus sedis apostolice nuntiis destinatis, qui, sicut notitiam regiam latere non credimus, adhuc propterea inibi moram trahunt, cujus tractatus eventus expectatur in proximo certitudo; grandium quoque ac importabilium fere gravaminum onera, que jam per multorum annorum curricula ob decimarum exactiones et legatorum ac nuntiorum ad ultramontanas partes occasione hujusmodi transmissorum procurationes exhibitas, quanquam sub patientia laudanda, devote pertulit ecclesia gallicana. Sed quia personam tuam, cujus prosperos salubresque processus appetimus, in intimis gerimus per affectum, et libenter nos votis regiis favorabiles et benignos, prout possumus, exhibemus, tibi super decime petite subsidio certe responsionis oraculum benigne impresentiarum duximus remittendum, videlicet quod decimam ipsam in tuo regno tantummodo, sub modis et conditionibus infrascriptis, Aragonie Sicilieque negotio, quod unum quodammodo reputamus, et hiis etiam que illud contingere dinoscuntur, per biennium de predictorum fratrum consilio duximus concedendam; sed ejus impositio differetur usque ad festum Nativitatis beati Johannis Baptiste proximo secuturum.

Fiet autem ipsius collectio decime per ecclesiasticas personas a sede apostolica deputandas, et juxta modum quem sedis ejusdem providentia ordinabit. Fratres sane nostros romane ecclesie cardinales, qui mundi nobiscum negotia perferunt et onera cotidiana supportant, ab ipsius prestatione decime prorsus excipi volumus et immunes haberi. Clericos preterea quorum redditus et proventus in eodem regno quindecim librarum turonensium parvorum valorem annuum non excedunt includi nolumus in decima supradicta. Templarii quoque ac Hospitalarii, qui contra hostes fidei orthodoxe se ac sua in ultramarinis exponere partibus non formidant, quodque propter dissentiones seculi in diversis mundi partibus dampna gravia pertulerunt, ab ipsius prestatione decime conservabuntur immunes. Illis insuper omnibus ab ipsius prestatione decime prorsus exceptis quos alias confecte jam dudum super prestandis decimis declarationes ecclesie exceperunt. De Cisterciensibus autem, qui de manuum suarum laboribus et propriis terrarum cultibus sustentantur, quosque a prestatione ipsius decime non eximimus, ne religionis observantia, que in eorum ordine laudabiliter vigere dinoscitur, perturbetur, et divina, que inibi ferventibus studiis exercentur, obsequia dispendia diminutionis incurrant, intendimus de modo et quantitate per eos solvenda pro ipsa decima, prout expedire viderimus, ordinare. Erogatio vero decime supradicte ad prosecutionem prefati negotii juxta beneplacitum et ordinationem apostolice sedis fiet. Si vero interim pacis federa provenirent, vel forte a prosecutione hujusmodi abstineri contingeret, vel contra ordinationem sedis ejusdem procederetur in ea, illud quod erit seu supererit de decima memorata in dispositione, ordinatione ac voluntate libera sedis apostolice remanebit. Et si super premissis interpretatio vel declaratio aliqua occurrerit facienda, predicte sedis beneplacito relinquetur. Ipsius autem concessio decime tunc suum sortietur effectum et ejusdem impositio tunc procedet, cum conditiones predictas serenitas regia expresse ac districte duxerit acceptandas, confectis nichilominus super acceptatione hujusmodi regiis patentibus litteris et

expressis, eidem sedi ante impositionem hujusmodi assignandis. Super premissis igitur regalis providentie magnitudo consulte deliberet, sue super hoc nobis voluntatis libitum, non per litteras generales de credentia, sed specialibus litteris regiis explicando, cum nostre intentionis existat in hiis super quibus sedem ipsam successu temporis duxeris requirendam, prout cum Deo poterimus, favorabiliter et benigne annuere votis tuis. Dat. Reate, III idus septembris, anno primo. »

614 Rieti, 17 septembre 1288.

Contra haereticos. (Reg. 44, c. 47, f. 96 v°; Potth., 22811.)

Dilectis filiis nobili viro .. duci, consiliariis et communi Venetorum mandat quatenus constitutiones in haereticos editas in capitularibus suis faciant annotari, et dux juramentum corporaliter praestet servandi eas auxiliumque praebendi inquisitoribus fidei. Hoc enim jam fecerunt cives et rectores aliarum civitatum Tervisinarum.

« Inter ceteras sollicitudinis... — Dat. Reate, XV kalendas octobris, anno primo. »

615 Rieti, 25 septembre 1288.

Decimae trium annorum regno Franciae concessae. (Reg. 44, c. 48, f. 97 r°.)

Carissimo in Christo filio .. regi Francie illustri. « Nuper dilecti filii magistri Symon dictus Matifas, archidiaconus in ecclesia Remensi, et Robertus de Aricuria, canonicus Parisiensis, cappellani nostri, ac frater Arnulphus, ordinis militie Templi Jerosolimitani, nuntii tui, latores presentium, cum litteris tuis ad sedem apostolicam venientes, a nobis ex parte tua, pro negotio Aragonie prosequendo, decimarum subsidium postularunt, quibus, cum fratribus nostris deliberatione prehabita, de ipsorum consilio certum dedimus super ipsa petitione responsum, prout in nostris per eosdem ad te directis litteris expressius continetur. Verum, quia iidem nuntii, post receptas a nobis litteras responsionem hujusmodi continentes, ob nonnulla que continebantur in eis, cum quibusdam ex ipsis fratribus contulerunt, subsidium in eisdem contentum litteris in universo modicum, et ex aliquibus conditionibus et exceptionibus subtractionibusque locorum nimium coartatum variis inductionibus pretendentes, iidem fratres nostri tuum negotium, cui deesse nolumus, ac nostrum, videlicet Sicilie, et alias perurgentes necessitates ecclesie, quibus deesse non possumus, complectentes in unum cum ipsis tuis nuntiis, ac prefati nuntii cum eisdem novum modum, per quem tibi, ut filio, amplior perveniat a matre subventio, nec ipsa ecclesia mater tua, tantis afflicta molestiis, tot injuriis lacescita, tantis inevitabilibus quodammodo necessitatibus coartata, se ipsam sub crudeli quodam negligentique silentio preteriret, in subventione hujusmodi assumpserunt. Profecto, fili carissime, serenitatem tuam volumus non latere quod, tum propter negotium regni Sicilie, in quo per invasionem quondam Petri olim regis Aragonum et injuriosam detemptationem Jacobi nati sui, tot injurias et molestias ibi et alibi in terris ecclesie, totque, occasione hujusmodi expensarum, quasi profluvia invita et immerita sustulit et portavit ecclesia, tum propter defensionem necessariam terre sue, et alias necessitates ecclesie, a tempore felicis recordationis Martini pape, predecessoris nostri, ipsa ecclesia invenitur importabili fere debitorum onere pregravata. Cogitur insuper et adhuc de prefata terra Sicilie cogitare sollicite, injusti detemptoris ejusdem injuria perdurante. Considera itaque filialiter, fili carissime, si in tot angustiis, tot pressuris negligere se possit ecclesia; attende si decenter ad tot incumbentia, removenda atque sublevanda dispendia oculum attente meditationis adhibeat; pensa quod a jure hoc habet etiam status inferior prelatorum, ut pro ingruentibus necessitatibus possint a suis subditis subsidia postulare; revolve tue mentis tueque filialis dilectionis archana, si ecclesie matri tue, de tuo proprio in tot angustiis, in tot necessitatibus subvenires. Habet hoc pro certo naturalis nexus amoris matris ad filium, filii ad parentem, ut necessitati filii materna dulcedo non desit, et in matris indigentia, pietas filialis materne non deficiat caritati. Nunc autem, fili, ad prefatum modum descendimus, qui est talis : videlicet quod, si de predicta responsione in premissis nostris contenta litteris celsitudo regia contenta non esset, concedatur tibi, pro ipsius Aragonie negotio prosequendo, decima trium annorum in regno Francie, ac in Lugdunensi, Viennensi, Bisuntina, Tarentasiensi et Eberdunensi civitatibus et diocesibus, earumque provintiis; in ea parte videlicet ejusdem provintie Eberdunensis que est extra comitatum Provintie et Folkalkeri, nec non in Leodiensi, Metensi, Virdunensi, et Tullensi civitatibus et diocesibus, ejus impositio differatur usque ad festum beati Johannis Baptiste proximo secuturum. Ita tamen quod de prefata decima, pro suis oneribus et necessitatibus, ducenta milia librarum turonensium romana habebit ecclesia. Ad que solvenda, Parisius vel in curia, in pecunia numerata, medietatem videlicet eorumdem ducentorum milium librarum turonensium in festo Resurrectionis dominice proximo futuro, postquam hujusmodi impositio prefate

decime facta fuerit, et aliam medietatem in alio festo ejusdem Resurrectionis dominice post idem festum proximo subsequenti, te eidem ecclesie absque ulla exceptione, compensatione vel deductione ex occasione vel causa quacumque per tuas patentes litteras obligabis, vel, si magis elegeris, mercatores aliquos, de quibus et quorum obligationibus atque modis contenta sit ecclesia, facies obligari. Excludentur autem a prestatione prefate decime religiosa seu pia loca omnia et persone que in prefatis nostris litteris specialiter vel generaliter inveniuntur excepta. Modificatio quoque solutionis Cisterciensium, prout in eisdem continetur litteris, in ordinatione romane ecclesie remanebit. Si vero a prosecutione prefati negotii Aragonie desisti contingeret vel pax forsitan proveniret, quod erit vel supererit de ipsa decima in beneplacito et dispositione sedis apostolice remanebit. Fiet autem collectio ipsius decime per personas ecclesiasticas, prout ipsa ecclesia ordinabit. Et si super premissis interpretatio vel declaratio aliquis occurrerit facienda, predicte sedis beneplacito relinquetur. Ipsius autem concessio et impositio decime tunc procedent, cum conditiones predictas serenitas regia expresse et distincte duxerit acceptandas, confectis nichilominus super acceptatione et obligatione hujusmodi regiis patentibus litteris et expressis, eidem sedi ante concessionem et impositionem hujusmodi assignandis. Modo itaque predicto ad notitiam nostram per eosdem fratres adducto, et demum per nos cum eisdem et aliis fratribus nostris deliberatione habita diligenti, de ipsorum consilio respondemus. Quod si tu premissam responsionem nostram forsitan non acceptes, tibi, juxta premissum tractatum, sub conditionibus, exceptionibus, modificationibus modisque predictis, te implente ac perficiente quod supra premittitur, decimam trium annorum in eisdem regno, provinciis, civitatibus et diocesibus concedemus. Super premissis igitur regalis providentie magnitudo consulte deliberet, sue super hoc nobis voluntatis libitum, non per litteras generales de credentia, sed specialibus litteris regiis explicando. Nostre autem intentionis existit, in hiis super quibus sedem ipsam successu temporis duxeris requirendam, prout cum Deo poterimus, favorabiliter et benigne annuere votis tuis. Dat. Reate, VII kalendas octobris, anno primo. »

616 Rieti, 31 août 1288.

Faventino et Imolensi episcopis mandat quatenus cives Bononienses a censuris ecclesiasticis absolvant, eisque omnem jurisdictionem super terra Medicinae interdicant. (Reg. 44, c. 49, f. 97 v°; Potth., 22785.)

Venerabilibus fratribus .. Faventino et .. Imolensi episcopis. « Romane matris ecclesie... Sane jamdudum .. potestas, .. capitaneus, ansiani, consiliarii et commune Bononie ... statuerunt quod ipse potestas in terra Medicine, que ad jus et proprietatem ejusdem ecclesie pertinere dinoscitur, et in cujus possessione vel quasi pacifica tunc predicta ecclesia existebat, potestatis officium dicti communis nomine per certi temporis spatium exerceret, quodque tempore ipso finito, potestas et officiales alii per dictum commune inibi ponerentur, qui terram ipsam ejusdem communis nomine gubernarent, ac ex tunc predicta terra sub jurisdictione omnimoda et protectione communis existeret memorati. Unde venerabilis frater noster B., episcopus Portuensis, tunc in illis partibus legationis fungens officio,... ipsos attente rogavit, instanter monuit et cum sollempnitate debita requisivit ut statutum hujusmodi penitus retractarent... Alioquin voluit idem episcopus et decrevit ut, preter penas alias temporales eis impositas per eundem, si ejusdem monitionibus non parerent... nichilominus predicti potestas, capitaneus, ansiani, consiliarii et quedam alie dicti communis singulares persone excommunicationis sententiam, quam in eos protulit, incurrerent ipso facto, et Bononiensis civitas, eis infra certum terminum, per prefatum episcopum tunc prefixum, reformationem non revocantibus memoratam, vel in malitia persistentibus inchoata, cum suis suburbiis supposita esset ecclesiastico interdicto. Sicque, licet iidem potestas, capitaneus, ansiani, consilium et commune dicti episcopi monitionibus parere recusaverint..., propter quod dictas penas et sententias incurrerunt, quia tamen ducti consilio saniori terram ipsam, quam sic injuriose ac temere occuparant et aliquandiu detinuerant occupatam, postmodum libere dimisisse, ac officiales, quos ad ipsam transmiserant, penitus revocasse dicuntur, et signa devote penitudinis ostendentes, dilectum filium Jacobum Amoneti, civem Bononiensem, eorum syndicum, cum speciali mandato ad nostram presentiam destinarunt, pro premissis veniam implorantes, nos, misericordie januam aperientes eisdem, sindicum ipsum exhibentem presentialiter juramentum, nomine dictorum potestatis, capitanei, ansianorum, consiliariorum et communis, de parendo precise mandatis nostris et romane ecclesie super hiis, ac offerentem mandatis eisdem super predictis cautiones juxta beneplacitum exhibere, duximus benignius admittendum. Quocirca fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus quatenus ab eisdem potestate, capitaneo, antianis et consulibus, ac

etiam a magistris seu capitibus artium particulariter, et a predicto communi et etiam a populo Bononiensi per sindicum ad hoc specialiter ordinatum, de stando mandatis eisdem super omnibus et singulis predictis juramento recepto et exhibitis ydoneis cautionibus ab eisdem, ipsis ex parte nostra sub debito ipsius juramenti prestiti districtius injungatis quod statuta omnia civitatis Bononiensis, que jurisdictionem aliquam vel merum aut mixtum imperium in terra Medicine predicte quomodolibet exercenda, seu quascumque collectas sive tallias aut exactiones alias inibi generaliter vel specialiter faciendas saperent quoquomodo, de libris seu capitularibus ipsorum abradant omnino, ea vel similia nullo unquam tempore resumpturi; et quod potestas, capitaneus, ansiani, consules, magistri et artium capita memorati universos de predicta terra Medicine bannitos quantotius liberaliter rebanniri, eorumque nomina in libris bannitorum Bononiensium, in quibus conscripta dicuntur, penitus cancellari, ulterius in libris ipsis vel aliis minime rescribendi, ac eorum ymagines in ejusdem communis palatio et portis civitatis prelibate depictas faciant totaliter aboleri. Quodque de hóminibus terre Medicine predicte commune prefatum vel singulares ipsius persone nequaquam sibi justitiam faciant, sed eam a rectore dicte vel ejus officialibus, seu a rectore Romaniole, qui pro tempore fuerit, vel ejus officialibus requirant et recipiant de eisdem, illis dumtaxat exceptis qui de jure et, prout de jure, ratione delicti forum Bononiense sortirentur. Quibus omnibus et singulis efficaciter adimpletis, predictos potestatem, capitaneum, ansianos, consules et magistros seu capita artium et consiliarios, qui sunt et qui fuerunt pro tempore, undecumque sint, ac alias singulares personas civitatis et districtus ipsius, id humiliter postulantes, ab eadem excommunicationis sententia juxta formam ecclesie absolvatis, et interdictum hujusmodi, cui predicta civitas et suburbia propter premissa subjacere noscuntur, auctoritate nostra relaxare curetis. Ceterum volumus et ex nunc presentium auctoritate decernimus ut, quotiens predictum commune per se vel per alium seu alios dictam terram vel ejus districtum aut aliquam ejus partem deinceps occupaverint, invaserint et devastaverint, seu merum aut mixtum imperium vel jurisdictionem aliquam inibi exercuerint, seu potestatem vel officiales elegerint ad eandem, aut ejus incolis, domum in civitate vel districtu Bononiensi aut possessiones aliquas in districtu ipso minime obtinentibus, ratione ipsarum dumtaxat, functiones aliquas imposuerint, vel collectas aut alia onera seu dudum impositas exegerint ab eisdem, potestas et capitaneus Bononienses, sub quorum regimine predicta vel aliquod predictorum fuerint attemptata, necnon ansiani, consules, magistri seu capita artium, consiliarii et quivis dicte civitatis officiales, qui in hiis dederint consilium, auxilium vel favorem, ac successores eorum, si ea infra mensem non revocaverint cum effectu, et de dampnis et injuriis plenarie satisfecerint, excommunicationis sint vinculo innodati, et nichilominus predicta civitas, nisi prefatam terram infra octo dies post occupationem ipsius immediate sequentes libere restituerint, et plene satisfecerint de dampnis, injuriis et offensis illatis, vel que inferri continget, eidem ecclesiastico subjaceat interdicto. Volumus autem quod de predictis omnibus et singulis confici faciatis publica instrumenta, illa nobis per fidelem nuntium transmissuri, ac significaturi nobis per vestras litteras harum seriem continentes quicquid feceritis in premissis. Dat. Reate, II kalendas septembris, anno primo. »

617-618 Rieti, 21 août 1288.

Decima beneficiorum ecclesiasticorum pro Siciliae negotio constituta. (Reg. 44, c. 50, f. 98 r°.)

Nicolaus etc. Venerabilibus fratribus universis archiepiscopis et episcopis, ac dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, prepositis, archipresbyteris et aliis ecclesiarum prelatis, capitulis, conventibus et collegiis Cisterciensis, Cluniacensis, Premonstratensis, Sancti Benedicti, Sancti Augustini, Cartusiensis, Grandimontensis et aliorum ordinum, necnon prioribus Sancti Johannis Jerosolimitani, domorum militie Templi et Beate Marie Theotonicorum preceptoribus, ceterisque omnibus personis ecclesiasticis regularibus et secularibus, exemptis et non exemptis, per regnum Sicilie constitutis, salutem etc. Eos rogat ut decimam suorum omnium ecclesiasticorum reddituum, proventuum et obventionum per annum unum liberaliter ad deffensionem Siciliae concedant; et G., episcopi Sabinensis, apostolicae sedis legati, et nobilis viri R., comitis Atrebatensis, bajulorum regis Siciliae super hoc constitutorum, exhortationibus pareant.

« Habet ut creditur... — Dat. Reate, XII kalendas septembris, anno primo. »

In e. m. eisdem. « Habet ut creditur etc., ut supra usque in fine. Alioquin eidem legato per alias litteras nostras injungimus ut vos universos et singulos ad id, monitione premissa, auctoritate nostra, quavis vestra appellatione postposita, compellat. Dat. ut supra. »

619 Rieti, 21 août 1288.

Ut supra. (Reg. 44, c. 51, f. 98 v°.)

Nicolaus etc. Venerabili fratri G., episcopo Sabinensi, apostolice sedis legato et, una cum dilecto filio nobili viro R., comite Atrebatensi, bajulo regni Sicilie per romanam ecclesiam constituto, salutem etc. Ei nuntiat se supradictam litteram misisse.

« Habet ut creditur... — Dat. ut supra. »

620 Rieti, 30 septembre 1288.

Pro defensione Terrae Sanctae. (Reg. 44, c. 52, f. 98 v°.)

Nicolaus etc. Venerabili fratri .. patriarche Jerosolimitano et dilectis filiis .. domus militie Templi, Hospitalis Sancti Johannis et .. Sancte Marie Theotonicorum Jerosolimitanorum magistris, ac nobili viro Johanni de Graliaco, capitaneo gentis carissimi in Christo filii nostri Phylippi, regis Francorum illustris, in partibus ultramarinis et comitatibus civitatis Acconensis, salutem etc. Respondens litteris sibi ab eis per Guillelmum de Villert, hospitalis Sancti Egidii priorem, dioecesis Nemausensis, Radulphum et Wichardum, praedicatorum, et Bertrandum, monasterii Sancti Mauricii, Sancti Benedicti ordinum, Agennensis dioecesis fratres, mandatis, eos hortatur ut ad Terrae Sanctae particulam quae christianis restat vigilent.

« Onuste dispendiis et... — Dat. Reate, II kalendas octobris, anno primo. »

621-622 Rieti, 1er octobre 1288.

Pro defensione Terrae Sanctae. (Reg. 44, c. 53, f. 99 r°; Potth., 22821.)

Carissimo in Christo filio .. regi Cypri illustri. Eum rogat ut ad defendendam Terrae Sanctae particulam quae christianis restat diligenter invigilet, ne ea ab hostibus Christi occupetur.

« Licet fili carissime... — Dat. Reate, kalendis octobris, anno primo. »

In. e. m. regi Armeniae.

623 Rieti, 2 octobre 1288.

De rebus a quondam Helia, patriarcha Jerosolimitano, apud monasterium Grandimontense depositis inquirit. (Reg. 44, c. 54, f. 99 r°, Potth., 22822.)

Dilectis filiis .. priori praedicatorum et .. guardiano minorum fratrum ordinum Petragoricensibus mandat quatenus « sex cophinos cum quibusdam pecunie summis, vasis argenteis et rebus aliis, » apud monasterium Grandimontense, Lemovicensis dioecesis, in thesauro videlicet ipsius monasterii, ab Helia, quondam patriarcha Jerosolimitano, depositos requirant, tuto loco custodiri faciant, ac de omnibus in hujusmodi negotio factis relationem sedi apostolicae transmittant.

« Nuper ad nostrum... — Dat. Reate, VI nonas octobris, anno primo. »

624 Rieti, 1er octobre 1288.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 55, f. 99 v°; Lap. du Theil, I, 163.)

.. decano et capitulo ecclesie Bajocensis. Indulgentiam concedit unius anni et quadraginta dierum omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam Bajocensem, in honorem Beatae Mariae constructam, « in festivitatibus Assumptionis et Nativitatis ejusdem virginis ac usque ad octo immediate festivitates ipsas sequentes et per septem dies dominice Passionis annis singulis venerabiliter visitaverint. »

« Gloriosus Deus in... — Dat. Reate, kalendis octobris, anno primo. »

625 Rieti, 27 septembre 1288.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 56, f. 99 v°; Potth., 22819.)

.. guardiano et fratribus ordinis minorum ecclesie Sancti Francisci de Asisio. Indulgentiam concedit trium annorum et totidem quadragenarum omnibus vere poenitentibus et confessis qui ad supradictorum fratrum ecclesiam, in honorem sancti Francisci constructam, « in die festivitatis beati Francisci predicti et septem diebus immediate sequentibus causa devotionis accesserint annuatim. »

« Eximie devotionis affectus... — Dat. Reate, V kalendas octobris, anno primo. »

626 Rieti, 11 septembre 1288.

Gubernationem, protectionem et correctionem monasterii Sanctae Clarae de Assisio M., Sanctae Mariae in Porticu diacono cardinali, committit. (Reg. 44, c. 57, f. 99 v°; Potth., 22798.)

Dilecto filio M., Sancte Marie in Porticu diacono cardinali.

« Licet in regula abbatisse et sororum monasterii Sancte Clare de Asisio contineatur expresse ut illum cardinalem sancte romane ecclesie in gubernatorem, protectorem atque correctorem teneantur habere, qui gubernator, protector atque corrector ordinis fratrum minorum a sede apostolica fuerit deputatus, tibique gubernatio, protectio atque correctio predicti ordinis fratrum minorum a prefata sint sede commisse, ad omne tamen dubium excludendum, presentium tibi auctoritate committimus gubernationem, protectionem atque correctionem abbatisse, sororum et monasterii predictorum, curam ipsorum et regimen in spiritualibus et temporalibus, necnon servitialium et familiarium eorumdem, concedentes tibi visitandi ac reformandi monasterium ipsum et corrigendi tam in capite quam in membris, instituendi quoque et destituendi abbatissam et personas alias in monasterio memorato, ordinandi etiam, statuendi, disponendi, precipiendi et faciendi quicquid salubri et prospero statui predictorum abbatisse, sororum, servitialium, familiarium personarum et monasterii per te vel per aliquem seu aliquos fratres ydoneos ordinis minorum videris expedire. Dat. Reate, III idus septembris, anno primo. »

627 Rieti, 11 septembre 1288.

Mathaeo, Sanctae Mariae in Porticu diacono cardinali, facultatem concedit praestandi consensum alienationibus et obligationibus a personis ordinis Sanctae Clarae factis. (Reg. 44, c. 58, f. 99 v°; Potth., 22799.)

Eidem. « Ut tu, cui monasteriorum et personarum ordinis Sancte Clare cura est ab apostolica sede commissa, ipsa monasteria et personas salubrius expedite magis valeas gubernare, tibi prestandi vice nostra et cujuslibet alterius ordinarii vel prelati, cujus forsan super hoc foret requirendus assensus, per te vel per alium seu alios, quibus hoc specialiter tu duxeris committendum, consensum permutationibus, obligationibus vel alienationibus quibuscumque, que de rebus, bonis et juribus monasteriorum dicti ordinis presentium et futurorum vel ad ipsa spectantibus occurrerint faciende, necnon et contractibus qui super hiis fient, plenam concedimus auctoritate presentium facultatem. Dat. ut supra. »

628 Rieti, 11 septembre 1288.

M., Sanctae Mariae in Porticu diacono cardinali, facultatem concedit absolvendi ab excommunicationis sententia sorores ordinis Sanctae Clarae et quasdam alias personas. (Reg. 44, c. 59, f. 99 v°; Potth., 22800.)

Eidem. « Cum cura monasterii... — Dat. ut supra. »

629 Rieti, 11 septembre 1288.

Mathaeo, Sanctae Mariae in Porticu diacono cardinali, potestates concedit in ordinem Sanctae Clarae. (Reg. 44, c. 60, f. 99 v°; Potth., 22801.)

Eidem potestatem concedit absolvendi personas ordinis Sanctae Clarae ab excommunicationis sententia quam incurrerunt aut incurrent pro violenta injectione manuum in se ipsas; dispensandi cum illis quae in ejusdem ordinis monasteriis habuerunt vel habuerint ingressum per symoniam vel alias vitiose; licentiandi easdem personas, earum culpis exigentibus, ad alia monasteria ejusdem ordinis; dandi etiam licentiam fratribus minoribus eundi ad alia monasteria monialium ordinis Sancti Damiani et alterius cujuscumque ac in monasteriis ipsis morandi pro incorporatione monasteriorum ipsorum eidem ordini.

« Cum cura tam... — Dat. ut supra. »

630 Rieti, 11 septembre 1288.

Declarat constitutionem concilii Lugdunensis nullum sororibus monasterii Sanctae Clarae de Assisio praejudicium laturam. (Reg. 44, c. 61, f. 100 r°; Potth., 22802.)

Dilectis in Christo filiabus .. abbatisse et sororibus monasterii Sancte Clare de Asisio declarat ad eas nullatenus extendendam constitutionem in Lugdunensi concilio promulgatam, qua Gregorius X « ordines mendicantium confirmatos etiam per sedem apostolicam post generale concilium institutos, quibus ad congruam sustentationem aut proventus professio sive regula aut constitutiones quelibet interdicunt, certo modo succidendos decrevit... »

« Constitutio felicis recordationis... — Dat. ut supra. »

631 Rieti, 11 août 1288.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 62, f. 100 r°; Potth., 22769.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. « Loca sanctorum omnium... Cupientes igitur ut ecclesia Sancte Marie Majoris de Urbe, cujus quidem

structuram filius ejus dominus noster dominus Hjesus Christus per immissionem nivis estus tempore mirabiliter indicavit, congruis honoribus frequentetur... omnibus vere penitentibus et confessis qui in majori et in illa que Sancti Martini vulgariter dicitur (1) quadragesimis, singulis videlicet dierum quadragesimarum ipsarum annis singulis unum annum et quadraginta dierum ; illis vero qui singulis diebus sabbati cujusquam temporis predictam ecclesiam venerabiliter visitarint... centum dies de injunctis sibi penitentiis misericorditer relaxamus. Dat. Reate, III idus augusti, anno primo. »

632 Rieti, 11 août 1288.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 63, f. 100 r°; Potth., 22770.)

Dilectis filiis Jacobo, Sancte Marie in Via Lata diacono cardinali, archipresbytero ac .. priori et capitulo Basilice Sancte Marie Majoris de Urbe. « Que reverentia que... Unius anni et quadraginta dierum a felicis recordationis Sexto tertio in die consecrationis basilice Sancte Marie Majoris de Urbe, ac unius anni et quadraginta dierum a Clemente tertio in solempnitate consecrationis ejusdem, quando lapidem altari majori supposuit consecratum, ac unius anni et quadraginta dierum ab Honorio tertio, ab ipso festo consecrationis usque ad octavas Assumptionis ipsius virginis, ac unius anni et quadraginta dierum a Gregorio nono ab eodem consecrationis usque ad predictas octavas ; unius vero anni et quadraginta dierum ab Alexandro, predecessoribus nostris romanis pontificibus, a predicta consecratione usque ad octavas easdem omnibus singulis annis devote accedentibus ad basilicam memoratam » concessas indulgentias approbantes, easdem a festo ipsius dedicationis usque ad octavas Nativitatis ejusdem virginis volumus perdurare. « Nos quoque... omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad predictam basilicam in die dedicationis ejusdem, in qua festum nivis... a vobis sollempniter celebratur, et usque ad hujusmodi octavas Nativitatis dicte virginis, causa devotionis accesserint annuatim... tres annos et tres quadragenas, quos hujusmodi prioribus remissionibus de gratia speciali addicimus, de injunctis eis penitentiis misericorditer relaxamus. Dat. Reate, III idus augusti, anno primo. »

1. Dicitur n'est pas dans le ms.

633 Rieti, 11 août 1288.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 64, f. 100 v°.)

Eisdem. Indulgentiam concedit trium annorum et trium quadragenarum omnibus vere poenitentibus et confessis qui, in dominicae Nativitatis usque ad octavas, in Epiphaniae et Resurrectionis Domini diebus usque ad octavas, in Purificationis quoque et Annuntiationis Beatae Mariae ac beati Mathiae apostoli festivitatibus, et in singulis stationibus in eadem ecclesia hactenus ordinatis, basilicam Sanctae Mariae Majoris visitaverint.

« Propter veritatem et... — Dat. ut supra. »

634 Rieti, 27 septembre 1288.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 65, f. 100 v°.)

Eisdem. Indulgentiam concedit quadraginta dierum omnibus vere poenitentibus et confessis qui basilicam Sanctae Mariae Majoris singulis diebus venerabiliter visitarint.

« Mulier generosa invenit... — Dat. Reate, V kalendas octobris, anno primo. »

635 Rieti, 27 septembre 1288.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 66, f. 100 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam concedit unius anni et quadraginta dierum omnibus vere poenitentibus et confessis, quandocumque manum porrexerint ad conservationem et reparationem basilicae Sanctae Mariae Majoris.

« Habet hoc et... — Dat. ut supra. »

636-637 Rieti, 27 septembre 1288.

Dispensatio residentiae. (Reg. 44, c. 67, f. 100 v°.)

Dilectis filiis .. priori et capitulo Sancte Marie Majoris de Urbe indulget ut singuli eorum et successorum, necnon et ejusdem ecclesiae capellanorum, seu beneficiatorum perpetuorum fructus, redditus et proventus omnium beneficiorum suorum, etiam si dignitates vel personatus existant et curam habeant animarum, quae in quibuscumque ecclesiis obtineant, possint, quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, cum integritate percipere.

« Inter universas orbis... — Dat. Reate, v kalendas octobris, anno primo. »

In e. m. Jacobo, Sanctae Mariae in Via Lata diacono cardinali, archipresbytero basilicae Sanctae Mariae Majoris, et .. Sancti Pauli de Urbe ac .. Sancti Dionisii in Francia, Parisiensis dioecesis, monasteriorum abbatibus, mandat ut praedictis canonicis, capellanis et beneficiatis eorum redditus integre ministrari faciant. Dat. ut supra.

638 Sainte-Marie-Majeure, 25 novembre 1288.

Littera de securo conductu pro nuntiis Alfonsi, nati quondam Petri olim regis Aragonum. (Reg. 44, c. 68, f. 101 r°.)

Nicolaus etc. Venerabilibus fratribus universis archiepiscopis et episcopis, ac dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, prepositis, plebanis et aliis ecclesiarum prelatis, necnon et nobilibus viris marchionibus, comitibus, ducibus, baronibus, potestatibus, rectoribus, capitaneis, consulibus, consiliis et comunitatibus tam civitatum quam castrorum et aliorum locorum ad quos littere iste pervenerint, salutem etc. Eos rogat et hortatur ut nuntios Alfonsi, nati quondam Petri olim regis Aragonum, ad sedem apostolicam se transferentes, cum familiis eorum per terras et districtus suos transire libere permittant.

« Pridem post nostre... — Dat. Reate apud Sanctam Mariam Majorem, vii kalendas decembris, anno primo. »

639-641 Sainte-Marie-Majeure, 25 novembre 1288.

Ut supra. (Reg. 44, c. 69, f. 101 v°; Lap. du Theil, I, 165.)

Carissimo in Christo filio Phylippo, regi Francorum illustri. Eum rogat ut praedictos nuntios per terras suas tute transire permittat.

« Pridem post nostre... — Dat. ut supra. »

In e. m. J., regi Majoricarum.

In e. m. Carolo, regi Aragonum (Potth., 22834*).

642-643 Sainte-Marie-Majeure, 25 novembre 1288.

Ut supra. (Reg. 44, c. 70, f. 101 v°.)

Dilecto filio J., tituli Sancte Cecilie presbytero cardinali, apostolice sedis legato, mandat quatenus studeat ut rex Francorum nuntios Alfonsi per terras suas tute transire faciat.

« Pridem post nostre... — Dat ut supra. »

Sainte-Marie-Majeure, 27 novembre 1288.

In e. m. Carolum, primogenitum clarae memoriae C. regis Siciliae, rogat ut praedictos nuntios per terras suas ultramontanas transire permittat.

« Pridem prout te... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, v kalendas decembris, anno primo. »

644 Sainte-Marie-Majeure, 25 novembre 1288.

Ut supra. (Reg. 44, c. 71, f. 102 r°.)

Dilecto filio nobili viro .. senescallo Provintie. Eum rogat ut praedictos nuntios Alfonsi venire libere permittat.

« Cum sicut accepimus... — Dat. ibidem, vii kalendas decembris, anno primo. »

645 Sainte-Marie-Majeure, 18 janvier 1289.

Perusini citantur coram sede apostolica. (Reg. 44, c. 72, f. 102 r°.)

Dilecto filio Peregrino, preposito de Vanzi, capellano nostro. Ei mandat quatenus potestatem, capitaneum, consilium et commune Perusinos, qui, contemptis omnibus monitis et minaciis papae et nuntiorum ejus, iterum civitatem et cives Fuliginates multimodis molestiis offenderunt, ac etiam castra Antinnanum et Turricellae, Spoletanae dioecesis, quae nobilis viri Raynaldi Napoleonis de Fulgineo sunt, armata manu ceperunt, citet ut infra viginti dies post citationem per procuratorem seu syndicum compareant coram sede apostolica.

« Perusinorum gressus erroneos... — Dat Rome apud Sanctam Mariam Majorem, xv kalendas februarii, anno primo. »

646 Sainte-Marie-Majeure, 18 janvier 1289.

Homines castri de Spello, Spoletanae dioecesis, citantur coram sede apostolica. (Reg. 44, c. 73, f. 103 r°.)

Eidem mandat quatenus homines Castri de Spello, Spoletanae dioecesis, citet ut infra viginti dies post citationem per procuratorem seu syndicum compareant coram sede apostolica, de eadem causa qua Perusini responsuri.

« Excessus detestabiles et... — Dat. ut supra. »

647 Sainte-Marie-Majeure, 18 janvier 1289.

Contra Perusinos. (Reg. 44, c. 74, f. 103 r°.)

Eidem mandat quatenus ad civitatem Perusinam per-

sonaliter se conferens, injungat .. potestati .. capitaneo .. consilio et communi Perusinis ut libertati restituant Raynaldum Napoleonis de Fulgineo et alios homines quos, Antinnano et Turricellae castris captis, in captivitatem duxerunt.

« Cum sicut ad... — Dat. ut supra. »

648 Sainte-Marie-Majeure, 27 janvier 1289.

M., Sanctae Mariae in Porticu diacono cardinali, facultatem concedit absolvendi ab excommunicationis sententiis personas religiosas ordinis Sanctae Clarae, et eligendi vel confirmandi abbatissas ejusdem ordinis, durante interdicto. (Reg. 44, c. 75, f. 103 v°; Potth., 22863.)

Dilecto filio M., Sancte Marie in Porticu diacono cardinali, facultatem concedit absolvendi abbatissas, sorores, familiares, conversos et capellanos monasteriorum ordinis Sanctae Clarae ab excommunicationis, suspensionis et interdicti sententiis, si quas eaedem personae, masculini videlicet sexus post religionis ingressum, feminini vero ante et post ingressum hujusmodi, incurrerunt hactenus vel incurrerint in posterum, latas et ferendas contra adjutores et fautores quondam Petri regis Aragonum; ac etiam concedendi praedictis personis liberam facultatem eligendi, secundum formam regulae Sanctae Clarae, abbatissas, interdicto durante, confirmandi quoque vel infirmandi electiones celebratas.

« Cum cura tam... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, vi kalendas februarii, anno primo. »

649 Sainte-Marie-Majeure, 23 janvier 1289.

De decimis pro negotio Terrae Sanctae statutis. (Reg. 44, c. 76, f. 103 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Albanensi et dilectis filiis Jacobo, Sancte Marie in Via Lata, ac Benedicto, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconis cardinalibus, mandat ut, omnibus collectoribus decimae pro negotio Terrae Sanctae statutae necnon et mercatoribus et aliis personis qui de hoc negotio curaverunt convocatis, ab eis, praestito corporaliter juramento, inquirant de omnibus negotium Terrae Sanctae contingentibus, et responsiones eorum fideliter in scriptis redigi faciant.

« Attendens non incognite... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, x kalendas februarii, anno primo. »

650 Sainte-Marie-Majeure, 5 janvier 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 77, f. 104 r°.)

Dilectis filiis Jacobo, Sanctae Mariae in Via Lata diacono cardinali, archipresbytero, ac .. priori et capitulo basilice Sancte Marie Majoris de Urbe. Indulgentiam concedit trium annorum et trium quadragenarum omnibus vere poenitentibus et confessis qui, a festo dominicae Nativitatis usque ad festum Purificationis Beatae Mariae et a die Resurrectionis Domini usque ad octavas Resurrectionis ejusdem, in Annuntiationis quoque praedictae virginis ac beati Mathiae apostoli festivitatibus, et in singulis stationibus in ecclesia Sanctae Mariae Majoris hactenus ordinatis, praefatam ecclesiam visitaverint.

« Propter veritatem et... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, nonis januarii, anno primo. »

651 Sainte-Marie-Majeure, 5 janvier 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 78, f. 104 r°.)

Eisdem. Indulgentiam concedit « omnibus vere penitentibus et confessis centum dierum qui qualibet secunda et quarta feria; unius anni et quadraginta dierum, qui quolibet die sabbati predictam ecclesiam visitaverint. »

« Propter veritatem et... — Dat ut supra. »

652 Sainte-Marie-Majeure, 25 février 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 79, f. 104 v°; Potth., 22890.)

Dilectis filiis M., Sancte Marie in Porticu diacono cardinali, archipresbytero, et capitulo basilice Principis apostolorum de Urbe. « Ille qui solus... Omnibus vere penitentibus et confessis, singulis anni diebus quibus ipsi eandem basilicam personaliter visitabunt, unum annum et quadraginta dies; a dominica vero de Adventu usque ad primam dominicam post octavas Epyphanie et a dominica quinquâgesime hinc ad octavas Pasce quolibet die, tres annos et tres quadragenas; in singulis quoque festivitatibus tam beate Marie virginis, scilicet Nativitatis, Annuntiationis, Purificationis et Assumptionis et cujuslibet apostolorum et evangelistarum ac sanctorum Michaelis archangeli, Andree, Mathie, Nicolai, Gregorii, Longini, Antonii, Leonis, Processi et Martiniani, Martini, Francisci, Omnium Sanctorum et Conversionis beati Pauli apostoli ac sanctarum Lucie, Marie Magdalene atque Clare virginis, anniversariis diebus consecrationis altaris Sancte Marie de Cancellis, in basilica predicta constructi,

que VIII idus octobris occurrit, ac dedicationis basilice Salvatoris, necnon et in singulis diebus quibus est statio in ipsa basilica ordinata ... duos annos et duas quadragenas de injunctis eis penitentiis misericorditer relaxamus; remissionibus seu indulgentiis accedentibus ad eandem basilicam alias a nonnullis romanis pontificibus predecessoribus nostris concessis, quas etiam nos ipsi nuper approbavimus ac, ut Christi fideles ad dictam basilicam venientes reddantur de acquirendis ipsis remissionibus certiores, de novo duximus concedendas, in suo robore nichilominus duraturis. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, V kalendas martii, anno secundo. »

653 Sainte-Marie-Majeure, 24 février 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 80, f. 104 v°.)

Eisdem. Omnibus vere poenitentibus et confessis, basilicam Sancti Petri, in qua pretiosissimi vultus imago « quam Veronicam fidelium vox communis appellat, » et corpus « aetherei Janitoris, et innumerabilium martyrum aliorumque sanctorum » reliquiae venerantur, visitantibus, indulgentias confirmat quas praedecessores ejus « tam ex scriptis antiquis in basilica ipsa repertis, quam ex seniorum canonicorum ejusdem basilice relatione » noscuntur concessisse; « videlicet in Nativitatis Domini, Epyphanie, Cathedre ipsius S. Petri, Annuntiationis beate Marie virginis, Ascensionis Domini et ejusdem S. Petri ac beati Pauli apostoli, et Dedicationis predicte ac ipsius Sancti Pauli basilicarum festivitatibus, ac per octo dies easdem festivitates Epyphanie et ipsorum apostolorum et Dedicationum basilicarum earumdem immediate sequentes, et quolibet die ab ipsa festivitate dicte Ascensionis usque ad octavas festi Pentecostes, necnon in die dominica qua cantatur Gaudete, et in quinquagesima ac de Passione diebus dominicis, et anniversarii consecrationis majoris altaris dicte basilice, Cene Domini et Parasceve ac Letaniarum majorum diebus, ac etiam die lune post Pasca, septem annorum et septem quadragenarum; et ab octavis Pentecostes hinc ad festum ipsius beati Petri, et ab octavis ejusdem festi beati Petri usque ad kalendas Augusti die quolibet, trium annorum et trium quadragenarum; visitantibus autem ipsam a principio Quadragesime usque ad festum Pasce, quolibet die et in ipso festo, necnon et in festivitatibus Nativitatis, Purificationis et Assumptionis predicte beate Marie virginis, Dedicationis et Apparitionis S. Michaelis archangeli, SS. Andree, Thome, Johannis Evangeliste, Conversionis predicti S. Pauli, ac Mathie, Jacobi, Bartholomei, Mathei, Luce, Symonis et Jude, Nicolai, Lucie, Stephani, Silvestri, octave Nativitatis Domini, S. Gregorii, S. Longini, Inventionis et Exaltationis sancte crucis, sancte Petronille, sanctorum Johannis et Pauli, S. Leonis, sanctorum Processi et Martiniani, S. Alexis, sancte Marie Magdalene, S. Laurentii, S. Egidii, Omnium Sanctorum, Dedicationis Basilice Salvatoris, consecrationis altaris Sancte Marie de Cancellis in ipsa ecclesia constructi, que octavo idus octobris occurrit, necnon omnibus diebus quatuor temporum, unius anni et quadraginta dierum, et reliquis singulis anni diebus, quadraginta dierum remissiones suorum peccaminum concesserunt ... »

« Ille qui solus... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, VI kalendas martii, anno secundo. »

654-655 Sainte-Marie-Majeure, 30 janvier 1289.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 44, c. 81, f. 105 r°.)

Dilecto filio Matheo de Columpna, capellano nostro, canonico ecclesie Carnotensis, personatum seu dignitatem et praebendam in cathedrali seu quacumque alia ecclesia civitatis et dioecesis Morinensis vacantes seu vacaturos confert, cum eodem dispensans ut praedictos personatum sive dignitatem et praebendam, una cum personatu vel dignitate quem vel quam in ecclesia Carnotensi exspectat, necnon Laudunensibus et Belvacensibus canonicatibus et praebendis suis retinere valeat.

« Nobilitatem generis litterarum... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, III kalendas februarii, anno primo. »

In e. m. .. Viterbiensi et .. Atrebatensi episcopis ac .. abbati monasterii Sancti Victoris Parisiensis, ordinis Sancti Augustini, mandat ut praedicto Mathaeo dictos personatum vel dignitatem et praebendam conferre curent.

FIN DU REGISTRE DE LA PREMIÈRE ANNÉE.

INCIPIT REGESTRUM LITTERARUM

SECUNDI ANNI DOMINI NICOLAI PAPE IIII

---

656 Sainte-Marie-Majeure, 25 février 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 1, f. 107 r°.)

Nicolaus episcopus servus servorum Dei. Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem et apostolicam benedictionem. Indulgentiam concedit centum dierum omnibus vere poenitentibus et confessis qui hospitali pauperum civitatis Penestrinae manum caritatis porrexerint.

« Quoniam ut ait... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, v kalendas martii, pontificatus nostri anno secundo. »

657 Sainte-Marie-Majeure, 25 février 1289.

Bonettus de Sancto Quintino ad canonicatum et praebendam ecclesiae Suwellensis Rolando de Ferentino restituenda cogitur. (Reg. 44, c. 2, f. 107 r°.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Eboracensi et dilecto filio magistro Gifredo de Vezano, camere nostre clerico, canonico Cameracensi. « Exhibita nobis dilecti filii Rolandi de Ferentino, canonici ecclesie Suwellensis, Eboracensis diocesis, cappellani nostri, petitio continebat quod, cum olim canonicatus et prebenda ejusdem ecclesie per liberam resignationem venerabilis fratris nostri Cinthii, archiepiscopi Capuani, tunc Tripolitani electi, ac canonici ejusdem ecclesie, in manibus felicis recordationis Honorii pape IIII, predecessoris nostri, factam, vacassent, idem predecessor, volens dicto cappellano gratiam facere specialem, canonicatum et prebendam eosdem eidem cappellano auctoritate apostolica contulit, et providit de illis, ac dilectum filium magistrum B. de Carcasona, canonicum Narbonensem, cappellanum nostrum, investivit, ipsius Rolandi nomine ac pro ipso, per suum anulum de eisdem, decernendo ex tunc irritum et inane, si secus de canonicatu et prebenda predictis a quoquam existeret attemptatum, certis sibi super hoc executoribus deputatis. Sane magister Johannes de Luco, canonicus Londoniensis, qui erat unus de executoribus supradictis, ad hujusmodi negotii executionem intendens, dilectos filios magistros Henricum de Schiptone, archidiaconum de Notighinie in ecclesia Eboracensi, et Benedictum de Suelleno, predicte ecclesie Suwellensis canonicos, et per eos capitulum ejusdem ecclesie, per suas sub certa forma litteras, prout de mandato dicti predecessoris poterat, monuit, eisque injunxit ut dilectum filium Johannem de Caprons, ejusdem Rolandi procuratorem, infra certum terminum competentem in eisdem expressum litteris reciperent et recipi facerent in eadem ecclesia Suwellensi, dicti Rolandi nomine, in canonicum et in fratrem, stallum sibi in choro et locum in capitulo assignando, ac eum in corporalem ejusdem prebende possessionem, cum omnibus juribus et pertinentiis suis inducerent, amoto exinde quolibet detentore; alioquin ex tunc in prefatos Henricum et Benedictum excommunicationis, et in predictum capitulum suspensionis sententias promulgavit, et eandem Suwellensem ecclesiam supposuit ecclesiastico interdicto, in contradictores et rebelles quoslibet, preterquam in carissimum in Christo filium nostrum .. regem

et carissimam in Christo filiam nostram .. reginam Anglie, consortem ipsius, illustres, eorumque liberos, excommunicationis sententias proferendo. Cumque postmodum prefatus procurator ab eodem magistro Benedicto cum instantia postulasset ut mandatum hujusmodi, sibi et eidem magistro Henrico per predictum magistrum Johannem factum, adimplere curaret ac faceret a prenominato capitulo adimpleri, secundum continentiam litterarum dicti predecessoris super hoc ipsi Johanni et aliis predictis executoribus directarum, prefatus magister Benedictus id facere pro suo libito non curavit, non absque apostolice sedis injuria et contemptu. Cum autem Bonectus de Sancto Quintino, clericus, prebendam ipsam injuste detineat, sicut asseritur, occupatam, in ejusdem cappellani non modicum prejudicium et gravamen, nec permittat eum predicte prebende possessionem pacificam adipisci, prefatus Rolandus nobis humiliter supplicavit ut providere sibi super hoc de benignitate sedis apostolice dignaremur. Nos igitur, intendentes ut idem Rolandus, quem, suis exigentibus meritis, speciali affectione prosequimur, fructum ex hujusmodi gratia consequatur optatum, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus vos vel alter vestrum prefatum Bonectum, per vos vel per alium seu alios, ex parte nostra diligenter monere curetis ut infra decem dies post monitionem vestram eundem Rolandum, vel procuratorem suum pro eo, predictam prebendam permittat libere assequi et adeptam pacifice possidere. Alioquin eundem Bonectum et predictos magistros Henricum et Benedictum personaliter, si comode poterit eorum haberi presentia, alioquin ipsos et eorum quemlibet in proprio domicilio, vel in eadem ecclesia Suwellensi, ac prefatum capitulum ex parte nostra peremptorie citare curetis ut idem Bonettus personaliter, predicti vero Henricus et Benedictus per se vel per procuratorem ydoneum, capitulum autem per procuratorem ydoneum ad hoc specialiter constitutos, infra duos menses post citationem hujusmodi cum omnibus juribus et munimentis suis apostolico se conspectui representent, nobis de inobedientia et eidem Rolando de justitia responsuri. Non obstantibus indulgentia qua illis de regno Anglie dicitur esse concessum, quod extra regnum ipsum vel citra mare Anglicanum in causam trahi vel ad judicium evocari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam de indulto hujusmodi mentionem, et constitutione de duabus dietis edita in concilio generali. Diem vero citationis et formam et quicquid in hac parte feceritis nobis per vestras litteras harum seriem continentes studeatis fideliter intimare. Dat. Rome, ut supra. »

658 Sainte-Marie-Majeure, 27 février 1289.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 44, c. 3, f° 107 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Sleswicensi mandat quatenus cum Ingilberto Tuboysom, presbytero Sleswicensis dioecesis, super defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, dispenset, ut in susceptis ordinibus ministrare et beneficium nullam animarum curam habens tenere possit.

« Accedens ad presentiam... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, III kalendas martii, anno secundo. »

659 Sainte-Marie-Majeure, 23 février 1289.

Symo de Marziaco ad trecentos florenos hospitali Sancti Spiritus in Saxia de Urbe restituendos cogitur. (Reg. 44, c. 4, f. 107 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Theatino mandat quatenus nobilem virum Symonem de Marziaco, justitiarium Aprutinum citra flumen Piscariae, moneat ut infra unius mensis spatium post monitionem trecentos auri florenos .. praeceptori et fratribus hospitalis Sancti Spiritus in Saxia de Urbe restituat, et de injuriis eisdem illatis satisfactionem impendat; alioquin eum citet ut infra quindecim dies post hujusmodi citationem coram sede apostolica compareat. — Cum Desiderius Angeli, civis Theatinus, omnibus bonis suis hospitali praedicto per donationem inter vivos datis, se in idem hospitale recepisset, praefatus Symon eundem Desiderium capi fecit et in carcere detinuit donec de bonis dicti hospitalis pro redemptione Desiderii trecentos auri florenos extorsisset.

« Sua nobis dilecti... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, VII kalendas martii, anno secundo. »

660 Sainte-Marie-Majeure, 25 février 1289.

Sanctius Pelagii et Petrus Gundisalvi de ordine relicto absolvuntur. (Reg. 44, c. 5, f. 107 v°.)

Dilectis filiis .. abbati monasterii Sancte Marie de Ursera, Cisterciensis, Auriensis diocesis, et .. priori fratrum predicatorum ordinum Toletano mandat quatenus Sanctium Pelagii et Petrum Gundisalvi, fratres ordinis militiae Sancti Jacobi, absolvant ab eo quod « ipsi olim, cum quampluribus ordinis militie Sancti Jacobi, ad evitandam discordiam inter quondam G., magistrum, ex parte una, et nonnullos fratres ipsius ordinis exortam, ex al-

tera, ipsum ordinem exeuntes, ad ordinem fratrum de Stella se postmodum transtulerunt. » Demum ad ordinem Sancti Jacobi reversi, in eo per decem annos et usque nunc fuerunt, Sarracenos, secundum ipsius ordinis instituta, viriliter expugnando.

« Petitio dilectorum filiorum... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, v kalendas martii, anno secundo. »

661 Sainte-Marie-Majeure, 25 février 1289.

Eadem absolutio Petro Fernandi, nunc magistro ordinis militiae Sancti Jacobi, conceditur. (Reg. 44, c. 6, f. 108 r°.)

Eisdem.

« Merita dilecti filii... — Dat. ut supra. »

662-663 Sainte-Marie-Majeure, 25 février 1289.

Facultas testandi. (Reg. 44, c. 7, f. 108 r°.)

Magistro Paulo de Reate, camere nostre clerico.

« Quia presentis vite... — Dat. ut supra. »

Sainte-Marie-Majeure, 26 février 1289.

In e. m. Aymerico, episcopo Colimbriensi. — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, IIII kalendas martii, anno secundo. (Cet *In e. m.* est écrit en marge du registre).

664 Sainte-Marie-Majeure, 28 février 1289.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 8, f. 108 r°; Potth., 22891.)

Venerabili fratri .. episcopo Misnensi committit quatenus cum Alberto, comite de Anahalt, et Lutgarde, nata Gerardi comitis de Haltsacia, dispenset ut in matrimonio quod olim, ignorantes impedimentum esse, contraxerunt et in quo plures filios procrearunt, non obstante quarto consanguinitatis gradu quo conjuncti sunt, remanere valeant.

« Ex parte dilecti... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, II kalendas martii, anno secundo. »

665 Sainte-Marie-Majeure, 7 mars 1289.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 9, f. 108 r°.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Montisregalis, cui cura ecclesie Sorane, ad presens pastore carentis, in spiritualibus et temporalibus a sede apostolica est commissa, mandat quatenus cum Rogerio dicto Straczato et Francisca de castro Campoli, muliere ejus, Soranae dioecesis, qui, ad sedandas guerras inter dictum Rogerium et Fredericum, fratrem ipsius Franciscae, in quibus jam octo fuerant occisi homines, inter se, per intercessum Adenulphi, comitis Acerrarum, domini loci, matrimonium contraxerunt, quanquam quarto consanguinitatis gradu conjuncti fuissent, dispenset ut in praedicto matrimonio remanere possint.

« Exhibita nobis dilecti... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, nonis martii, anno secundo. »

666 Sainte-Marie-Majeure, 7 mars 1289.

Licentiam magistro hospitalis novi Spiritus Sancti de Misericordia Pisani concedit alienandi quasdam possessiones. (Reg. 44, c. 10, f. 108 v°.)

Dilectis filiis .. de Sancto Savino, Pisane diocesis, et .. Sancti Pauli de Ripa Arni monasteriorum abbatibus, ac magistro Alexandro de Sancto Germano, canonico Pisano, mandat quatenus, si expedire viderint, .. magistro et fratribus hospitalis novi Spiritus Sancti de Misericordia Pisani, quod *Pape Alexandri* vulgariter nuncupatur, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis Sancti Augustini, licentiam concedant mutandi vel vendendi quasdam domos et possessiones quas in civitate et districtu Pisano habent.

« Ex parte dilectorum... — Dat. ut supra. »

667 Sainte-Marie-Majeure, 5 mars 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 11, f. 108 v°.)

Dilectis in Christo filiabus .. abbatisse et conventui monasterii Sancti Benedicti Ferentinatis. Indulgentiam concedit centum dierum omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam praedicti monasterii, Sancto Benedicto dedicatam, in Nativitatis Domini, ac singulis Beatae Mariae et Sancti Benedicti festivitatibus, per octo dies sequentes et in die Veneris sancta visitaverint.

« Loca sanctorum omnium... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, III nonas martii, anno secundo. »

668 Sainte-Marie-Majeure, 7 mars 1289.

Dispensatio super defectu manus. (Reg. 44, c. 12, f. 108 v°.

Dilecto filio Jacobo scolari, nato dilecti filii nobilis viri

Johannis Judicis de Clausura, civis Romani, indulget ut, quanquam absque manu dextera natus sit, tamen, quia diu insistens studio litterarum in grammaticalibus studiis profecit, tonsuram clericalem obtinere possit.

« Exemplo eterni regis... — Dat. Rome apud Sanctam Mariam Majorem, nonis martii, anno secundo. »

669 Sainte-Marie-Majeure, 15 mars 1289.

Ebolum, Casaedei, Bernardum, Brantholmensis monasteriorum abbates, et Geraldum de Malomonte, cantorem ecclesiae Bituricensis, a personali citatione absolvit. (Reg. 44, c. 13, f. 109 r°.)

Dilectis filiis Ebolo, Casadei, Claromontensis, et Bernardo, Brantholmensis, Petragoricensis diocesis, monasteriorum abbatibus, ordinis S. Benedicti, ac magistro Geraldo de Malomonte, cantori ecclesie Bituricensis. « Petitio vestra nobis exhibita continebat quod olim falsa fuit nobis insinuatione suggestum quod, cum tu, fili Bernarde, bona monasterii Brantholmensis, venerabilis fratris nostri.. Petragoricensis episcopi, ut dicebatur, jurisdictioni subjecti, dilapidares et enormiter consumeres, ac dimidiam partem castri de Bardela et pertinentiarum ipsius, cujus redditus et proventus ad congruam sustentationem sufficiebant totius conventus monasterii memorati, magistro Geraldo de Malomonte, clerico, fratri tuo, consiliario carissimi in Christo filii nostri regis Francie illustris, minus licite, sine prioris et conventus monasterii predicti consensu, concessisses, et dictus episcopus, ad denuntiationem prioris et conventus ipsorum, te, predicte Bernarde, propter hoc faciens ad suam presentiam evocari, te caritative monuisset ut concessionem hujusmodi revocares; quia tu, prout asseritur, id efficere non curasti, nominatus episcopus, cui, ut asserebatur, delapidatione hujusmodi per te, predicte Bernarde, facta constitit manifeste, te a spiritualium et temporalium administratione suspendens, decrevit predicti monasterii monachos hujusmodi suspensione durante ad tuam obedientiam non teneri, et quod te, pro eo quod, eandem suspensionem vilipendens, divina officia celebraras, a monasterii memorati duxit regimine amovendum, data licentia conventui sepefati monasterii eligendi sibi personam ydoneam in abbatem, et quod predicti conventus Helyam de Fayola, tunc ejusdem monasterii monachum, in abbatem ipsius monasterii canonice et concorditer elegerunt, dictusque episcopus electionem hujusmodi auctoritate ordinaria confirmavit, quodque tu, fili Geralde, attendens quod inter eundem episcopum et te, fili Ebole, super eo quod subjectionem in eodem monasterio Brantholmensi te habere contendis, questio vertebatur, prefati regis litteras, ut provisionem de dicto Helya factam impedires, tuo, predicti abbatis Casadei, nomine, ad senescallum Petragoricensem regium obtinuisti sub ea forma litteras destinari, ut per se vel alium aut alios dictum abbatem Casadei in juribus, rebus et possessionibus suis a quibuscumque molestatoribus et violentis turbatoribus tueretur, quodque predictus senescallus Johannetum de Parisius, servientem suum, juxta petitionem tuam, Geralde predicte, ad exequenda ea que in predictis continebantur litteris, deputavit, et quod idem Johannetus una vobiscum, abbates et magister Geralde predicti, necnon et magna multitudine armatorum, ad prefatum monasterium Brantholmense accedens, prenominatum Helyam, dum in ecclesia ipsius monasterii Brantholmensis, sacris indutus vestibus, super altare missarum sollempnia intenderet celebrare, violenter capiens, ipsum vinctum vobis, abbati Casadei et magistro Geraldo predictis, seu aliis de mandato vestro tradidit, .. priore et conventu dicti monasterii Brantholmensis per vos, abbates et Johannetum prefatos, de monasterio ipso fugatis, quodque vos, abbas Casedei et Geraldus prefati, eundem Helyam et quendam dicti monasterii monachum, qui captus extitit cum eodem, de predicto Brantholmensi monasterio educentes, ipsos detineri faciebatis in quodam castro tuo, predicte magister Geralde, in compedibus diro carceri mancipatos, et quod nichilominus prefatus Johannetus, pretextu dictarum litterarum regiarum, et tu etiam, predicte abbas Casedei, prefatum monasterium Brantholmense predicto Bernardo, pro vestre voluntatis libito, assignastis, tuque, Bernarde predicte, omnes et singulos dicti monasterii Brantholmensis monachos, qui de mandato ejusdem Helye in prioratibus et prepositurís aliisque obedientiis ipsius monasterii existebant contra te, fecisti per servientes regios spoliari, ac asportari exinde bona ibidem inventa et etiam devastari, ac ejusdem monasterii monachos qui in adventu Johanneti predicti ad monasterium ipsum inibi permanebant, eo pretextu quod iidem monachi dicti monasterii portas in adventu clauserant supradicto, ne illuc idem Johannetus eorum introduceret inimicos, fecit per senescallum predictum in mille libris turonensium condempnari, quodque tu, Bernarde predicte, sic suspensus et depositus, divina officia in eodem monasterio Brantholmensi, per jam dictum episcopum auctoritate ordinaria, ut dicebatur, interdicto supposito, celebraras et faciebas per alios celebrari, ac habitatores ville Brantholmensis per captionem bonorum suorum et etiam personarum ut divina officia audirent et perciperent ecclesiastica sacramenta compelli. Unde nos, ad suggestionem

hujusmodi dilecto filio .. abbati monasterii de Sancto Fremerio, Vasatensis diocesis, et .. decano ecclesie Sancti Ylarii Pictavensis inter alia nostris dedimus litteris in mandatis ut ipsi vel eorum alter, per se aut alium vel alios, vos ex parte nostra peremptorie citare curarent, ut infra certum terminum post citationem hujusmodi presentaretis vos personaliter coram nobis, facturi et recepturi super premissis quod ordo exigeret rationis, predicentes vobis aperte quod, si venire contempneretis, vos ex tunc non solum sententiam excommunicationis incurrere, verum etiam omnibus beneficiis vestris ecclesiasticis privatos esse voluimus ipso facto. Cumque vos fuissetis predictarum litterarum nostrarum auctoritate citati, vos, abbas Brantholmensis et magister Geralde predicti, tanquam obedientie filii, coram nobis in prefixo vobis termino personaliter comparere curastis; tuque, predicte abbas Casedei, te per procuratores et nuntios tuos legitime excusasti, quod propter debilitatem proprii corporis, quam in te parit proprietas senectutis, et alias evidentes causas venire coram nobis ad citationem hujusmodi personaliter non valebas. Verum postmodum ex parte vestra in nostra et fratrum nostrorum presentia fuit propositum quod predicte littere nostre per falsi suggestionem et veri suppressionem fuerunt impetrate, prout per partis adverse confessionem coram nobis in judicio factam constitit evidenter, quodque etiam super contentis in litteris ipsis inter te, abbatem Brantholmensem, et dictum episcopum Petragoricensem coram dilecto filio nostro J., tituli Sancte Cecilie presbytero cardinali, in illis partibus apostolice sedis legato, ad quem ex parte tua, predicte abbas Brantholmensis, ab audientia dicti episcopi extitit appellatum, questio vertebatur, de quo in predictis litteris nostris nulla prorsus mentio facta fuerat, propter que tanquam veritate tacita et falsitate suggesta obtente carere debebant robore firmitatis. Nos autem ea que tam vos quam procuratores episcopi et capituli necnon prioris et conventus predictorum coram nobis proponere voluistis primo audivimus diligenter, et demum dilecto filio nostro Petro, tituli Sancti Marci presbytero cardinali, commisimus oraculo vive vocis ut vos et procuratores predictos audiret cum diligentia iterato, et que proponerentur coram eo nobis referre curaret. Cum igitur predictus Petrus cardinalis ea que coram ipso fuere proposita hinc et inde audiverit et plenius intellexerit, ipsaque nobis et predictis fratribus nostris fideliter duxerit referenda, nos, de fratrum eorumdem consilio, ab hujusmodi personali citatione vos presentium auctoritate absolvimus et esse decernimus absolutos. Volumus tamen quod super contentis in predictis litteris nostris, super quibus coram ipso legato judicium non est ceptum, seu que non dependent ab ipsis, constituatis procuratores ydoneos ad respondendum pro vobis in romana curia quantum tenemini et de jure fuerit faciendum. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus martii, anno secundo. »

670 Sainte-Marie-Majeure, 11 mars 1289.

Geraldum de Malomonte, cantorem Bituricensem, et Heliam, fratrem ejus, decanum de Sancto Aredio, a personali citatione absolvit. (Reg. 44, c. 14, f. 109 v°; Lap. du Theil, II, 1.)

Dilectis filiis magistris Geraldo de Malomonte, cantori Bituricensis, et Helie, fratri ejus, decano de Sancto Aredio, Lemovicensis diocesis, ecclesiarum. « Petitio vestra nobis exhibita continebat quod olim falsa fuit nobis insinuatione suggestum quod, cum dilectus filius noster J., tituli Sancte Cecilie presbyter cardinalis, in illis partibus apostolice sedis legatus, tibi, fili magister Helia, auctoritate sue legationis canonicatum ecclesie Petragoricensis, in qua non habetur certus canonicorum numerus, nec prebendarum distinctio, contulisset, decernens tibi fore de communibus ipsius ecclesie proventibus, sicut uni ex aliis ecclesie predicte canonicis providendum, certis tibi executoribus super hoc per suas litteras deputatis, ac venerabilis frater noster .. episcopus et capitulum Petragoricenses a collatione ac provisione hujusmodi ex causis legitimis ad sedem apostolicam appellassent, tandem, causa hujusmodi apud eandem sedem pendente, tu, magister Geralde, quasdam litteras carissimi in Christo filii nostri Philippi, regis Francorum illustris, ad .. senescallum Petragoricensem obtinuisti, prout asseritur, inter alia continentes ut senescallus ipse te, magistrum Heliam predictum, in possessione canonicatus et prebende dicte Petragoricensis ecclesie defensaret et quod dictus senescallus Johannem de Parisius et quosdam alios servientes suos cum nuntio tuo, predicte decane, ad ecclesiam eandem transmisit, quodque, licet ex parte dictorum episcopi et capituli eidem Johanni fuisset expositum quod tu, decane predicte, in possessione canonicatus seu alicujus prebende in ecclesia ipsa nullatenus fueras, propter quod in ea defendi juxta predictarum litterarum continentiam non valebas, et quod causa eadem apud sedem pendebat predictam, unde in ea non debebat aliquid innovari, dictus tamen Johannes, volens vobis adversus episcopum et capitulum predictos se favorabilem exhibere, januas parrochialis ecclesie Sancti Johannis Baptiste, contigue claustro predicte Petragoricensis ecclesie, per quas ad eandem ecclesiam Petragoricensem habetur accessus, primo, et deinde quatuor alias januas

ejusdem ecclesie Petragoricensis ac officinarum et domorum ipsius violenter excidi, ac de frumento, vino et aliis bonis in domibus inventis exinde juxta sue voluntatis libitum fecerat asportari, et quod dicte ecclesie atque domus per plures dies absque januis permanserant, ita quod omnibus ad easdem ecclesias libere patebat accessus, quodque postmodum de quibusdam lignis sumptuose collectis atque paratis pro vasis construendis ex eis ad vinum inibi deponendum atque frustris predictarum januarum taliter excisarum fecit ipsas januas reparari, easque claudi et clausas teneri, cunctaque victualia et alia bona dicte ecclesie sasita detinuit, ita quod nec etiam stipendariis ejusdem ecclesie poterat de victualibus ipsis solita subventio ministrari, nec etiam ipsis vel aliis patebat aditus ad eandem ecclesiam pro divinis officiis celebrandis et recipiendis inibi ecclesiasticis sacramentis. Nos autem, ad suggestionem hujusmodi, dilectis filiis .. abbati monasterii de Sancto Fermerio, Vasatensis diocesis, et .. decano ecclesie Sancti Hylarii Pictavensis inter alia nostris dedimus litteris in preceptis ut ipsi vel eorum alter, per se vel per alium aut alios, vos ex parte nostra peremptorie citare curarent, ut infra duorum mensium spatium post citationem hujusmodi immediate sequentium personaliter curaretis vos apostolico conspectui presentare, facturi et recepturi super premissis quod ordo exigeret rationis, ac nichilominus predicerent vobis aperte quod, si venire contempneretis, ex tunc vos, non solum excommunicationis sententiam incurrere, verum etiam omnibus beneficiis vestris ecclesiasticis privatos esse voluimus ipso facto. Verum vos predictarum litterarum nostrarum auctoritate citati, tanquam obedientie filii, coram nobis in prefixo vobis termino personaliter comparere curastis. Cumque postmodum in nostra et fratrum nostrorum presentia duxeritis proponendum quod predicte littere nostre per falsi suggestionem et veri suppressionem, prout nobis constitit, fuerant impetrate, propter quod littere ipse carere debebant robore firmitatis nec ad condempnationem aliquam contra vos procedi poterat per easdem, nos ea que tam vos quam procuratores episcopi et capituli necnon prioris et conventus predictorum coram nobis proponere voluistis primo audivimus diligenter et postmodum dilecto filio nostro Petro, tituli Sancti Marci presbytero cardinali, commisimus oraculo vive vocis ut vos et procuratores predictos audiret cum diligentia iterato, et que proponerentur coram eo nobis referre curaret. Cum igitur predictus Petrus cardinalis ea que coram ipso fuere proposita hinc et inde audiverit et plenius intellexerit, ipsaque nobis et predictis fratribus nostris duxerit referenda, nos de fratrum eorumdem consilio ab hujusmodi personali citatione vos presentium auctoritate absolvimus et esse decernimus absolutos. Volumus tamen quod super contentis in predictis litteris nostris procuratorem seu procuratores ydoneos constituatis ad respondendum pro vobis in romana curia quantum tenemini et de jure fuerit faciendum. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, v idus martii, anno secundo. »

671 Sainte-Marie-Majeure, 15 mars 1289.

Facultas conferendi praebendas. (Reg. 44, c. 15, f. 110 r°; Lap. du Theil, II, 5.)

Venerabili fratri G., episcopo Pictavensi. « Tuam volentes honorare personam et per honorem tibi exhibitum aliis provideri, faciendi, recipiendi auctoritate nostra, per te vel per alium aut alios, in majori et Sancti Hylarii, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ubi non est certus canonicorum numerus nec distinctio prebendarum, ac Sancte Marie Majoris et Sancte Radegundis Pictavensium, ac in Sancti Georgii de Faya Vinosa, Pictavensis diocesis, ecclesiis, in singulis earum videlicet singulos clericos ydoneos in canonicos et in fratres, ac providendi illis quos in Sancte Marie Majoris, Sancte Radegundis et Sancti Georgii ecclesiis supradictis contigerit recipi, cuilibet eorum scilicet de prebenda, si ibidem vacat ad presens, vel quamprimum ad id obtulerit se facultas, reliquis vero clericis, alterutri eorum videlicet de communibus proventibus majoris et Sancti Hylarii ecclesiarum supradictarum, sicut uni ex aliis ecclesiarum ipsarum canonicis portionem integram assignari. Non obstante... Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus martii, anno secundo. »

672 Sainte-Marie-Majeure, 26 février 1289.

Arnaldo de Blancaforti concedit ut hereditatem quondam Arnaldi de Blancaforti, patrui ejus, cui olim haereseos crimen illatum est, detinere valeat. (Reg. 44, c. 16, f. 110 r°; Lap. du Theil, II, 7.)

Dilecto filio Arnaldo, domicello, filio et heredi quondam Petri Bertrandi de Blancaforti, militis, Agennensis diocesis. « In nostra proposuisti presentia constitutus quod olim Guillelmus Bernardi Aquensis et Johannes de Sancto Benedicto, ordinis fratrum predicatorum, tunc inquisitores heretice pravitatis in comitatibus et terris quondam Alfonsi Pictavensis et Tholosani comitis a sede apostolica deputati, asserentes quod in libris inquisitionis auctoritate apostolica super hereseos crimine facte gene-

raliter contra quondam Arnaldum de Blancaforti, laicum, patruum tuum, inventum erat eundem Arnaldum, dum viveret, pluries vidisse hereticos et predicationem in diversis locis audivisse ipsorum, et comedisse et bibisse cum eis, quodque quandam personam, que cum eo hereticos dicitur adorasse, rogaverat ne ipsum detegeret super crimine supradicto, et quod in libris ipsis repertum non fuerat eundem Arnaldum super hiis plenarie fuisse confessum, heredes ipsius generaliter citare fecerunt ut comparerent certo termino coram eis, eundem Arnaldum, si vellent, super dicto crimine defensuri, in eodem quoque termino quondam Petrus Bertrandi de Blancaforti, miles, pater tuus, tunc vivens, qui frater et heres prefati Arnaldi defuncti existebat, coram inquisitoribus memoratis comparens, salubria opera que idem Arnaldus defunctus tam in vita quam in fine dierum suorum tanquam vir catholicus exercuit, quodque dum in extremis ageret, per Raymundum de Bellis planis, tunc guardianum fratrum ordinis minorum Petragoricensem, de mandato bone memorie Guillelmi, episcopi Agennensis, tunc in partibus illis super dicto crimine auctoritate apostolica officium inquisitionis gerentis, ab omnibus suis peccatis fuerat absolutus et eucharistie et alia sacramenta ecclesiastica cum debita devotione receperat, allegavit. Iidem igitur inquisitores, super premissis per eundem militem sic allegatis inquisitione prehabita diligenti, ac hiis per testes fidedignos sufficientes probatis (1), considerato etiam testimonio quod dicto Arnaldo de devotione quam ad ecclesiam et ecclesiasticas personas in morte sua habuerat viri religiosi et etiam seculares quamplurimum perhibebant, communicato prudentium virorum consilio, heredes et bona sepedicti Arnaldi defuncti auctoritate apostolica, qua fungebantur in hac parte, absolverunt in perpetuum et quietaverunt, volentes et pronuntiantes quod perpetuo ipsi heredes et eorum posteri habeant et pacifice possideant hereditatem ejusdem Arnaldi et bona omnia supradicta; non obstantibus aliquibus que proposita et probata fuerant contra Arnaldum predictum super crimine heresis memorato, prout in patentibus litteris inde confectis dictorum inquisitorum Guillelmi et Johannis signatis, dum essemus in minori officio constituti, vidimus plenius contineri. Nos igitur, attendentes quod ex premissis evidenter colligitur prefatum Arnaldum ut verum christianum in fide catholica salubriter decessisse, ac fuisse ipsa bona et heredes etiam absoluta, et volentes te successoresque tuos circa retentionem dictorum bonorum que fuerunt prefati Arnaldi, ne super illis tu et illi aliquam patiamini calumpniam, et ne super eis possitis a quoquam in posterum molestari apostolico presidio communire, tibi tuisque successoribus concedimus de apostolice plenitudine potestatis ut, non obstantibus hiis que contra dictum Arnaldum inventa fuisse dicuntur, possitis bona ipsius Arnaldi et hereditatem tibi, ut asseris, alias legitime successionis jure delatas perpetuo libere retinere. Nulli ergo, etc., hanc paginam nostre concessionis, etc. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, IIII kalendas martii, anno secundo. »

(1) *Ms.* probitatis.

673 Sainte-Marie-Majeure, 7 mars 1289.

De monasterio Clarissis juxta Sanctum Marcellum prope Parisius erigendo. (Reg. 44, c. 17, f. 110 v°; Potth., 22900.)

Dilecto filio Johanni, tituli Sancte Cecilie presbytero cardinali, apostolice sedis legato, mandat quatenus, si .. decanus et capitulum ecclesiae Sancti Marcelli prope Parisius locum ad monasterium sororibus minoribus ordinis Sanctae Clarae erigendum in maneriis magistri Galieni de Pisis, canonici ecclesiae de Sancto Audomaro, concedere noluerint, idem monasterium in aliis ejusdem manerii partibus ad ecclesiam Sanctae Genovefae et Hospitale Hierosolymitanum spectantibus construi faciant.

« Dudum tibi per... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis martii, anno secundo. »

674 Sainte-Marie-Majeure, 10 mars 1289.

Judicatus concessio. (Reg. 44, c. 18, f° 110 v°.)

Dilecto filio Billio Martinelli, civi civitatis Sancti Angeli papalis, que dudum Callensis civitas vocabatur, judicatus officium, ad quod exercendum magister Raymundus de Ponte, decanus Compostellanus, et Ranucinus de Murro, canonicus Firmanus, capellani papae, eum idoneum judicarunt, concedit.

« Cum emula juris... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, VI idus martii, anno secundo. »

675-676 Sainte-Marie-Majeure, 13 mars 1289.

Petrus ecclesiae Tyrasonensi in episcopum praeficitur (Reg. 44, c. 19, f. 110 v°.)

Venerabili fratri Petro, episcopo Tyrasonensi. Mortuo Garsia, Tyrasonensi episcopo, capitulum Lupum, decanum ejusdem ecclesiae, in suum episcopum, cum hic ex certa causa non posset eligi, concorditer postularunt; sed, eorum postulatione non admissa, sedes apostolica

sibi provisionem praedictae ecclesiae reservavit. Nunc igitur Petrum, Tyrasonensem archidiaconum, Tyrasonensi ecclesiae in episcopum praeficit.

« In suppreme dignitatis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, III idus martii, anno secundo. »

In e. m. .. decano et capitulo ecclesiae Tyrasonensis mandat quatenus eidem episcopo solitam obedientiam praebeant.

677 Sainte-Marie-Majeure, 27 février 1289.

De contentione inter capitulum et episcopum Firmanos exorta. (Reg. 44, c. 20, f. 111 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Firmano et dilecto filio .. decano ecclesie Segobiensis mandat quatenus pristinam possessionem archiepiscopatus Compostellani et omnium ejus reddituum Roderico Gundisalvi restitui sine figura judicii faciant. Olim Gundisalvo, Compostellano archiepiscopo, in civitate Viterbiensi, ubi tunc curia romana, vacante sede apostolica, residebat, mortuo, Martinus papa IIII Compostellanae ecclesiae provisionem apostolicae sedi reservavit, atque deinde Honorius IIII Rodericum Gundisalvi, tunc priorem provincialem fratrum ordinis praedicatorum Yspaniae, de fratrum suorum consilio, eidem praefecit ecclesiae in archiepiscopum, qui electus ad suam ecclesiam accessus, a capitulo cleroque et populo dioecesis debitam reverentiam recepit. Postmodum vero quidam de eodem capitulo eum nonnullis redditibus archiepiscopalibus temere sub ejusdem capituli nomine spoliarunt.

« Olim bone memorie... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, III kalendas martii, anno secundo. »

678 Sainte-Marie-Majeure, 1er mars 1289.

De contentione inter episcopum Barensem et Narzonem de Tuctiaco, dominum Motulae. (Reg. 44, c. 21, f° 111 v°.)

Venerabili fratri G., episcopo Sabinensi, apostolice sedis legato, et una cum dilecto filio nobili viro R., comite Atrebatensi, regni Sicilie baiulo, per sanctam romanam ecclesiam constituto. « Exposuerunt nobis venerabilis frater noster Romoaldus, archiepiscopus, et dilecti filii capitulum Barenses quod, cum olim bone memorie Johannes, archiepiscopus, et dicti capitulum Barenses casale dictum Latertie, ad Barensem ecclesiam pertinens, bone memorie Angelo, episcopo Melfitensi, tunc canonico Barensi, ad vitam suam sub certo censu annuo concessissent, nobilis vir Narzo de Tuctiaco, miles, dominus Motule, Tarentine diocesis, dictum episcopum, dum viveret, eodem casali, in cujus possessione pacifica idem episcopus existebat, contra justitiam spoliavit, et licet nobilis vir .. justitiarius terre Ydronti, ubi dictum casale consistit, de mandato nobilis viri Caroli, principis Salernitani, primogeniti et tunc vicarii clare memorie C., regis Sicilie, ad quem idem episcopus super hiis recursum habuit, ei casale fecisset restitui supradictum, postmodum tamen prefatus Narzo ipsum casali predicto iterato indebite spoliare presumpsit illumque occupatum detinebat, in ipsius episcopi prejudicium et gravamen. Verum, eodem episcopo super hoc ad apostolice sedis providentiam recurrente, felicis recordationis Honorius papa IIII, predecessor noster, tibi suis dedit litteris in mandatis ut, vocatis qui vocandi essent, si tibi de plano et sine strepitu judicii constaret de premissis, dictum Narzonem quod eidem episcopo prefatum casale cum fructibus inde perceptis restitueret, monitione preposita, per excommunicationis in personam et in terram ejus interdicti sententias, appellatione remota, previa ratione, compellere procurares. Cumque postmodum venerabili fratri nostro .. episcopo Andrensi super hoc commisisses vices tuas, donec eas ad te duceres revocandas, at idem episcopus Andrensis in hujusmodi negotio procedere incepisset, tandem eodem episcopo Melfitensi viam universe carnis ingresso et nullo ex ipsis litteris prefato episcopo Melfittensi seu Barensi ecclesie comodo subsecuto, idem Narzo casale predictum nichilominus detinet et dictis archiepiscopo et capitulo illud restituere indebite contradicit, in ipsorum archiepiscopi et capituli ac dicte Barensis ecclesie prejudicium et gravamen. Quare iidem R., archiepiscopus, et capitulum super hoc iterato apostolice provisionis remedium implorarunt. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus, si tibi de plano et sine strepitu judicii constiterit de premissis, prefatum Narzonem quod eisdem archiepiscopo et capitulo casale prefatum cum fructibus inde perceptis restituat, monitione preposita, per excommunicationis in personam et in terram ejus interdicti sententias, appellatione remota, compellas juxta predictarum directarum tibi super hoc pro dicto episcopo Melfittensi continentiam litterarum. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, kalendis martii, anno secundo. »

679 Sainte-Marie-Majeure, 24 février 1289.

Abbati monasterii de Valcellis et Johanni de Brueriis, decano ecclesiae Cameracensis, mandat ut rationem reddant de decima ab ipsis pro Guidone, comite Flandriae, in subsidium Terrae

Sanctae percepta. (Reg. 44, c. 22, f. 111 v°; Lap. du Theil, II, 9.)

Dilectis filiis .. abbati monasterii de Valcellis, Cisterciensis ordinis, Cameracensis diocesis, et Johanni de Brueriis, decano ecclesie Cameracensis. « Dudum felicis recordationis Johanni pape, predecessori nostro, ex parte dilecti filii nobilis viri Guidonis, comitis Flandrie, marchionis Namurcensis, exposito, sicut accepimus, quod ipse, zelo fidei et devotionis accensus, signum reverende crucis assumpserat, ac in termino generalis passagii a sede apostolica statuendo cum bellatorum decenti et honorabili comitiva in ejusdem terre proponebat subsidium proficisci, dictus predecessor, volens ipsum in tam laudabili et in oculis divine majestatis accepto proposito confovere, ac attendens quod ex sue probitatis industria et strenuitatis virtute, quibus predicatur insignis, sua in illis partibus poterit esse presentia multipliciter fructuosa, sibi, cum propter hoc grandia ipsum subire oporteat onera expensarum, decimam omnium ecclesiasticorum proventuum hujusmodi subsidio deputatam in civitate ac diocesi Cameracensi, in illis videlicet ipsarum civitatis et diocesis partibus que sunt extra regnum Francie constitute, ac in omnibus terris de regno ipso non existentibus, quas idem comes ac quondam Margareta, Flandrie et Hannonie comitissa, mater ipsius comitis, in Atrebatensi, Tornacensi, Leodiensi et Trajectensi diocesibus tunc temporis obtinebant, per sex annos, prout extitit ipsius terre subsidio in generali concilio Lugdunensi concessa, dummodo idem nobilis votum crucis in predicto passagii termino, pensatis sue potentie viribus, cum honorabili bellatorum equitum comitiva personaliter prosequatur, per suas concessit litteras de gratia speciali, vobis et quondam magistro Renero de Passiaco, canonico Cameracensi, dum viveret, per eundem predecessorem super colligenda predicta decima collectoribus deputatis. Verum pie memorie Honorius papa IIII, predecessor noster, scire volens quantitatem pecunie per vos collectam et etiam colligendam de decima supradicta, dilectis filiis .. decano Curtracensis ecclesie ac magistro Franconi de Wegga, canonico Cameracensi, et quondam magistro Bartholomeo de Mantua, olim archidiacono Haynonie in ecclesia Cameracensi, dedit per suas litteras in mandatis quod vos ex parte sua requirerent ut eis de tota pecunia per vos collecta et etiam colligenda de decima prelibata redderetis exactam et plenariam rationem, et ut etiam pecuniam ipsam collectam et etiam colligendam, postquam collegissetis eandem, in aliquibus tutis locis integre deponere curaretis, vos ad id per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, et alias, prout viderent expediens, compellendo; et nichilominus tam hujusmodi collecte pecunie quam etiam colligende quantitates, et in quibus locis eas per vos deponi contingeret, et quicquid facerent in hac parte eidem Honorio predecessori per suas studerent litteras plene ac fideliter intimare. Cum autem prefati decanus Franco ac Bartholomeus, dum viveret, nimis negligenter, sicut accepimus, processerint in premissis, nos, volentes scire super hiis plenius veritatem, dilectis filiis .. Tornacensis et .. Curtracensis, Tornacensis diocesis, ecclesiarum decanis, ac .. archidiacono Haynonie in ecclesia Cameracensi predicta per nostras sub certa forma damus litteras in mandatis ut vos quod reddatis eis de predicta pecunia jam collecta et etiam colligenda exactam et plenariam rationem, quodque totam decime predicte pecuniam per vos depositam de locis in quibus eam deposuistis removeatis et ipsam ac etiam aliam nondum a vobis depositam necnon et pecuniam colligendam, postquam eandem collegeritis, eis vel duobus eorum presentibus, in Tornacensi et Atrebatensi ecclesiis ac in monasterio Sancti Vedasti Atrebatensi, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinenti, ordinis S. Benedicti, equis portionibus, romane ecclesie ac ejusdem Terre Sancte nomine, sublata qualibet difficultate, deponere integre studeatis. Depositarios quoque et quosvis alios predicte pecunie debitores ad exhibitionem ipsius per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, et alias etiam, prout viderint expedire, compellant, facientes de hujusmodi depositionibus confici publica instrumenta, que nobis, retentis sibi similibus, per fidelem nuntium mittere non omittant. Et nichilominus recepto a vobis prestito corporaliter juramento, ad quod prestandum vos, non obstante si vobis a sede apostolica sit indultum quod excommunicari, interdici vel suspendi non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam de indulto hujusmodi mentionem, per illos simili volumus censura compelli, quantum vos personis illis quibus interdum super hujusmodi collectionis negotio vices vestras, vel in eo executionem aliquam commisistis et exhibuistis cotidie pro expensis, queve alia emolumenta exinde provenerunt eisdem, et quid etiam, et quantum vos pro vestris cotidianis stipendiis recepistis, quantoque tempore in hujusmodi collectionis permansistis officio, ac super omnibus hujusmodi negotium contingentibus, de quibus expedire putabunt, sollicite, diligenter et prudenter inquirant. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta districte precipiendo mandamus quatenus prefatis decanis et archidiacono, cum super hoc ab eis fueritis requisiti, predictam rationem reddere, depositiones ejusdem pecunie, ipsis vel eorum

duobus presentibus, facere ac juramentum prestare predictum, difficultate submota qualibet, procuretis, faciendo nichilominus fieri de dictis depositionibus publica instrumenta, que nobis mittere, retentis vobis similibus, studeatis, et quantitates quas per vos in predictis locis deponi contigerit, et quando ac etiam coram quibus hujusmodi depositio facta fuerit, et quicquid feceritis in hac parte, nobis per vestras litteras harum seriem continentes studeatis plene ac fideliter intimare. Sic vos in premissis omnibus efficaciter et sollicite habituri, ut devotionem vestram exinde non immerito commendemus. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, VI kalendas martii, anno secundo. »

680 Sainte-Marie-Majeure, 23 février 1289.

De eodem negotio. (Reg. 44, c. 23, f. 112 r°.)

Dilectis filiis .. Tornacensis et .. Curtracensis, Tornacensis diocesis, ecclesiarum decanis, ac .. archidiacono Haynonie in ecclesia Cameracensi. « Dudum felicis recordationis Johanni pape, predecessori nostro, etc., ut in proxima superiori, usque de gratia spetiali dilectis filiis .. abbate monasterii de Valcellis, Cisterciensis ordinis, Cameracensis diocesis, Johanne de Brueriis, decano, tunc cantore, et quondam magistro Renero de Passiaco, canonico Cameracensi, per eundem predecessorem super colligenda predicta decima collectoribus deputatis. Verum pie memorie Honorius papa IIII, predecessor noster, scire volens quantitatem pecunie per eosdem collectores collectam et etiam colligendam de decima supradicta, tibi, decane Curtracensis ecclesie, ac magistro Franconi de Wega, canonico Cameracensi, et quondam magistro Bartholomeo de Mantua, olim archidiacono Haynonie in ecclesia Cameracensi, dedit per suas litteras in mandatis quod predictos collectores ex parte sua requirere curaretis, ut vobis de tota pecunia per ipsos collecta et colligenda de decima prelibata exactam et plenariam redderent rationem, et ut etiam pecuniam ipsam collectam et etiam colligendam, postquam collegissent eandem, in aliquibus tutis locis integre deponere procurarent, eos ad id per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, et alias, prout videritis expediens, compellendo. Et nichilominus tam hujusmodi collecte pecunie quam etiam colligende quantitates, et in quibus locis eas per collectores eosdem deponi contingeret, et quicquid facerent in hac parte, eidem Honorio predecessori per vestras studeretis litteras plene ac fideliter intimare. Cum autem tu, decane Curtracensis, et prefati Franco ac Bartholomeus, dum viveret, nimis negligenter, sicut accepimus, processeritis in premissis, nos, volentes per vestre sollicitudinis et diligentie studium scire super hiis plenius veritatem, discretioni vestre per apostolica scripta districte precipiendo mandamus quatenus predictos collectores quod reddant vobis de predicta pecunia jam collecta et etiam colligenda exactam et plenariam rationem, quodque totam decime predicte pecuniam per eos depositam de locis in quibus eam deposuere removeant et ipsam ac etiam aliam nondum ab ipsis depositam, necnon et pecuniam colligendam, postquam eandem collegerint, vobis vel duobus vestrum presentibus, in Tornacensi et Atrebatensi ecclesiis ac in monasterio Sancti Vedasti Atrebatensi, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinenti, ordinis S. Benedicti, equis portionibus, romane ecclesie ac ejusdem Terre Sancte nomine, difficultate sublata qualibet, cum integritate deponant. Depositarios quoque et quosvis alios predicte pecunie debitores ad exhibitionem ipsius per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, et alias etiam, prout expedire videritis, compellatis, facientes de hujusmodi depositionibus confici publica instrumenta, que nobis, retentis vobis similibus, per fidelem nuntium destinetis. Et nichilominus, recepto a collectoribus ipsis prestito corporaliter juramento, ad quod prestandum illos, non obstante si eis a sede apostolica sit indultum quod excommunicari, interdici vel suspendi non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam de indulto hujusmodi mentionem, per vos simili volumus censura compelli, quantum dicti collectores personis illis quibus interdum super hujusmodi collectionis negotio vices suas, vel in eo executionem aliquam commiserunt, exhibuere cotidie pro expensis, queve alia emolumenta exinde provenerunt eisdem et quid etiam et quantum collectores prefati, pro suis cotidianis recepere stipendiis, quantoque tempore in hujusmodi collectionis officio permanserunt, ac super omnibus hujusmodi negotium contingentibus, de quibus expedire putabitis, diligenter, prudenter et sollicite inquiratis. Collectorum ipsorum dicta seu responsiones hujusmodi distincte, seriatim et aperte in scriptis redigi facientes; quantitates autem quas in predictis locis deponi contigerit, et quando ac etiam coram quibus hujusmodi depositio facta fuerit, necnon dicta et responsiones dictorum collectorum et quicquid feceritis in hac parte, nobis per vestras litteras harum seriem continentes, studeatis plene ac fideliter intimare, sic vos in premissis omnibus efficaciter et sollicite habituri, ut vestre diligentie studium exinde non immerito commendemus. Quod si non omnes etc., duo vestrum etc. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, VII kalendas martii, anno secundo. »

681 Sainte-Marie-Majeure, 7 mars 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 24, f. 112 v°; Lap. du Theil, II, 13.)

Dilectis in Christo filiabus .. abbatisse et conventui monasterii quod Custodia Beate Marie nuncupatur, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis Sancte Clare, Carnotensis diocesis. Indulgentiam unius anni et quadraginta dierum concedit visitantibus ejusdem monasterii ecclesiam, in quatuor Beatae Mariae festivitatibus, et per octos dies easdem festivitates sequentes.

« Gloriosus Deus in... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis martii, anno secundo. »

682 Sainte-Marie-Majeure, 11 mars 1289.

Procurationum remissio. (Reg. 44, c. 25, f. 112 v°; Lap. du Theil, II, 13; Potth. 22903.)

Eisdem indulget ut legatis seu nuntiis sedis apostolicae procurationes aliquas exhibere, seu in procurationibus ipsis contribuere minime teneantur.

Monasterium vestrum sincera... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, v idus martii, anno secundo. »

683 Sainte-Marie-Majeure, 11 mars 1289.

Licentia celebrandi missarum solemnia tempore generalis interdicti. (Reg. 44, c. 26, f. 112 v°; Lap. du Theil, II, 14; Potth. 22905.)

Eisdem. « Meritis vestre religionis ... auctoritate vobis presentium indulgemus, ut, cum generale interdictum terre fuerit, liceat fratribus ordinis minorum ad celebrandum vobis missarum sollempnia et ministrandum sacramenta ecclesiastica deputatis in ecclesia monasterii vestri, vobis vestrisque domesticis familiaribus continue in eodem monasterio commorantibus submissa voce, januis clausis, non pulsatis [campanis], interdictis et excommunicatis exclusis, missas ipsas et alia officia celebrare, vobisque ac eisdem familiaribus ministrare hujusmodi sacramenta... Dat. ut supra. »

684 Sainte-Marie-Majeure, 15 mars 1289.

Privilegium inquisitoribus concessum. (Reg. 44, c. 27, f. 112 v°; Potth. 22907.)

Dilectis filiis fratribus ordinis minorum, inquisitoribus heretice pravitatis infra Arelatensis, Aquensis et Ebredunensis provintiarum terminos constitutis, auctoritate apostolica deputatis et in posterum deputandis, indulget ne quisquam in eos censuras ecclesiasticas sine speciali apostolicae sedis mandato ferre possit, ipsi vero se invicem ab illis absolvere et super irregularitatibus dispensare valeant.

« Ne inquisitionis negotium... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus martii, anno secundo. »

685 Sainte-Marie-Majeure, 15 mars 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 28, f. 112 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et quadraginta dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui ad ecclesiam Beatae Mariae de Castro de Cefines, Legionensis dioecesis, domui militiae Templi Jerosolimitani subjectam, in quatuor festivitatibus ipsius virginis et per octo dies immediate sequentes accesserint annuatim.

« Vite perhennis gloria... — Dat. ut supra. »

686 Sainte-Marie-Majeure, 15 mars 1289.

De conventione inter abbatem monasterii Cluniacensis et quosdam priores, monachos ejusdem monasterii, inita. (Reg. 44, c. 29, f. 112 v°.)

Venerabilibus fratribus .. Bethlemitano et .. Asisinati episcopis mandat quatenus .. abbatem monasterii Cluniacensis moneant ut ipse Stephano de Crispeyo, Petro de Lanchona, Roberto de Nongeto, Guidoni de Sancto Gelasio, Guillelmo de Sancto Theobaldo et Guichardo de Flabeis, prioratuum prioribus, monachis monasterii Cluniacensis, ex nunc, quolibet mense, prosecutione durante appellationis infradictae, pro suis necessariis et expensis centum et viginti, ac pro salario advocatorum suorum anni cujuslibet ducentas turonensium parvorum libras, secundum estimationem a M., tituli Sancti Laurentii in Damaso, et H., tituli Sanctae Sabinae presbyteris cardinalibus, rationabiliter factam, in curia romana, de proventibus dicti monasterii, integre assignari faciat. — Cum nonnulla statuta a Gregorio VIIII super reformatione Cluniacensis ordinis edicta non servarentur abbasque monasterii Cluniacensis nonnullos priores, qui hanc negligentiam detulerant, administrationibus et prioratibus suis spoliasset, iidem priores primum Honorio IIII, deinde Nicolao IIII supplicaverunt ut statuta praedicta

servari ordinemque reformari ac ipsis prioratus restitui faceret.

« Exposuerunt nobis dilecti... — Dat. ut supra. »

687 Sainte-Marie-Majeure, 18 mars 1289.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 44, c. 30, f. 113 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Yporiensi mandat quatenus cum Manfredo de Sancto Martino, clerico ejusdem dioecesis, dispenset super defectu natalium quem patitur, e canonico regulari in subdiaconatus ordine constituto genitus et soluta, ut ad omnes minores ordines promoveri, ac ecclesiasticum beneficium, quod curam non habeat animarum, obtinere possit.

« Accedens ad presentiam... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, xv kalendas aprilis, anno secundo. »

688 Sainte-Marie-Majeure, 1er mars 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 31, f. 113 r°; Lap. du Theil, I, 164.)

.. *abbati et conventui monasterii Sancte Marie de Thela, Cisterciensis ordinis, Lausanensis diocesis.* Indulgentiam concedit unius anni et quadraginta dierum omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam ejusdem monasterii, Beatae Mariae dedicatam, in Nativitatis, Annuntiationis, Purificationis et Assumptionis ipsius virginis festivitatibus et per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes visitaverint.

« Vite perempnis gloria... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, kalendis martii, anno secundo. »

689 Sainte-Marie-Majeure, 1er mars 1289.

Facultates abbatibus Cisterciensis ordinis concessae. (Reg. 44, c. 32, f. 113 r°; Lap. du Theil, I, 165; Potth. 22894.)

Dilectis filiis .. Cisterciensis, .. de Firmitate, .. de Pontigniaco, .. de Claravalle et .. de Morimondo monasteriorum abbatibus, Cisterciensis ordinis, Cabilonensis, Autisiodorensis et Langonensis diocesium, indulget ut causas et negotia quae monasteria praedicta et eorum membra contingant conjunctim et divisim tractare, et in eis ad agendum et defendendum procuratores constituere possint.

« Cum sicut ex... — Dat. ut supra. »

690 Sainte-Marie-Majeure, 1er mars 1289.

Facultas redimendi decimas. (Reg. 44, c. 33, f. 113 v°; Lap. du Theil, II, 16.)

.. *abbati et conventui Cistertii, Cabilonensis diocesis.* « Religionis vestre favor... redimendi decimas de manibus laicorum in parrochiis vestris vel alienis, Cabilonensis, Lingonensis et Eduensis diocesium, rectorum ecclesiarum in quarum parrochiis decime ipse consistunt et diocesanorum earum ad id accedente consensu, auctoritate vobis presentium concedimus facultatem, prius sufficienti a vobis prestita cautione de restituendis decimis ipsis eisdem ecclesiis quandocumque vobis ab illarum rectoribus fuerit de redemptionis pretio satisfactum... Dat. ut supra. »

691 Sainte-Marie-Majeure, 1er mars 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 34, f. 113 v°; Lap. du Theil, II, 17.)

Dilectis filiis Theobaldo, Cisterciensis, Ruphino, de Firmitate, Cabilonensis, Roberto, de Pontigniaco, Autisiodorensis, Johanni, de Claravalle, et Dominico, de Morimundo, Lingonensis diocesium, monasteriorum abbatibus, Cisterciensis ordinis. Indulgentiam quadraginta dierum concedit convenientibus ad praedicationes praedictorum abbatum in monasteria, capellas seu ecclesias ejusdem ordinis. Praesentibus post quinquennium non valituris.

« Geritur in affectu... — Dat. ut supra. »

692 Sainte-Marie-Majeure, 1er mars 1289.

In monachos symoniacos. (Reg. 44, c. 35, f. 113 v°; Lap. du Theil, II, 18.)

.. *abbati monasterii Cistercii, Cabilonensis diocesis,* mandat quatenus monachos, conversos et moniales in Cisterciensi ordine vitio symoniae receptos ad alia monasteria ejusdem ordinis transferat, injuncta eis et illis qui eos receperunt poenitentia competenti. Quod si forte aliorum monasteriorum eis difficilis reddatur ingressus, ipsos in suis monasteriis dispensative de novo recipi faciat, eis in choro et refectorio locis ultimis assignatis. « Proviso ut bona que suis monasteriis pro ingressu symoniaco contulerunt convertantur in pios usus, vel pro substentandis eisdem, si ad alia monasteria transeant, ipsis quoad usum fructum deputentur... »

« Quia ex apostolica... — Dat. ut supra. »

693 Sainte-Marie-Majeure, 1er mars 1289.

Facultates abbatibus Cisterciensis ordinis concessae. (Reg. 44, c. 36, f. 113 v°; Lap. du Theil, II; Potth. 22895.)

Dilectis filiis .. Cistercii et aliorum monasteriorum abbatibus Cisterciensis ordinis audiendi confessiones pauperum in hospitalibus ipsorum monasteriorum commorantium, eisque ecclesiastica sacramenta ministrandi facultatem concedit.

« Honestis desideriis vestris... — Dat. ut supra. »

694 Sainte-Marie-Majeure, 1er mars 1289.

Facultas dispensandi super defectu natalium. (Reg. 44, c. 37, f. 113 v°; Lap. du Theil, II, 20.)

.. *abbati Cistercii Cabilonensis.* « Ex parte tua fuit nobis humiliter supplicatum ut cum viginti monachis, ordinem tuum profexis, defectum natalium patientibus, etiam de sacerdotibus genitis et solutis, ut, eodem non obstante defectu, possint ad omnes ordines promoveri et ad regulares administrationes dicti ordinis, quibus animarum cura non immineat dumtaxat, assumi, prout secundum Deum et animarum suarum saluti expedire videris, dispensandi licentiam concedere dignaremur. Nos igitur... dispensandi super premissis cum predictis monachis, dummodo fuerint in suis monasteriis laudabiliter conversati, et alias ad hujusmodi gratiam obtinendam eis propria merita suffragantur, licentiam tibi concedimus postulatam. Dat. ut supra. »

695-696 Sainte-Marie-Majeure, 20 mars 1289.

Garsia ecclesiae Yspalensi in archiepiscopum praeficitur. (Reg. 44, c. 38, f. 113 v°.)

Venerabili fratri Garsie, archiepiscopo Yspalensi. Mortuo R., archiepiscopo Yspalensi, capitulum Fernandum, ejusdem ecclesiae decanum, in archiepiscopum suum elegit, sed papa, hac electione cassata, sibi ejusdem ecclesiae provisionem reservavit; nunc autem Garsiam, archidiaconum Wevecensem in ecclesia Burgensi, ecclesiae Yspalensi praeficit in archiepiscopum, et ei pallium per Jacobum, Sanctae Mariae in Via lata diaconum cardinalem, exhiberi facit.

« Inter cetera que... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XIII kalendas aprilis, anno secundo. »

In e. m. Fernando, decano, et capitulo ecclesiae Yspalensis mandat ut eidem archiepiscopo debitam obedientiam praebeant.

697 Sainte-Marie-Majeure, 12 mars 1289.

Concessio proventuum et jurium sub censu facta. (Reg. 44, c. 39, f. 114 r°.)

Dilectis filiis .. potestati, consilio et communi Asisinatibus redditus, proventus et jura in Asisinati dioecesi ad romanam ecclesiam spectantia, sub annuo censu trium obolorum aureorum, solvendo camerae apostolicae, in octavis Sancti Martini, concedit. Hanc concessionem jam eisdem Innocentius IIII, primo anno sui pontificatus usque ad viginti annos tunc proximo futuros, postmodum Alexander, tertio anno sui pontificatus, fecerant, Urbanusque firmam habuerat.

« Dum fidei puritatem... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, IIII idus martii, anno secundo. »

698 Sainte-Marie-Majeure, 12 mars 1289.

Privilegium communi Asisinati concessum. (Reg. 44, c. 39², f. 114 r°.)

Eisdem indulget ut commune eorum aut aliquis de ipso communi vel etiam de Asisinate dioecesi extra civitatem vel dioecesim ad judicium evocari non possit.

« Devotionis vestre constantiam... — Dat. ut supra. »

699 Sainte-Marie-Majeure, 7 mars 1289.

Facultas tonsuram et ordines minores conferendi. (Reg. 44, c. 40, f. 114 r°; Lap. du Theil, II, 21.)

.. *abbati majoris monasterii Turonensis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis Sancti Benedicti,* indulget, cum abbatibus ejusdem monasterii a sede apostolica usus mitrae et annuli in festivis sollemnitatibus sit concessum, ut ipse et successores ejus monachis ipsius monasterii ac prioratuum et membrorum ejus primam tonsuram et omnes minores ordines conferre possint.

« Meritis tue persone... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis martii, anno secundo. »

700 Sainte-Marie-Majeure, 7 mars 1289.

De manumissione servorum monasterii Sancti Remigii Remensis. (Reg. 44, c. 40², f. 114 r°; Lap. du Theil, II, 22.)

.. *abbati monasterii Sancti Remigii Remensis.* « Lecta coram nobis dilectorum filiorum .. abbatis et conventus

majoris monasterii Turonensis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, petitio continebat quod, cum ipsi et quedam membra ipsius monasterii habeant in regno Francie quosdam servos, ex quibus modica vel nulla fere utilitas monasterio et membris provenit memoratis, immo lites et dampna ipsorum servorum pretextu frequenter incurrunt, dicti abbas et conventus nobis humiliter supplicarunt ut, cum ipsi ex manumissione ipsorum servorum possint commodum ejusdem monasterii procurare, manumittendi illos licentiam eis concedere misericorditer dignaremur. Nos itaque, de tua circumspectione plenam in Domino fiduciam obtinentes, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus, personaliter accedens ad locum et habens pre oculis solum Deum, diligenter inquiras si in manumissione hujusmodi prospicitur utilitas eorumdem monasterii et membrorum, et tandem quod super hoc, super quo tuam intendimus conscientiam onerare, inveneris, per tuas patentes litteras fideliter nobis rescribas... Dat. ut supra. »

701-705 Sainte-Marie-Majeure, 13 mars 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 41, f. 114 v°.)

.. *abbati et conventui monasterii Sancte Praxedis de Urbe, ordinis Vallis Umbrose.* Indulgentiam concedit unius anni et quadraginta dierum omnibus vere poenitentibus et confessis qui ad ecclesiam praedicti monasterii, in honorem sanctae Praxedis fundatam, in festo ipsius sanctae et septem diebus immediate sequentibus, causa devotionis, accesserint annuatim.

« Licet is de... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, III idus martii, anno secundo. »

Sainte-Marie-Majeure, 31 mars 1289.

In e. m. eisdem. Indulgentiam concedit unius anni et quadraginta dierum eis qui ad eandem ecclesiam, in secunda feria post diem dominicam in Ramis Palmarum et per septem dies dictam feriam sequentes, causa devotionis accesserint.

Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, II kalendas aprilis, anno secundo.

Sainte-Marie-Majeure, 13 mars 1289.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ad praedictam ecclesiam in die dedicationis ipsius et in septem diebus immediate sequentibus causa devotionis accesserint. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, III idus martii, anno secundo.

Sainte-Marie-Majeure, 15 mars 1289.

In e. m. rectori ecclesiae Sancti Lupi Baiocensis. Indulgentiam eandem concedit eis qui praedictam ecclesiam in festo ipsius sancti et in septem diebus immediate sequentibus devote visitaverint. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus martii, anno secundo. (Lap. du Theil, II, 24.)

Sainte-Marie-Majeure, 18 mars 1289.

In e. m. rectori ecclesiae Sanctae Mariae de Beugna, Maurianensis dioecesis. Indulgentiam centum dierum concedit eis qui praedictam ecclesiam in Navitatis, Purificationis, Annuntiationis et Assumptionis ipsius virginis festivitatibus devote visitaverint. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, XV kalendas aprilis, anno secundo. (Ce dernier in *In e. m.* en marge; Lap. du Theil, II, 23.)

706-707 Sainte-Marie-Majeure, 19 mars 1289.

Palleum assignatur. (Reg. 44, c. 42, f. 114 v°.)

Francisco, electo Messanensi. Palleum per Damianum de Amalfia, canonicum Messanensem, G., episcopo Sabinensi, apostolicae sedis legato, misit tradendum Francisco, electo Messanensi, qui id per Bartholomaeum, archidiaconum, Paulum de Reate et praedictum Damianum, canonicos Messanenses, postulavit.

« Munus consecrationis te... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XIIII kalendas aprilis, anno secundo. »

In e. m. G., episcopo Sabinensi, mandat ut palleum Francisco assignet.

« Dilectus filius F... — Dat. ut supra. »

Forma assignandi palleum.

« Ad honorem Dei omnipotentis et Beate Marie virginis, et beatorum apostolorum Petri et Pauli, et domini Nicolai pape ac romane ecclesie, necnon et Messanensis ecclesie tibi commisse, tradimus tibi palleum de corpore beati Petri sumptum, plenitudinem videlicet pontificalis officii, ut utaris eo infra ecclesiam tuam certis diebus, qui exprimuntur in privilegiis ei ab apostolica sede concessis. »

Forma juramenti.

« Ego Franciscus, archiepiscopus Messanensis, ab hac hora in antea fidelis et obediens ero beato Petro sancteque apostolice romane ecclesie et domino meo pape Ni-

colao suisque successoribus canonice intrantibus. Non ero in consilio aut consensu vel facto ut vitam perdant aut membrum, seu capiantur mala captione. Consilium vero quod mihi crediturí sunt per se, sive per nuntios suos, seu per litteras, ad eorum dampnum me sciente nemini pandam. Papatum romanum et regalia sancti Petri adjutor eis ero ad retinendum et defendendum, salvo meo ordine, contra omnem hominem. Legatum apostolice sedis ineundo et redeundo honorifice tractabo et in suis necessitatibus adjuvabo. Vocatus ad synodum veniam, nisi prepeditus fuero canonica prepeditione. Apostolorum limina singulis bienniis visitabo, aut per me aut per meum nuntium, nisi apostolica absolvar licentia. Possessiones vero ad mensam mei archiepiscopatus pertinentes non vendam, nec donabo, nec impignorabo, nec de novo infeudabo, vel aliquo modo alienabo, inconsulto romano Pontifice. Sic me Deus adjuvet et hec sancta Dei evangelia. »

708 Sainte-Marie-Majeure, 1er avril 1289.

Pallei usus conceditur. (Reg. 44, c. 43, f. 115 r°.)

Dilecto filio F., electo Messanensi, cui Nolana ecclesia in spiritualibus et temporalibus per sedem apostolicam est commissa, indulget ut, durante hac commissione, in festivitatibus Nativitatis Domini, Epiphaniae, Resurrectionis dominicae et Pentecostes, et in diebus quibus ordinationes celebrabit vel ecclesias seu altaria consecrabit, palleo uti possit; ita tamen ut Neapolitanae ecclesiae, cui Nolana ecclesia jure metropolitico subjicitur, nullum per hoc praejudicium generetur.

« Dignus gratia et ... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, kalendis aprilis, anno secundo. »

709 Sainte-Marie-Majeure, 1er mars 1289.

Regem Franciae rogat ne episcopum Pictavensem coram regiae curiae officialibus respondere compellat, quin immo eum defendat, praesertim contra Gaufridum de Valeya, qui quoddam feudum ejusdem episcopi insidiose invasit. (Reg. 44, c. 44, f. 115 r°; Lap. du Theil, II, 25.)

Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francorum illustri. « Nuper ad nostrum pervenit auditum quod, cum Gualterus Asini, laicus Pictavensis diocesis, quoddam feudum a venerabili fratre nostro .. episcopo Pictavensi teneret, Gaufridus de Valeya, clericus Andegavensis diocesis, ad ipsius episcopi turbationem aspirans, dictum feudum ab eodem Galtero sibi concedi, non absque malignitatis astutia, procuravit, eodem episcopo penitus ignorante, ac postmodum prefatus Gaufridus ad tuam seu magistrorum regie curie se presentiam conferens, coram te seu magistris proposuit antedictis quod idem Gualterus feudum sibi cesserat memoratum, mendaciter asserens quod se de ipso ab eodem postularat episcopo investiri, et, quia injuste id efficere recusarat, ad curiam ipsam duxerat appellandum. Et quanquam prefatus episcopus predicta penitus ignoraret, que si etiam sibi non incognita extitissent, tamen de dicto feudo eundem Gaufridum ad homagium, secundum justitiam et morem patrie, recipere non debebat, pro eo quod idem Galterus coram eodem episcopo se de feudo nunquam devestiverat antedicto nec se devestiendum obtulerat, cum id necessarium existat omnino ad hoc, ut alius de feudo ipso valeat investiri, tu tamen, vel iidem magistri nomine regio, super hoc eundem episcopum ad tuam presentiam, prout ejusdem Gaufridi quamvis falsa exprimebat assertio, evocari seu citari fecisti, quamvis hujusmodi vocatio sive citatio nequaquam pervenerit ad notitiam episcopi prelibati. Post hec autem sepefatus Gaufridus episcopum ipsum occasione hujusmodi ad regiam dictorumque magistrorum presentiam per litteras regias procuravit denuo evocari. At idem episcopus, tunc infirmitate detentus, regali privilegio et possessione ac etiam canonica libertate a tempore a quo non extat memoria communitus, quod coram rege Francie vel alio judice laicali non tenetur in judicio respondere, duos ecclesiarum canonicos, nuntios suos, de hujusmodi negotio plenius informatos, duxit ad celsitudinem regiam destinandos, qui prefati episcopi nomine privilegium, possessionem et libertatem predicta, quodque non tenebatur nec absque perjurii coram te poterat respondere periculo, cum de conservandis juribus et libertatibus Pictavensis ecclesie juramentum prestiterit, allegarent. Ac nichilominus sepefatus episcopus, adeptus tandem convalescentie comoda, se ad tuam dictorumque magistrorum presentiam duxit personaliter conferendum. Prefatis autem canonicis, ante ipsius ad te adventum epicopi, proponentibus et allegantibus que sibi ab eo fuerant in hac parte commissa, tu, reputans nichilominus eundem episcopum contumacem, dictumque Gaufridum de feudo, ut dicitur, pretaxato investiens, .. senescallo regio Pictavensi ac servientibus tuis illarum partium per litteras regias injunxisti ut eundem Gaufridum in ipsius feudi possessionem sollicite tuerentur. Memoratus vero Gaufridus, ad presumptionem nephariam detestabilis falsitatis temere se convertens, et asseverare non metuens quod tu castrum de Englia, dicte diocesis Pictavensis, ad episcopum ipsum pertinens, sibi cum pertinentiis suis in

ipsa et aliis vicinis diocesibus existentibus duxeras concedendum, per quendam simulatum seu fictum nuntium vel servientem, sub nomine regio, in corporalem castri et pertinentiarum predictorum possessionem se procuravit induci. Cumque postmodum prefatus senescallus, cui de hujusmodi simulatione ac falsitate constiterat, nuntium seu servientem cepisset eundem, et in carcere regio apud Montem Maurilii, dicte Pictavensis diocesis, posuisset, prelibatus Gaufridus confestim, tanquam male sibi conscius, castrum dimittens predictum, claves ejus clerico ejusdem castri de Englia per se vel per servitores suos tradidit et tradi episcopo vel ejus castellano mandavit, et subsequenter celsitudinem regiam vel magistros Parisius adiens memoratos, ac tandem, innata malitia stimulatus, in Pictaviam rediens, coram senescallo prefato se, ut vulgaribus patrie verbis utamur, contra jam dictum episcopum *de tort et de force* sibi factis de castro et pertinentiis supradictis applegiare curavit. Et quoniam sepefatus episcopus ad ejusdem senescalli mandatum se similiter contra illum, multis et efficacibus ductus rationibus sive causis, contraplegiare penitus recusavit, dictus senescallus castrum ipsum cum pertinentiis suis in manibus regiis posuit; et postmodum, de tuo seu magistrorum ipsorum mandato, dictus senescallus eundem Gaufridum in possessionem castri et pertinentiarum ipsorum induxit, et fructus perceptos a tempore quo castrum ipsum nomine regio tenebatur dicto Gaufrido, ut dicitur, tradi fecit, cujus inductionis pretextu, dictus Gaufridus feudatarios ejusdem episcopi, de feudis que ab ipso tenere noscuntur, homagium et juramentum, prius exhibitum eidem episcopo, et ab antiquo Pictavensibus episcopis qui fuere pro tempore solitum exhiberi, sibi, regia mediante potentia, prestare compulit et compellit; prepositis, servientibus et aliis hominibus seu vassallis ejusdem episcopi ac nonnullis tam secularibus quam religiosis clericis eidem Gaufrido et suis obedire nolentibus, propter hoc nequiter captis et eorum aliquibus carceralibus vinculis mancipatis, ac etiam quodam presbytero, ut dicitur, crudeliter interempto, non sine divine majestatis offensa et apostolice sedis contemptu ac eorumdem episcopi et ecclesie gravi prejudicio et jactura. Cum itaque, fili carissime, personam regiam si consideres attente, non deceat, nec in tui honoris cedat augmentum, ut circa regni tui prelatos, ecclesias et personas ecclesiasticas sic te geras, sic tuos processus exasperes dureque pertractes eosdem; nosque magno desiderio cupiamus ut tuos actus et opera sic laudabiliter et salubriter modereris, ut in conspectu altissimi gratiosus apparens, existas gratus et acceptus occurras, excellentiam regiam rogandam attente duximus et hortandam quatenus, pro divina et apostolice sedis reverentia, prefatum episcopum coram te, curie predicte magistris et aliis officialibus regiis, sive quibusve personis aliis respondere vel contraplegiare, per saisinam seu bonorum ad episcopum et ecclesiam prelibatos spectantium captionem, vel alias quomodolibet, contra privilegium eidem ecclesie Pictavensi concessum, vel possessionem pacificam, seu quoquo modo contra canonicam libertatem aliquatenus non compellas, neque permittas per officiales eosdem aut alios quoslibet eorum auctoritate compelli, quin immo episcopum et ecclesiam supradictos manuteneas favorabiliter, et defendas eos in libertatibus et immunitatibus ipsis vel eorum cuilibet competentibus ex privilegio vel possessione prefatis aut alias de consuetudine vel de jure; et quicquid contra privilegium, possessionem, libertatem, jus, vel consuetudinem supradicta, contra prefatos episcopum et ecclesiam per dictum senescallum vel magistros officiales aut quoscumque alios auctoritate illius hactenus est presumptum, presertim super eodem castro de Englia, juribus et pertinentiis suis, facias totaliter revocari; ac dictum castrum cum juribus et pertinentiis suis ac fructibus, proventibus et redditibus inde perceptis, et qui percipi potuerunt, integre restitui, prout ad tuum spectat officium, episcopo memorato; sic te in hiis efficaciter habiturus ut proinde tibi ex alto premia condigna proveniant, et nos devotionem regiam uberibus laudibus non immerito attollamus, nec oporteat super hoc per providentiam dicte sedis, que hujusmodi excessus patienter ferre non poterit, aut finaliter sub dissimulatione transire, quin super premissis, prout expedire videbitur, oportunum remedium studeat adhibere. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, kalendis martii, anno secundo. »

710 Sainte-Marie-Majeure, 1er mars 1289.

De eodem negotio. (Reg. 44, c. 44², f. 115 r°; Lap. du Theil, II, 29.)

Venerabilibus fratribus .. Ebroicensi et .. Silvanectensi episcopis mandat quatenus, regem Franciae personaliter, sine mora, adientes, eum moneant et inducant ut precibus et exhortationibus in praecedentibus litteris contentis acquiescat. — « Volumus autem quod responsionem quam rex ipse super premissis duxerit faciendum, et quicquid etiam feceritis et senseritis in hac parte, nobis plene seriatim et distincte per vestras litteras harum seriem continentes quamtotius intimetis. »

« Nuper ad nostrum... — Dat. ut supra. »

711 Sainte-Marie-Majeure, 9 mars 1289.

Episcopo Pictavensi spiritualem gladium concedit. (Reg. 44, c. 45, f. 116 r°; Lap. du Theil, II, 31.)

Venerabili fratri.. episcopo Pictavensi. « Pastoralis officii cura nos ammonet ut, circa tuum et ecclesie tue statum attente considerationis intuitum dirigentes, te illius favoris et gratie prosequamur auxilio quod tibi et ei fore perpendimus oportunum. Ad nostrum siquidem pervenit auditum quod nonnulli, qui, proprie salutis immemores, in sue malitie gloriantur operibus et in pravis actibus delectantur, ac etiam plerique officiales regii, commisse tibi jurisdictionis finibus non contenti, te ac eandem ecclesiam in personis et bonis ac juribus tuis et ipsius ecclesie, divina et apostolice sedis reverentia prorsus abjecta, interdum gravibus injuriis et offensis afficere ac dispendiosis opprimere molestiis et jacturis indebite non verentur. Nos igitur, quibus superne dispositionis arbitrio ecclesiarum omnium est sollicitudo commissa, diligentius attendentes quod eo commodius et efficatius bona et jura predicta conservare poteris et tueri quo per eandem sedem majori fueris auctoritate munitus, fraternitati tue spiritualem gladium, ut eo contra tuos et ecclesie tue predicte injuriatores, molestatores, turbatores et impetitores quoslibet libere, per te vel alium seu alios, uti possis, quandocumque et quotienscumque putaveris expedire, de gratia concedimus speciali. Volentes nichilominus ut hujusmodi gladius tibi alias quomodolibet competens in sui perduret roboris firmitate, non obstantibus quibuscumque privilegiis, litteris vel indulgentiis carissimo in Christo filio nostro Philippo, regi Francorum illustri, vel predecessoribus suis Francie regibus, seu comitibus, baronibus aut nobilibus ac laicis aliis quibuscumque, sub quovis tenore seu forma vel conceptione aut expressione verborum concessis, etiam si de ipsis de verbo ad verbum et totis eorum tenoribus esset ex certa scientia specialis mentio facienda. Nolumus autem quod indultum hujusmodi ad predicti regis et consortis sue personas et capellam regiam aliquatenus se extendat. Nulli ergo, etc., nostre concessionis, etc. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, VII idus martii, anno secundo. »

712 Sainte-Marie-Majeure, 23 mars 1289.

Privilegium capitulo Baiocensi concessum. (Reg. 44, c. 46, f. 116 r°; Lap. du Theil, II, 33.)

.. *decano et capitulo ecclesie Baiocensis.* « Cum, sicut ex parte vestra fuit expositum coram nobis, nonnulli delegati, subdelegati, executores et conservatores, auctoritate litterarum sedis apostolice ac legatorum ejus, cum aliquos sibi obedire nolentes vinculo excommunicationis astringunt, nichilominus in participantes excommunicatis hujusmodi quoquo modo excommunicationis presumunt sententias fulminare, nos, vestris supplicationibus inclinati, auctoritate vobis presentium indulgemus ut, si quando vos hujusmodi excommunicatis communicare contigerit, majoris excommunicationis laqueo nequaquam ligari possitis, dummodo non communicetis in crimine criminosis. Nulli ergo, etc., nostre concessionis, etc. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, X kalendas aprilis, anno secundo. »

713 Sainte-Marie-Majeure, 15 mars 1289.

Liberatio vassallorum. (Reg. 44, c. 47, f. 116 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Anconitano mandat quatenus inquirat de opportunitate petitionis qua .. episcopus Esinus licentiam poscit quinquaginta de vassallis ditioribus et potentioribus suae sedis de Villa Podii, Sancti Marcelli et castri Montis Arcis Ruere, qui ab episcopali jurisdictione se subtrahunt, alios inferiores vassallos subducentes, et propter hoc magis sunt oneri quam honori, liberandi, recepta ab eis medietate omnium bonorum mobilium et immobilium.

« Venerabilis frater noster... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus martii, anno secundo. »

714 Sainte-Marie-Majeure, 18 mars 1289.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 48, f. 116 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Astensi mandat quatenus cum Raybaldo de Castellano, et Leona de Giliis, Astensis dioecesis, dispenset ut in matrimonio ab ipsis contracto, non obstante quarto consanguinitatis gradu quo conjuncti sunt, remanere valeant.

« Ex parte dilecti... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XV kalendas aprilis, anno secundo. »

715 Sainte-Marie-Majeure, 28 mars 1289.

De contentione inter commune Bononiense et ecclesiam romanam terrae Medicinae ratione exorta. (Reg. 44, c. 49, f. 116 v°.)

Venerabilibus fratribus .. Faventino et .. Imolensi

episcopis mandat quatenus potestatem, capitaneum, anzianos, consules et magistros seu capita artium et consiliarios Bononienses ab excommunicationis et civitatem Bononiensem et suburbia ab interdicti sententia, quam ipso facto incurrerunt, quum B., episcopi Portuensis, in illis partibus legationis officio fungentis, minacias contemnentes, jurisdictionem et protectionem terrae Medicinae, quae proprietatis ecclesiae romanae est, sibi attribuerunt, absolvant his conditionibus : quod potestas et capitaneus personaliter, commune ac populus per syndicum, qui tunc est Jacobus Amoneti, cives Bononiensis, juramentum praestent abrandi omnia statuta quae de jurisdictione exercenda, seu collectis aut talliis in terra Medicinae faciendis, in libris seu capitularibus sint, nec ea vel similia resumendi; quod de hominibus praedictae terrae Medicinae commune praefatum justitiam sibi non faciat, sed a .. rectore dictae terrae vel ejus officialibus, seu a .. rectore Romaniolae requirat, exceptis in illis causis quae ratione delicti forum Bononiense sortiantur; quod quaestio bannitorum terrae Medicinae suspensa sit, donec romanae ecclesiae judex de hac bannitione cognoverit; exhibeatur cautio quod eisdem bannitis nulla injuria inferetur, « et quod etiam bannitorum ipsorum ymagines in eisdem communis palatio et portis civitatis predicte depictas faciant totaliter aboleri. »

Novam excommunicationis sententiam in cives Bononienses qui quid contra terram Medicinae attemptarint, nisi infra mensem de dampnis ei illatis satisfecerint, et interdicti contra civitatem, terram nisi praefatam, infra octo dies post occupationem ejus, libere restituerint, et de dampnis ei satisfecerint.

« Romane matris ecclesie... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, v kalendas aprilis, anno secundo. »

716 Sainte-Marie-Majeure, 7 mars 1289.

Promulgat instrumentum compositionis inter regem et praelatos Portugalliae, super XL articulis habitae. (Reg. 44, c. 50, f. 117 r°.)

Ad certitudinem presentium et memoriam futurorum. « Cum olim inter..... Tenor autem instrumenti et articulorum... talis est :

» In nomine Domini. Amen. In regno Portugalie » et Algarbii grandis inter prelatos ipsius regni et reges » qui fuerunt pro tempore super eo ab olim, sicut habet » assertio infrascriptarum partium, dissentio est exorta, » quod iidem prelati se, ecclesias et personas ecclesias- » ticas regni ejusdem, non solum in depressionem, sed » etiam in subversionem ecclesiastice libertatis, in mul- » tis gravatos fuisse ac gravari dicebant; super quibus » sub diversis romanis pontificibus et per eos multipli- » catis processibus et tractatibus habitis inter partes, » contigit controversiam super infrascriptis articulis, » quorum aliqui primo coram felicis recordationis do- » mino Clemente papa IIII, et tam ipsi quam nonnulli » alii coram recolende memorie domino Gregorio papa X, » ex parte dictorum prelatorum oblati fuisse dicuntur, » ut inferius exprimitur in eisdem, usque ad tempora » magnifici principis domini Dionisii, illustris regis Por- » tugalie et Algarbii, prorogari, et tandem inter vene- » rabiles patres dominos T., archiepiscopum Bracha- » rensem, A., Colimbriensem, B., Sylvensem, et J., » Lamecensem episcopos, in curia romana presentes, » tam pro se quam pro aliis prelatis, ecclesiis et personis » ecclesiasticis regni ejusdem, pro quibus sanctissimus » pater et dominus dominus Nicolaus, divina providen- » tia papa IIII, ad componendum et pacificandum super » pretactis articulis, eis concessit per suas litteras sub- » scripti tenoris liberam potestatem; et discretos viros » Martinum Petri, cantorem Elborensem, et Johannem » Martini, canonicum Colimbriensem, procuratores re- » gis ejusdem, ab ipso in forma infrascripta mandatum » habentes, dicti regis nomine, mediantibus reverendis » patribus dominis L., Ostiensi et Velletrensi episcopo, » P., tituli S. Marci presbytero, et B., S. Nicolai in Car- » cere Tulliano diaconis cardinalibus, ab eodem summo » pontifice ad discutiendum et dirigendum hujusmodi » negotium deputatis, talis super eisdem articulis, in » presentia eorumdem cardinalium, mei notarii et tes- » tium subscriptorum, pax et compositio intervenit. » Predictis siquidem archiepiscopo et episcopis, pro se » ac illorum nomine, pro quibus ad pacificandum et » componendum receperant ab eodem summo pontifice, » ut premittitur, potestatem, et prefatis procuratoribus » dicti regis, pro ipso rege, in dictorum cardinalium et » testium ac mei notarii presentia constitutis; lectisque » singulis subscriptis articulis per me notarium dictum, » et subter annexis responsionibus per eosdem procura- » tores ad singulos eorumdem singulariter subsecutis, » vice ac nomine dicti regis, cum (1) expressa intentione » ipsum regem ad contenta in ipsis responsionibus obli- » gandi, quibus quidem responsionibus iidem prelati se » dixerunt expresse et vocaverunt plene contentos; de- » mum iidem cantor et Johannes archiepiscopo et epis- » copis memoratis et michi subscripto notario, pro ipsis

(1) Ms. : non *ad lieu de* cum.

» omnibus et (1) singulis ecclesiis et ecclesiasticis per-
» sonis regni predicti stipulantibus, sollemniter promi-
» serunt, nomine prefati regis et pro ipso, eundem regem
» expresse ratificaturum, approbaturum et acceptatu-
» rum omnia et singula contenta in (2) responsionibus
» supradictis; et tam se quam suos quoslibet succes-
» sores in regno prefato eadem omnia et singula que in
» dictis responsionibus continentur, prout eorum singu-
» lorum qualitas exigit, plene adimplendis, et perpetuo
» per se ac successores suos inviolabiliter observandis
» in forma quam sedes eadem super hoc ei duxerit des-
» tinandam.

» Tenor vero articulorum predictorum et responsio-
» num, ut predicitur, subsecutarum ad ipsas de verbo
» ad verbum talis est.

» Hii sunt articuli qui pro parte prelatorum regni
» Portugalie et Algarbii coram felicis recordationis pre-
» dicto domino Clemente papa IIII fuerunt oblati :

» Primus articulus est : In primis idem rex pro sua
» voluntate compellit priores et abbatissas ac ecclesia-
» rum rectores ut prioratibus et abbatiis et ecclesiis suis
» renuntient, maxime in illis monasteriis et ecclesiis in
» quibus contendit jus patronatus habere. Respondent
» Martinus Petri, cantor Elborensis, et Johannes Mar-
» tini, canonicus Colimbriensis, procuratores predicti
» domini D., regis Portugalie et Algarbii, quod ipse rex
» non fecit hactenus hec, et promittunt ejus nomine
» quod non faciet in futurum.

» Secundus articulus est : Si episcopi vel ecclesiarum
» rectores in parrochianos (3) suos, pro eo quod decimas
» et alia jura sibi debita non solvunt eisdem, excommu-
» nicationis ferunt sententias, vel loca supponunt eccle-
» siastico interdicto, justitia exigente, dominus rex et
» sui, occasione hujusmodi, excommunicatores banniri
» faciunt et alia bona eorum occupari. Respondent dicti
» procuratores quod idem rex contenta in articulo non
» fecit hactenus, et promittunt quod non faciet in futu-
» rum, et quod, si contra per suos subditos factum fue-
» rit, justitie complementum conquerentibus exhibebit,
» occupata restitui et de injuriis satisfieri faciendo.

» Tertius articulus est : Item si episcopi vel alii con-
» veniunt seu convenire velint abbates, abbatissas, prio-
» res aut alias personas ecclesiasticas, auctoritate litte-
» rarum sedis apostolice, prefatus rex id fieri non per-
» mittit. Respondent procuratores predicti quod idem
» rex non fecit hec hactenus, et promittunt quod ipse
» non faciet in futurum, et quod permittet ipsos libere
» uti litteris apostolicis.

» Quartus articulus est : Item si forte feratur deffini-
» tiva sententia pro actore, non permittit (1) executioni
» mandari et actori judicata precipit occupari, sibi reti-
» nens occupata. Respondent procuratores predicti quod
» idem rex non fecit hec hactenus, et promittunt quod
» ipse non faciet in futurum, et quod permittet quod
» sententie executioni legitime demandentur.

» Quintus articulus est : Item si archiepiscopus, epis-
» copi vel eorum vicarii locum aliquem vel ecclesiam
» supponunt ecclesiastico interdicto, vel in homines
» ipsius regis excommunicationis, prout justitia exigit,
» ferant sententias, dominus rex et sui episcopos vel
» eorum vicarios ad relaxandum hujusmodi sententias
» per minas et terrores et occupationem bonorum suo-
» rum compellunt, judicans eos, si sententias relaxare
» noluerint, judicio judeorum, subtrahendo ipsis com-
» munionem fidelium, ac fideles ipsos, si eis in aliquo
» communicaverint, vel receperint ipsos in castris, villis
» aut domibus suis, capiendo, incarcerando et bonis pro-
» priis spoliando. Respondent procuratores predicti quod
» idem rex contenta in articulo non fecit hactenus, et
» promittunt quod non faciet in futurum; et quod si
» contra per suos subditos factum fuerit, justitie com-
» plementum conquerentibus exhibebit, de dampnis et
» injuriis satisfieri faciendo, et puniendo contrarium fa-
» cientes, prout fuerint puniendi.

» Sextus articulus est : Item si aliqui judices a sede
» apostolica vel ab ordinariis delegati, aut etiam ipsi
» ordinarii, pro aliquibus clericis, contra communitatem
» aliquam ad regem pertinentem eundem vel aliquos de
» ipsa communitate interdicti vel excommunicationis
» sententiam ferunt, exigentibus culpis suis, interdicitur
» quandoque per regem ipsum, quandoque per officiales
» suos, quandoque per ipsam communitatem clericis
» ipsis commune commertium; et ne ipsos aliquis in
» suis domibus recipiat prohibetur, aqua et igne ipsis,
» pena super hoc gravi apposita hiis qui contra fecerint,
» interdictis, et hec officiales ipsius regis et communi-
» tates per muros et districtum (2) suum ac alia loca
» voce faciunt preconia proclamari; nichilominus iidem
» clerici diffidantur et bonis spoliantur suis ecclesias-
» ticis et paternis; idem etiam sit ordinariis et eorum
» delegatis et vicariis, si sententias ex aliquibus aliis
» causis ferant. Respondent procuratores predicti quod

(1) *Ms.* : et omnibus.
(2) *Ms.* : et *au lieu de* in.
(3) *Ms.* : parrochia.

(1) *Ms.* : permittet.
(2) *Ms.* : strictum.

» idem rex nichil horum fecit hactenus, et promittunt » quod ipse in futurum non faciet, sed et fieri prohibe- » bit, et quod, si per suos subditos, communitates vel » alias contra factum fuerit, justitie complementum con- » querentibus exhibebit, de dampnis et injuriis satisfieri » faciendo.

» Septimus articulus est : Item si contingit quod locus » aliquis vel ecclesia supponatur ecclesiastico interdicto, » vel judex aut alius officialis regis, vel aliquis aut ali- » qui de ipso loco excommunicentur, statuunt inter se » communiter quod nullus solvat decimas, vel in tes- » tamento aliquid relinquat ecclesie, seu oblationem » aliquam ad ecclesiam ipsam ferat. Respondent pro- » curatores predicti et promittunt quod idem rex hoc » fieri prohibebit, et prohibitionem suam faciet obser- » vari, de dampnis et injuriis satisfieri faciendo, et pu- » niendo contrarium facientes, prout fuerint puniendi.

» Octavus articulus est : Preterea prefatus rex et com- » munitates ejus non permittunt episcopos ecclesiarum » suarum civitatum et diocesium parrochias limitare. » Respondent procuratores predicti quod placet regi ut » hujusmodi limitatio fiat per prelatos justa et equa, » vocatis eis quorum interest per edictum publicum » proponendum in ecclesiis de quorum parrochiis limi- » tandis agetur, tribus dominicis diebus continuis, infra » missarum sollempnia, coram populo tunc presente, ita » quod dies ad faciendum limitationem prefixa in quo- » libet exprimatur edicto, ipsamque diem edictum in » tertia dominica proponendum unius saltem mensis » spatio antecedat. Quod si rex ipse in aliqua ecclesia- » rum hujusmodi jus patronatus habuerit, erit tempore » congruo ante faciende limitationis diem specialiter » evocandus ; et consentiunt prelati quod si limitatio, eis » quorum interest non vocatis, ut dictum est, de cetero » fuerit facta, non teneat ; ita tamen quod patroni qui » sunt barones aut milites vel filii militum non veniant » personaliter, sed mittant procuratores, si velint ; et » promittunt predicti procuratores quod dictus rex pre- » latos in hoc nullatenus impediet, sed observabit que » predicta sunt, quantum pertinebit ad ipsum, et faciet » a suis subditis observari.

» Nonus articulus est : Item usurpat sibi ipse rex et » communitates ejus, in quibusdam episcopatibus regni » tertias decimarum ecclesiarum fabricis deputatas, et in » quibusdam pontificales, et faciunt de ipsis tertiis con- » strui et refici muros suos, et quandoque illas pro sti- » pendiis rex assignat militibus memoratus. Respondent » procuratores predicti quod rex consentit quod tertia » decimarum percipiatur ad muros construendos vel » reficiendos in illis dumtaxat ecclesiis in quibus a fun- » datione ipsarum ecclesiarum hoc expresse actum est » de consensu prelatorum, in aliis vero jus commune » servetur ; et promittunt dicti procuratores regem ita in » posterum servaturum, et hanc responsionem prelati » pro bono pacis patienter acceptant.

» Decimus articulus est : Item quod hospitalia seu » albergarias pauperum usibus deputatas, que in epis- » coporum dispositione de jure consistunt, cum posses- » sionibus et pertinentiis suis usurpant. Respondent » procuratores predicti quod placet regi ut circa hoc ser- » ventur jus commune et bone consuetudines ; et pro- » mittunt ipsum regem ita perpetuo servaturum.

» Undecimus articulus est : Item quod compellit tam » per se quam per communitates suas clericos et per- » sonas ecclesiasticas ad contribuendum in constructione » seu refectione murorum civitatum et locorum suorum » cum laicis, contra libertatem ecclesiasticam, necnon » contra legem paternam. Respondent procuratores pre- » fati quod ipse rex predictas personas non compulit ad » contributionem hujusmodi, et promittunt quod non » compellet in futurum et quod contra injuriantes in » hoc ecclesiis vel personis predictis exhibebit justitie » complementum.

» Duodecimus articulus est : Item cogit colonos eccle- » siarum et monasteriorum, ad hoc nullo jure obnoxios, » ad constructionem seu refectionem murorum hujus- » modi ; per quod contingit colonos suas deserere colo- » nias et possessiones devastari predictas. Respondent » dicti procuratores quod rex in hoc faciet observari » quicquid de jure communi fuerit observandum, salvis » gratiis seu privilegiis vel compositionibus, si apparue- » rint que de jure debeant observari.

« Tertius decimus articulus est : Item quod personas » ad ecclesias fugientes, in illis casibus in quibus debent » per ecclesias defensari, violenter facit ipse ac sui per » Sarracenos et judeos vel per christianos extrahi ab » eisdem, vel facit eos ibi custodiri vel compediri quan- » doque per suos satellites, et eis cibaria denegari, ut » exire de ecclesia compellantur. Respondent procurato- » res predicti quod rex non extrahet nec extrahi faciet » de ecclesiis fugientes ad ipsas, nec compediri, nec eis » cibaria denegari, nisi in casibus a jure permissis.

» Quartus decimus articulus est : Item ipse ac merini » sui et judices capiunt presbyteros et clericos, irrequi- » sitis eorum episcopis, nec volunt eos restituere, licet » petantur ab eis. Item hujusmodi capti quandoque per » ipsum et suos, denegatis alimentis, vel per suspen- » dium, aut modis aliis, occiduntur, quorum interdum » aliqui parrochianis ecclesiarum suarum, ad eorum » parrochianorum instantiam importunam, restituuntur

» cum cautione, ut missarum eis sollempnia celebrent, » quibus utique celebratis, juxta formam cautionis prestitam, reducuntur in pristinam captionem (1). Respondent procuratores memorati quod idem rex talia » nunquam fecit, nec tempore suo facta fuerunt, et promittunt quod non faciet in futurum, et quod, si aliquando persona ecclesiastica etiam ex causa capta (2) » fuerit, restituetur prelato suo, ad requisitionem ipsius, » et si injuriose capiatur hujusmodi persona vel capta » fuerit hactenus, justitie complementum conquerentibus exhibebit, faciendo satisfieri de dampnis et injuriis, et puniendo capientes, prout fuerint puniendi.

» Quintus decimus articulus est : Item quod sepe minatur archiepiscopo et episcopis mortem, et quandoque » procurat et facit eos inclusos in ecclesiis, monasteriis » et alibi detineri, Sarracenis, judeis et aliis suis apparitoribus, pretoribus et meyrinis (3) ad interficiendum » eos adhibitis circumquaque ; facit etiam amputari auriculas servientum episcoporum, et quandoque alios » capi et alios interfici coram eis. Respondent procuratores sepedicti quod idem rex talia nunquam fecit, et » promittunt quod ipse non faciet in futurum.

» Sextus decimus articulus est : Item quod facit ipsos » episcopos in aliquibus obsideri locis per vassallos suos, » eosdem sepe ac publice dehonestans, et contumeliosa » verba proferens contra eos, et hoc idem temeritate » propria barones sui faciunt et vassalli. Respondent » procuratores predicti quod idem rex non fecit aliquid » de contentis in articulo, et promittunt quod ipse non » faciet in futurum, et quod contrarium facientes puniet, » prout fuerint puniendi.

» Septimus decimus articulus est : Item quod idem » rex ac sui, tam barones quam alii milites, verbis et » factis, pro sui motus libito, dehonestant religiosos, » clericos et conversos, et quandoque aliquos ex eisdem » faciunt coram se denudari totaliter propriis indumentis, in grave vituperium eorumdem et totius ordinis » clericalis. Respondent procuratores predicti quod idem » rex non fecit aliquid de contentis in articulo, et promittunt quod ipse non faciet in futurum, et quod, si » per barones vel alios in regno suo factum fuit hactenus, vel fuerit in futurum, justitie complementum » conquerentibus exhibebit, de dampnis et injuriis » satisfieri faciendo, et puniendo contrarium facientes, » sicut fuerint puniendi.

» Octavus decimus articulus est : Item quod facit inquisitiones per totum regnum per homines proprios, » in ecclesiarum tam cathedralium quam aliarum de » regno ipso prejudicium, super possessionibus et ecclesiarum patronatibus fieri, patronis ecclesiarum vel » possessionum dominis ecclesiasticis non vocatis, et si » per talem inquisitionem illicitam et iniquam invenit » quod jus patronatus alicujus ecclesie vel possessio aliqua spectet ad ipsum, ilico facit omnia occupari, licet » possessa fuerint ab eorumdem dominis a tempore cujus » memoria non existit, amotis nichilominus ab hujusmodi ecclesiis rectoribus violenter; cum in tali casu, » non per inquisitionem foret procedendum, sed in foro » competenti judicium potius ordinandum. Respondent » supradicti procuratores quod idem rex non fecit aliquid de contentis in articulo, et promittunt (1) quod » non faciet in futurum.

» Nonus decimus articulus est : Item occupat episcoporum et aliorum ecclesias, quas a longis temporibus » pacifice possederunt, et, quod est absurdius, presentatos a sede ad hujusmodi ecclesias, ipsos compellit » admittere ac instituere in eisdem ; quod si forte aliqui » ex ipsis finaliter nolunt admittere hujusmodi presentatos, idem rex per homines suos facit detineri easdem, » ac fructus et proventus ipsarum per eos percipit ex » eisdem. Respondent procuratores prefati quod idem » rex talia nunquam fecit hactenus, et promittunt ipsum » regem ea non facturum in futurum.

» Vicesimus articulus est : Item si ad vacantem ecclesiam in discordia diversas patroni diocesano episcopo » presentant personas, et ipse, discussis cause meritis de » altero presentatorum vel alio forsitan ecclesiam ordinat, » juxta canonicas sanctiones, dum ille de quo ecclesia » providetur per aliquorum ex patronis violentiam corporalem nancisci possessionem non potest, si tunc » diocesanus ad hoc dicti regis invocet brachium, ipse » non solum non defendit (2) eundem, immo favet injuriam inferenti, hoc ipsum servans in omnibus que » sunt contra ecclesiasticam libertatem. Respondent prefati procuratores quod idem rex nichil eorum de quibus premissus articulus querelam continet fecit hactenus, et promittunt quod ipse non faciet in futurum, » et quod brachium suum contra facientes injuriam in » premissis, quando fuerit invocatum, exhibebit, sicut » jura volunt.

» Vicesimus primus articulus est : Item quod, pretextu exercende justitie, ponit non modestos et timoratos meyrinos et submeyrinos, qui exactiones in

(1) *Ms.* : cautionem.
(2) *Ms.* : facta.
(3) *Ms.* : meytinis.

(1) *Ms.* : promittit.
(2) *Ms.* : defendet.

» ecclesiis faciunt sicut volunt, et, cum de stipendiis » que ab ipso rege percipiunt sustentari deberent, cum » intolerabili evectionum et personarum multitudine, in » ecclesiis, monasteriis et cameris seu capellis et pos- » sessionibus episcoporum, et Templariorum quoque ac » Hospitalariorum domibus, et aliis piis locis et eorum » possessionibus hospitantur, per loca hujusmodi passim » et assidue discurrentes, de bonis eorum sibi faciunt » necessaria ministrari; id ipsum etiam a baronibus, » judicibus et aliis officialibus dicti regis et quibuslibet » aliis perpetratur. Respondent supradicti procuratores » quod idem rex talia non fecit hactenus, et promittunt » quod ipse non faciet in futurum, et quod, si talia tem- » pore patris sui vel suo per alios facta dicantur, exhi- » bebit conquerentibus justitie complementum, de damp- » nis et injuriis satisfieri faciendo, et delinquentes pu- » niendo, prout fuerint puniendi.

» Vicesimus secundus articulus est : Item quod ab » illis ecclesiis in quibus jus obtinet patronatus procu- » rationes immoderatas seu servitia onerosa de novo » exigit, et ad dandum sibi equitaturas, si habeant, et » ad emendum pro ipso quales sibi placet, si non ha- » beant, earumdem compellit rectores. Respondent pro- » curatores prefati quod idem rex de hiis omnibus nichil « fecit, et promittunt quod non faciet in futurum, et » specialiter quod procurationes non recipiet, nisi sibi » debitas, et illas recipiet moderatas.

» Vicesimus tertius articulus est : Item quod si aliquis » balivus, vicarius, officialis seu major domus terre re- » gis, baronis, seu cujuscumque alterius ab eo terram » tenentis in beneficium, vassallo seu cuilibet alicui alii » homini alicujus episcopi, clerici vel religiosi crimen » impingit aliquod, trahens super hec eum in causam » coram terre judice, ut ea possit occasione pecuniam » extorquere, non permittitur ei a supradictis potentibus » in illa terra quod contra eas habeat advocatum; nec » judex est ausus de advocato sibi, ut de jure tenetur et » consuetudine, providere, nec ausus foret advocatus » aliquis aliunde adductus advocationis inibi pro eo uti » officio contra eos. Respondent predicti procuratores » quod idem rex in domo sua habet advocatos, quibus » dat portionem et vestitum, quod advocent pro populo » atque clero, et etiam contra eum, si necesse fuerit, » unde credunt quod dictum est superius regem non » audivisse, nec scivisse quod factum fuisset, quia, si » scivisset, fecisset emendari; et promittunt quod rex » precipiet quod de cetero hujusmodi non committantur, » et quod placet eidem regi quod quilibet in terra sua » libere habeat advocatum, et quilibet advocatus libere » prestet patrocinium, sicut ei competit; et quod judices » non habentibus advocatos libere de ipsis provideant; » et quod si contra factum fuerit, querelantibus emen- » dabit.

» Vicesimus quartus articulus est : Item quod quando » barones aut alii milites recipiunt castra a rege tenenda » et servanda pro stipendiis propriis, faciunt ei homagium » quod sibi irato et pacato in omnem eventum restituent » castra sua; alioquin remanebunt exinde proditores. » Hujusmodi autem castellani, ingruente guerra, vel, ut » avaritie sue satisfaciant, fingentes guerram in vicino » futuram, ipsi et sui bladum, vinum, vaccas, porcos et » alia victui necessaria ab ecclesiis episcoporum et aliis » clericis ac hominibus eorumdem, ad castra hujusmodi » munienda, ut dicunt, accipiunt indifferenter, et sive » guerra superveniat, sive non, nullo modo restituunt » sibi ablata, nec rex eos ad restitutionem compellit, nec » barones, aut quoslibet milites terram ab eodem rege » seu baronibus ipsis tenentes, et alios quoscumque no- » biles et potentes, qui singuli in locis suis episcoporum » et cathedralium aut aliarum ecclesiarum, monasterio- » rum quoque et ceterum religiosorum seu etiam cleri- » corum homines, et clericos ipsos, in quibus nullum » omnino jus habent, ad faciendum eis servitia pro sue » voluntatis libito compellunt, invitos cohibet rex pre- » dictos; sed permittit potius hujusmodi servitutes in » possessiones et homines ecclesiarum induci, nec defen- » sat eosdem. Respondent procuratores prefati quod idem » rex nichil horum suo tempore factum audivit, et pro- » mittunt quod, si ad eum super hiis querela perveniat, » querelantibus justitiam exhibebit, et exprimunt quod, » si bladum et alia victualia propter imminentem guer- » ram capiantur in locis limitogrosis, sive que sunt in » confinio, in quibus hoc est consuetum, ipse rex faciet » exinde satisfieri, etiam si guerra in veritate immi- » neat; si vero capta fuerint aliqua propter guerram non » imminentem, sed malitiose confictam, non solum » satisfieri faciet, sed et puniet facientes; quodque ab » hominibus ecclesiarum quarumlibet regni sui, sive » monasteriorum vel religiosorum aut etiam clericorum » non permittet exigi servitia non debita; et quod, si » per barones vel milites seu quoslibet alios contrarium » factum fuerit, querelantibus exhibebit justitie comple- » mentum.

» Vicesimus quintus articulus est : Item quod ipse rex » inducit servitutes episcopis, abbatibus, prioribus et » aliis, compellendo eos ut portarios suos teneant, et pro » eis tenendis majori suo portario certam summam pecu- » nie tribuant, et eisdem portariis alias provideant in sa- » lario et expensis. Respondent procuratores predicti » quod, licet a tempore avi et proavi dicti regis et etiam

» patris sui portarii positi fuerint in predictis locis per » ipsos, ipse tamen rex, ad instantiam prelatorum, con- » cessit eis ut de cetero contra voluntatem suam porta- » rios habere non compellantur, nec eis provideant in » salario vel expensis, nisi quando eis placuerit habere » portarios ad voluntatem suam, si sibi et ecclesiis suis » viderint (1) expedire ; et tunc portariis quos habuerint » provideant de salario competenti, et major portarius, » quando prelatis et personis ecclesiasticis concedit » minores portarios, salarium recipiat moderatum; et » promittunt ipsi procuratores eundem regem dictam » concessionem perpetuo servaturum.

» Vicesimus sextus articulus est : Item si aliqua eccle- » sia rationabilem de aliquibus possessionibus permuta- » tionem diocesani sui facit auctoritate cum alia, vel ipse » diocesanus cum alio, dictus rex, ut ecclesiarum solum- » modo profectum impediat, frequenter obstaculum in- » terponit. Respondent procuratores prefati quod idem » rex contenta in articulo nunquam fecit, et promittunt » quod non faciet in futurum.

» Vicesimus septimus articulus est : Item quod pre- » ficit judeos indifferenter, contra generalis statuta con- » cilii legemque paternam, in officiis christianis, quos » ad deferendum signum, quo a christianis qualitate ha- » bitus distinguantur, compellere deberet, prout in ge- » nerali concilio est statutum ; propter quod dampnate » comixtionis excessus sub erroris potest velamento pre- » sumi ; nec ipsos judeos ad debitas decimas persol- » vendas compelli permittit. Respondent supradicti pro- » curatores quod idem rex, quantum est ad judeos, quod » non preferantur christianis in officiis publicis, serva- » bit quod super hoc statutum est in concilio generali; » quantum est de signis, quod distinguet judeos a chris- » tianis per aliquod signum ; quantum est de decimis ju- » deorum, respondent quod ipse permittet eos compelli ; » et promittunt ipsum regem ita perpetuo servaturum.

» Vicesimus octavus articulus est : Item si que eccle- » sie cathedrales vacent, idem rex, majorem sibi aucto- » ritatem vendicare intendens in eis, pro clericis fami- » liaribus suis vel aliis minus dignis, de quibus sperat » quod in ecclesiarum negotiis, seu dispositionibus eo- » rumdem, ejus frequentes arbitrium ipsas ecclesias con- » tra eum in suis juribus et libertatibus non defendent, » capitulis ecclesiarum hujusmodi universaliter et sin- » gulariter singulis litteras suas mittit, precibus exigens » et minis gravibus et terroribus injectis ut nullum om- » nino in episcopum eligant, nisi quem ipse in hujus- » modi litteris nominat, vel per suos facit nuntios no- » minari. Hoc idem in aliis ecclesiis minoribus facit, » quibus est per electionem de prelatis vel rectoribus » providendum. Respondent procuratores prefati quod » idem rex, si preces aliquando porrexit pro aliquibus » eligendis in ecclesiis cathedralibus aut aliis, pro dignis » interposuit preces suas, nullis super hoc minis vel » terroribus interjectis, et quod super hoc non gravavit » nec intendit gravare ecclesias vel canonicos ; et pro- » mittunt regem ita perpetuo servaturum, nec in suis » precibus adjecturum, quod nullus alius eligatur, nisi » is pro quo direxerit preces suas.

» Vicesimus nonus articulus est : Item quod nititur » ad forum suum testamentarias et alias ecclesiasticas » evocare causas, defunctorum clericorum occupando » legata, ac rectorum ecclesiarum decedentium bona » ipsarum ecclesiarum intuitu acquisita. Respondent » procuratores sepedicti et promittunt quod rex in isto » articulo jus commune servabit.

» Deinceps secuntur articuli, sicut formati fuerunt in » litteris domini Gregorii pape X, super hiis de quibus » dicti prelati, una cum premissis articulis predicto do- » mino Clementi oblatis, eidem domino pape Gregorio » conquesti dicuntur.

» Tricesimus articulus est : Inter alia quidem que » nostris sunt auribus intimata, mirantes audivimus » quod tu, ad bona ecclesiastica oculos cupiditatis ini- » tiens, Bracharensis, Colimbriensis, Visensis et Lame- » censis ecclesiarum redditus et proventus occupasti et » detines occupatos, civitati Bracharensi, cujus proprie- » tas et dominium ad predictam Bracharensem eccle- » siam pertinere dicitur pleno jure, pretorem auctoritate » propria prefecisti. Respondent procuratores predicti » quod idem rex nichil horum occupavit, sed que fue- » runt occupata per patrem suum ipse restituit, et si qua » juste restituenda supersunt, promittunt quod ipse rex » restituet integre ; et idem dicunt de ecclesia Silvensi. » Dicunt etiam ipsi procuratores quod dictus rex civitati » Bracharensi pretorem hactenus non prefecit, et pro- » mittunt quod non preficiet in futurum.

» Tricesimus primus articulus est : Accepimus sane » quod tu, in regno tuo predictam satagens subvertere » libertatem, venerabiles fratres nostros episcopos et » alios ecclesiarum prelatos, clericos et personas eccle- » siasticas, necnon concilia et communitates ac homines » civitatum, castrorum et villarum ipsarum in predicto » regno consistentium, in eorum prejudicium, gravibus » injuriis afficis et dampnis importabilibus aggravas et » molestas, immemor, vel transgressor potius juramenti » quod de conservanda libertate predicta et provisioni- » bus apostolicis, quas firmiter observare teneris in

(1) *Ms.* : viderit.

» regno prefato, diceris prestitisse. Respondent procura-
» tores predicti quod idem rex nichil horum fecit, sed
» cum pater suus ea que fecerat corrigi mandaverat,
» ipse incepit corrigere; et que correcta non sunt, pro-
» mittunt quod ipse corriget, et quod omnes de regno
» tam personas ecclesiasticas quam seculares manutene-
» bit in sua justitia, et servabit eis foros suos et bonas
» consuetudines, et specialiter servabit ac manutenebit
» ecclesiasticam libertatem.

» Tricesimus secundus articulus est : Nonnullas vero
» ecclesias parrochiales, jura patronatus ipsarum, nec-
» non domos, aldeas, possessiones, jura et redditus
» venerabilis fratris nostri .. episcopi et ecclesie Egi-
» taniensium occupans, aliquas ecclesiarum, aldearum
» et possessionum ipsarum diversis personis, clericis vel
» laicis contulisti; aliarum vero possessionum in laicos
» et seculares personas transtulisti, pro tue libito volun-
» tatis, auctoritatis ecclesiastice terminis illicite occu-
» patis. Respondent procuratores prefati quod rex nichil
» horum occupavit, sed que fuerunt occupata per pa-
» trem, ipse restituit, et si qua juste restituenda super-
» sunt, promittunt quod ipse rex restituet integre.

» Tricesimus tertius articulus est : Audivimus insu-
» per quod, cum nobilem virum Alfonsum, natum tuum,
» de Portu Alacri et de Maruam castrorum, Egitaniensis
» diocesis, noviter constitueris dominum et heredem,
» idem Alfonsus, non sine tua coniventia, ut creditur,
» vel consensu, episcopum et ecclesiam Egitanienses
» predictos, eorumdem castrorum et terminorum suorum
» ecclesiis, decimis, redditibus et aliis suis juribus spo-
» liavit et detinet spoliatos, ac nichilominus, quod intol-
» lerabilius est, in predictis castris voce preconis fecit
» publice sub certa pena tam clericis quam laicis inhi-
» beri ne predictum Egitaniensem episcopum ad ecclesias
» dictorum castrorum, ut ibidem, tanquam diocesanus
» locorum illorum, suum exerceret officium, acceden-
» tem, in ecclesiis ipsis vel in domibus suis reciperent,
» nec sibi vel familie sue aliqua victualia venderent vel
» exhiberent. Et cum ex parte dicti Egitaniensis episcopi
» fueris cum instantia requisitus ut hec faceres revo-
» cari, tu, tanquam horum conscius, ab hiis avertens
» auditum, id efficere non curasti, aliarum etiam cathe-
» dralium ecclesiarum decimas, redditus et proventus
» occupans, aliquas alienare, aliquas vero militibus et
» laicis concedere donationis titulo attemptasti. Respon-
» dent procuratores predicti quod idem rex in premissis
» in nulla culpa fuit, nec est, et si de ipsis non fuit sa-
» tisfactum ad plenum, promittunt quod ipse conqueren-
» tibus exhibebit justitie complementum, de occupatis,
» alienatis et concessis militibus, prout in articulo con-
» tinetur, si qua inveniantur, satisfactionem debitam
» impendendo.

» Tricesimus quartus articulus est : Preterea, cum a
» prelatis, capitulis et conventibus predicti regni vis ali-
» quid per calumpniam extorquere, in ecclesiis, aldeis
» et possessionibus monasteriorum ipsorum, quas iidem
» prelati, capitula et conventus a longissimis temporibus
» possiderunt pacifice et quiete, jus aliquod te habere
» contendens, compellis eos ut in arbitros de regno tuo
» dumtaxat tecum super eisdem ecclesiis, aldeis et pos-
» sessionibus compromittant. Et si prefati prelati, capi-
» tula et conventus talium recusant subire judicium, vel
» parere sententie arbitrorum, tu per quendam, qui su-
» perjudex tue curie appellatur, in possessionem eccle-
» siarum ipsarum, possessionum et aldearum, causa rei
» servande, facis finaliter te induci. Respondent procu-
» ratores prefati quod idem rex non compulit hactenus,
» et promittunt quod ipse rex in futurum aliquem non
» compellet compromittere in aliquem, vel in aliquos
» arbitros, et quod, si qua pater suus occasione hujus-
» modi occupavit, ipse de illis debitam satisfactionem
» impendet.

» Tricesimus quintus articulus est : Hoc ipsum diceris
» facere quando prelati, capitula et conventus ac alie
» ecclesiastice persone super ecclesiis, juribus et rebus
» ecclesiasticis nolunt in tua curia coram te, vel eodem
» superjudice respondere. Dictus etiam superjudex, in
» clericos et personas ecclesiasticas dicti regni indebitam
» sibi jurisdictionem usurpans, de causis ad ecclesias-
» ticum forum spectantibus cognoscere et de rebus eccle-
» siasticis judicare presumit; et si dicti clerici propter
» hoc ad apostolicam sedem appellant, dictus superjudex,
» ipsorum appellationibus vilipensis, eos reputat contu-
» maces; et conquerentes in possessionem dictorum bo-
» norum inducere non veretur. Tu quoque predictos cle-
» ricos et personas ecclesiasticas passim in omni causa
» in tua et aliorum omnium laicorum judicum curiis
» respondere compellis. Respondent procuratores pre-
» dicti quod dictus rex non intendit vocare seu citare,
» nec etiam judicare aliquem episcopum neque clericum
» super ecclesiis, juribus et rebus ecclesiasticis, nec
» super possessionibus eorumdem, sed placet ei quod in
» omnibus istis respondeat coram judice ecclesiastico.
» Super causis vero quas clerici qui fiscales, notorias,
» feudatarias et regalengas possessiones excolunt occa-
» sione ipsarum habuerint, facta est inter prelatos et
» procuratores predictos compositio spetialis.

» Tricesimus sextus articulus est : Preterea, si quando
» judei vel Sarraceni liberi divina inspiratione veniunt
» ad baptismum, tu bona ipsorum facis protinus confis-

» cari, et eos in novam redigi servitutem, et si Sarra-
» ceni servi judeorum per baptismum Christi fidem
» acceperint, eos reduci facis in servitutem pristinam
» judeorum. Respondent procuratores prefati quod idem
» rex de hiis omnibus hactenus nichil fecit, et promit-
» tunt quod non faciet in futurum, et si qua talia facta
» inveniantur, promittunt quod ipse emendabit, in ser-
» vitutem redactos restituendo libertati, de confiscatis
» etiam satisfactionem debitam impendendo.

» Tricesimus septimus articulus est : Si judei vel Sara-
» ceni emptionis vel pignoris titulo christianorum pos-
» sessiones obtinent vel acquirant, non permittis, edicto
» generali super hoc edito, ut de hujusmodi posses-
» sionum fructibus, quas dicti judei vel Saraceni propriis
» manibus vel sumptibus excolunt, ecclesiis in quarum
» parrochiis possessiones ipse consistunt decime ac pri-
» mitie persolvantur. Respondent procuratores predicti
» quod idem rex nichil horum fecit, et promittunt quod
» ipse permittet et non impediet solvi decimas de quibus
» in articulo continetur (1), et quod edictum, si quod in
» contrarium fuit editum tempore patris sui, quod non
» credit, revocabit et statuet pro revocato haberi.

» Tricesimus octavus articulus est : A violatione liber-
» tatis ecclesiastice, quam profecto qui violat precipuum
» robur quo fides viget catholica et regia dirigitur cel-
» situdo confringit, necnon ab usurpatione jurium divi-
» norum, ad quorum tutelam distributor omnium reg-
» norum temporali gladio te accinxit, ac a molestiis
» personarum quas ad cultum divini nominis pro populo
» constitutas sacre sortis misterium destinavit abstineas,
» et alios tibi subditos cessare compellas. Respondent
» procuratores supradicti quod idem rex non intendit
» libertates ecclesiarum infringere, nec infregit, quod
» ipse intelligere potuisset, nec infringet in posterum,
» nec jura ecclesiarum usurpat, nec in posterum usur-
» pabit, et quod, si aliqua usurpavit, paratus est corri-
» gere, et a personarum ecclesiasticarum molestiis absti-
» nere, et quod si super hiis contra subditos ejus ad
» ipsum querimonia deferatur, querelantibus justitiam
» exhibebit.

» Tricesimus nonus articulus est : Universa vero et
» singula bona prelatorum, ecclesiarum et monasterio-
» rum et aliarum quarumcumque ecclesiasticarum per-
» sonarum, que, quacumque occasione ablata, vel quo-
» cumque modo illicite occupata, consumpta seu data
» vel alienata per te, vel de mandato tuo, aut per baro-
» nes, milites et officiales tuos hactenus extiterunt, sine
» difficultatis obstaculo restituens et restitui faciens cum
» fructibus inde perceptis, de dampnis et injuriis illatis
» eisdem satisfactionem exhibeas ipsis et exhiberi facias
» competentem. Respondent procuratores predicti quod
» idem rex nichil horum fecit, et promittunt quod ipse
» non faciet in futurum, et quod, si qua per eum vel
» predecessores suos talia facta fuerunt, emendabit;
» quodque de hiis que per barones et alios facta dicuntur
» querelantibus exhibebit justitie complementum.

» Quadragesimus articulus est : Statuta et consuetu-
» dines in eodem regno contra libertatem canonicam et
» statum predicti regni pacificum introducta non serves
» nec permittas ab illis observari, sed predictas eccle-
» sias et personas in plena libertate conserves. Respon-
» dent procuratores sepedicti quod placet regi quod male
» consuetudines tollantur, et bone serventur, et quod ita
» mandabit ac faciet observari; et si aliquid fuit ordina-
» tum de consensu prelatorum pro bono et pacifico statu
» regni, et consuetudine roboratum, dummodo sit cano-
» nicum et rationabile, nec contra ecclesiasticam liber-
» tatem, consentiunt prelati quod servetur.

» Tenor autem litterarum apostolicarum per quas, pre-
» fatis archiepiscopo et episcopis in curia romana pre-
» sentibus, pacificandi et componendi est, ut supra ex-
» primitur, data potestas, similiter de verbo ad verbum
» talis est.

» Nicolaus, episcopus servus servorum Dei. Venerabi-
» libus fratribus T., archiepiscopo Bracharensi, B., Sil-
» vensi, A., Colimbriensi, et J., Lamecensi episcopis,
» salutem et apostolicam benedictionem. Cupientes ut con-
» troversie... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Ma-
» jorem, kalendis februarii, pontificatus nostri anno
» primo.

» Tenor quoque mandati regii, de quo supra facta est
» mentio, similiter de verbo ad verbum talis est.

» Noverint universi... — Dat. Colimbrie, v die junii,
» rege mandante. Petrus Johannis notavit. Era M.CCC.XXVI.

» Predicte autem littere apostolice bullate erant vera
» bulla predicti domini Nicolai pape IIII. Et prefatum
» mandatum regium sive procuratorium sigillatum erat,
» sigillo cereo pendenti predicti domini Dyonisii, Por-
» tugalie et Algarbii regis, prout prima facie apparebat.
» Actum Rome, in ecclesia Sancte Marie Majoris, anno
» Domini M.CC.LXXXIX, indictione secunda, pontificatus
» predicti Nicolai pape IIII, anno primo, die duodecima
» mensis februarii. Presentibus venerabilibus patribus
» dominis G., Mimatensi, et Gaietano episcopis, ac vene-

(1) Ms. : continentur.

» rabilibus viris magistro Berardo de Neapoli, domini » pape notario, domino fratre Roderico, Compostellano, » et magistro Garsia, Seguntino electis, ac discretis » viris domino Fernando Roderici, decano ecclesie Abu- » lensis, magistris Laurentio, scolastico Wratislaviensi, » Guillelmo de Godorio de Rupeforti, cantore, et Guil- » lelmo de Gregollo, canonico Colimbriensibus, necnon » Petro de Aguyar de Campou et Didaco Didaci de civi- » tate Yspalensi, canonicis Bracharensibus, testibus » rogatis, et pluribus aliis. Et ego Nicolaus Bartholomei » de Guarcino, clericus, auctoritate sancte romane eccle- » sie notarius publicus, qui predicte compositioni, coram » memoratis dominis cardinalibus facte, una cum dictis » testibus in ecclesia prefata presens interfui, de man- » dato ipsorum cardinalium et ad preces partium predic- » tarum, omnia et singula supradicta scripsi, et in » publicam formam redegi, meique nominis signum » feci. Et nos, miseratione divina frater L., Ostiensis » et Velletrensis episcopus, P., tituli Sancti Marci pres- » byter, et B., Sancti Nicolai in Carcere Tulliano dia- » conus cardinales predicti, ad majorem premissorum » omnium firmitatem et certitudinem pleniorem presens » publicum instrumentum sigillorum nostrorum fecimus » appensione muniri. »

Nulli ergo etc. nostre annotationis et constitutionis etc. Si quis autem etc. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis martii, anno secundo. »

717 Sainte-Marie-Majeure, 7 mars 1289.

De eodem negotio. (Reg. 44, c. 51, f. 120 v°; Potth. 22899.)

Ad perpetuam rei memoriam. « Occurrit nostre considerationis obtutibus ab antiquo inter prelatos regni Portugalie et Algarbii, ac suis vicibus regnantes in eo, super ecclesiarum ecclesiasticarumque personarum juribus et oppressione libertatis ecclesiastice, orta contentio, tanto profecto ex temporis diuturnitate molestior, quanto animabus incolarum regni predicti, quibus est proinde carismatum divinorum diutius interdicta communio, graviora pericula ingerebat, propter quod, cum habeat etiam naturalis instinctus ut quivis suis laboribus finem votivum presertim libenter imponat, tanto instantius, nostris fratrumque nostrorum laboribus non vitatis, eidem contentioni sopiende vacavimus, quanto magis ex officii debito ad subditorum salutem afficimur, quantoque novimus ad id a longis retro temporibus per sedem apostolicam laboratum, prout subscriptorum series, prolixitatis vitande gratia non singula repetens, sed summa rerum fastigia suffragantia in hoc nostro partiumque proposito, succincto sermone, quantum absque sui seductione patitur facti diffusio, prosequens, manifestat. Dudum siquidem coram felicis recordationis Martino papa IIII, predecessore nostro, fuit ex venerabilium fratrum nostrorum .. archiepiscopi Bracharensis et episcoporum regni predicti parte propositum quod nonnulli ex ipsis, una cum predecessoribus aliorum, contra quondam Alfonsum, Portugalie et Algarbii regem, super injuriis et gravaminibus que sibi, ecclesiis et personis ecclesiasticis, in derogatione ecclesiastice libertatis, per eundem regem et suos irrogata et irrogari dicebant, coram pie memorie Clemente IIII, quosdam, et postea coram recolende recordationis Gregorio X, summis pontificibus, predecessoribus nostris, tam illos quam nonnullos alios articulos obtulerunt, et eundem regem, ut injurias et gravamina, que seriatim exprimuntur in illis, jam irrogata corrigeret et in futurum a similibus abstineret, per varias apostolicas sub certa forma litteras obtinuere moneri. Quodque idem predecessor Gregorius, reputans premissis super hoc monitionibus paritum non fuisse, quandam super predictis provisionem seu ordinationem de fratrum suorum consilio edidit, diversarum penarum et sententiarum excommunicationis et interdicti adjectione vallatam; eamque tam ab ipso rege quam ab ejus successoribus in regno predicto statuit et decrevit in perpetuum observandam. Et quia nec dictus rex eam observaverat, nec Dyonisius, rex Portugalie et Algarbii, ipsius A. filius, et in eodem regno successor, observare curabat, idem regnum, quod per eosdem prelatos antea ex certis causis fuerat interdictum, per eandem dicti predecessoris Gregorii provisionem seu ordinationem ecclesiastico interdicto subjectum extitit, et adhuc etiam existebat, idemque rex Dyonisius, excommunicationis sententia innodatus, non absque animarum periculo, que proinde jam diutius fuerant divinorum sacramentorum participatione private; propter quod archiepiscopo et aliquibus ex prelatis aliis supradictis cum eodem rege Dyonisio, apud locum qui dicitur Guardia, convenientibus, ad pacis et concordie inter se tractatum habendum, prefati articuli dicto regi Dyonisio in sua generali curia, quampluribus religiosis, baronibus, militibus et nonnullis de communitatibus ejusdem regni ad hoc in eadem curia congregatis, exhibiti, et coram eo lecti plene, plane ac diligenter expositi extiterunt. Idemque rex Dyonisius, de consensu et consilio curie ipsius consiliariorumque suorum, ad eosdem articulos singulariter libera et spontanea voluntate respondit, archiepiscopo et prelatis eisdem acceptantibus responsiones ipsius, si super hoc apostolice sedis interveniret assensus. Memoratis autem archiepiscopo et prelatis aliis ac dicto rege Dyonisio

petentibus per eundem predecessorem Martinum hujusmodi tractatum sive compositionem inter eos habitam confirmari et firmari taliter quod robur perpetuum obtineret, idem predecessor M., responsiones predictas discutiens, quia nonnullas ex eis invenit, etsi forsan juri consonas, captiosis tamen adjectionibus involutas, ipsas fecit in formam redigi juri conformem, et cujuslibet captionis expertem, ut ei confirmatio adhiberi posset absque conscientie scrupulo, si forsan peteretur. Reliquas vero adeo comperit defectivas et a juris tramite alienas, quod illis confirmationis beneficium adjicere non valebat, conscientia reluctante; quia vero dictorum archiepiscopi et prelatorum habebat assertio quod super illis etiam articulis, super quibus, ut premittitur, fuerat defective nec secundum jura responsum, sperabant componere taliter quod in utilitatem ecclesie habenda super illis compositio redundaret, dictus predecessor M. venerabili fratri nostro .. episcopo Legionensi et dilectis filiis .. decano et .. archidiacono de Ledesma Salamantinis omnes predictos articulos et responsiones, ut supra exprimitur, reformatas sub bulla sua destinans, eis inter cetera per suas commisit litteras et mandavit ut ipsi vel duo ex eis dictos articulos, super quibus responsiones reformatas fuisse predicitur, necnon et responsiones ipsas sepefato regi Dyonisio exhibentes, ipsum diligenter monerent et efficaciter inducerent ut responsiones easdem in generali sua curia, de consensu et consilio ipsius curie suorumque consiliariorum, coram dictis archiepiscopo et prelatis quos tunc in eodem regno presentes esse contingeret, acceptaret, ita quod lectis sibi singulis articulis et plene, plane ac diligenter expositis, responderet ipsis archiepiscopo et prelatis, prout earumdem responsionum series exprimebat, eisdemque archiepiscopo et prelatis patentes litteras, suo pendenti sigillo munitas, super ipsarum responsionum confirmatione ab eadem sede petenda concederet in forma quam dictus predecessor M. sub eadem bulla destinavit inclusam; quodque super aliis articulis ad quos, ut predicitur, fuerat defective nec secundum jura responsum, taliter idem rex Dyonisius componeret cum predictis archiepiscopo et prelatis quod in eorum utilitatem tractata inter eos compositio redundaret, statuque regni ejusdem, aliisque pensatis circumstantiis, eadem compositio vel ad habendum apostolice confirmationis robur non indigne posset admitti, vel saltem absque remorsu conscientie tolerari. Ceterum prefatis decano et archidiacono procedentibus in premissis juxta traditam sibi formam, memorato episcopo excusato legitime, sepefatus rex Dyonisius, asserens in aliquibus ex predictis articulis ipsis decano et archidiacono, ut predicitur, destinatis, ac sibi juxta tenorem mandati apostolici exhibitis per eosdem, et specialiter in predictarum penarum sententiarumque duritia, intolerabiliter se gravari, dilecto filio Martino Petri, Elborensi cantore, et quondam Stephano Laurentii, clericis suis, ad sedem apostolicam, pie memorie Honorii pape IIII, predecessoris nostri, tempore, destinatis, super hujusmodi gravaminibus ipsius sedis providentiam imploravit, idemque predecessor venerabilem fratrem nostrum L., Ostiensem episcopum, et bone memorie Gervasium, tituli S. Martini in Montibus presbyterum, ac dilectum filium nostrum Benedictum, S. Nicolai in Carcere Tulliano diaconum cardinales, ad discutiendum et dirigendum hujusmodi negotium deputavit. Et, licet ipsius predecessoris H. tempore fuerit per cardinales eosdem diligenter et efficaciter in facta eis commissione processum, ipso tamen predecessore H. morte prevento, idem negotium non potuit expediri. Nobis vero, prout concessit altissimus, ad apicem summi apostolatus assumptis, memoratus cantor et dilectus filius Johannes Martini, canonicus Colimbriensis, ejusdem regis Dyonisii nuntii et procuratores, ad componendum super premissis sufficiens ab ipso mandatum habentes, nostram presentiam, premisse implorationis instantiam prosequentes, [adierunt]. Nos autem, sollicitudinem directionis ejusdem negotii memoratis Ostiensi episcopo et Benedicto cardinalibus denuo committentes, dilecto filio nostro Petro, tituli Sancti Marci presbytero cardinali, prefato Gervasio in eadem solicitudine subrogato, ut ad animarum vitanda pericula, que in eodem regno pretacta ingessit hactenus et adhuc ingerit inveterata dissensio, posset idem negotium celerius expediri, venerabiles fratres nostros .. Bracharensem archiepiscopum et Colimbriensem, Silvensem et Lamecensem episcopos, presentes in romana curia, et suum ac suarum ecclesiarum interesse in eodem negotio, sicut ad eos pertinet, prosequentes, ad prosecutionem ipsius negotii, etiam aliorum prelatorum ac omnium ecclesiarum ecclesiasticarumque personarum dicti regni nomine, de potestatis plenitudine duximus deputandos, plena eis et libera componendi cum dicto rege seu ipsius procuratoribus ejus nomine super dictis articulis specialiter et expresse facultate concessa. Eisdem itaque archiepiscopo, episcopis et procuratoribus super quampluribus ex predictis articulis, necnon et super eisdem penis et sententiis per eorumdem cardinalium, quibus id commisimus, diligentiam, post tractatus varios, ad concordiam revocatis, factaque nobis per eosdem cardinales de premissis relatione fideli, demum talis inter partes easdem pax et compositio intervenit. Predictis siquidem archiepiscopo et episcopis, pro se ac illis pro quibus ad pacificandum et componendum

eis, ut premisimus, dedimus potestatem, et prefatis procuratoribus, pro rege Dyonisio memorato, in dictorum cardinalium presentia constitutis, et dilecto filio magistro Nicolao Bartholomei de Guarcino, scriptori nostro publico, sedis apostolice auctoritate tabellione, aliisque pluribus testibus fide dignis presentibus, lecti fuerunt per eundem tabellionem singillatim dicti articuli numero quadraginta, super quibus eedem partes se dicebant esse concordes, et prefati procuratores, sepefati regis nomine, ad singulos singulariter responderunt, quorum responsionibus predicti archiepiscopus et episcopi se contentos vocaverunt et expresse dixerunt. Et deinde iidem procuratores prefati regis, archiepiscopo et episcopis memoratis, ac etiam tabellioni prefato, pro ipsis et omnibus ac singulis ecclesiis et personis ecclesiasticis dicti regni stipulantibus, sollempniter promiserunt, prefati regis nomine ac pro ipso, eundem regem expresse ratificaturum, approbaturum et acceptaturum omnia et singula contenta in responsionibus supradictis, et tam se quam suos quoslibet successores in regno prefato eadem omnia et singula, que in dictis responsionibus continentur, prout eorum singulorum qualitas exigit, plene adimpleturos et perpetuo inviolabiliter servaturos, prout in instrumento publico continente predictos articulos quadraginta, super quibus eadem compositio intervenit, per eundem tabellionem confecto exinde, et sigillis dictorum cardinalium roborato, plenius continetur, cujus tenorem, quia comode cum presentium serie ipsum eadem capere carta non poterat, aliis nostris mandavimus litteris annotari. Nos igitur, de omnium predictorum fratrum nostrorum consilio, ad eorumdem archiepiscopi et episcoporum Colimbriensis, Silvensis et Lamecensis, necnon et procuratorum supplicationis instantiam, compositionem predictam, quantum ad responsiones factas ad articulos in dicto instrumento contentos, et omnia que in responsionibus continentur eisdem, auctoritate apostolica confirmantes, et presentis scripti patrocinio munientes, ordinamus, providemus, decernimus atque statuimus in omnibus et singulis articulis in instrumenti prefati tenore, nostris, ut predicitur, annotando litteris, comprehensis, ea que in predictis factis ad eos responsionibus continentur, tam ab ipso rege Dyonisio et ejus successoribus, qui, continuata temporum et successionum perpetuitate, in sepefato ei regno successerint, quam a quibuslibet officialibus et ministris ipsius, necnon et baronibus ceterisque habitatoribus regni ejusdem, prout singulis eorum competit, inviolabiliter observanda. Quod si per eundem regem Dyonisium, aut predictorum successorum, officialium, ministrorum et habitatorum aliquem, contra predictam compositionem et hec nostra confirmationem, ordinationem, provisionem, decretum sive statutum quicquam fuerit temeraria presumptione commissum, et idem rex, vel quivis ejus successor, qui pro tempore preerit regno predicto, monitus per loci ordinarium, in quo id commissum fuerit, vel, ipso extra terram prefati regis absente, per ejus vicarium vel per capitulum ecclesie cathedralis, ecclesia ipsa vacante, id infra duos menses non emendaverit, vel, sicut ad ipsum pertinebit, non fecerit emendari, ex tunc capella ipsius ecclesiastico subjaceat interdicto, ita tamen quod hujusmodi prima monitio, sive per ordinarium, sive per vicarium, sive per capitulum eam, ut predicitur, fieri contingat, de consilio et assensu archiepiscopi Bracharensis, qui pro tempore fuerit, vel duorum episcoporum, et, si propter commissum in civitate vel diocesi Bracharensi fuerit facienda, de consilio et assensu saltem unius episcopi de regno predicto procedat. Quod si post lapsum duorum mensium predictorum, iterum monitus per ordinarium vel vicarium aut capitulum memoratos, per alios duos menses in contumatia non emendandi vel faciendi emendari perstiterit, loca quelibet ad que ipsum contigerit declinare, quandiu inibi presens fuerit, simili subjaceant interdicto. Rursum si forte post lapsum quatuor mensium predictorum, similiter per ordinarium seu vicarium aut capitulum tertio monitus, aliorum duorum mensium spatio in hujusmodi contumatia manserit obduratus, eo ipso sententiam excommunicationis incurrat, quam ex nunc in eum casum ferimus in eundem. Omnes autem premissas monitiones, tam primam, in qua solum debent archiepiscopi Bracharensis vel duorum episcoporum, ut premittitur, aut unius episcopi, cum contingit monitionem fieri ob commissum in civitate vel diocesi Bracharensi, requiri consilium et assensus, quam sequentes alias, in quibus non sunt consilium et assensus hujusmodi requirenda, in scriptis fieri mandamus, et in eis offensam exprimi super cujus emendatione rex ejus temporis admonetur. Prelati vero ac eorum vicarii et cathedralium ecclesiarum vacantium capitula diligentius caveant ne ad ipsas sine rationabili et necessaria causa procedant. Porro si, quod absit, rex aliquis Portugalie, taliter monitus, predictas penas animo contempserit pertinaci, non immerito poterit formidare quod, non solum ad generale interdictum totius regni predicti et cujuslibet alterius terre sue, sed etiam ad absolutionem vassallorum ejus ab observatione juramentorum fidelitatis et homagii, quibus sibi astricti fuerint, et ad interdicendum eidem regi ne jure patronatus, si quod habet in dicti regni ecclesiis, uti possit, sedes memorata procedet, prout sibi expedire videbitur et facti qualitas suadebit. Per hec autem prelatis dicti regni procedendi ex officio suo in

aliis casibus, qui compositionem hujusmodi non contingent, non adimimus potestatem, sed eis libera, prout a jure conceditur, sit facultas. Sane, sicut compositionem, confirmationem, ordinationem, provisionem, decretum statutumque predicta quoad prefatos articulos comprehensos in tenore predicto volumus inviolabiliter observari, sic de consueta ejusdem sedis benignitate concedimus ut, si memoratus rex Dyonisius, aut dictorum suorum quilibet successorum, prefatas interdictorum et excommunicationis sententias a nobis latas incurrerit, et deinde, ad cor rediens, plene satisfacere sit paratus, ita quod ille qui monitionem fecerat, vel eo extra dictum regnum absente, ipsius vicarius exinde merito sit contentus satisfactione hujusmodi prestita, eo ipso interdicta sint eadem relaxata. Quodque ipse rex sive successor a sententia excommunicationis per suum confessorem, in forma ecclesie, auctoritate nostra absolvi possit, injuncta sibi penitentia salutari. De ipsarum insuper voluntate partium providemus quod, postquam idem rex Dyonisius ratificaverit, acceptaverit et approbaverit in sua curia generali ad hoc specialiter congregata omnia et singula que cum dictis archiepiscopo et episcopis per eosdem procuratores suos acta sunt ejus nomine in premissis; et hujusmodi nostris confirmationi, ordinationi, provisioni, decreto seu statuto expresse consenserit, eaque ac omnia et singula contenta in eis se suosque successores in eodem regno promiserit plene adimpleturos et perpetuo inviolabiliter servaturos; et super ratificatione, acceptatione, approbatione ac promissione hujusmodi patentes litteras suo regio plumbeo sigillo pendenti munitas, tam dilectis filiis .. priori predicatorum et .. guardiano minorum fratrum ordinum Ulixbonensibus, seu eorum vicem gerentibus ecclesie romane nomine, quam dicto archiepiscopo et singulis episcopis vel, ipsis absentibus, eorum vicariis, vel, aliqua ejusdem regni ecclesia cathedrali vacante, vicariis seu vicario, quoad spiritualia in eadem, necnon et singulis capitulis ecclesiarum cathedralium predicti Portugalie et Algarbii regni concesserit, in forma quam sedes eadem sibi duxerit destinandam, nec ipse rex Dyonisius nec aliquis successorum ipsius ad observandam prefatam provisionem sive ordinationem dicti predecessoris nostri Gregorii aliquatenus teneatur. Nos enim ex nunc decernimus, de partium earumdem expresso consensu, ipsam quoad omnes quos eadem provisio seu ordinatio contingebat, postquam predicte ratificatio, acceptatio, approbatio et promissio facte ac littere per eundem regem Dyonisium date fuerint, ut premittitur, super eis fore omnino viribus vacuam, et carere omni robore firmitatis. Nulli ergo etc., nostre confirmationis, ordinationis, provisionis et constitutionis etc. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis martii, anno secundo. »

718 Sainte-Marie-Majeure, 16 mars 1289.

De eodem negotio. (Reg. 44, c. 52, f. 121 v°; Potth. 22908.)

Ad certitudinem presentium et memoriam futurorum. Promulgat litteras de quibus in superioribus litteris fit mentio, per quas Dionysius, Portugalliae et Algarbii rex, compositionem inter episcopos sui regni et procuratores suos habitam super xl articulis confirmat.

« Hec est forma ... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, xvii kalendas aprilis, anno secundo. »

719 Sainte-Marie-Majeure, 16 mars 1289.

De eodem negotio. (Reg. 44, c. 53, f. 122 r°.)

Ad certitudinem presentium et memoriam futurorum. Promulgat alias litteras de quibus in superioribus litteris fit mentio, per quas Dionysius, Portugalliae et Algarbii rex, compositionem inter episcopos sui regni et procuratores suos super xl articulis habitam confirmat.

« Hec est forma... — Dat. ut supra. »

720-721 Sainte-Marie-Majeure, 21 mars 1289.

De eodem negotio. (Reg. 44, c. 54, f. 122 v°; Potth. 22910.)

Dilectis filiis .. decano Colimbriensis,.. cantori et .. archidiacono Ulixbonensis ecclesiarum, facultatem tribuit stipulandi cum Portugalliae rege tractatum concordiae inter eum et ejus regni antistites, ab ipsoque promissionem recipiendi.

« Per alias nostras... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, xii kalendas aprilis, anno secundo. »

In e. m. .. priori praedicatorum et .. guardiano minorum fratrum ordinum Ulixbonensibus, vel eorum gerentibus, de eodem negotio. Dat. ut supra.

722-723 Sainte-Marie-Majeure, 21 mars 1289.

Garsia ecclesiae Seguntinae in episcopum praeficitur. (Reg. 44, c. 55, f. 122 v°.)

Venerabili fratri Garsie, episcopo Seguntino. Defuncto Gundisalvo, Seguntino episcopo, capitulum ipsius ecclesiae, post diversos processus de futuri electione pastoris

habitos, Alfonsum, episcopum Cauriensem, in Seguntinum episcopum postulavit, sed papa, hanc postulationem non admittens, sibi reservavit ordinationem ejusdem ecclesiae, nuncque Garsiam, archidiaconum de Majorica in ecclesia Legionensi, ecclesiae Seguntinae in episcopum praeficit.

« Apostolice sollicitudinis studium... — Dat. ut supra. »

In e. m. .. regem Castellae ac Legionis hortatur ut eidem episcopo regalia ecclesiae Seguntinae, quae vacationis tempore tenuit, restituat.

724-730 Sainte-Marie-Majeure, 30 mars 1289.

Gerardus ecclesiae Maguntinae in archiepiscopum praeficitur. (Reg. 44, c. 56, f. 123 r°.)

Venerabili fratri Gerardo, archiepiscopo Maguntino. Defuncto Henrico, Maguntino archiepiscopo, capitulum duas celebravit electiones, alteram de Gerardo, tunc canonico, alteram de Embricone, scolastico ejusdem ecclesiae; quibus, in eorum appellatione, Benedictus, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconus cardinalis, deputatus est auditor, sed illi omne jus sibi ex electionibus competens in manibus Johannis, episcopi Tusculani, Matthaei, Sanctae Mariae in Porticu, Jacobi, Sanctae Mariae in Via lata, diaconorum cardinalium, et Benedicti praefati, resignarunt. Nunc igitur papa eundem Gerardum ecclesiae Maguntinae in archiepiscopum praeficit, eique palleum per Matthaeum exhiberi facit.

« Apostolatus officium quanquam... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, III kalendas aprilis, anno secundo. »

In e. m. capitulo ecclesiae Maguntinae mandat quatenus eidem archiepiscopo debitam obedientiam exhibeat.

In e. m. clero civitatis et dioecesis Maguntinae.

In e. m. populo civitatis et dioecesis Maguntinae.

In e. m. ducibus, comitibus, baronibus aliisque vassallis et ministerialibus ecclesiae Maguntinae mandat quatenus eidem archiepiscopo fidelitatem solitam necnon consueta servitia et jura debita exhibeant.

In e. m. suffraganeis ecclesiae Maguntinae mandat quatenus eidem archiepiscopo debitam obedientiam exhibeant.

In e. m. .. regem Romanorum hortatur ut eidem archiepiscopo regalia concedat, omniaque jura ipsius ecclesiae integra conservet.

731 Sainte-Marie-Majeure, 11 mars 1289.

Sepulturas in monasterio quod Custodia Beatae Mariae nuncupatur liberas esse decernit. (Reg. 44, c. 57, f. 123 v°; Lap. du Theil, II; Potth. 22904.)

Dilectis in Christo filiabus .. abbatisse et sororibus monasterii quod Custodia Beate Marie nuncupatur, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis Sancte Clare, Carnotensis diocesis.

« Cum a nobis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, V idus martii, anno secundo.»

732 Sainte-Marie-Majeure, 5 mars 1289.

Potestas archiepiscopo Bracharensi concessa. (Reg. 44, c. 58, f. 123 v°.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Bracharensi, ad instar Honorii III, facultatem concedit subditos suos per censuram ecclesiasticam compellendi ut causis vacent quas ipse vel officiales ejus eis commiserint.

« Cum sicut nobis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, III nonas martii, anno secundo. »

733-734 Sainte-Marie-Majeure, 25 février 1289.

Licentia construendi et ordo S. Augustini sororibus monasterii Sanctae Margaritae de Gratia conceduntur. (Reg. 44, c. 59, f. 123 v°.)

Venerabili fratri .. patriarche Antiochensi, cui cura ecclesiae Januensis, tunc vacantis, est commissa, mandat quatenus .. priorissae ac sororibus monasterii Sanctae Margaritae de Gratia, in Costa Granarolii, prope Januam, de novo constructi, licentiam largiatur construendi ecclesiam seu oratorium et officinas eis necessarias in dicto monasterio.

« Ex parte dilectarum... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, V kalendas martii, anno secundo. »

In e. m. eidem patriarchae Antiochensi mandat quatenus praedictis priorissae ac sororibus, quae nulli regulae sunt astrictae, ordinem S. Augustini servandum concedat.

735 Sainte-Marie-Majeure, 19 mars 1289.

Spiritualem gladium concedit. (Reg. 44, c. 60, f. 124 r°; Lap. du Theil, II, 35.)

Dilectis filiis .. decano et capitulo ecclesie Carnotensis, ut in capitulo XLV, mutatis mutandis.

« Pastoralis officii cura... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XIIII kalendas aprilis, anno secundo. »

736 Sainte-Marie-Majeure, 19 mars 1289.

Archiepiscopo Senonensi et episcopo Autisiodorensi mandat quatenus satisfactionem petant de injuriis multis ab officialibus regis capitulo Carnotensi illatis. (Reg. 44, c. 61, f. 124 r°; Lap. du Theil, II.)

Venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Senonensi et .. episcopo Autisiodorensi. « Querelam gravem venerabilis ecclesie Carnotensis audivimus inter cetera continentem quod, licet explorati juris existat quod clerici ecclesiasticeque persone ad secularia judicia ex quavis jurisdictione regia vel alia laicali, non solum super spiritualibus vel quasi, verum etiam super temporalibus, criminali vel civili actione, nedum inviti, immo nec volentes etiam, trahi possint; et quod ad ecclesiarum et clericorum servos ac mobilia et immobilia bona que possident queve a laicis se tenere in feudum minime recognoscunt, de quibus predicta ecclesia, sicut asseritur, nichil tenet, vel alia laicalis jurisdictio nullatenus se extendat; quodque in ecclesiarum et clericorum decimis, primitiis et oblationibus, cujuscumque preminentie, laici potestatem, jurisdictionem vel jus aliquod auctoritate propria laicali vendicare seu usurpare nequeant; nec clerici vel prelati, absque apostolice sedis licentia speciali, ecclesiarum bona immobilia sive jura laicis submittere valeant, constituendo vel recognoscendo de novo se ab eis tanquam a superioribus tenere predicta. Et, si quis eos compelleret ad premissa, incideret in canonem sententie promulgate, submissionibus et recognitionibus hujusmodi nullam prorsus habentibus roboris firmitatem. In premissis tamen omnibus et eorum singulis, seu occasione sumpta ex eis, predicta ecclesia Carnotensis ab olim a comitibus Carnotensibus, qui fuere pro tempore, ac balivis et justitiariis eorumdem, et etiam presenti tempore a carissimo in Christo filio nostro Philippo, rege Francorum illustri, ac suis, multifariam multisque modis vicibusque non facile numerandis, contra justitiam gravata extitit et oppressa. Verum, ut idem rex super gravaminibus ejusdem ecclesie possit commodius et facilius, prout expedit, providere, ea, que presentibus etiam inseri fecimus, in nostris litteris regi directis eidem duximus exprimenda.

Conqueritur igitur ecclesia eadem quod, cum dilecti filii capitulum ipsius ecclesie de antiqua ac juri consona consuetudine, hactenus observata pacifice et obtenta, in homines ipsorum de corpore, qui servi vulgariter appellantur, jurisdictionem omnimodam habeant temporalem, in illis maxime criminibus que penam sanguinis ingerunt, ubicumque illos in civitate, comitatu aut diocesi Carnotensi, etiam si in ipso maleficio deprehendi contingat, adeo quo capientes eosdem ad mandatum ejusdem capituli eos cum bonis omnibus, ipsius maleficii occasione ablatis, eisdem restituere, submota difficultate qualibet, teneantur; et, si forsan id efficere recusarint, ipsosque propterea per dictum capitulum excommunicari contingat, nullatenus absolvuntur, nisi prius satisfactionem congruam curaverint exhibere; et in possessione vel quasi hujusmodi sint et fuerint a tempore cujus contrarii memoria non existit; justitiarii tamen dilecte in Christo filie nobilis mulieris Johanne, olim comitisse Carnotensis, quamplures hominum predictorum ceperunt pro sue libito voluntatis, eos frequenter in carcere detrudendo, ipsosque, dicti capituli monitis sibi occasione factis hujusmodi vilipensis, coram se super talibus maleficiis respondere ac nonnunquam subire duellum etiam compulerunt, nonnullos eorum inhumaniter suspendentes.

Item (1), cum prelibatum capitulum in possessione simili fore noscatur, ut, si justitiarii comitis Carnotensis bona mobilia hominum eorumdem in civitate, comitatu vel diocesi antedictis morantium et etiam hospitum ipsius capituli fortassis invaserint seu ceperint, et moniti non reddiderint vel recrederint bona ipsa hominibus et hospitibus supradictis, vel nisi sufficientem sue causam pretenderint captionis, aut nisi prosequerentur eandem et in eos auctoritate dicti capituli propter hoc excommunicationis sententia proferatur, absque satisfactione prehabita nullatenus absolvuntur; justitiarii autem predicte comitisse consuetudinem et possessionem hujusmodi multis excogitatis viis et malitiis nisi sunt sepissime enervare.

Item (2), cum ecclesia sepedicta multas et amplas, non tamen feudales, possessiones habere noscatur, ac in eis ad prefatum capitulum omnimoda pertineat jurisdictio temporalis, et in posessione simili sint et fuerint capitulum supradicti; memorati vero justitiarii quamplures possessionum ipsarum, se crimine quasi sacrilegii involventes, assuefactione quadam temeraria violenter invadere presumpserunt, justitiam quin immo verius injuriam exercere inibi non verentes.

Item, (3) cum canonici et clerici chori ejusdem ecclesie,

(1) Le ms. donne *Ita* qu'il faut probablement lire *Item*.
(2) *Idem*.
(3) *Idem*.

matricularii, custodes omnesque alii servitores ipsorum, ubicumque in civitate, comitatu et diocesi sepedictis consistant, una domibus quas Carnoti existentes inhabitant, familiis et bonis eorum, a jurisdictione comitis Carnotensis omnino sint liberi et immunes, ac in eos omnimoda jurisdictio ad capitulum ipsum spectat, et in simili possessione sint et fuerint capitulum memorati; justitiarii vero comitisse prefate, in predictis jurisdictionem usurpare nitentes, capitulum ipsum super hoc, ipsorum aliquos capiendo, carceri mancipando, ac domos et bona ipsorum multipliciter invadendo, non sine juris injuria molestare sepissime presumpserunt.

Item, cum servientes memorati capituli qui vocantur vulgariter advocati, cum domibus, familiis et bonis mobilibus eorumdem, ab ipsius jurisdictione comitis sint omnino liberi et immunes, ac in eos et bona eorum capitulum ipsum jurisdictionem omnimodam habeat temporalem, comesque predictus ac ministri ipsius vinculo juramenti teneantur astricti servare illesam hujusmodi libertatem; justitiari vero comitisse predicte capitulum ipsum, tanquam immemores sacramenti, violando hujusmodi libertatem, super hoc multimode vexaverunt.

Item ecclesia supradicta ejusque claustrum a prefati jurisdictione comitis et quavis alia laicali omnino sunt libera et exempta, et ad capitulum ipsum dumtaxat jurisdictio pertinet in eisdem; justitiarii vero comitisse predicte frequenter nisi sunt in ecclesia et in claustro prefatis ausu temerario justitiam exercere, nunc citando, nunc monendo, nunc inhibendo ac impugnando libertatem et immunitatem ecclesie supradicte.

Item predictum capitulum in clericos qui beneficia ecclesiastica in terra ipsius obtinere noscuntur ac in eorum bona mobilia omnimodam jurisdictionem obtinet, et fuit hactenus, a tempore cujus contrarii memoria non existit, in possessione, vel quasi, jurisdictionem predictam in eos et bona ipsorum, ubicumque illos morari Carnoti contingat, libere exercendi; iidem vero justitiarii, quasi falcem in alienam messem ponentes, quominus dictum capitulum id libere valeret exequi nisi sunt multipliciter impedire, faciendo per Carnotum sub certis penis publice inhiberi ne dicti clerici et bona ipsorum puniri permittantur per gentes capituli prelibati.

Item in possessione vel quasi consimili fuit hactenus predictum capitulum libere perducendi malefactores, captos in terra ejusdem ecclesie, per terram dicti comitis ad carcerem prelibati capituli, positum in Carnoto; nonnullos tamen hujusmodi et ipsius ecclesie terre captos, dum Carnoti per justitiarios pretacti capituli ducebantur, prefati justitiarii comitisse predicte de ductorum manibus per violentiam extrahentes, illos secum irrogatis injuriis adduxerunt, aliquos eorumdem crudeliter suspendendo.

Item in possessione vel quasi consimili fuit hactenus idem capitulum homines suos de corpore in terra ejusdem comitis capiendi seu capi faciendi, pro sue libito voluntatis; prefati vero justitiarii eos de ipsorum manibus violenter, non sine enormi injuria, rapiendo, capitulum ipsum super hoc nisi sunt multipliciter impedire.

Item in possessione vel quasi consimili fuit idem capitulum lucrifaciendi homines de corpore utriusque sexus, cujuscumque sint dominii, in civitate, comitatu et diocesi memoratis, cum matrimonialiter hominibus de corpore prenominati capituli copulantur; prefati vero justitiarii predictum capitulum in multis super hoc casibus nisi sunt multipliciter impedire.

Item predictum capitulum fuit hactenus in possessione vel quasi predicta quod, si homines de corpore aut ejus hospites aliqua bona vendant, que in terra et jurisdictione ejusdem capituli creverint, vel in proprios usus emant, ubicumque illa crevisse noscantur, liberi sunt et immunes ab omni consuetudine vel *costuma*, ut utamur vocabulo regionis; dicti vero justitiarii, frequenter costumam vel consuetudinem hujusmodi violenter extorquendo ab eis, nisi sunt multipliciter infringere libertatem eandem.

Item hospites memorati capituli, cujuscumque ministerii vel artificii fore noscantur, a jurisdictione dicti comitis et magistrorum ministerii vel artificii memorati sunt omnino liberi et immunes; iidem vero justitiarii, ipsos et bona eorum justitiare nitentes, dictum capitulum in hujusmodi jurisdictione et libertate presumunt multipliciter impedire; et quia justitiarii predicte comitisse in predictis consuetudinibus, juribus, jurisdictionibus, libertatibus et possessionibus vel quasi ecclesiam et capitulum antedictos molestare, opprimere et gravare diversimode non cessabant, idem capitulum in eos, quia ipsius monita facta sibi occasione hujusmodi excessuum et aliorum quamplurium contempnebant, diversas excommunicationum et interdicti in terra ipsius comitisse sententias protulerunt. Verum postquam ad regale demanium comitatus antedictus pervenit, dum prefata ecclesia, pretactis fatigata molestiis et vexationibus impetita, sub regiminis dicti regis tempore, sibi super bonis suis et juribus jugiter conservandis et manutenendis utiliter favoris regii oportuna presidia et quietis assidue comoda turbationum turbinibus profligatis proventura speraret, pro eo maxime quod felicis recordationis Honorius papa IIII, predecessor noster, ejusdem ecclesie angustiis et pressuris benigne compatiens, regem ipsum super hoc per suas litteras spirituales duxit rogandum attentius et hortandum, contrarium in dolore perpetitur, oppositum in mestitia experitur, spei preconcepte

successibus defraudata, eo quod, predictis excessibus non correctis, quin immo continuatis et etiam adauctis, eisdem juribus, libertatibus, privilegiis et consuetudinibus ipsius ecclesie penitus vilipensis per eundem regem ac officiales suos in Carnoto locisque sibi finitimis constitutos, predictorum capituli et ecclesie invaduntur terre, vastantur nemora, usurpantur jura, jurisdictiones ubilibet auferuntur, occupantur bona, homines hospitesque ipsorum sepe sepius capiuntur, carceri mancipantur, ac alias ipsis in personis et bonis eorum graves injurie ac molestie inferuntur.

Item canonici et clerici chori ac alii ecclesie Carnotensis subjecti super personalibus et rebus mobilibus necnon immobilibus quas a nullo se asserunt tenere in feudum in curia regia vel officialibus memoratis respondere coguntur inviti.

Item familiares regii, cum regem ipsum contingit Carnotum accedere, canonicorum domos violenter introeunt, eisque nolentibus inibi hospitantur, ac bona ipsorum pro suo libito capiunt nequiter et asportant. Cum autem prefatum capitulum in officiales eosdem, quia per capitulum ipsum moniti ab hujusmodi molestiis et injuriis minime desistebant, diversas excommunicationum sententias auctoritate privilegiorum ipsorum et etiam auctoritate ordinaria promulgassent, et tandem sententiarum ipsarum prelatio ad curie regalis notitiam pervenisset, mox a curia ipsa nonnulle urgentes et preceptorie ac expresse littere ad Carnotenses et locorum vicinorum balivos regios, sicut asseritur, emanarunt, inter cetera continentes ut prefatum capitulum, per bonorum suorum temporalium captionem, ad revocationem sententiarum ipsarum districtius coartarent; cumque prefati balivi, receptis eisdem litteris, capitulum ipsum super hujusmodi revocandis sententiis ex parte regia monuissent, dicti capitulum excommunicationis hujusmodi liberaliter, quantum possent, absolutionis beneficium, juxta ecclesie formam, impendere obtulerunt. Sed iidem balivi et persone premissis ligate sententiis id acceptare seu admittere noluerunt, nisi prius capitulum ipsum, nulla restitutione premissa vel emenda prestita, sententias revocaret et revocari faceret antedictas, et quia prefatum capitulum id facere, sicut nec debuit, recusavit, balivi seu officiales predicti, exinde quamvis indigna turbatione commoti, actibus illicitis concessa licentia, et contra capitulum ipsum manibus injuriosis extensis, ac promulgatam in Lugdunensi concilio excommunicationis sententiam incurrere non verentes, quamplures homines ipsius capituli de corpore, ubicumque illos poterant invenire, capere ac mancipare carceri presumpserunt, quorum nonnulli adhuc detineri dicuntur, carceri taliter mancipati. Et quia occasione hujusmodi nonnulle monitiones et excommunicationum sententie contra illos auctoritate dicti capituli sunt secute, prefati officiales, adversus capitulum ipsum durius procedentes, quampluribus hominibus et hospitibus ecclesie predicte sub pena gravissima duxerunt expressius inhibendum ne in molendinis ac furnis ecclesie et capituli predictorum, que tenebant ab eis, coquere ac molere quomodolibet attemptarent, seu fieri id a quoquam permitterent in eisdem, ut nulla ex eis ecclesie et capitulo supradictis utilitas proveniret. Iidem etiam districtius injunxerunt hominibus et hospitibus sepefatis ut quecumque sua et ipsius capituli bona mobilia in eorum posita domibus extra ipsas et etiam grangias eorumdem prorsus eicerent, porcorum et aliorum animalium dampnosis vastationibus exponenda.

Item officiales predicti, hujusmodi excessibus non contenti, sed culpas culpis addentes et excessus excessibus inculcantes, se ad predictam contulerunt ecclesiam et ejus canonicis, tunc hora solita in capitulo congregatis, ex parte regia, gravibus et comminatoriis verbis premissis, artius injunxerunt ut infra diem martis tunc proximo secuturam fructus prebendarum suarum in eorum grangiis consistentes de illis penitus amoverent et eicere non differrent; alioquin id ipsum fieri facerent canonicorum ipsorum sumptibus recipiendis de fructibus prelibatis.

Item eidem inhibuere capitulo ne ipsi census aut quoscumque redditus alios terrarum suarum vel proventus recipere, neve de eis que ad forum ipsorum pertinere noscuntur aliqua *placita*, ut patrie verbis utamur, tenere, vel causas audire quomodolibet attemptarent.

Item officiales prefati, canonicorum ipsorum domos in quibus tunc temporis habitabant personaliter adeuntes, ipsis in eis et eadem ecclesia ejusque claustro ac alibi, ubicumque illos invenire poterant, inhibitiones et precepta similia, in eorum opprobrium et gravamen, facere presumpserunt.

Item quosdam census et redditus alios de ipsius ecclesie terra receptos, qui certis horis canonicis inter canonicos distribuuntur eosdem, quique tunc in .. decani et cujusdam canonici ecclesie prefate domibus, in eodem claustro constructis, positi fuerant conservandi, quia post inhibitiones officialium predictorum capitulo ipsi factas collecti fuerant et recepti, officiales ipsi, temerariis auxibus non parcentes, de dictis domibus, clericis decani et canonici predictorum ad eorumdem census et reddituum custodiam deputatis invitis et renitentibus, per violentiam abstulerunt, eos secum exinde nequiter asportantes.

Item prefati officiales capitulum ipsum simul et quamplures ex eo singulariter in domibus propriis, in ecclesia

et ejus claustro, prout occurrebant eisdem, necnon super aliis personalibus, actionibus expresse sibi expositis, ad suas *assisias et placita*, ut regionis more loquamur, multotiens evocarunt, quosdam ex jam dictis canonicis, officialibus ipsis in talibus non parentes, temporaliter pro suo libito puniendo.

Item prenominati officiales, pejora malis et deteriora prioribus temerariis adicientes auxibus, nonnulla alia bona ecclesie sepedicte, hostili quodam incursu, tam temporalia quam spiritualia, primitias videlicet ac decimas, necnon grossos prebendarum fructus, ad matutinales aliasque horas canonicas, ad ipsius ecclesie luminare, campanas pulsandas, ac etiam ad matricularios ceterosve servientes et custodes ecclesie pertinentia memoratos, nomine regio saisire, ac justitiarios in tota ipsius ecclesie terra instituere presumpserunt, in ejusdem ecclesie grangiis certos servientes equites deputando, duobus solidis parisiensium singulis eorum pro ipsorum stipendiis die quolibet constitutis, preter cotidianas eorum expensas, quas de predictarum grangiarum fructibus pro sua recipiunt voluntate, propter quod, sicut asseritur, jam in magna quantitate pecunie, preter illatam ex predictis injuriam, ecclesia ipsa dampnificata dinoscitur, et bona ejus sunt multipliciter devastata.

Item universis abbatibus, prioribus et aliis ecclesiarum prelatis in comitatu consistentibus supradictis per conservatores privilegiorum prefati regis, de conscientia regia, sub comminationibus gravibus, sicut asseritur, est injunctum ut, interdicto per idem capitulum hujusmodi occasione gravaminum in comitatu ipso, etiam prius quam ad demanium suum accederet, posito non obstante, organa omnino resumant. Et, licet officiales ipsi propter gravamina illata capitulo sepedicto, ex eo quod predictas excommunicationum sententias protulerunt, vel quia non revocarunt easdem, sententiam excommunicationis incurrerint canonis concilii Lugdunensis, ipsam tamen in contemptu clavium non observant.

Item canonici a festo Assumptionis Beate Virginis proximo preterito, vel circiter, propter captiones, saisinas et devastationes hujusmodi, solitarum distributionum commodis caruerunt, sicque illis necessariis vite subtractis coacti sunt ab eadem ecclesia, non sine uberi lacrimarum effusione, discedere, ipsamque deserere, quasi gravis ruina desolationis oppressam. Quamobrem predicta ecclesia, in qua divini cultus laudabiliter vigebat officium, quasi domus deserta conspicitur, et ubi Dei filius, predecessorum regis predicti temporibus, ferventibus studiis colebatur, sueque laudis cantica vocibus altisonis resonabant, ejus tempore inibi, proth dolor! taciturna silentia, in grave dispendium salutis fidelium, quorum illuc, sicut asseritur, multitudo peregrinantium confluebat innumera, observantur.

Sane prefatum regem sollicite considerare volumus et attendere diligenter quod, si officiales predicti de sua licentia vel mandato ad aliqua predictorum forsitan processerunt, propter que dictam statuti concilii Lugdunensis excommunicationis sententiam incurrisse noscuntur, vel ad similia, quod absit, procederent in futurum, eandem sententiam de facili potuisset incurrere, vel eadem in posterum posset involvi, cum privilegia per sedem apostolicam quibuscumque concessa ut ab homine excommunicari non valeant ad sententiam canonum nullatenus extendantur. Attendat et etiam, si celorum reginam, cujus glorioso vocabulo et reverendis reliquiis ecclesia predicta dinoscitur insignita, si nostri redemptoris matrem, si humani generis advocatam condigne reverentie veneretur affectu, si eam meritorum intuitu placabilem sibi reddat, si ei obsequiorum impendiis aut effectibus operum sibi exhibeat se devotum, dum tantis et tam gravibus ipsam lacessit seu lacessiri permittit injuriis, vexari molestiis, jacturis affligi, ut illud silentio relinquamus quod familiares sui eidem capitulo, qui coram eo vel suis ministris super temporalibus non feudalibus bonis ecclesie sepedicte respondere recusat, sicut nec tenetur, graviter comminantur, quod ei custodia vel guardia regia subtrahetur, personis et bonis ejusdem ecclesie contra sui honorem culminis quibuslibet periculosius exponendis; profecto non sic illam sui progenitores incliti tractavere, dum viverent, dum regali solio presidebant, non sic circa eam ejusque ministros se gerere curaverunt, quin immo illi, utpote fide preclari, devotione ferventes et ad opera pietatis intenti, prefatam ecclesiam, mentis oculis erectis ad Dominum, multis honoribus prevenire, libertatibus et immunitatibus fulcire non modicis ac spiritualibus communire privilegiis studuerunt, propter quod eis ex alto retributa sunt premia et eorum fama grande suscepit in seculo incrementum. Unde, cum prefatam ecclesiam propter sue devotionis zelum, fidei puritatem, obedientie promptitudinem et reverentie specialis affectum, quibus ab olim erga sedem apostolicam noscitur claruisse, sinceris prosequamur affectibus, ac ejus dampna, injurias et jacturas moleste quamplurimum perferamus, eundem regem per predictas litteras rogamus et hortamur in filio Dei patris ut, sollicita meditatione recogitans quod sibi super hoc ex intimo cordis affectu dirigimus scripta nostra, et quod hujusmodi negotium apostolica sedes potissime cordi gerit, quodque tanta et tam dispendiosa ecclesie predicte gravamina nequaquam possemus, urgente nos conscientia, equanimiter toleraro, a predictis omnibus

et aliis quibuscumque gravaminibus, injuriis et molestiis ecclesie et capituli predictorum, pro divina et ipsius sedis ac nostra reverentia regiique honoris augmento, prorsus abstineat, et officiales ac justitiarios suos predicti comitatus et alios faciat, sublato difficultatis obstaculo, penitus abstinere; quin immo prefatos ecclesiam et capitulum cum bonis et juribus suis omnibus habens affectu favorabili commendatos, ejusque bona, libertates, consuetudines, jurisdictiones, privilegia et jura benigne protegens et conservans, predictos justitiarios in terris ecclesie et capituli predictorum per officiales ipsos, sicut premittitur, institutos, ac etiam servientes in grangiis deputatos eisdem faciat quamtotius amoveri, ac de hujusmodi dampnis, gravaminibus et injuriis ecclesie et capitulo supradictis illatis plenam eis et celerem satisfactionem impendi, sic se in hiis benigne clementer et efficaciter habiturus, ut exinde apud eterni regis clementiam, per quem regalibus corruscat insigniis, crescat cumulo meritorum, sibique in gentium populis laudis preconium augeatur, ac nos, qui eidem ecclesie super hujusmodi gravaminibus, angustiis et pressuris affectu paterno compatimur, devotionem regiam, quam in hac parte promptam, efficacem et facilem cupimus inveniri, dignis in Domino laudibus attollamus. Quocirca fraternitati vestre per apostolica scripta in virtute obedientie districte precipiendo mandamus quatenus vos vel alter vestrum, pro nostra et apostolice sedis reverentia, hujusmodi negotium, quod potissime insidet cordi nostro, promptis animis assumentes, per vos vel per alium seu alios, auctoritate nostra, capitulo et ecclesie memoratis de predictis dampnis gravaminibus et injuriis plenam satisfactionem impendi, et ab hiis ac similibus, tam a prefatis balivis, justitiariis et officialibus quam etiam aliis quibuscumque, de cetero penitus abstineri, et, si qua sunt eis per jamdictos balivos, justitiarios et officiales ablata quomodolibet vel subtracta, integre restitui faciatis, de plano, sine strepitu et figura judicii processuri. Contradictores et rebelles per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Non obstantibus si eidem regi vel aliquibus aliis, cujuscumque preminentie, dignitatis, conditionis aut status existant, quod excommunicari aut eorum terre ecclesiastico interdicto supponi non possint per litteras dicte sedis, que de indulto hujusmodi totoque ipsius tenore ac de verbo ad verbum plenam et expressam non fecerint mentionem, seu quibusvis privilegiis vel indulgentiis, quibuscumque personis vel locis sub quavis forma verborum concessis, de quibus quorumque totis tenoribus in nostris litteris similis mentio sit habenda, et per que effectus presentium impediri valeat quomodolibet vel differri. Nolumus autem quod per hujusmodi litteras contra predicti regis vel ejus consortis personas seu capellam regiam in aliquo procedatis. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XIIII kalendas aprilis, anno secundo. »

737 Sainte-Marie-Majeure, 19 mars 1289.

De eodem negotio. (Reg. 44, c. 62, f. 126 r°.)

Eisdem mandat quatenus, ad regem Francorum personaliter adientes, eum moneant et inducant ut precibus et exhortationibus apostolicae sedis acquiescat.

« Querelam gravem venerabilis... — Dat. ut supra. »

738 Sainte-Marie-Majeure, 19 mars 1289.

De eodem negotio. (Reg. 44, c. 63, f. 126 r°.)

Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francorum illustri, preces et exhortationes de quibus in cap. LXI fit mentio facit.

« Attende fili et ... — Dat. ut supra. »

739 Sainte-Marie-Majeure, 23 février 1289.

Theodorus in praepositum Albensem eligitur. (Reg. 44, c. 64, f. 126 v°; Potth. 22885.)

.. *priori predicatorum et .. guardiano minorum fratrum ordinum Albensibus* mandat quatenus electionem quam capitulum ecclesiae Albensis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, per praepositum gubernari solitae, tunc per promotionem Antonii in Zagabriensem episcopum vacantis, de magistro Theodoro, praeposito Sybiniensi, Albensis ecclesiae canonico, per compromissarios suos magistros Gregorium, custodem, Paulum, lectorem, et Esau, cantorem et canonicos ejusdem ecclesiae, in praepositum fecerunt, examinent et, si canonicam repererint, confirment.

« Exhibita nobis dilectorum... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, VII kalendas martii, anno secundo. »

740 Sainte-Marie-Majeure, 15 mars 1289.

Absolvuntur ab excommunicatione Templarii Castellae et Legionis. (Reg. 44, c. 65, f. 126 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Burgensi facultatem conce-

dit absolvendi quosdam fratres domus militiae Templi Jerosolimitani in Castella et Legione, qui, durante discordia inter Santium, regem Castellae ac Legionis, et clarae memoriae Alfonsum regem, patrem ejus, ne domum, castra, possessiones, vassallos et alia bona sua amitterent, eidem Santio adhaeserunt, et propterea latam in tales excommunicationis sententiam incurrerunt; et dispensandi cum eis qui sic legati sacros ordines susceperunt aut divina officia celebrarunt.

« Ex parte dilectorum... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus martii, anno secundo. »

741 Sainte-Marie-Majeure, 16 février 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 66, f. 126 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et quadraginta dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui ad cathedralem ecclesiam Tharbatensem, in festivitate apostolorum Petri et Pauli, quorum vocabulo dicta ecclesia insignita est, et in octava ejusdem festivitatis, accesserint annuatim.

« Vite perempnis gloria... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XIIII kalendas martii, anno secundo. »

742 Sainte-Marie-Majeure, 16 février 1289.

Licentia absolvendi ab excommunicationis sententia. (Reg. 44, c. 67, f. 127 r°.)

Venerabili fratri Bernardo, episcopo Tharbatensi, committit quatenus laicos et clericos suae dioecesis ab excommunicationis possit absolvere sententiis quas frequenter manuum injectione in clericos incurrunt.

« Exigentibus tue devotionis... — Dat. ut supra. »

743 Sainte-Marie-Majeure, 18 mars 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 68, f. 127 r°; Lap. du Theil, II, 38.)

.. *rectori ecclesie Sancte Marie de Selcleriis, Ruthenensis diocesis.* Indulgentiam centum dierum concedit visitantibus praefatam ecclesiam in festo Assumptionis beatae Mariae et in septem diebus sequentibus.

« Sanctorum meritis inclita... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XV kalendas aprilis, anno secundo. »

744 Sainte-Marie-Majeure, 11 mars 1289.

Facultas redimendi decimas. (Reg. 44, c. 69, f. 127 r°; Lap. du Theil, II, 37.)

.. *priori et conventui monasterii Beate Marie de Balneolis, per priorem soliti gubernari, ordinis Sancti Benedicti, Autisiodorensis diocesis.* « Vestris devotis precibus inclinati, redimendi decimas de manibus laicorum in parrochiis alienis, rectorum ecclesiarum ad quas decime ipse spectant et diocesanorum ipsorum ad id accedente consensu, auctoritate presentium vobis concedimus facultatem, sufficienti prius a vobis prestita cautione quod ecclesiis ipsis decimas ipsas restituere teneamini, quandocumque vobis ab earum rectoribus fuerit de redemptionis pretio satisfactum... Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, V idus martii, anno secundo. »

745-750 Sainte-Marie-Majeure, 29 mars 1289.

Boemundus ecclesiae Treverensi in archiepiscopum praeficitur. (Reg. 44, c. 70, f. 127 r°.)

Venerabili fratri Boemundo, archiepiscopo Treverensi. Defuncto Henrico, Treverensi archiepiscopo, capituli ejusdem ecclesiae major pars Boemundum, tunc majorem archidiaconum ipsius ecclesiae, alii Gerardum, Maguntinum archiepiscopum, tunc de Didkirche archidiaconum in eadem ecclesia, in Trevirensem archiepiscopum elegerunt. Hac vero causa apud sedem apostolicam pendente, praedictus Gerardus negotium suae electionis, juxta tenorem constitutionis Nicolai III, prosequi non curavit, dictusque Boemundus jus suum in manibus Matthaei, Sanctae Mariae in Porticu diaconi cardinalis, resignavit. Nunc igitur papa eundem Boemundum ecclesiae Treverensi in archiepiscopum praeficit.

« Onerosa pastoralis officii... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, III kalendas aprilis, anno secundo. »

In e. m. capitulo ecclesiae Trevirensis mandat quatenus eidem archiepiscopo debitam obedientiam exhibeat.

In e. m. clero civitatis et dioecesis Trevirensis.

In e. m. populo civitatis et dioecesis Trevirensis.

In e. m. ducibus, comitibus, baronibus aliisque vassallis et ministerialibus ecclesiae Treverensis mandat quatenus eidem archiepiscopo fidelitatem solitam necnon consueta servitia et jura exhibeant.

In e. m. R., regi Romanorum, mandat quatenus eidem archiepiscopo regalia concedat.

« Ad fovendum in... — Dat. ut supra. »

751 Sainte-Marie-Majeure, 15 mars 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 71, f. 127 v°; Lap. du Theil, II, 14.)

.. *abbati et conventui monasterii Sancte Marie de Bellavalle, Cisterciensis ordinis, Bisuntine diocesis.* Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit visitantibus ecclesiam ejusdem monasterii, in quatuor beatae Mariae virginis, S. Bernardi, S. Petri, olim Tarentasiensis archiepiscopi, cujus corpus in eadem ecclesia requiescit, festivitatibus, et per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes.

« Gloriosus Deus in... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus martii, anno secundo. »

752-753 Sainte-Marie-Majeure, 1er mars 1289.

De contentione inter episcopum Pictavensem et regem Franciae (Reg. 44, c. 72, f. 128 r°; Lap. du Theil II, 39).

Dilectis filiis .. decano et .. cancellario ecclesie Parisiensis. « Nuper ad nostrum pervenit auditum quod, cum Gualterus Asini, laicus Pictavensis diocesis, quoddam feudum a venerabile fratre nostro .. episcopo Pictavensi teneret etc., ut supra in qua scribitur venerabilibus fratribus .. Ebroicensi et .. Silvanectensi episcopis, in capitulo XLIIII°, usque studeat adhibere. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta in virtute obedientie districte precipiendo mandamus quatenus vos, vel alter vestrum, pro nostra et apostolice sedis reverentia, hujusmodi negotium, quod potissime insidet cordi nostro, promptis animis assumentes, omnes magistros, senescallos, ballivos et officiales predictos, ac quoscumque alios auctoritate ad hoc regia deputatos, a quibusvis processibus, sententiis, mandatis vel executionibus contra episcopum vel ecclesiam supradictos, pretextu premissorum non comparitionis ejusdem episcopi et contra applegiationis, vel earum alterius ab eo non facte seu non prestite, faciendis, contra privilegium et possessionem predicta, vel alias contra libertatem que ipsis competere noscitur de consuetudine vel de jure, ac etiam quicquid contra premissa vel ipsorum aliquod per illos, presertim prelicto pretextu, inveneritis quomodolibet attemptatum, auctoritate nostra faciatis per magistros, senescallos et alios supradictos totaliter revocari, vel vos ipsi, si opus fuerit, penitus revocetis. Volumus autem quod in hiis, per vos vel per alium seu alios, de plano et absque strepitu et figura judicii procedatis, contradictores et rebelles per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Non obstantibus si eidem regi aut aliquibus aliis, cujuscumque preminentie, dignitatis, conditionis aut status existant, quod excommunicari aut eorum terre ecclesiastico interdicto supponi non possint per litteras dicte sedis que de indulto hujusmodi totoque ipsius tenore ac de verbo ad verbum plenam et expressam non fecerint mentionem, seu quibusvis privilegiis vel indulgentiis quibuscumque personis vel locis sub quavis forma verborum concessis, de quibus quorumque totis tenoribus in nostris litteris similis mentio sit habenda, et per que effectus presentium impediri valeat quomodolibet vel differi. Nolumus autem quod per hujusmodi litteras contra prefatum regem vel ejus consortem aut capellam regiam in aliquo procedatis. Quod vero feceritis in premissis nobis per vestras litteras harum seriem continentes fideliter intimetis. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, kalendis martii, anno secundo. »

« In e. m. eisdem. Nuper ad nostrum pervenit auditum etc., usque gravi prejudicio et jactura. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta in virtute obedientie districte precipiendo mandamus quatenus vos vel alter vestrum, per vos vel per alium seu alios, partibus ad vestram presentiam evocatis, super hiis summarie, de plano et sine strepitu ac figura judicii procedentes, si inveneritis eundem episcopum contraapplegiationem hujusmodi prestare minime debuisse, quodque non teneretur, sicut premittitur, coram rege ipso vel ejus curia personaliter comparere, prefatum Gaufridum, in quocumque statu vel habitu inventus fuerit, cum sepe, sicut asseritur, malitiosis studiis illum mutet, aut cujuscumque seu quorumcumque familiaris sive commensalis existat, quod eidem episcopo bona omnia mobilia et immobilia ejus, que tenere seu habere dinoscitur, vel ad eum pretextu predictorum non comparitionis vel contraapplegiationis ab episcopo non facte seu non prestite supradicto, ac specialiter memoratum castrum de Englia, cum omnibus juribus et pertinentiis suis ac fructibus medio tempore perceptis ex eis, et qui percipi potuerunt, per censuram ecclesiasticam et alias spiritualiter et temporaliter, prout expedire videritis, monitione premissa, cogatis, sibi et aliis de quibus expedire putabitis ex parte nostra districtius prohibentes ne deinceps episcopum vel ecclesiam prelibatos contra privilegium, possessionem libertatem canonicam et consuetudinem sive jus coram eodem rege vel magistris, senescallis, ballivis aut officialibus seu aliis quibuscumque auctoritate regia in causam trahat vel procuret seu faciat evocari. Alioquin contra eos, prout de jure fuerit, procedere studeatis. Non obstantibus quibuscumque privilegiis vel indulgentiis, quibusvis personis specialiter vel generaliter ab apostolica sede concessis, de quibus quorumve totis tenoribus

ac de verbo ad verbum plenam, certam, determinatam et expressam oporteat in nostris litteris fieri mentionem, et per que effectus presentium impediri possit quomodolibet vel differi. Rescripturi nobis plenarie quod in hac parte duxeritis faciendum. Nolumus autem quod per hujusmodi litteras contra prefatum regem vel ejus consortem aut capellam regiam in aliquo procedatis. Dat. ut supra. »

754 Sainte-Marie-Majeure, 25 mars 1289.

De correctione monasterii Sancti Nicolai in Littore de Venetiis. (Reg. 44, c. 73, f. 128 r°; Potth., 22916.)

.. *priori predicatorum et .. guardiano minorum fratrum ordinum, ac Symeoni, primicerio ecclesie Sancti Marci de Venetiis, Castellane diocesis*, mandat quatenus ad monasterium Sancti Nicolai in Littore de Venetiis, ordinis S. Benedicti, personaliter accedentes, super excessibus Francisci, ejusdem monasterii abbatis, quos quondam Nicolaus et Zavinus, monachi, ad sedem apostolicam denuntiaverunt, inquirant, idemque monasterium corrigant et reforment.

« Ne virge vigilantis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, VIII kalendas aprilis, anno secundo. »

755 Sainte-Marie-Majeure, 25 mars 1289.

De eodem negotio. (Reg. 44, c. 73², f. 128 v°; Potth. 22917.)

Eisdem mandat quatenus ad depositionem abbatis monasterii Sancti Nicolai in Littore de Venetiis non procedant, sed causam pontifici deferant, eundemque abbatem ad comparendum coram sede apostolica citent.

« Licet de discretione... — Dat. ut supra. »

756 Sainte-Marie-Majeure, 2 avril 1289.

De jure patronatus ad Hospitale Theutonicorum pertinente. (Reg. 44, c. 74, f. 128 v°; Potth., 22927.)

Venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis et dilectis filiis abbatibus, prioribus, archidiaconis, decanis et aliis ecclesiarum prelatis ad quos littere iste pervenerint, mandat quatenus clericos, quos fratres domus Hospitalis Sanctae Mariae Theutonicorum Jerosolimitani ad ecclesias in quibus jus patronus dicti fratres habent vel in posterum habebunt praesentabunt, benignius admittant.

« Quanto dilecti filii... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, IIII nonas aprilis, anno secundo. »

757 Sainte-Marie-Majeure, 7 mars 1289.

Facultas absolvendi ab excommunicationis sententia. (Reg. 44, c. 75, f. 129 r°.)

Venerabili fratri T., archiepiscopo Bracharensi, facultatem concedit absolvendi quosdam clericos ipsius dioecesis qui latam per bonae memoriae J., Sabinensem episcopum, tunc in partibus illis apostolicae sedis legatum, pro manifesta cohabitatione concubinarum, excommunicationis sententiam incurrerunt, et dispensandi cum eis qui sic legati susceperunt ordines et sacra celebrarunt officia.

« Ex parte tua... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis martii, anno secundo. »

758 Sainte-Marie-Majeure, 7 mars 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 75², f. 129 r°.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo et dilectis filiis capitulo Bracharensibus. Indulgentiam unius anni et quadraginta dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam Bracharensem, Beatae Mariae vocabulo insignitam, in Nativitatis, Purificationis, Annuntiationis et Assumptionis ipsius virginis festivitatibus, et per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes, singulis annis visitaverint.

« Gloriosus Deus in... — Dat. ut supra. »

759-763 Sainte-Marie-Majeure, 13 mars 1289.

Albertus ecclesiae Yporiensi in episcopum praeficitur. (Reg. 44, c. 76, f. 129 r°.)

Venerabili fratri Alberto, episcopo Yporiensi. Eum, ordinis fratrum minorum professorem, Yporiensi ecclesiae, per translationem Frederici ad ecclesiam Ferrariensem vacantis, in episcopum praeficit.

« Licet continuata supervenientium... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, III idus martii, anno secundo. »

In e. m. capitulo Yporiensi mandat quatenus eidem episcopo debitam obedientiam praebeat.

In e. m. clero civitatis et dioecesis Yporiensis.

In e. m. populo civitatis Yporiensis.

In e. m. universis vassallis ecclesiae Yporiensis.

764 Sainte-Marie-Majeure, 1er avril 1289.

De jure patronatus ad Hospitale Theutonicorum pertinente. (Reg. 44, c. 77, f. 129 vo; Potth., 22926.)

.. *magistro et fratribus Hospitalis Sancte Marie Theutonicorum Jherosolimitani* concedit ut fratres ordinis sui ad ecclesias in quibus jus patronatus habent praesentare possint.

« Signorum evidentia declarante... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, kalendis aprilis, anno secundo. »

765 Sainte-Marie-Majeure, 28 mars 1289.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 78, f. 129 vo.)

Venerabili fratri .. episcopo Pistoriensi mandat quatenus cum Octaviano, filio nobilis viri Hugolini de Senno, et Andreuzia, filia nobilis viri Maginardi Pagani de Susinano, Florentinae dioecesis, adhuc infra annos nubiles constitutis, dispenset ut, non obstante quarto consanguinitatis gradu quo conjuncti sunt, ad sedandas inimicitias inter progenitores suos ortas, matrimonium inter se, quum ad legitimam aetatem pervenerint, contractare valeant.

« Exposita coram nobis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, v kalendas aprilis, anno secundo.

766 Sainte-Marie-Majeure, 8 mars 1289.

De contentione inter Bambergensem episcopum et monasterium de Lancheim. (Reg. 44, c. 79, f. 129 vo.)

.. *preposito monasterii de Robdorf, per prepositum soliti gubernari, ordinis S. Augustini, Eistetensis diocesis.* « Querela gravis dilectorum filiorum .. abbatis et conventus monasterii de Lancheim, Cisterciensis ordinis, Bambergensis diocesis, nobis exposita, continebat quod, licet monasteria et loca predicti ordinis, et persone ac bona ipsorum a talliis et exactionibus per spetialia privilegia sedis apostolice sint exempta, tamen venerabilis frater noster .. Bambergensis episcopus, non sine multe cupiditatis nota, quasi non sufficiant sibi sua, manus avidas ad aliena contra honestatem modestie pontificalis extendens, eis et hominibus dicti monasterii quasdam de novo exactiones et collectas, certas videlicet pecuniarum summas pro singulis animalibus ipsorum, contra indulta privilegiorum eis a prefata sede concessorum, imponere ac extorquere, usque ad summam quadringentarum librarum turonensium parvorum, nisus fuit, pro sue arbitrio voluntatis, quanquam alias id eidem episcopo non competeret de consuetudine vel de jure. Et, ut idem episcopus abbatem et conventum prefatos facilius, ut credebat, in hoc cogeret consentire, boves, vaccas, vitulos, et equos quamplurimos, quos dicti abbas et conventus in nonnullis ipsorum grangiis tunc habebant, fecit violenter auferri, et eos, famis cruciatos inedia, per quindenam in suis munitionibus detineri, licet nonnullos ex hujusmodi bobus, vaccis et vitulis, quibusdam eorum mactatis, quibusdam vero mortuis propter famem, ad quorumdam bonorum virorum precum instantiam, restituerit abbati et conventui memoratis. Et quanquam carissimus in Christo filius noster Rodulfus, rex Romanorum illustris, super hoc eidem episcopo direxerit suas litteras speciales, ac etiam abbas et conventus predicti et multi alii religiosi et clerici seculares ab eodem episcopo suppliciter postularint ut ab hujusmodi injuriis et molestiis suis et hominum predictorum cessaret, illasque permitteret propter Deum, ac de dampnis in hujusmodi occisione dictorum animalium illatis eisdem aliqualem faceret satisfactionem impendi, dictus tamen episcopus, in sua duritia perseverans, supplicationes hujusmodi, pro sue libito voluntatis, obaudiens, abbatem et conventum eosdem durioribus postmodum lacessivit injuriis, affecit opprobriis et jacturis oppressit, in offensam Dei, ac eorumdem abbatis et conventus dictique monasterii grave prejudicium et gravamen, propter quod dictos abbatem et conventum oportet locum ipsum omnino deserere, nisi eis per apostolice sedis presidium succurratur. Cum autem difficile sit abbati et conventui supradictis cum eodem episcopo, propter sui potentiam, super hoc in Alamanie partibus judicialibus anfractibus experiri, nobis humiliter supplicarunt ut eis providere super hoc de benignitate sedis apostolice curaremus. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus, inquisita super premissis de plano et sine strepitu judicii diligentius veritate, ac si tibi constiterit ita esse, dictum episcopum ex parte nostra diligenter moneas et inducas, ut ab hujusmodi exactionis perversitate omnino desistat, et de dampnis ac injuriis ipsis abbati et conventui in hac parte illatis, infra unius mensis spatium post monitionem tuam, dictis abbati et conventui plenam et debitam satisfactionem impendat, et ab hujusmodi et similibus eorumdem et dictorum hominum gravaminibus in posterum omnino desistat, eum ad id, si opus fuerit, auctoritate nostra, appellatione postposita, compellendo. Quod si dictus episcopus excommunicationis sententiam, quam in ipsum propter hoc forte, ejusdem episcopi culpa hoc poscenti, fieri contigerit, per unum mensem animo sustinuerit pertinaci,

tu ex tunc ipsum peremptorie citare procures ut infra competentem terminum, ad hoc per te prefigendum eidem, personaliter compareat coram nobis, facturus et recepturus super hoc quod justitia suadebit. Diem vero citationis et formam, et quicquid in hac parte duxeris faciendum, nobis per tuas litteras harum seriem continentes studeas fideliter intimare. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, VIII idus martii, anno secundo. »

767-768 Sainte-Marie-Majeure, 1er avril 1289.

Ad Eboracensem ecclesiam reficiendam. (Reg. 44, c. 80, f. 130 r°.)

Venerabili fratri Johanni, archiepiscopo Eboracensi, indulget ut dignitatum, praebendarum et ecclesiarum, non exemptarum, quas in civitate ac dioecesi Eboracensi usque ad triennium vacare per unum annum contigerit, quo primum vacaverint, proventus percipere valeat, ad reparandam Eboracensem ecclesiam, vetustate consumptam, convertendos, reservata ministris in iisdem beneficiis deservientibus congrua portione. Ne hoc indultum ad beneficia papae vel cardinalium capellanis seu clericis familiaribus collata extendi possit.

« Tue devotionis sinceritas... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, kalendis aprilis, anno secundo. »

In e. m. .. episcopo Karleolensi mandat quatenus eidem Johanni praedictorum beneficiorum proventus, cum vacaverint, ministrari faciat.

« Devotionis sinceritas venerabilis... — Dat. ut supra. »

769 Sainte-Marie-Majeure, 1er avril 1289.

Privilegium archiepiscopo Eboracensi concessum. (Reg. 44, c. 81, f. 130 r°.)

Venerabili fratri Johanni, archiepiscopo Eboracensi, indulget ut nullus delegatus vel subdelegatus ab eo, executor seu etiam conservator possit in eum excommunicationis vel suspensionis sententias promulgare absque speciali mandato sedis apostolicae. Praesentibus post triennium non valituris.

« Apostolice sedis benignitas... — Dat. ut supra. »

770 Sainte-Marie-Majeure, 1er avril 1289.

Ut in Eboracensi ecclesia quinque novae praebendae ordinentur. (Reg. 44, c. 82, f. 130 r°.)

Eidem concedit ut quinque praebendas, cum eas in ecclesia Eboracensi vacare contigerit, illis omnino exclusis quae apud sedem apostolicam vacaverint, et quae per eandem sedem fuerint collatae, dividere, ac de illis sic divisis praebendas alias ordinare valeat, ita tamen quod fructus praebendae cujuslibet sic ordinatae ad valorem annuum quinquaginta marcarum sterlingorum se extendat. — Cum in eadem ecclesia triginta et tres dumtaxat sint praebendae, quarum plures personis oriundis de partibus citra mare anglicanum consistentibus sunt collatae, de reliquis vero ecclesiae predictae canonicis pauci resideant in eadem, ecclesia tam in divinis officiis quam ceteris suis juribus maximam patitur lesionem.

« Exhibita nobis tua... — Dat. ut supra. »

771 Sainte-Marie-Majeure, 1er avril 1289.

Facultas conferendi praebendas. (Reg. 44, c. 83, f. 130 v°.)

Eidem facultatem concedit conferendi ecclesias et praebendas, curam animarum habentes, quae in Eboracensi dioecesi tanto tempore vacaverunt quod earum collatio ad sedem apostolicam, juxta Lateranensis statuta concilii, devoluta est. Ita tamen quod singulis personis unica detur ecclesia vel praebenda.

« Volentes tuam honorare... — Dat. ut supra. »

772 Sainte-Marie-Majeure, 3 avril 1289.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 44, c. 84, f. 130 v°.)

Johanni Martini, rectori parrochialis ecclesie Sancti Michaelis de Auco, Colimbriensis diocesis, quocum jam dispensatum est super defectu natalium quem patitur e presbytero natus et soluta, ut ad omnes ordines promoveri et ecclesiasticum beneficium, etiam curam animarum habens, tenere valeret, iterum indulget ut ad omnes dignitates et personatus, etiam ad episcopalem dignitatem, assumi possit.

« Virtutum merita quibus... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, III nonas aprilis, anno secundo. »

773 Sainte-Marie-Majeure, 15 mars 1289.

De possessionibus monasterii de Sancto Savino alienandis. (Reg. 44, c. 85, f. 130 v°.)

.. *priori ordinis fratrum predicatorum Pisano* mandat quatenus inquirat de opportunitate petitionis qua .. abbas

et conventus monasterii de Sancto Savino, ad romanam ecclesiam nullo medio pernitentis, ordinis S. Benedicti, Pisanae dioecesis, facultatem poscunt mutandi vel vendendi possessiones quas in Florentina, Pistoriensi, Lucana et Pisana dioecesibus possident.

« Ex parte dilectorum... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus martii, anno secundo. »

774-776 Sainte-Marie-Majeure, 31 mars 1289.

Facultas testandi. (Reg. 44, c. 86, f. 130 v°.)

Venerabili fratri Matheo, archiepiscopo Cretensi.

« Quia presentis vite... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, II kalendas aprilis, anno secundo. »

Sainte-Marie-Majeure, 8 avril 1289.

In e. m. Raymundo, episcopo Caturcensi. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, VI idus aprilis, anno secundo. (Lap. du Theil, II, 43.)

Sainte-Marie-Majeure, 4 mai 1289.

In e. m. magistro Johanni Romanutii, canonico Conchensi, litterarum apostolicarum correctori. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, IIII nonas maii, anno secundo. (En marge.)

777 Sainte-Marie-Majeure, 1er avril 1289.

Immunitas Urbevetanis concessa. (Reg. 44, c. 87, f. 131 r°; Potth., 22924).

Dilectis filiis consulibus et populo Urbevetanis concedit ut per Montemflasconem transeant ab omnis pedagii praestatione liberi et immunes.

« Cum inter ceteros... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, kalendis aprilis, anno secundo. »

778 Sainte-Marie-Majeure, 17 mars 1289.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 44, c. 88, f. 131 r°; Lap. du Theil, II, 45.)

Dilecto filio Symoni Matiffardi, capellano nostro, archidiacono in ecclesia Remensi. Cum eo dispensat ut praeter archidiaconatum quem in ecclesia Remensi, curam animarum habentem, et canonicatus et praebendas quos in eadem ac Parisiensi, Suessionensi et Laudunensi ecclesiis, necnon et altaria quae in Brandivilla et Bouilliaco, Remensis dioecesis, sine cura, obtinet, unum alium personatum et dignitatem licite recipere possit.

« Eminens scientia litterarum... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XVI kalendas aprilis, anno secundo. »

779 Sainte-Marie-Majeure, 1er avril 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 89, f. 131 r°; Lap. du Theil, II, 47.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam centum dierum concedit visitantibus ecclesiam sororum monasterii Sancti Mathiae Bononiensis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Augustini, in quatuor beatae Mariae, S. Mathiae et S. Johannis Evangelistae festivitatibus, et per octo dies sequentes.

« Licet is de... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, kalendis aprilis, anno secundo. »

780 Sainte-Marie-Majeure, 3 avril 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 89², f. 131 r°; Lap. du Theil, II, 47 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit visitantibus ecclesiam Sancti Sepulchri de Cadomo, Baiocensis dioecesis, in Exaltationis et Inventionis Sanctae Crucis festivitatibus, et per octo dies sequentes.

« Licet is de... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, III nonas aprilis, anno secundo. »

Sainte-Marie-Majeure, 18 mars 1289.

De contentione inter Albertum Arcilis et monasterium Beatae Mariae, Eboracensis dioecesis, terminanda. (Reg. 44, c. 90, f. 131 r°.)

Magistro Giffrido de Vezano, canonico Cameracensi, camere nostre clerico, apostolice sedis nuntio in Anglia commoranti. Ei mandat quatenus, convocatis partibus, infra sex menses a receptione praesentium numerandos, causam inter Albertum Arcilis, nepotem Innocentii IIII, rectorem ecclesiae de Hugate, Eboracensis dioecesis, ex una parte, et abbatem et conventum monasterii Beatae Mariae, Eboracensis dioecesis, ordinis S. Benedicti, ex altera, pendentem, concordia vel judicio ter-

minet. — Praedictus rector ecclesiam suam eisdem abbati et conventui ad firmam concesserat pro certa pecuniae quantitate sibi, quandiu vixisset, annis singulis persolvenda; sed abbas postmodum praetextu sterilitatis hanc pecuniam solvere recusavit; quare Innocentius IIII .. archiepiscopo Eboracensi, .. archidiacono Exstrindiae in Eboracensi ecclesia et Conrado de Villa franca, canonico in Leodiensi ecclesia, mandavit ut audirent causam et eam terminarent; sed partibus convocatis, eidem archiepiscopus, archidiaconus et canonicus justitiam rectori denegaverunt, hicque ad sedem apostolicam appellavit.

« Sua nobis Albertus... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, xv kalendas aprilis, anno secundo. »

782-783 Sainte-Marie-Majeure, 15 mars 1289.

Privilegium episcopo Leodiensi concessum. (Reg. 44, c. 91, f. 131 v°; Lap. du Theil, II, 49.)

Venerabili fratri J., episcopo Leodiensi. « Gerentes erga personam ... auctoritate tibi presentium indulgemus ut quatuor clerici familiares tui, obsequiis tuis insistentes, quos ad hoc duxeris eligendos, fructus, redditus et proventus beneficiorum suorum ecclesiasticorum ubicumque existentium, etiam si dignitates vel personatus existant, per quinquennium cum ea integritate percipere valeant, cotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, cum qua illos perciperent, si in ecclesiis in quibus beneficia ipsa obtinent personaliter residerent, nec ad faciendum interim in predictis ecclesiis personalem residentiam teneantur, neque ad id a quoquam valeant coartari... Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus martii, anno secundo. »

In e. m. .. archidiacono de Gandavo in ecclesia Tornacensi et .. praeposito ecclesiae Calletensis, Morinensis dioecesis, mandat quatenus praedictis clericis vel eorum procuratoribus eosdem fructus, redditus et proventus per quinquennium integre ministrari faciant.

784 Sainte-Marie-Majeure, 15 mars 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 92, f. 131 v°; Lap. du Theil, II, 51.)

Universis Christi fidelibus, per Tornacensem et Cameracensem civitates et dioceses constitutis, presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit porrigentibus manum caritatis .. praeposito et capitulo ecclesiae Beatae Mariae Brugensis, Tornacensis dioecesis, qui ipsam ecclesiam, cujus ruina imminet, de novo aedificare inceperunt.

« Quoniam ut ait... — Dat. ut supra. »

785 Sainte-Marie-Majeure, 15 mars 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 92², f. 132 r°; Lap. du Theil, II, 48.)

.. *preposito et capitulo ecclesie Beate Marie Brugensis, Tornacensis diocesis.* Indulgentiam centum dierum concedit visitantibus ecclesiam praedictam in quatuor beatae Mariae virginis festivitatibus.

« Gloriosus Deus in... — Dat. ut supra. »

786 Sainte-Marie-Majeure, 15 mars 1289.

Privilegium fratribus monasterii de Londors concessum. (Reg. 44, c. 93, f. 132 r°; Potth., 22906.)

.. *abbati et conventui monasterii de Londors, ordinis Sancti Benedicti, Sancti Andree diocesis*, indulget ut, propter frigus, in sacris sollemnitatibus pileis ordini suo congruentibus uti possint.

« Favor vestre religionis... — Dat. ut supra. »

787-788 Sainte-Marie-Majeure, 28 mars 1289.

Facultas absolvendi ab excommunicationis sententia. (Reg. 44, c. 94, f. 132 r°.)

Venerabili fratri episcopo Elnensi. « Petitio tua nobis exhibita continebat quod, cum dudum exercitus clare memorie .. regis Francie, per partes civitatis Elnensis et diocesis transitum faciens, civitatem cepisset eandem, nonnullli de partibus ipsis, propter dampna que incurrerunt in bonis propriis et personis ac parentum suorum plurium, per aliquos de ipso exercitu occisorum, nonnullos de dicto exercitu occiderunt et alios bonis suis spoliarunt, nonnulli etiam, in eorum odium, impenderunt quondam Petro, olim regi Aragonum, auxilium et favorem, propter quod excommunicationis sententiam, latam in ipsum Petrum et fautores ipsius per sedem apostolicam, incurrisse noscuntur. Quare nobis humiliter supplicasti ut, cum homines partium predictarum in ecclesie devotione persistant, ac propter guerram carissimi in Christo filii nostri .. regis Majoricarum, cui contra heredes predicti Petri favent in omnibus, prout possunt, se mortis

periculo frequenter exponunt, providere hujusmodi excommunicatis de absolutionis beneficio misericorditer curaremus. Nos itaque, de circumspectione tua plenam in Domino fidutiam obtinentes, absolvendi hac vice predictos excommunicatos ab eadem excommunicationis sententia juxta formam ecclesie, recepta prius ab eis sufficienti cautione quod predictis heredibus non favebunt, et de dampnis illatis satisfacient juxta posse, liberam tibi concedimus auctoritate presentium facultatem. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, v kalendas aprilis, anno secundo.

Sainte-Marie-Majeure, 5 avril 1289.

« In e. m. eidem episcopo usque Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis aprilis, anno secundo. »

789 Sainte-Marie-Majeure, 1er avril 1289.

Facultas conferendi praebendas. (Reg. 44, c. 95, f. 132 r°.)

Venerabili fratri Gerardo, archiepiscopo Maguntino, facultatem concedit faciendi recipi in singulis ecclesiis collegiatis civitatis et dioecesis Maguntinae unam personam in canonicum et fratrem et providendi ei de praebenda.

« Volentes tuam honorare... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, kalendis aprilis, anno secundo. »

790 Sainte-Marie-Majeure, 3 mars 1289.

Dissolutio unionis inter prioratus castri de Montiliis et Sancti Petri de Paternis olim contractae. (Reg. 44, c. 96, f. 132 v°; Lap. du Theil, II, 53.)

Dilecto filio .. preposito ecclesie Uticensis. « Significarunt nobis dilecti filii .. abbas et conventus monasterii Montismajoris, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, Arelatensis diocesis, quod, cum olim castri de Montiliis et S. Petri de Paternis prioratus, monasterio predicto immediate subjecti, Carpentoratensis diocesis, adeo a quibusdam nobilibus circumvicinis opprimerentur injuriis et persecutionibus vexarentur, quod neuter prioratuum ipsorum prior malignantium hujusmodi conatibus resistere posset, per quendam abbatem et dictum conventum prioratus ipsi, ea ratione potissima uniti fuerunt, ut eorumdem prioratuum prior, qui esset pro tempore, posset resistere conatibus malignantium eorumdem; ac postmodum venerabilis frater noster .. episcopus Carpentoratensis, loci diocesanus, capituli Carpentoratensis ad id accedente consensu, unionem hujusmodi de prioratibus ipsis factam auctoritate ordinaria confirmavit. Quare abbas et conventus prefati nobis humiliter supplicarunt ut, cum per Dei gratiam vexationum et molestationum hujusmodi causa cesset, et quilibet prioratuum eorumdem adeo noscatur in temporalibus habundare quod eorum quilibet exigit proprii prioris regimine gubernari, dissolvendi unionem predictam, dictosque prioratus ad statum in quo erant tempore hujusmodi unionis reducendi, eis licentiam concedere dignaremur. Nos itaque, de discretione tua plenam in Deo fidutiam obtinentes, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus, si est ita, et unio predicta non extiterit per sedem apostolicam confirmata, eisdem abbati et conventui postulatam licentiam auctoritate nostra concedas. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, v nonas martii, anno secundo. »

791 Sainte-Marie-Majeure, 2 mars 1289.

Licentia alienandi possessiones monasterii Montismajoris (Reg. 44, c. 97, f. 132 v°; Lap. du Theil, II, 54.)

.. *de Silvacana et .. de Sancto Eusebio monasteriorum abbatibus, Aquensis et Aptensis diocesium*, mandat quatenus inquirant de opportunitate petitionis qua .. abbas et conventus monasterii Montismajoris, Arelatensis dioecesis, licentiam poscit permutandi quasdam possessiones.

« Dilecti filii .. abbas... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, vi nonas martii, anno secundo. »

792 Sainte-Marie-Majeure, 8 mars 1289.

Facultates abbati monasterii Montismajoris concessae. (Reg. 44, c. 98, f. 132 v°; Lap. du Theil, II, 55.)

.. *abbati monasterii Montismajoris, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis Sancti Benedicti, Arelatensis diocesis.* « Mater ecclesia pia ... faciendi benedictionem super populum, cum te in tuo monasterio, ac in ecclesiis et locis tibi pleno jure subjectis, in Navitatis Domini nostri Jhesu Christi ejusque Resurrectionis, ac Inventionis Sancte Crucis, et Omnium Sanctorum festivitatibus, contigerit missarum sollempnia celebrare; necnon vestimenta sacerdotalia, ornamenta altaris et ministrorum ipsius, que cum aqua et orationibus benedici possunt, benedicendi tibi tuisque successoribus liberam concedimus auctoritate presentium facultatem... Dat.

Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, VIII idus martii, anno secundo. »

793 Sainte-Marie-Majeure, 8 mars 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 99, f. 132 v°; Lap. du Theil, II, 56.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et quadraginta dierum concedit visitantibus ecclesiam Beatae Mariae de Mari, Arelatensis dioecesis, in qua sanctarum Mariae Jacobi et Salome corpora requiescunt, in festivitatibus earumdem sanctarum.

« Loca sanctorum omnium... — Dat ut supra. »

794 Sainte-Marie-Majeure, 23 mars 1289.

De compositione inter regem et antistites Portugalliae habita. (Reg. 44, c. 100, f. 132 v°; Potth. 22912.)

Ad certitudinem presentium et memoriam futurorum. Promulgat litteras de quibus in litteris supra transcriptis fit mentio, per quas Dionysius, Portugalliae et Algarbii rex, compositionem inter episcopos sui regni et procuratores habitam notificat.

« Hec est forma... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, x kalendas aprilis, anno secundo. »

795 Sainte-Marie-Majeure, 23 mars 1289.

De eodem negotio (Reg. 44, c. 101, f. 133 v°; Potth. 22913.)

Carissimo in Christo filio Dyonisio, regi Portugalie illustri. Regem Portugalliae absolvit ab excommunicationis sententia quam, ordinationem a Gregorio papa X occasione discordiae inter antistites et regem Portugalliae existentis editam non servando, incurrit.

« Fili carissime celsitudini... — Dat. ut supra. »

796 Sainte-Marie-Majeure, 23 mars 1289.

De eodem negotio (Reg. 44, c. 102, f. 133 v°; Potth. 22914.)

Ad certitudinem presentium et memoriam futurorum. Interdicti sententias in Portugalliae et Algarbii regnum latas relaxat, et indulget personis religiosis et laicis ejusdem regni qui, contra ordinationem Gregorii papae X veniendo, excommunicationis sententiam incurrerint, ut a suis ordinariis vel eorum vicariis ab hujusmodi sententia absolvi possint; ipsisque ordinariis et vicariis eos absolvendi et dispensandi cum illis qui sic legati se divinis immiscendo irregularitatem contraxerint licentiam concedit.

« Licet malorum incentor... — Dat. ut supra. »

797 Sainte-Marie-Majeure, 1er avril 1289.

Ne in aliquo regni Scotiae loco alienigenae ad professionem et habitum regulares admitti prohibeantur. (Reg. 44, c. 103, f. 134 r°; Potth. 22925.)

Universis presentes litteras inspecturis, per regnum Scotie constitutis.

« Ad audientiam nostram... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, kalendis aprilis, anno secundo. »

798 Sainte-Marie-Majeure, 5 avril 1289.

Immunitas Clarissis concessa. (Reg. 44, c. 104, f. 134 r°.)

Universis abbatissis et conventibus monasteriorum ordinis Sancte Clare per Italiam constitutis concedit ut de fructibus, redditibus et proventibus suis decimam pro negotio regis Siciliae deputatam solvere non teneantur.

« Attendentes benignius quod... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis aprilis, anno secundo. »

799 Sainte-Marie-Majeure, 28 mars 1289.

De decimis a monasterio Sancti Bernardi, Cameracensis dioecesis, redemptis. (Reg. 44, c. 105, f. 134 r°; Lap. du Theil, II, 46.)

.. *abbati et conventui monasterii loci Sancti Bernardi, Cisterciensis ordinis, Cameracensis diocesis.* « Religionis vestre meretur... Exhibita siquidem nobis vestra petitio continebat quod vos... quasdam decimas de manibus nobilis viri Arnoldi de Lovanio et nobilis mulieris Elizabet, uxoris ejus, dominorum de Breda, Leodiensis diocesis, quas ipsi et progenitores ipsius Elizabet, domini ejusdem loci de Breda, tanquam alios suos redditus possederant ab antiquo, vobis et monasterio vestro redemptionis titulo acquisiistis, et ad id consensu bone memorie Leodiensis episcopi et rectorum de Woude, .. de Loenhout et .. S. Jacobi juxta Eberne ecclesiarum,

icte diocesis, in quarum parrochiis dicte consistunt ecime, accedente, prout in patentibus litteris inde con-ctis plenius dicitur contineri. Nos igitur, vestris sup-licationibus inclinati, quod super premissis factum est, t in alterius prejudicium non redundat, ratum et gratum abentes, illud auctoritate apostolica confirmamus etc. :a tamen quod predictis ecclesiis dictas decimas resti-uere teneamini quandocumque ab ipsarum rectoribus ierit vobis de hujusmodi redemptionis pretio plenarie atisfactum... Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majo-em, v kalendas aprilis, anno secundo. »

800-801 Sainte-Marie-Majeure, 10 avril 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 106, f. 134 v°.)

Universis Christi fidelibus presentas litteras inspecturis. ndulgentiam unius anni et quadraginta dierum con-edit omnibus vere poenitentibus et confessis qui eccle-am fratrum minorum Tiburtinam, in honorem Beatae fariae constructam, in Purificationis, Annuntiationis, ssumptionis et Nativitatis ejusdem virginis, ac beati rancisci confessoris festivitatibus, et per octo dies se-uentes, annis singulis visitaverint. Eis vero qui ad ean-em ecclesiam singulis majoris quadragesimae diebus cesserint, indulgentiam quadraginta dierum concedit. « Licet is de... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, IIII idus aprilis, anno secundo. »

Sainte-Marie-Majeure, 30 mars 1289.

In e. m. rectori ecclesiae Sancti Nicolai de Ysso Val-s Pulciferae, Januensis dioecesis. Indulgentiam unius nni et quadraginta dierum concedit eis qui praedictam cclesiam singulis annis visitaverint. Dat. Romae, apud anctam Mariam Majorem, III kalendas aprilis, anno ecundo.

802 Sainte-Marie-Majeure, 13 avril 1289.

De collatione quorumdam prioratuum monasterio Sancti ictoris Massiliensi restituenda. (Reg. 44, c. 107, f. 134 r°; ap. du Theil, II, 57.)

.. abbati et conventui monasterii Sancti Victoris Massi-ensis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, rdinis Sancti Benedicti. « Devotionis quam ad... Presen-ta siquidem nobis vestra petitio continebat quod in onnullis prioratibus seu ecclesiis, ad collationem ves-am spectantibus, solitis per monachos ejusdem monas-rii gubernari, in quorum possessione a quadraginta annis citra pacifica extitistis, per incuriam vestram instituti fuerunt clerici seculares, ex quo dicto monasterio magnum iminet detrimentum; quare nobis humiliter supplicastis ut providere vobis et eidem monasterio super hoc de oportuno provisionis remedio dignaremur. Nos itaque... quod dictos prioratus et ecclesias ad illum statum reducere in quo erant antequam in eis instituti fuissent clerici seculares, ac eos retinere, et in eis monachos vestri ordinis instituere, rectoribus eorumdem, si qui sunt, cedentibus vel decedentibus, libere valeatis... vobis auctoritate presentium indulgemus... Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus aprilis, anno secundo. »

803 Sainte-Marie-Majeure, 13 avril 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 108, f. 134 r°; Lap. du Theil, II, 58.)

Eisdem. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui ecclesiam monasterii Sancti Victoris Massiliensis, quae in honorem S. Victoris est constructa, et in qua ejusdem sancti, sanctorum Innocentium et S. Blasii reliquiae requiescunt, in singulis eorumdem sanctorum festivitatibus, visitaverint.

« Sanctorum meritis inclita... — Dat. ut supra. »

804 Sainte-Marie-Majeure, 1er avril 1289.

Immunitates decimae et procurationum monasterio Sanctae Mariae de Monte Sancto concessae. (Reg. 44, c. 109, f. 134 v°.)

Dilectis filiis collectoribus decime concesse per sedem apostolicam subsidio negotii regni Sicilie, necnon et procurationum que venerabili fratri nostro G., episcopo Sabinensi, in illis partibus ejusdem sedis legato, debentur, in Aprutio constitutis. Licet .. abbas Sanctae Mariae de Monte Sancto, ordinis S. Benedicti, et .. prior Sancti Egidii de Vibrata, per priorem soliti gubernari, ordinis S. Augustini, monasteriorum, eorumque conventus, Aesculanae dioecesis, decimam olim Terrae Sanctae subsidio deputatam collectoribus ipsius in Marchia Anconitana hactenus persolvissent, tamen collectores decimae negotio regni Siciliae concessae a personis eorumdem monasteriorum, in confinibus regni Siciliae consistentium, decimam exigebant; quare Nicolaus papa, tunc episcopus Prenestinus, et bonae memoriae Gervasius, tituli Sancti Martini presbyter cardinalis, ad hoc ab Honorio deputati, eisdem collectoribus ut praedictas personas nullate-

nus molestarent, mandaverunt. Rursus eisdem collectoribus, qui in suis vexationibus perseverarunt, mandat papa quatenus ab hujusmodi exactione tam procurationum quam decimae se desistant.

« Ex parte dilectorum... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, kalendis aprilis, anno secundo. »

805 Sainte-Marie-Majeure, 18 mars 1289.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 110, f. 135 r°.)

Venerabili fratri.. archiepiscopo Treverensi mandat quatenus cum nobili viro Hartrado, domino de Meremberch, et nobili muliere Gertrude, filia comitis de Zolmis, Treverensis dioecesis, dispenset ut in matrimonio olim ab ipsis, impedimentum esse ignorantibus, contracto, remanere valeant, non obstante quarto consanguinitatis gradu quo conjuncti sunt.

« Transmissa nobis dilecti... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, xv kalendas aprilis, anno secundo. »

806 Sainte-Marie-Majeure, 13 avril 1289.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 44, c. 111, f. 135 r°.)

Johanni de Bearnio, clerico Lascurrensis diocesis, concedit ut, non obstante defectu natalium quem patitur, e conjugato genitus et soluta, ad minores ordines promoveri, et ecclesiasticum beneficium sine cura retinere valeat.

« Etsi geniti ex ... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus aprilis, anno secundo. »

807 Sainte-Marie-Majeure, 1er avril 1289.

Garino Bruni concedit ut, non obstante quod Clemens papa eum in suum subdiaconum ordinavit, per alium episcopum ad superiores ordines promoveri valeat. (Reg. 44, c. 112, f. 135 r°.)

Magistro Garino Bruni, preposito ecclesie Vivariensis, subdiacono et capellano nostro.

« Devotionis tue precibus... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, kalendis aprilis, anno secundo. »

808 Sainte-Marie-Majeure, 17 avril 1289.

Licentia comedendi carnem Praemonstratensibus concessa. (Reg. 44, c. 112, f. 135 r°; Potth., 22940.)

.. *abbati Premonstratensi ejusque coabbatibus et conventibus universis Premonstratensis ordinis* indulget ut apud ordinis devotos cuncta sibi apposita comedere possint.

« Quanto preclara ordinis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, xv kalendas maii, anno secundo. »

809 Sainte-Marie-Majeure, 17 avril 1289.

Contra Praemonstratenses apostatas. (Reg. 44, c. 113, f. 135 v°; Potth. 22939.)

Eisdem indulget ut canonicos et conversos suos per saeculum vagantes capere carcerique mandare possint.

« Favor vestre religionis... — Dat. ut supra. »

810 Sainte-Marie-Majeure, 19 avril 1289.

Alberto, episcopo Yporiensi, datur ecclesia Sancti Laurentii extra muros Yporienses. (Reg. 44, c. 114, f. 135 v°.)

Venerabili fratri Alberto, episcopo Yporiensi, concedit ut, quoad vivet, ecclesiam Sancti Laurentii extra muros Yporienses, quae monasterio Mortariensi, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinenti, ordinis S. Augustini, Papiensis dioecesis, immediate subjacet, tenere valeat, cum omnibus bonis, juribus et pertinentiis ejus; ita tamen quod in ecclesia S. Laurentii unum vel duos canonicos praedicti monasterii aut membrorum ejusdem, suis sumptibus, continue ad divina officia celebranda retineat, dictoque monasterio censum consuetum exhibeat. Hanc ecclesiam Fredericus, Ferrariensis episcopus, Yporiensis ecclesiae tunc electus, de laicorum manibus, qui eam cum bonis ejus detinebant per violentiam occupatam, liberaverat, dirutamque quasi totaliter Yporiensis ecclesiae sumptibus refecerat.

« Exposite nobis petitionis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, xiii kalendas maii, anno secundo. »

811 Sainte-Marie-Majeure, 26 février 1289.

Lodovicus de Villariis, canonicus Lugdunensis, citatur coram sede apostolica, responsurus de violenta archidiaconatus

ıgdunensis usurpatione. (Reg. 44, c. 115, f. 135 v°; Lap. du heil, II, 59.)

Dilecto filio .. officiali Tarantasiensi. « Dilectus filius onifatius de Augusta, capellanus noster, archidiaco- ıs et canonicus Lugdunensis, nobis graviter est con- ıestus quod Lodovicus de Villariis, canonicus Lugdu- ensis, qui nondum vicesimum primum etatis sue ınum attigit, ad archidiaconatum Lugdunensem, quem ictus Bonifatius fuerat canonice assecutus et pacifice ossidebat, ambitiose aspirans, dum die quadam in ves- eris idem Bonifatius in archidiaconali loco chori eccle- e Lugdunensis, divinis officiis cum aliis canonicis et ericis insistendo, maneret, eum per nonnullos consan- ıineos, servientes, et alios fautores suos ab eodem oco, non sine injectione manuum in ipsum, Dei timore ostposito, violenta, ausu sacrilego eici procuravit, et ı eundem locum, predictis sacrilegis sibi assistentibus, intrusit, ac pro archidiacono Lugdunensi se gerens, refatum locum et quosdam fructus et proventus archi- iaconatus predicti detinet occupatos, et nichilominus xcommunicationis sententiam, quam pro hujusmodi iolenta injectione manuum, quam idem Lodovicus, t dicitur, procuravit, et quam quidem injectionem post- ıodum ratam habuit, incurisse dinoscitur, dampnabili- er vilipendens, divinis officiis temere se immiscet, in nime sue periculum... Quare idem Bonifatius nobis umiliter supplicavit ut, cum nos in causa quam idem onifatius super eodem archidiaconatu movet contra dic- ım Lodovicum, per appellationem dicti Bonifatii ad se- em apostolicam legitime devoluta, dilectum filium ma- istrum Rogerum de Salerno, capellanum nostrum, ederimus auditorem, et per ejusdem Ludovici presen- am, ex aspectu corporis, de defectu etatis et alias de ip- ıus Lodovici insufficientia facilius poterit apud eandem edem liquere, nec speretur quod de facili possit dictus Bonifatius de memorato Lodovico, qui laicali fultus (est) otentia, locum et fructus predictos sic presumptuose etinet occupatos, super injuriis hujusmodi sibi ab eo latis, absque gravi scandalo et personarum periculo, ıstitie plenitudinem obtinere, nisi dictus Lodovicus ropter hoc ad sedem apostolicam personaliter evocetur, rovidere sibi super hoc, ne jus suum occasione hujus- ıodi valeat deperire, paterna diligentia dignaremur. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta manda- ıus quatenus, si, per famam vel per indaginem non sol- empnem, de hujusmodi ejectione ac violentia tibi consti- erit, prefatum Lodovicum, per te vel per alium seu lios, ex parte nostra, peremptorie citare procures, ut infra uorum mensium spatium post citationem hujusmodi, personaliter apostolico se conspectui representet, facturus et recepturus super premissis quod ordo dictaverit rationis. Diem vero citationis et formam, et quicquid inde feceris, nobis per tuas litteras harum seriem continentes fideliter intimare procures. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, iiii kalendas martii, anno secundo. »

812 Sainte-Marie-Majeure, 17 avril 1289.

Mandat quatenus Bernardo de Laguscello praebendam suam de Rians archiepiscopus et capitulum Aquenses et Jacobus de Tarenthesio restituant vel coram sede compareant. (Reg. 44, c. 116, f. 136 r°; Lap. du Theil, II, 61.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Arelatensi et dilectis filiis .. de Auriolo et .. de Leuco prioratuum prioribus, Massiliensis et Nemausensis diocesium. « Petitio dilecti filii Bernardi de Laguscello, capellani nostri, canonici ecclesie Aquensis, nobis exhibita continebat quod nos dudum, personam suam, meritorum suorum obtentu, et contemplatione venerabilis fratris nostri B., episcopi Portuensis, cujus idem capellanus consobrinus existit, prerogativa favoris et gratie prosequentes, canonicatum et prebendam tunc in Aquensi vacantes ecclesia per obitum felicis recordationis Honorii pape quarti, predecessoris nostri, pastore vacante, debitum nature persolvit (1), cum nullus preter nos esset qui canonicatum et prebendam conferre potuisset eosdem, constitutione pie memorie Clementis pape IIII, predecessoris nostri, super canonicatibus, prebendis et beneficiis ecclesiasticis apud sedem ipsam vacantibus, per romanum dumtaxat pontificem conferendis, edita, obsistente, et a die qua fuimus ad apicem summi apostolatus assumpti nondum mensis spatium effluxisset statutum per moderationem felicis recordationis Gregorii pape X, predecessoris nostri, super hoc adhibitam in concilio Lugdunensi, cum plenitudine juris canonici et juribus et pertinentiis suis, eidem capellano apostolica auctoritate contulimus et providimus sibi de illis, eumque per nostrum investivimus anulum presentialiter de eisdem, decernentes, prout erat, irritum et inane, si secus super premissis apostolica vel alia quavis auctoritate a quoquam existeret attemptatum, vel in posterum contingeret attemptari. Voluimus quoque prefatum capellanum omnibus tunc receptis in eadem ecclesia, vel ut reciperentur instantibus, in assecutione canonicatus et prebende predictorum nichilominus anteferri, sed quoad alios canonicatus et prebendas nullum per hoc prejudi-

(1) Il y a évidemment une lacune dans l'incidente qui précède.

cium generari, dilectis filiis .. priore de Calvitione, Nemausensis diocesis, ac .. precentore ecclesie Nemausensis et magistro Raymundo de Ponte, capellano nostro, canonico Oscensi, sibi super hoc per nostras litteras executoribus deputatis; cumque idem magister Raymundus, qui solus, prout ex benificio litterarum sibi et collegis suis prefatis directarum poterat, in hujusmodi provisionis negotio procedebat, venerabili fratri nostro R., archiepiscopo, et .. preposito ac capitulo Aquensibus mandavisset, auctoritate hujusmodi litterarum, ut prefatum Bernardum, vel procuratorem suum ejus nomine, in predicta ecclesia Aquensi, in qua receptio canonicorum et collatio prebendarum ad eos communiter pertinet, in fratrem et canonicum reciperent, sibique prebendam que per mortem dicti Huberti sic vacaverat assignarent; licet archiepiscopus, prepositus et capitulum nominati ad mandatum hujusmodi dictum Bernardum in canonicum receperint, et dictam prebendam assignarint eidem, dictusque prepositus, juxta morem in eadem ecclesia observatum, procuratorem dicti Bernardi pro eo in possessionem ipsius prebende induxerit seu induci fecerit corporalem, et tam idem prepositus quam nonnulli canonici Aquenses totum jus quod dictus Hubertus habuerat in prebenda sua ipsius ecclesie de Rians, dum adhuc viveret, assignarint, tamen Jacobus de Tarenthesio (1), qui pro canonico ecclesie Aquensis predicte se gerit, falso pretendens se jus in prebenda hujusmodi habuisse antequam Huberto assignaretur eidem, non absque conniventia et favore archiepiscopi et capituli predictorum, prebendam ipsam tali pretextu temere occupavit et detinet occupatam, in nostrum et apostolice sedis contemptum et ipsius Bernardi capellani prejudicium non modicum et gravamen. Quare prefatus B., capellanus, nobis humiliter supplicavit ut providere sibi super hoc de beniguitate sedis apostolice dignaremur. Nolentes igitur tante presumptionis excessum archiepiscopi et capituli et Jacobi predictorum equanimiter sustinere, ac intendentes omnino ut idem B. capellanus, quem, suis exigentibus meritis, et etiam consideratione ipsius episcopi, affectu prosequimur speciali, hujusmodi circa eum per nos inchoate gratie optatum consequatur effectum, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus vos, vel duo aut unus vestrum, per vos vel per alium seu alios, archiepiscopum, capitulum et Jacobum nominatos ex parte nostra monere ac efficaciter inducere procuretis, ut infra quindecim dies post monitionem vestram, iidem archiepiscopus et capitulum procurent et faciant cum effectu quod idem Bernardus dictam prebendam de Rians, quam idem Hubertus tenuisse ac possedisse dicitur tempore mortis sue, et ejus possessionem habeat et resumat, dictusque Jacobus predicte prebende possessionem liberam ac totaliter expeditam sibi, vel procuratori suo ejus nomine, omnino dimittat, nullamque sibi de cetero super eadem prebenda de Rians et ejus pertinentiis, per se vel per alium seu alios, molestiam inferat vel gravamen. Ita quod eam idem B., capellanus, vel dictus procurator pro ipso, pacifice possidere valeat et quiete, quodque infra eosdem quindecim dies de fructibus medio tempore perceptis ex ea et qui percipi potuerunt, necnon et de dampnis propter hoc eidem Bernardo illatis, et expensis etiam hujusmodi occasione factis ab ipso, satisfactionem plenariam studeat exhibere. Quod si forte archiepiscopus, capitulum et Jacobus nominati infra terminum ipsum vestris, immo potius apostolicis monitis non curaverint humiliter et efficaciter obedire, vos ex tunc archiepiscopum, capitulum et Jacobum predictos peremptorie citare curetis, ut infra duorum mensium spatium post citationem vestram iidem archiepiscopus et Jacobus personaliter, dictum vero capitulum per procuratorem ydoneum, cum omnibus actis, juribus et munimentis suis hujusmodi negotium contingentibus, apostolico se conspectui representent, facturi et recepturi super hoc quod justitia suadebit. Non obstante constitutione de duabus dietis edita in concilio generali. Diem vero citationis et formam, et quicquid super hoc feceritis, nobis per vestras litteras harum seriem continentes studeatis fideliter intimare. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, xv kalendas maii, anno secundo. »

(1) *Ms.* Carenthesio.

813 Sainte-Marie-Majeure, 1er avril 1289.

Confirmatio litterarum quibus Gregorius nonus Cisterciensibus concessit ne ultra duas dictas a monasteriis propriis per apostolicas litteras in causam trahi possint. (Reg. 44, c. 117, f. 136 vo; Lap. du Theil, II, 65.)

.. *abbati et conventui monasterii loci Sancti Bernardi, Cisterciensis ordinis, Cameracensis diocesis.* « Tenorem quarumdam litterarum felicis recordationis Gregorii pape noni, predecessoris nostri, in ejus regestro repertum, de verbo ad verbum presentibus fecimus annotari, qui talis est :

« Gregorius episcopus servus servorum Dei. Dilectis » filiis .. abbati Cisterciensi et universis coabbatibus ejus, » et fratribus sub eodem ordine Deo servientibus, salu- » tem et apostolicam benedictionem. Si adhuc Ama-

» lech... — Dat Laterani, IIII idus januarii, pontificatus » nostri anno primo. » (POTTH. 8099).

« Nos igitur ... Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, kalendis aprilis, anno secundo. »

814 Sainte-Marie-Majeure, 22 avril 1289.

Confirmatur Robertus Paphensis episcopus. (REG. 44, c. 118, f. 136 v°.)

Venerabili fratri Roberto, episcopo Paphensi. Quum Robertus, ordinem fratrum minorum professus, Paphensis episcopus electus fuisset, et provincia fratrum de qua erat tunc temporis priorem non haberet, qui ei consentiendi huic electioni licentiam concessisset, hanc licentiam petivit et obtinuit ab eo qui vices gerebat provincialis prioris, electionemque suam a .. vicario Henrici, archidiaconi Nicosiensis, tunc Nicosiensis electi, confirmari curavit. Nunc papa ejus administrationem tanquam episcopi Paphensis ratificat, et electionem confirmat.

« Benigno tibi sunt... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, X kalendas maii, anno secundo. »

815 Sainte-Marie-Majeure, 9 mars 1289.

Dispensatio super aetatis et ordinum defectu. (REG. 44, c. 119, f. 137 r°.)

Petro Angeli de Sancto Alberto, archipresbytero ecclesie Sancti Agapiti de Castro Nerule, Sabinensis diocesis, indulget ut, defectu aetatis quem patitur, e conjugato genitus et soluta, non obstante, archipresbyteratum ecclesiae Sancti Agapiti de Castro Nerulae, per archipresbyterum gubernari solitae, cui, annos undeviginti natus, a patre suo, nobili viro Angelo de Sancto Alberto, cive Romano, patrono ejusdem ecclesiae, praesentatus, a magistro Alberto de Parma, canonico basilicae principis Apostolorum de Urbe, vicario G., Sabinensis episcopi, archipresbyter praefectus est, retinere valeat, dummodo statutis temporibus in subdiaconum promoveri se faciat; superiores vero ordines suscipere per triennium non teneatur.

« Meruit tua et... — Dat Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, VII idus martii, anno secundo. »

816 Sainte-Marie-Majeure, 13 avril 1289.

Dispensatio matrimonii. (REG. 44, c. 120, f. 137 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Augustensi mandat quatenus cum nobili viro Hartimanno, comite de Brandemberch, et nobili muliere Lugarde, nata .. marchionis de Burgowe, Constantiensis et Augustensis dioecesium, dispenset ut, non obstante quarto consanguinitatis gradu quo conjuncti sunt, in matrimonio quod olim, impedimentum esse ignorantes, ad sedandas inimicitias inter consanguineos exortas, contraxerunt, remanere valeant.

« Petitio dilecti filii... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus aprilis, anno secundo. »

817-818 Sainte-Marie-Majeure, 13 avril 1289.

Dispensatio residentiae (REG. 44, c. 121, f. 137 r°.)

Hermanno, subdiacono, nato quondam Henrici, comitis de Glichen, preposito ecclesie Sancti Petri Maguntine, indulget ut apud sedem apostolicam commorando, vel insistendo scolasticis disciplinis, ubi studium vigeat generale, aut residendo in aliqua ecclesiarum in quibus dignitates vel personatus detinet, fructus, proventus et redditus quos in praedictis ecclesiis obtinet integre percipere valeat.

« Merita tue probitatis... — Dat. ut supra. »

In e. m. .. archiepiscopo Treverensi, .. Hildesemensi et .. Mersburgensi episcopis, ut praedictos redditus et proventus eidem Hermanno integre ministrari faciant.

819 Sainte-Marie-Majeure, 4 avril 1289.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum ecclesiasticorum (REG. 44, c. 122, f. 137 r°.)

Eidem Hermanno. Cum eo dispensat ut cantoria et ecclesia de Riphenheim, archidiaconatibus de Parcheim in Zwerinensi, et Balsamiae in Halberstadensi ecclesiis, praepositura de Demyn, et parrochiali ecclesia de Parcheim dimissis, archidiaconatum de Vuddingen in Magdeburgensi ecclesia, canonicatus et praebendas Demyn, Magdeburgensis, Halberstadensis, Zwerinensis, Maguntinae, Herbipolensis, Sanctae Mariae Erfordensis, ac Goslariensis ecclesiarum, in Magdeburgensi ecclesia quoddam simplex beneficium, capellam Sancti Jacobi in Tunna, Zwerinensis, Kaminensis, Hildesemensis et Maguntinae dioecesium, cantoriam ecclesiae Zwerinensis et parrochialem ecclesiam in Riphenheim, Maguntinae dioecesis, quos possidet, una cum praepositura ecclesiae Sancti Petri Maguntinae, quam, apud sedem apostolicam per promotionem Gerardi ad archiepiscopatum

Maguntinum vacantem, ei confert papa, possidere possit.

« Credite nobis dispensationis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, II nonas aprilis, anno secundo. »

820 Sainte-Marie-Majeure, 13 avril 1289.

De procurationibus nuntiis praestandis (Reg. 44, c. 123, f. 137 v°.)

Venerabili fratri episcopo et dilecto filio clero civitatis et diocesis Sutrine concedit ut eis, ad procurationes nuntiis apostolicae sedis per Sutrinam civitatem transeuntibus praestandas, praelati et clerici Civitatis Castellanae, Ortanae et Nepesinae civitatum et dioecesium adjungantur.

« Desideriis vestris rationi... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus aprilis, anno secundo. »

821 Sainte-Marie-Majeure, 13 avril 1289.

Privilegium Johannae de Brena concessum (Reg. 44, c. 124, f. 137 v°.)

Nobili mulieri Johanne de Brena, domine de Virsione (1), indulget ut nullus delegatus vel subdelegatus ab eo, executor seu etiam conservator, possit in eam excommunicationis vel interdicti sententiam promulgare.

« Apostolice sedis benignitas... — Dat. ut supra. »

822 Sainte-Marie-Majeure, 13 avril 1289.

Licentia visitandi monasteria (Reg. 44, c. 125, f. 137 v°; Potth., 22936.)

Eidem concedit ut de Baugezoes, de Lorres, de Laudes, de Oliveto, Cisterciensis, de Custodia Beatae Mariae juxta Blesis, de Humilitate Sanctae Mariae et Sanctae Clarae ordinum monasteria, Bituricensis, Carnotensis et Parisiensis dioecesium, et eorum claustra, cum quinque honestis mulieribus, quater in anno, libere intrare possit, dummodo in eis nec pernoctent nec comedant.

« Pium arbitramur et... — Dat ut supra. ».

(1) *Ms.* : Ursione.

823-824 Sainte-Marie-Majeure, 17 avril 1289.

Absolutio voti crucis sumendae (Reg. 44, c. 126, f. 138 r°; Lap. du Theil, II, 67.)

.. *abbati monasterii Beate Marie Dolensis, Bituricensis diocesis.* « Cum dilectus filius nobilis vir Reclahem de Cavelliaco, Bituricensis diocesis, familiaris nobilis mulieris Johanne de Brena, domine de Virsione, Bituricensis diocesis, sicut ex parte ipsius fuit propositum coram nobis, vivifice crucis assumpto signaculo, proponeret in Terre Sancte subsidium proficisci, et propter debilitatem proprii corporis ad quam jam noscitur devenisse, ad exequendum votum hujusmodi, sicut asserit, impotens sit effectus, sitque paratus illuc in expensis suis mittere ydoneum bellatorem, nobis humiliter supplicavit ut eum absolvi a voto hujusmodi mandaremus. Nos itaque... discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus, si est ita, recepta prius ab eodem nobili ydonea cautione quod ipse pecuniam, quam pro expensis suis idem expensurus esset eundo personaliter propter hoc ad terram ipsam, ibi morando, et exinde redeundo, juxta tue discretionis arbitrium extimandis fideliter et taxandis, apud aliquam edem sacram et in tuto loco et deinde inibi pecuniam ipsam deponet, quodque cum predictis expensis in generali passagio a sede apostolica statuendo illuc mittet ydoneum bellatorem, ipsum auctoritate nostra ab hujusmodi voto absolvas et relaxes, excommunicationis sententiam, si quam in tales cujuscumque auctoritate latam medio tempore signum hujusmodi non ferendo noscitur incurrisse. Volumus tamen quod super hoc fieri facias duo similia publica instrumenta, quorum unum penes te retinendo, aliud camere nostre mittere, necnon quid et quantum deponi contigerit, et locum ubi dicta pecunia deponetur, et quicquid super hoc duxeris faciendum, nobis per tuas litteras harum seriem continentes studeas fideliter intimare. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XV kalendas maii, anno secundo.

In e. m. scribitur eidem abbati pro nobili viro Iterio, domino de Manhac, consanguineo nobilis mulieris Johanne de Brena, etc. usque in fine. »

825 Sainte-Marie-Majeure, 13 avril 1289.

Regem Franciae rogat ut revocet vel temperet statutum regiae curiae quo inhibetur ne praelati regni per procuratorem agere vel actionem intentare possint. (Reg. 44, c. 127, f. 138 r°; Lap. du Theil, II, 69.)

Carissimo in Christo filio Phylippo, regi Francorum

illustri. « Inter cetera sollicitudinum studia que humeris regie circumspectionis incumbunt, illud convenit esse precipuum ut prelatos et ecclesias regni tui, ac bona et jura ipsorum, laudabilibus progenitorum tuorum inherendo vestigiis, favoris regii ope confoveas et sedule protectionis auxilio prosequaris, a gravaminibus, injuriis et jacturis eorum sollicite abstinendo, ut et prelati, talibus fulti presidiis, utilius et liberius pastoralis officii partes exerceant, et ecclesie hujusmodi suffragiis communiter spiritualibus et temporalibus, Domino favente, proficiant incrementis. Circa id quoque regalis sublimitas se debet exhibere sollicitam et per effectum operis studiosam, ut in ejus curia, que innumera suscipit decidenda negotia causasque multiplices terminandas, justitie plenitudo resplendeat, observantia vigeat equitatis. Hec sunt enim que personarum sublimium gesta clarificant, que stabiliunt regna principibus et, preter humane laudis aucta preconia, celestis munera gratie promerentur. Sane, fili carissime, nuper ad nostrum pervenit auditum quod in curia ipsa, quamvis, ut dicitur, viris decorata prudentibus, non absque juris injuria, statutum seu consuetum, ut patrie verbis utamur, fore dinoscitur quod in ea nulli prelatorum regni predicti per procuratorem quantumlibet legitime constitutum agere liceat, vel actionem etiam modicam quomodolibet intemptare, quamobrem iidem prelati, prout fidedignis aperitur affatibus, et attenta facti consideratio suggerit, multipliciter pregravantur eo quod, pro causis ecclesiarum suarum et suis in curia pro tempore motis eadem, necessario compelluntur anno quolibet, causis ipsis durantibus per longi temporis spatium, moram in illa contrahere personalem, et ab ecclesiis abesse per consequens memoratis, non absque illarum detrimento permaximo et gravi etiam periculo animarum, quarum est eis cura et sollicitudo commissa, ut labores plurimos, tedia grandia et expensas innumeras, que occasione hujusmodi subire coguntur, sera silentii concludamus. Cum itaque statutum seu consuetum hujusmodi, utpote juri contrarium, dissonum equitati, et, ut dicitur, ab observantiis et consuetudinibus subditorum tuorum jurisdictionem exercentium alienum, a te non debeat aliquatenus tolerari, presertim cum Deo displiceat et claris titulis deroget regie dignitatis, excellentiam tuam rogamus et hortamur attente, ac pro tui honoris augmento requirimus ex affectu quatenus, ob divinam et apostolice sedis reverentiam, prelatis, ecclesiis et animabus eisdem regia pietate compatiens, statutum seu consuetum ipsum, cum ex eo, prout asseritur, profectibus regiis nil accrescat, et prelatis ecclesiisque predictis multipliciter sit dampnosum, sublato difficultatis obstaculo, revocare vel saltem temperare procures, ulterius minime resumendum, de benignitate regia permittendo ut iidem prelati, quos una cum ipsorum ecclesiis tibi propensius commendamus, per eorum procuratores ydoneos in suis et ecclesiarum suarum causis seu litibus, prout de jure fuerit, admittantur. Sic efficaciter in hujusmodi negotio processurus, sic devote apostolicis obtemperaturus precibus in hac parte, ut, pretactis dispendiis per tue benignitatis clementiam fine dato, apud illum per quem regalibus titulis decoratus agnosceris crescas cumulo meritorum; nosque regie devotionis promptitudinem, quam in hoc invenire cupimus efficacem, dignis in Domino laudibus attollamus. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus aprilis, anno secundo. »

826 Sainte-Marie-Majeure, 13 mars 1289.

Fredericus ecclesiae Ferrariensi episcopus praeficitur (Reg. 44, c. 128, f. 138 r°.)

Venerabili fratri Frederico, episcopo Ferrariensi. Eum, tunc Yporiensem electum, Ferrariensi ecclesiae, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinenti, per obitum G. vacanti, episcopum praeficit.

« Inter sollicitudines ceteras... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, III idus martii, anno secundo. »

827 Sainte-Marie-Majeure, 2 avril 1289.

Facultas dispensandi cum monachis super regulae observatione (Reg. 44, c. 129, f.138 v°; Lap. du Theil, II, 71.)

.. *priori monasterii Beate Marie de Balneolis, per priorem soliti gubernari, ordinis S. Benedicti, Autisiodorensis diocesis.* « Ex parte tua fuit propositum coram nobis quod, licet observantia tui ordinis, ab ipsa sui institutione, multum sit rigida et difficilis ad ferendum, ita quod vix invenitur qui eam valeat, nisi assuescat ab annis teneris, tolerare, postmodum tamen, per priores tam monasterii tui quam prioratuum eidem monasterio subjectorum, qui fuerunt pro tempore, in diversis eorum capituli generalibus hactenus celebratis, superaddita fuerunt quedam statuta inferius annotata, videlicet quod monachi monasteriorum et prioratuum predictorum carnibus vel sagimine non utantur, super culcitras nunquam quiescant, qualibet sexta feria in pane et aqua jejunent, nisi fuerit festum in quo legantur duodecim lectiones. Cum igitur statuta hujusmodi sint per sedem apostolicam confirmata, nobis humiliter supplicasti, ne sub tantis oneribus contingat deficere oneratos, provi-

dere super hoc paterna sollicitudine curaremus. Attendentes itaque quod expedit calamum cassatum non conteri, et in erasione eruginis vas non frangi, devotionis tue precibus inclinati, presentium tibi auctoritate concedimus ut tu ac successores tui, ejusdem monasterii priores, qui erunt pro tempore, super predictis statutis, cum monachos monasterii ac priores et monachos prioratuum predictorum committere contigerit in eadem, et tam cum illis qui ex transgressione hujusmodi statutorum aliquam irregularitatem incurrunt vel incurrent, quam etiam super observatione statutorum ipsorum que de substantia regule ejusdem ordinis S. Benedicti non existunt, nisi in eadem regula hujusmodi dispensatio sit prohibita, dispensare possitis, quotiens propter ipsorum monachorum infirmitatem vel debilitatem aut monasterii ac prioratuum predictorum utilitatem videritis expedire, suppriori vero predicti monasterii et successoribus ejus, qui fuerint pro tempore, dispensandi tecum ac cum successoribus tuis super premissis auctoritate apostolica, si necesse fuerit, libera sit etiam presentium auctoritate facultas. Nulli ergo etc. nostre concessionis, etc. — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, III nonas aprilis, anno secundo. »

828 Sainte-Marie-Majeure, 13 avril 1289.

Consecratio Egeae, Visensis episcopi (Reg. 44, c. 130, f. 138 v°.)

Venerabilibus fratribus .. Portugalensi, .. Zamorrensi, .. Auriensi, .. Tudensi, .. Egitaniensi et.. Placentino episcopis, mandat quatenus Egeam Egeae, dudum canonicum, nunc Visensis ecclesiae electum, consecrare studeant.

« Cum de dilecto... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus aprilis, anno secundo. »

829 Sainte-Marie-Majeure, 22 avril 1289.

Dispensatio matrimonii (Reg. 44, c. 131, f. 138 v°.)

Venerabilibus fratribus .. Antheradensi, .. Bibliensi .. et Sydoniensi episcopis mandat quatenus nobiles viros Petrum et Silvestrum, et Catherinam et Mariam, eorum sorores, filios quondam Guidonis de Ybelino, domini Gibeleti, et quondam Margaretae, uxoris ejus, legitimos esse denuntient. Iidem Guido et Margareta petierant a Martino papa ut validaretur matrimonium quod, ignorantes se quarta linea consanguinitatis conjunctos esse, contraxerunt, sed pendente hoc negotio, iidem Guido et Margareta mortui sunt.

« Petitio dilectorum filiorum... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, X kalendas maii, anno secundo. »

830 Sainte-Marie-Majeure, 29 avril 1289.

Condemnationes ab Aesculanis camerae apostolicae solvendas usque ad summam DCCC librarum Ravennatum diminuit. (Reg. 44, c. 132, f. 139 r°; Potth. 22954.)

Dilectis filiis .. potestati, consilio et communi Esculanis.

« Pridem ex parte... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, III kalendas maii, anno secundo. »

831-833 Sainte-Marie-Majeure, 13 avril 1289.

Indulgentiae (Reg. 44, c. 133, f. 139 v°; Potth. 22937.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui ecclesiam fratrum minorum Bituricensem, in honorem Sanctorum Andreae et Johannis Evangelistae constructam, in singulis eorumdem sanctorum, S. Francisci, S. Antonii et sanctae Clarae festivitatibus, et per octo dies sequentes, visitaverint.

« Vite perempnis gloria... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus aprilis, anno secundo. »

Sainte-Marie-Majeure, 27 avril 1289.

In e. m. eisdem. Indulgentiam centum dierum concedit eis qui ecclesiam fratrum minorum in Stocholm, Upsalensis dioecesis, in honorem Beatae Mariae constructam, in beatae Mariae, sanctorum Francisci et Antonii et sanctae Clarae festivitatibus, et per octo dies sequentes, visitaverint. Dat Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, V kalendas maii, anno secundo.

Sainte-Marie-Majeure, 29 avril 1289.

In e. m. eisdem. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui ecclesiam fratrum minorum Lausanensem, etc. ut supra, usque Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, III kalendas maii, anno secundo. (En marge.)

834 Sainte-Marie-Majeure, 17 avril 1289.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum (Reg. 44, c. 134, f. 139 v°.)

Magistro Henrico de Clingemberch, preposito ecclesie Xanctensis, Coloniensis diocesis, capellano nostro. Cum eo,

ui ecclesias de Riegel, de Homberch, de Stophon et de erge, et Sancti Bartholomaei Leodiensis, Xanctensis et mbriacensis ecclesiarum praepositurâs, Constantiensis t Coloniensis dioecesium, diversis recepit temporibus t aliquandiu tenuit, fructus redditus et proventus peripiens ex eisdem, dispensatione apostolica non obtenta, ispensat ut, praedictis ecclesiis et Sancti Bartholomaei raepositura resignatis, Xanctensem et Ymbriacensem raepositurâs licite retinere, et praeter eas ecclesiam ancti Stephani in Wiena, curam animarum habentem, ataviensis dioecesis, obtinere possit, dummodo se in ubdiaconatum promoveri faciat.

« Exposita nobis tua... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, xv kalendas maii, anno secundo. »

835 Sainte-Marie-Majeure, 4 avril 1289.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum (Reg. 44, c. 135, . 139 v°; Potth. 22928.)

Magistro Petro dicto de Aspelt, preposito ecclesie Treveensis, phisico et familiari carissimi in Christo filii nostri l., regis Romanorum. Ei indulget ut Treverensem praeposituram una cum Pinguensi praepositura, Maguntinae lioecesis, et canonicatibus et praebendis Treverensis, Maguntinae et Spirensis ecclesiarum, et fructibus indepite perceptis ex scolastria ecclesiae Sancti Symeonis, t ecclesiis de Birthingen et de Riole, Treverensis dioesis, retinere valeat.

« Apostolice sedis benignitas... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, II nonas aprilis, anno ecundo. »

836 Sainte-Marie-Majeure, 13 avril 1289.

Confirmatio compositionis inter archiepiscopum Aquense et nonasterium Sancti Victoris Massiliense (Reg. 44, c. 136, . 140 r°.)

.. abbati et conventui monasterii Sancti Victoris Massiliensis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis Sancti Benedicti. « Justa vestra desideria... Exhibita siquidem nobis vestra petitio continebat quod dudum inter vos, ex parte una, et bone memorie Vicedominum, Penestrinum episcopum, tunc archiepiscopum, et capitulum Aquenses, super eo quod idem archiepiscopus in Vallis de Tritis, ad monasterium vestrum pleno jure spectantibus, et nonnullis aliis ecclesiis in diocesi Aquensi consistentibus, quarum collatio ad vos pertinet, jura episcopalia, et etiam in earum aliquibus quartam decimarum et canonicam portionem mortuariorum contra justitiam exigebat, orta, ex altera, materia questionis, tandem hujusmodi questio ad sedem apostolicam legitime devoluta, coram felicis recordationis Nicolao papa III, predecessore nostro, tunc S. Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, in eadem ab ipsa sede auditore concesso, aliquandiu extitit ventilata. Verum denique, mediante quondam fratre Petro, priore ordinis predicatorum Massiliensi, inter partes amicabilis compositio intervenit. Nos itaque, vestris precibus inclinati, compositionem hujusmodi, sicut rite, sine pravitate, provide facta est, et ab utraque parte sponte recepta et hactenus pacifice observata, ac in alterius prejudicium non redundat, auctoritate apostolica confirmamus etc., usque communimus. Nulli ergo etc. nostre confirmationis etc. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus aprilis, anno secundo. »

837 Sainte-Marie-Majeure, 13 avril 1289

Indulgentiae (Reg. 44, c. 137, f. 140 r°.)

.. priori et capitulo ecclesie Sanctorum Gemini et Mathei de Sunza Viterbiensis. Indulgentiam centum dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui hanc ecclesiam, in S. Gemini confessoris et S. Matthaei apostoli festivitatibus, in anniversario die consecrationis ejusdem ecclesiae, et per octo dies immediate sequentes, visitaverint.

« Sanctorum meritis inclita... — Dat. ut supra. »

838 Sainte-Marie-Majeure, 27 avril 1289.

Dispensatio super defectu natalium (Reg. 44, c. 138, f. 140 r°.)

Monaldo, presbytero, canonico secularis ecclesie Sancti Angeli de Spata Viterbiensis, dispensationem, jam a Clemente obtentam, renovat super defectu natalium quem patitur, ex soluto natus et soluta, ut ad ordines promoveri et beneficia ecclesiastica recipere, episcopali dignitate excepta, possit.

« Illegitime natos quos... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, v kalendas maii, anno secundo. »

839-841 Sainte-Marie-Majeure, 22 avril 1289.

Sinibaldus monasterio Sancti Petri de Ferentillo abbas praeficitur (Reg. 44, c. 139, f. 140 r°.)

Sinibaldo, abbati monasterii Sancti Petri de Ferentillo,

ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, Spoletane diocesis. Rejecta postulatione quorumdam monachorum monasterii Sancti Petri de Ferentillo, per mortem R. vacantis, qui Capum, monachum monasterii Sancti Juliani de Monte supra Spoletum, praedicti ordinis, abbatem postularant, papa Sinibaldum, tunc decanum et monachum monasterii S. Pauli de Urbe, ejusdem ordinis, monasterio S. Petri abbatem praeficit.

« Cum intente considerationis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, x kalendas maii, anno secundo. »

In e. m. conventui monasterii Sancti Petri de Ferentillo mandat quatenus eidem abbati debitam obedientiam praebeat.

In e. m. universis vassallis ejusdem monasterii.

842 Sainte-Marie-Majeure, 27 avril 1289.

Privilegia fratribus hospitalis Sancti Antonii Viennensis concessa (Reg. 44, c. 140, f. 140 r°.)

Venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis, ac dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis et aliis ecclesiarum prelatis, ad quos littere iste pervenerint. « Cum dilectis filiis fratribus hospitalis Sancti Antonii, Viennensis diocesis, fuerit primo a felicis recordationis Innocentio et Alexandro, et postmodum, ad instar ipsorum, a Clemente, romanis pontificibus, predecessoribus nostris, indultum ut semel in anno recipiantur in ecclesiis ad elemosinas colligendas, quidam vestrum, avaritie ardore succensi, confratrias suas confratriis illorum eadem die in ipsorum adventu proponunt, et sic fratres ipsi confusi aut nichil inde aut modicum consequuntur. Quia igitur hoc indecens est, et in contemptum Dei et ecclesie romane redundat, nos, predecessorum ipsorum vestigiis inherentes, universitati vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus quatenus, cum fratres ipsi ad loca vestra pro elemosinis accesserint colligendis, benigne recipientes eosdem et honeste tractantes, ipsos in ecclesiis vestris ammonere populum et elemosinas libere querere permittatis; confratrias vestras, quas facere potestis cotidie, ipsorum confratriis, que semel in anno fiunt, nullatenus proponentes, ne occasione illarum elemosine pauperum Christi depereant, et impediantur opera pietatis. Sane quoniam, ob reverentiam ipsius venerabilis hospitalis, idem Alexander, predecessor noster, dicitur statuisse ut nemo excommunicet fratres ipsos vel ipsorum oratoria interdicat, sine mandato sedis apostolice spetiali, presentium vobis auctoritate precipimus ut ipsos excommunicare, aut eorum ecclesias interdicere nullatenus presumatis. De parrochianis autem vestris, qui domos eorum invadunt per violentiam vel infringunt, aut indebitis molestiis opprimunt fratres ipsos, et tam deposita quam res diripiunt eorumdem, cum exinde querimoniam deposuerint coram vobis, tam districtam eis justitiam faciatis, et ita jura eorum defendere aut manutenere curetis, quod ipsi ad nos pro defectu justitie sepe recurrere non cogantur, sed nos sollicitudinem et obedientiam vestram debeamus merito commendare, vosque beneficiorum que in sancta illa domo fiunt participes existatis. Preterea liberas et absolutas personas que se domui eorum in sanitate vel infirmitate reddiderint libere et sine molestia recipi permittatis ab eis, nec ipsos super hoc temptetis aliquatenus impedire. Illud autem non mediocriter movet nos, nec modicum ecclesie derogat honestati, quod quidam vestrum, contra institutionem sanctorum patrum in Turonensi concilio editam, fratrum ipsorum corpora, cum decedunt, nolunt sine pretio sepelire. Unde, quia tam prava exactio et iniqua non est aliquatenus toleranda, in obedientie vobis virtute precipimus ut nullo modo a fratribus ipsis vel aliis pro sepultura quicquam exigere vel accipere, nisi quod decedentium spontanea liberalitas, vel parentum seu aliorum fidelium pura devotio vobis contulerit, attemptetis, sed absque ullo pretio sepeliatis corpora mortuorum, et si quis hoc ulterius attemptaverit, taliter animadvertatis in eum, quod amplius similia non presumat. Ad hoc presentium vobis auctoritate precipimus ne ab eis, contra tenorem privilegiorum sedis apostolice, de nutrimentis animalium suorum, sive de ipsis animalibus, decimas exigere presumatis. Cum autem oratoria vel cimiteria, secundum quod dictus Johannes, predecessor noster, et nos eis indulximus, duxerint construenda, vos, fratres archiepiscopi et episcopi, eis pro se ac familia sua tantum oratoria dedicare ac cimiteria benedicere procuretis, ne aliquis vestrum, contra concessionem nostram, id impedire audeat aliquatenus vel turbare. De cetero quoque fratres hospitalis Sancti Antonii in vestris episcopatibus constitutos, qui suum habitum deponentes, per illecebras seculi et vitiorum arrupta vagantur, et illos etiam qui prioribus suis contumaces et rebelles existunt, et balivas detinent contra voluntatem eorum, moneatis instanter et pro vestro officio debito compellatis ut, habitum depositum resumentes, in obedientia prelatorum suorum devote ac humiliter perseverent, et balivas sive alia officia nullo modo per violentiam detinere presumant. Quicumque autem mandatorum nostrorum extiterint contemptores, excommunicationis eos sententia percellatis, quam faciatis usque ad

tisfactionem condignam inviolabiliter observari. Prerea quicumque de facultatibus suis sibi a Deo collatis ngrue fratribus subvenerint memoratis, et in tam sancm fraternitatem statuerint se collegas, eisque beneficia ersolverint annuatim, dummodo de peccatis suis vere ntriti fuerint et confessi, eis, de beatorum Petri et auli apostolorum auctoritate contisi, septimam partem juncte penitentie relaxamus. Apostolica quoque auctotate, ob reverentiam ipsius venerabilis hospitalis, staimus ut hiis qui eorum fraternitatem assumpserint, si rsitan ecclesie ad quas pertinent a divinis fuerint offiis interdicte, ipsosque mori contigerit, nisi excommuicati, aut nominatim interdicti fuerint, aut etiam publice surarii, vel alias eis a jure sepultura ecclesiastica fuerit nterdicta, eadem sepultura, tamen pretermissa in hoc llempnitate solita, non negetur. Volumus autem ut liceat s confratres suos quos ecclesiarum prelati apud ecclelas suas malitiose non permiserint sepeliri, nisi excommunicati vel nominatim fuerint interdicti, aut etiam pulice usurarii, tumulandos deferre ad ecclesias hospitalis usdem, et oblationes tam pro eis quam pro aliis qui in orum cimiteriis requiescunt exhibitas sine alieni juris rejudicio retinere. Hoc etiam addito ut receptores fraernitatis ejusdem, seu etiam collectarum, salvo jure dominorum suorum, sub beati Petri et nostra protectione onsistant. Adicimus insuper ut, si qui eorumdem fratrum ui ad easdem fraternitates missi fuerint vel collectas, in uamlibet civitatem, castellum vel vicum advenerint, si orte locus ipse a divinis fuerit officiis interdictus, in orum jocundo adventu semel aperiantur ecclesie annuam, et excommunicatis aut nominatim interdictis exlusis, divina ibi officia celebrentur. Salva in omnibus apradictis declaratione concilii generalis. Ad majorem uoque vestre mercedis cumulum nichilominus vobis nandando precipimus quatenus hanc nostram constitionem per parrochias vestras nuntiari propriis litteris iciatis. Mandamus etiam ut, si qui de clericis ecclesiaum vestrarum prefatis fratribus, cum licentia prelati t capituli sui, sponte et gratis, per annum vel biennium ecreverint deservire, nequaquam impediantur, et inteim sua beneficia non amittant. Dat. Rome, apud Sancam Mariam Majorem, v kalendas maii, anno secundo. »

843 Sainte-Marie-Majeure, 27 avril 1289.

Nuntiat praedicta privilegia fratribus hospitalis Sancti Anonii concessa (Reg. 44, c. 141, f. 141 r°.)

Universis Christi fidelibus ad quos littere iste pervenerint.
« Si juxta sententiam... — Dat. ut supra. »

844 Sainte-Marie-Majeure, 27 avril 1287.

De eodem negotio (Reg. 44, c. 142, f. 141 v°.)

Venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis, ac dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, prepositis, archipresbyteris et aliis ecclesiarum prelatis, ad quos littere iste pervenerint, mandat quatenus presbyteris sibi subjectis injungant ut fratres hospitalis Sancti Antonii, in ecclesiis suis, ad quaerendas pauperum elemosinas, juxta apostolicae sedis indultum, accipiant, et provideant, quando parrochiani praefatis fratribus quicquam in testamento reliquerint, ut hi legatum sine contradictione percipere possint.

« Querelam gravem recepimus... — Dat. ut supra. »

845 Sainte-Marie-Majeure, 27 avril 1289.

De eodem negotio. (Reg. 44, c. 143, f. 141 v°.)

Venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis, et dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, archipresbyteris et aliis ecclesiarum prelatis, ad quos littere iste pervenerint. Eos, ad instar Innocentii, Urbani, Alexandri et Clementis paparum, hortatur ut nuntios fratrum hospitalis Sancti Antonii, ad eos pro elemosynis colligendis accedentes, benigne tractent, et ad dandas eis elemosynas parrochianos suos exhortentur.

« Preces que continent... — Dat. ut supra. »

846 Sainte-Marie-Majeure, 27 avril 1289.

De eodem negotio. (Reg. 44, c. 144, f. 141 v°.)

.. *magistro et fratribus hospitalis Sancti Antonii, Viennensis diocesis.* Ad instar Urbani IIII, inhibet ne quis, pro eo quod iidem fratres in oratoriis seu capellis quae in grangiis suis habent interdum divina celebrant, procurationes, quae visitationis ratione debentur, ab eis exigere vel extorquere praesumat.

« Exigentibus vestre devotionis... — Dat. ut supra. »

847 Sainte-Marie-Majeure, 27 avril 1289.

De eodem negotio. (Reg. 44, c. 145, f. 141 v°.)

Universis Christi fidelibus ad quos littere iste pervenerint. Indulgentiam quadraginta dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui ad hospitale Sancti Antonii ad elemosynam faciendam accesserint.

« Quoniam ut ait... — Dat. ut supra. »

848 Sainte-Marie-Majeure, 27 avril 1289.

De eodem negotio (Reg. 44, c. 146, f. 142 r°.)

Venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis ad quos littere iste pervenerint, ad instar Innocentii et Alexandri, mandat quatenus impediant ne clerici et laici, habentes filios et focarias retinentes, qui de domibus quibusdam suis faciunt hospitalia et ordinis S. Antonii habitum assumunt, elemosynas recipere possint.

« Significantibus dilectis filiis... — Dat. ut supra. »

849 Sainte-Marie-Majeure, 23 mars 1289.

Capella et coemeterium hospitali Misericordiae de Condomio conceduntur. (Reg. 44, c. 147, f 142 r°; Lap. du Theil, II, 74.)

Venerabili fratri .. episcopo Agennensi mandat quatenus praeceptori et fratribus hospitalis pratalis Misericordiae de Condomio, Agennensis dioecesis, conditionibus eorum inspectis, si expedire viderit, et eorum quibus per hoc possit fieri praejudicium ad id accedat consensus, capellam et coemeterium, in quo fratres et pauperes sepeliri possint, ac proprium capellanum, qui eis ecclesiastica sacramenta ministret, habendi licentiam concedat.

« Petitio dilectorum filiorum... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, x kalendas aprilis, anno secundo. »

850-854 Sainte-Marie-Majeure, 17 avril 1289.

Franciscus ecclesiae Fanensi episcopus praeficitur. (Reg. 44, c. 148, f. 142 r°.)

Venerabili fratri Francisco, episcopo Fanensi. Ecclesia Fanensi per mortem Bouromei vacante, capitulum in discordia duo postulationes fecit, alteram de Francisco, tunc abbate monasterii Sancti Laurentii in Campo, ordinis S. Benedicti, Fanensis dioecesis, alteram de Leonardo, priore monasterii Sanctae Mariae de Portunovo, ejusdem ordinis, Anconitanae dioecesis, quarum postulationum priorem papa benigne audivit.

« Debitum officii nostri... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, xv kalendas maii, anno secundo. »

In e. m. capitulo ecclesiae Fanensis mandat quatenus eidem episcopo debitam obedientiam praebeat.

In e. m. clero civitatis et dioecesis Fanensis.

In e. m. populo Fanensi.

In e. m. universis Fanensis ecclesiae vassallis.

855-857 Sainte-Marie-Majeure, 27 avril 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 149, f. 142 v°.)

.. *preposito et capitulo ecclesie Sancte Marie de Atino, Sorane diocesis.* Indulgentiam centum dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui praedictam ecclesiam in Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis et Nativitatis beatae Mariae virginis et sanctorum Marci et Marcellini martyrum festivitatibus, per septem dies festivitates ipsas immediate sequentes, et in anniversario die dedicationis ipsius ecclesiae, visitaverint annuatim.

« Licet is de... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, v kalendas maii, anno secundo. »

Sainte-Marie-Majeure, 22 avril 1289

In e. m. .. abbatissae et conventui monialium inclusarum monasterii Sanctae Elizabet, Remensis, ordinis S. Damiani. Eandem indulgentiam concedit eis qui hujus monasterii ecclesiam, sanctae Elizabet dedicatam, in Annuntiationis, Assumptionis, Nativitatis et Purificationis beatae Mariae virginis et sanctae Clarae festivitatibus, visitaverint. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, x kalendas maii, anno secundo.

Sainte-Marie-Majeure, 25 avril 1289

In e. m. universis Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit eis qui ecclesiam monasterii monialium de Spanacho, ordinis S. Augustini, Caturcensis dioecesis, quam Ay., Colimbriensis episcopus, suis sumptibus construi fecit, in die dedicationis ejusdem ecclesiae, et per octo dies immediate sequentes, visitaverint. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, vii kalendas maii, anno secundo.

858 Sainte-Marie-Majeure, 2 mai 1289.

Dispensatio matrimonii (Reg. 44, c. 150, f. 142 v°; Potth. 22959.)

.. *priori predicatorum et .. guardiano minorum fratrum ordinum Reginis,* ad instantiam communis Regini, committit quatenus cum Raynerio, nato nobilis viri Rolandini de Canossa, militis, domicello, et Remengarda, nata nobilis viri Guidonis dicti de Tripoli, militis, de domo Robertorum, dispenset ut, ad sedandas guerras inter domum de Canossa et domum Robertorum existentes, matrimonium contrahere valeant, non obstante quod idem Raynerius, tunc infra pubertatis aetatem constitutus, cum quondam Johannina, filia nobilis viri

Garsendonii de Luvisinis, civis Regini, sponsalia contraxit, eam annulo subarrando, quae Remengardae quarto consanguinitatis gradu attinebat.

« Petitio ex parte... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, VI nonas maii, anno secundo. »

859 Sainte-Marie-Majeure, 22 avril 1289.

De numero praebendarum in ecclesia Sancti Herasmi. (Reg. 44, c. 151, f. 142 v°.)

.. *abbati et capitulo secularis ecclesie Sancti Herasmi Verulane*, ad instar Innocentii et Clementis, indulget ut ultra quartum decimum canonicorum numerum, partem aliquam de proventibus ejusdem ecclesiae nulli dare teneantur.

« Meretur vestre devotionis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, X kalendas maii, anno secundo. »

860 Sainte-Marie-Majeure, 25 avril 1289.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum et receptione ordinum (Reg. 44, c. 152, f. 143 r°.)

Bonifatio, clerico, nato dilecti filii nobilis viri Thome, marchionis Salutiarum, Taurinensis diocesis, indulget ut duo ecclesiastica beneficia, etiam curam animarum habentia, suscipere valeat, nec ad susceptionem ordinum vel ad residendum personaliter teneatur; dummodo infra quinquennium ad ordines quos beneficiorum ipsorum cura requirit promoveri se faciat.

« Tua et tuorum... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, VII kalendas maii, anno secundo. »

861 Sainte-Marie-Majeure, 29 avril 1289.

Augetur domus praedicatorum de Cremona. (Reg. 44, c. 153, f. 143 r°; Potth. 22955.)

.. *priori et conventui ordinis fratrum predicatorum de Cremona* capellam Sancti Martini, eorum loco contiguam, ecclesiae romanae immediate subjectam, censualem ac parrochiam non habentem, cum domibus ejus circa ipsam consistentibus, concedit, dummodo capellam alteram, ejusdem latitudinis et altitudinis, prope locum eundem, in honorem S. Martini infra annum aedificent.

« Religionis vestre meretur... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, III kalendas maii, anno secundo. »

862 Sainte-Marie-Majeure, 20 avril 1289.

Dispensatio super defectu oculi. (Reg. 44, c. 154, f. 143 r°; Lap. du Theil, II, 75.)

Rigaldo de Komeffe, canonico Leodiensi. « Circa cultum virtutum... Exhibita siquidem nobis tua petitio continebat quod olim, in etate puerili existens, cum tuis ludendo coetaneis, ab uno ipsorum percussionem, sine culpa tua, in oculo sinistro, casu fortuito, recepisti, cujus percussionis occasione visum ejusdem oculi perdidisti, sed ad legendum et cantandum adeo habilis esse diceris quod Leodiensis ecclesia in te debitis obsequiis non fraudatur. Quare nobis humiliter supplicasti ut tecum quod, hujusmodi non obstante defectu, possis ad omnes ordines promoveri, dispensare misericorditer curaremus. Nos igitur... ut minores et subdiaconatus ordines assumere valeas, hujusmodi non obstante defectu, tecum auctoritate presentium de spetiali gratia dispensamus... Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XII kalendas maii, anno secundo. »

863 Sainte-Marie-Majeure, 22 avril 1289.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 44, c. 155, f. 143 r°; Potth. 22944.)

Roggerio, priori monasterii de Mutinor, per priorem soliti [gubernari], ordinis S. Augustini, Conerensis diocesis in Ybernia, concedit ut, non obstante defectu natalium quem patitur, e soluto genitus et soluta, idem monasterium licite regere et gubernare possit.

« Spetialem a Domino... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, X kalendas maii, anno secundo. »

864 Sainte-Marie-Majeure, 3 mai 1289.)

Monasterium Sancti Francisci de Werkino ad alium locum transfertur. (Reg. 44, c. 156, f. 143 v°; Lap. du Theil, II; Potth. 22968.)

Venerabili fratri .. episcopo Tornacensi. « Cum, sicut ex parte dilecti filii nobilis viri Guidonis, comitis Flandrie, ac dilecte in Christo filie nobilis mulieris Ysabellis, uxoris sue, fuit propositum coram nobis, dilecte in Christo filie .. abbatissa et sorores seu conventus monasterii Sancti Francisci de Werkino, sub regula et institutionibus sororum ordinis Sancte Clare viventes, tue diocesis, quod iidem nobiles de bonis suis construxerunt pariter et dotarunt, propter ineptitudinem loci, in quo

monasterium ipsum situm esse dinoscitur, ad alium locum, ab eisdem nobilibus, zelo devotionis et caritatis accensis, acquisitum ac procuratum legitime, ac abbatisse et sororibus prefatis magis accomodum et etiam congruentem, cupiant se transferre, predicti nobiles nobis humiliter supplicarunt ut abbatisse ac sororibus nominatis transferendi se ad eundem locum licentiam concedere dignaremur. Nos igitur, eorumdem nobilium devotis supplicationibus inclinati, commoditatibus predictarum abbatisse ac sororum in hac parte benigno favore prospicere cupientes, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus prefatis abbatisse ac sororibus transferendi se de eodem monasterio ad predictum locum auctoritate nostra, si id eis secundum Deum expedire cognoveris, sine prejudicio alieni juris, liberam licentiam largiaris, jure ac proprietate in monasterio prefato ac ejus terris, possessionibus, juribus et aliis bonis suis eis competentibus eisdem abbatisse ac sororibus plenarie reservatis. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, v nonas maii, anno secundo. »

865 Sainte-Marie-Majeure, 18 mars 1289.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 44, c. 157, f. 143 v°.)

Emerchoni, scolastico ecclesie Maguntine, capellano nostro. Cum eo dispensat, ut praeposituram ecclesiae in Dorlan, parrochialem ecclesiam in Wizele, curam animarum habentem, quas per quatuordecim annos, et scolatriam ecclesiae Maguntinae, sine cura animarum, quam per biennium, sine apostolica dispensatione, retinuit, aliaque beneficia retinere valeat.

« Exposuisti nobis quod... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, xv kalendas aprilis, anno secundo. »

866 Sainte-Marie-Majeure, 4 mai 1289.

Indulgentiae (Reg. 44, c. 158, f. 143 v°; Potth. 22963.).

.. *custodi et fratribus ordinis minorum Sancti Francisci de Asisio.* Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit eis qui ecclesiam praedictorum fratrum diebus singulis visitaverint.

« Precelsa gloriosissimi confessoris... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, iiii nonas maii, anno secundo. »

867 Sainte-Marie-Majeure, 22 avril 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 159, f. 144 r°; Lap. du Theil, II, 77; Potth. 22947.)

.. *abbatisse et conventui sororum inclusarum monasterii de Werkine, ordinis Sancte Clare, Tornacensis diocesis.* Indulgentiam centum dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam praedicti monasterii, quod Guido, comes Flandriae, et Ysabella, uxor ejus, de novo in fundo suo construxerunt et dotarunt, in festivitatibus S. Francisci et S. Antonii ac beatae Clarae visitaverint.

« Loca sanctorum omnium... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, x kalendas maii, anno secundo. »

868 Sainte-Marie-Majeure, 3 mai 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 160, f. 144 r°; Lap. du Theil, II, 78.)

.. *preposito, .. decano et capitulo ecclesie Sancti Petri Duacensis, Atrebatensis diocesis.* Indulgentiam centum dierum concedit eis qui ecclesiam Sancti Eligii Duacensem, Atrebatensis dioecesis, quae ad ecclesiam Sancti Petri nullo medio pertinet, et in qua ob S. Eligii merita multa perpetrantur miracula, in festivitatibus ejusdem S. Eligii, et per octo dies sequentes, visitaverint.

« Sanctorum meritis inclita... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, v nonas maii, anno secundo. »

869 Sainte-Marie-Majeure, 22 avril 1289.

Privilegium claustralibus sororibus de Cantimprato concessum (Reg. 44, c. 161, f. 144 r°; Lap. du Theil, II, 79.)

.. *magistre et beginis claustri de Cantimprato prope Cameracum* indulget ut, si civitatem vel dioecesim Cameracensem ecclesiastico interdicto supponi contigerit, ipso tempore in ecclesia Sancti Salvatoris, in cujus parrochia claustrum situm est, non pulsatis campanis, clausis januis, excommunicatis et interdictis exclusis, summissa voce, per rectorem ejusdem ecclesiae, seu alium presbyterum, officia facere celebrari possint.

« Pro puritate vestre... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, x kalendas maii, anno quarto. »

870 Sainte-Marie-Majeure, 22 avril 1289.

Licentia transferendi altare (Reg. 44, c. 162, f. 144 r°; Lap. du Theil, II, 80; Potth. 22945.)

Venerabili fratri .. episcopo Leodiensi mandat quatenus .. decano et capitulo ecclesiae Sancti Albani Namurcensis licentiam concedat transferendi altare, per Cornelium papam consecratum, quod ex ampliatione ecclesiae in medio fere chori remansit

« Pia desideria devotorum... — Dat. ut supra.

871 Sainte-Marie-Majeure, 2 mai 1289.

Collatio beneficiorum. (Reg. 44, c. 163, f. 144 r°.)

Gaufrido, episcopo Taurinensi, cui, tunc exercenti prioris officium in hospitali Sancti Antonii Viennensi, duo beneficia, ad praedictum hospitale spectantia, quae tempore promotionis suae in episcopum obtinebat, Urbanus conservavit, concedit ut, si .. magister hospitalis Viennensis aliam magis commodam administrationem ei obtulerit, eam, dimissis praedictis beneficiis, suscipere valeat.

« Grandis devotionis affectus... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, vi nonas maii, anno secundo. »

872 Sainte-Marie-Majeure, 22 avril 1289.

Dispensatio matrimonii (Reg. 44, c. 164, f. 144 v°.)

.. *abbati Sancti Laurentii foris muros de Urbe et .. priori ecclesie Lateranensis* mandat quatenus cum nobili viro Paulo Caputio de Caputiis, et nobili muliere Constantia, nata Johannis Petri Henrici de Urbe, dispenset ut, ad sedandas inimicitias inter consanguineos, non obstante quarto consanguinitatis gradu quo conjuncti sunt, matrimonium contrahere possint.

« Licet in quarto... — Dat Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, x kalendas maii, anno secundo. »

873-878 Rieti, 14 mai 1289.

Hugo ecclesiae Caesaraugustanae episcopus praeficitur. (Reg. 44, c. 165, f. 144 v°.)

Venerabili fratri Hugoni, episcopo Cesaraugustano. Ecclesia Caesaraugustana, ordinis S. Augustini, per obitum Petri vacante, prior et capitulum duas electiones, alteram de Hugone, tunc praeposito ecclesiae Massiliensis, alteram de Fortunio de Bergua, canonico Caesaraugustano, tunc archidiacono Darocensi in ecclesia Caesaraugustana, in discordia celebrarunt. Harum autem electionum negotio per appellationes praedicti Fortunii et Roderici de Lizano, quondam Caesaraugustanae ecclesiae canonici, ad sedem apostolicam legitime devoluto, Martinus papa IIII, bone memorie Ordonium, Tusculanum episcopum, concessit partibus auditorem; sed post aliquos processus, Fortunius a curia romana haud dimissus abfuit, nec ulterius negotium per quadriennium prosecutus est. Cumque postmodum Martinus papa et postea episcopus Tusculanus occubuissent, Honorius papa negotium Johanni, episcopo Tusculano, commisit, coram quo procurator Hugonis contumatiam Fortunii accusavit. Episcopo vero Tusculano ad exequendum legationis officium in Alamaniae partibus a curia discesso, papa Benedictum, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconum cardinalem, auditorem in negotio commisit, qui diligenter causam examinavit; sed eodem tempore mortuus est Honorius papa. Tunc Fortunius, quasdam litteras, sub Martini papae nomine fabricatas, .. Auxitano episcopo ostendens, abeo munus consecrationis obtinuit. Cum vero collegium cardinalium, sede apostolica vacante, .. episcopo Dertusensi et Bernardo, archidiacono Montaldensi in ecclesia Agennensi, mandasset ut Fortunium coartarent ad exhibendas praedictas litteras, episcopus Dertusensis, Fortunium in hoc inobedientem inveniens, eum excommunicavit, eique administrationem Caesaraugustanae ecclesiae interdixit. Deinde Benedictus cardinalis, de mandato Nicolai papae, processum contra Fortunium aperuit, huncque contumaciter ab omni jure, si quod ei ex praefata electione competebat, privavit. Tandem et Hugo sponte sua omni juri renuntiavit. Tunc papa eundem Hugonem Caesaraugustanae ecclesiae episcopum praefecit.

« Onerosa pastoralis officii... — Dat. Reate, ii idus maii, anno secundo. »

In e. m. .. priori et capitulo ecclesiae Caesaraugustanae mandat quatenus eidem Hugoni debitam obedientiam praebeat.

In e. m. clero civitatis et dioecesis Caesaraugustanae.

In e. m. populo civitatis et dioecesis Caesaraugustanae.

In e. m. vassallis ecclesiae Caesaraugustanae.

In e. m. .. archiepiscopum Terraconensem hortatur ut eundem Hugonem favore suo prosequatur.

879 Sainte-Marie-Majeure, 3 mai 1289.

Immunitas procurationum (Reg. 44, c. 166, f. 145 v°; Potth. 22961.)

.. *priori Cartusie et universis prioribus et fratribus Car-*

tusiensis ordinis concedit ut ad exhibendas procurationes apostolicae sedis legatis non teneantur.

« Meritis vestre devotionis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, v nonas maii, anno secundo. »

880 Rieti, 17 mai 1289.

Cartusiensibus de Valleviridi indulget ut extra domos suas privilegia sua exhibere non teneantur (Reg. 44, c. 167, f. 145 v°; Lap. du Theil, II.)

.. *priori et conventui domus de Valleviridi prope Parisius, Cartusiensis ordinis.* « Favor vestre religionis exposcit et devotionis vestre merita nos inducunt ut, quam digne possumus, vobis gratiam faciamus. Cum igitur, sicut ex parte vestra fuit propositum coram nobis, pro defensione seu prosecutione juris vestri, vos frequenter oporteat privilegia vestra producere coram judicibus, coram quibus jus hujusmodi agitatur, et per ostensionem dictorum privilegiorum de ipsorum amissione seu destructione non immerito formidetis, nos, vestris supplicationibus inclinati, ut ostendere privilegia vestra extra domos vel loca vestra, quandiu parati fueritis discretis et ydoneis viris, quos judices ordinarii vel etiam delegati, coram quibus pro jure vestro de ipsorum privilegiorum virtute seu auctoritate proponetur seu excipietur, in posterum mittent ad inspiciendum vel ad sumendum in locis et domibus predictis illorum copiam vel transcripta, et ad faciendum alia que incumbent, de competentibus expensis vel salariis providere minime teneamini, vobis auctoritate presentium indulgemus. Nulli ergo etc., nostre concessionis etc. Dat. Reate, xvi kalendas junii, anno secundo. »

881 Sainte-Marie-Majeure, 27 avril 1289.

Ad solutionem debitorum monasterii Nobiliacensis (Reg. 44, c. 168, f. 145 v°; Lap. du Theil, II, 82.)

Helye, abbati monasterii Nobiliacensis, ordinis S. Benedicti, Pictavensis diocesis, concedit ut fructus, redditus et proventus prioratus de Leziniaco, monasterio Nobiliacensi immediate subjecti, vacantis per translationem ejusdem Heliae ad praefatum monasterium, per biennium percipere possit, congrua reservata portione monachis et aliis in ipso prioratu degentibus, ad solutionem debitorum ipsius monasterii convertendos.

« Exigentibus tue devotionis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, v kalendas maii, anno secundo. »

882-883 Rieti, 18 mai 1289.

Facultas testandi. (Reg. 44, c. 169, f. 145 v°.)

Venerabili fratri Alberto, episcopo Yporiensi.

« Quia presentis vite... — Dat. Reate, xv kalendas junii, anno secundo. »

In e. m. Bernardo, episcopo Paduano. Dat. ut supra.

884 Sainte-Marie-Majeure, 13 avril 1289.

Tabellionatus officium (Reg. 44, c. 170, f. 146 r°.)

Opizoni de Pontetremulo, laico Lucane diocesis, concedit tabellionatus officium, ad quod a Raymundo de Ponte, decano Compostellano, et Ranucino de Murro, archidiacono Vervetensi in ecclesia Burgensi, capellanis papae, idoneus judicatus est.

« Ne contractuum memoria... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus aprilis, anno secundo. »

885 Sainte-Marie-Majeure, 22 avril 1289.

Licentia visitandi monasteria. (Reg. 44, c. 171, f. 146 r°.)

Nobili mulieri Mathe, comitisse Armaniaci, concedit ut monasteria Cisterciensis ordinis in suis comitatibus existentia, cum sex honestis matronis, de consensu tamen abbatum, ter in anno ingredi, et in eis divina officia audire possit, dummodo claustra non ingrediatur, nec in monasteriis comedat nec pernoctet.

« Devotionis tue precibus... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, x kalendas maii, anno secundo. »

886 Sainte-Marie-Majeure, 31 mars 1289.

De matrimonio inter Johannem de Percis et Blancam de Plesseyo contracto (Reg. 44, c. 172, f. 146 r°; Lap. du Theil, II, 83.)

Venerabili fratri, .. episcopo Aurelianensi. « Sua nobis nobilis vir Johannes de Percis, miles, et Blanca de Plesseyo, uxor ejus, Senonensis et Parisiensis diocesium, petitione monstrarunt quod, licet olim ipsi publice in facie ecclesie matrimonium per verba de presenti ad in-

vicem legitime contraxissent, ac prolem habitando insimul procreassent, postmodum tamen, cum quondam Guillelmus de Villafavarosa, laicus ejusdem Parisiensis diocesis, falso asserens quod prius quam idem Johannes cum eadem Blanca matrimonium duxerat contrahendum, ipsam super hoc, petendo eam in uxorem sibi adjudicari, coram .. officiali Parisiensi, non ex delegatione apostolica, traxisset in causam, idem officialis perperam in causa ipsa procedens, contra dictam Blancam diffinitivam sententiam promulgavit iniquam, a qua eadem Blanca ad Senonensem curiam, loci metropolicam, et demum ab .. officiali ejusdem curie, quia contra justitiam sententiam confirmavit eandem, ad sedem apostolicam appellavit. Verum hujusmodi appellatione ad eandem sedem emissa, in cujus prosecutione dicti Johannes et Blanca existebant, pendente, dictoque Guillelmo adhuc vivente, ac nobili prefato penitus ignorante, dicta Blanca ad monasterium Sancte Marie de Lilio, Cisterciensis ordinis, Senonensis diocesis, propria temeritate se transferens, in eodem de facto votum professionis emisit; prefato autem Guillelmo viam universe carnis ingresso, et deinde dicto Johanne felicis recordationis Honorio pape IIII, predecessori nostro, humiliter supplicante ut eandem Blancam, non obstante si ipsa, hujusmodi appellatione ad dictam sedem interjecta pendente, votum emiserat supradictum, quod ad eundem nobilem rediret sibique conjugales exhiberet affectus, faceret per aliquem discretum compelli, dictus predecessor venerabili fratri nostro .. episcopo Dolensi suis sub ea forma dedit litteris in mandatis ut, vocatis qui vocandi essent et auditis hinc inde propositis, quod canonicum foret, appellatione remota, statueret, ac faceret quod decerneret per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Demum vero .. decanus ecclesie Sancti Germani Altisiodorensis Parisiensis, cui dictus episcopus super hoc commiserat vices suas, quoniam sibi constitit legitime quod prefata Blanca, pendente appellatione predicta, se ad predictum monasterium transtulerat et votum emiserat supradictum, eidem Blance precepit ut ad Johannem predictum rediret et conjugales affectus eidem exhibere curaret. Cum autem iidem Johannes et Blanca, qui simul post preceptum hujusmodi habitarunt, asserentes se legitime probare paratos quod predicti Parisiensis et Senonensis officiales, falsis probationibus productis a parte altera circumventi, easque sicuti, ad prolationem predicte sententie ac ipsius confirmationem taliter processerunt, a quorum processibus pro parte ipsorum Johannis et Blance ad prefatam sedem extitit appellatum, ut superius est expressum, licet ipsi hujusmodi appellationem interjectam ab eodem officiali Senonensi non fuerint prosecuti, nobis humiliter supplicarunt ut discreto alicui committere dignaremur quod eos auctoritate nostra ad id probandum admittant, et postquam hujusmodi circumventio legitime probata fuerit coram eo, predictos processus, ne occasione ipsorum dictis Johanni et Blance aliquid detractionis vel proli eorum macula illegitimitatis impingi possit, irritare procuret, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus, vocatis qui fuerint evocandi et auditis hinc inde propositis, quod canonicum fuerit, appellatione remota, decernas, faciens quod decreveris per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, II kalendas aprilis, anno secundo. »

887 Sainte-Marie-Majeure, 22 avril 1289.

Hospitale de Boadone hospitali de Alto Braco jungitur. (Reg. 44, c. 173, f. 146 r°; Lap. du Theil, II, 85.)

Dilectis filiis .. donno et fratribus hospitalis de Alto Braco, ordinis S. Augustini, Rhutenensis diocesis. Unionem hospitalis pauperum de Boadone, cum hospitali de Alto Braco, per R., Ruthenensem episcopum, capituli Ruthenensis ecclesiae ad id accedente consensu, factam, confirmat.

« Cum a nobis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, X kalendas maii, anno quarto. »

888 Sainte-Marie-Majeure, 5 mai 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 174, f. 146 v°.)

Universis presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et quadraginta dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam Sancti Salvatoris de Subura de Urbe annis singulis in anniversario die dedicationis ejusdem visitaverint.

« Vite perempnis gloria... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, III nonas maii, anno secundo. »

889 Sainte-Marie-Majeure, 22 avril 1289.

De regula hospitali de Alto Braco concessa (Reg. 44, c. 175, f. 146 v°; Lap. du Theil, II.)

.. donno et fratribus hospitalis de Alto Braco, ordinis S. Augustini, Ruthenensis diocesis. Postquam bonae memoriae P., Ruthenensis episcopus, praedictis fratribus, tunc nulli regulari ordini astrictis; in praefato hospitali regu-

lam tradidisset, abbas monasterii Bonae vallis, Cisterciensis ordinis, Ruthenensis dioecesis, eandem regulam de mandato Clementis papae confirmavit. Quod autem fecit abbas nunc papa confirmat.

« Cum a nobis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, x kalendas maii, anno secundo. »

890 Sainte-Marie-Majeure, 22 avril 1289.

Confirmat permutationem inter hospitale de Alto Braco et episcopum Ruthenensem factam. (Reg. 44, c. 176, f. 146 v°; Lap. du Theil, II.)

Eisdem. « Cum a nobis ... Cum in ecclesia Sancti Eligii ad episcopum Ruthenensem qui extat pro tempore institutio et destitutio spectaret rectoris, et ecclesia Beate Marie Delsere de Condor, Ruthenensis diocesis, hospitali vestro de Alto Braco esset pleno jure subjecta, idem episcopus, de consensu sui capituli, et vos de ecclesiis ipsis, necnon et quibusdam terris, possessionibus et nonnullis locis, censibus et rebus aliis, ad eundem episcopum et vos divisim spectantibus, considerata partium earumdem mutua utilitate diligenti deliberatione, quandam permutationem fecistis providam et salubrem, inter cetera continentem quod vos aliquem fratrem ejusdem hospitalis, presbyterum, ad prefatam ecclesiam Sancti Eligii, cum vacat, presentare dicto episcopo, idemque episcopus ipsum in ea instituere, si aliquod non obsistat canonicum, teneamini, nec hujusmodi institutum ab ipso episcopo ab eadem ecclesia Sancti Remigii removere presumatis, dicto episcopo inconsulto... Nos itaque, vestris supplicationibus inclinati, permutationem hujusmodi, sicut provide facta est, ratam et gratam habentes, eam auctoritate apostolica confirmamus... Dat. ut supra. ».

891 Sainte-Marie-Majeure, 22 avril 1289.

Privilegium jurisdictionis. (Reg. 44, c. 177, f. 146 v°; Lap. du Theil, II, 88.)

Eisdem. « Pacem et quietem procurare vobis, quantum cum Deo possumus, intendentes, vestris supplicationibus inclinati, ut vos vel aliquis vestrum clericorum oblatorum et sororum ejusdem hospitalis, dummodo parati sitis in civitate et diocesi Ruthenensi stare juri, per litteras sedis apostolice vel legatorum ejus impetratas, per quas nondum sit ad citationem processum, vel etiam impetrandas, extra diocesim eandem non possitis ad judicium evocari, nisi dicte littere impetrande plenam et expressam de verbo ad verbum de hac indulgentia fecerint mentionem, auctoritate vobis presentium indulgemus. Nulli ergo etc. nostre concessionis etc. Dat. ut supra. »

892 Sainte-Marie-Majeure, 22 avril 1289.

Fratribus ordinis praedicatorum inquisitionis officium in regno Siciliae et civitate Beneventana committit. (Reg. 44, c. 178, f. 146 v°.)

Dilectis filiis fratribus ordinis predicatorum, inquisitoribus heretice pravitatis in regno Sicilie necnon in civitate Beneventana et ejus districtu deputatis auctoritate apostolica et in posterum deputandis. « Pre cunctis mentis nostre desiderabilibus catholice incrementum fidei affectantes, nimio utique dolore replemur cum audimus aliquos vel sentimus ad illius depressionem qualicumque malignitate satagere, vel dampnabilibus ipsam depravando reprehensionibus, aut detractionibus ei abrogabilibus derogando, seu commentis eandem mendacibus pervertendo, ad quorum iniqua construenda molimina eo animosius aspiramus quo in animarum stragem pernitiosius eos agnoscimus conspirare. Sane, ut accepimus, in aliquibus partibus regni Sicilie, carissimo in Christo filio nostro C., illustri Sycilie regi, subjectis, adeo infidelitatis error invaluit, quod ibi quamplurimi a via veritatis prorsus aversi, euntes per devium falsitatis, pestiferas ad concutiendum orthodoxe murum fidei machinas construant, molientes ipsam fallacium argumentationum impulsibus demoliri. Verum, licet ubilibet sedis apostolice diligentia contra talium dolosam astutiam, ne diffusius hujusmodi serpat morbus, remedium libenter adhibeat oportunum, in predictis tamen partibus cupientes ancxie, ut negotium fidei jugi profectu, elisis omnino quibuslibet erroribus, fortius convalescat, vigilare ad hec, per nos et alios, eo studemus attentius, quo predictum regem ferventiorem sentimus ad idem negotium efficaciter promovendum. Providimus itaque tam in predictis quam in omnibus aliis ejusdem regni partibus, necnon et in civitate Beneventana, ipsiusque districtu, que quidem civitas cum districtu eodem est romane ecclesie spetialis ad presens, personas aliquas circumspectas pro tanto negotio deputari, quarum honesta conversatio exemplum tribuat puritatis, et doctrinam fundant erudita labia salutarem, ut sacro ipsarum ministerio prefate partes ab hujusmodi contagiis expurgentur. Ut autem inquisitionis officium contra hereticos in prefatis regno et civitate et ejus districtu auctoritate apostolica possit efficatius adimpleri, discretioni vestre

er apostolica scripta mandamus, in remissionem vobis eccaminum injungentes, quatenus in caritate Dei, hominum timore postposito, virtutem spiritus induentes x alto, predictum officium, quod apostolica vobis auctoitate committimus, in dictis regno et civitate ac ejus istrictu, simul vel separatim aut singulariter, prout neotii utilitas suadebit, sub spe mercedis eterne, sic effiaciter prosequi et exequi studeatis, ut per sollicitudinis estre prudentiam, de ipsis regno et civitate ac ejus istrictu radix iniquitatis heretice succidatur, et vinea)omini, exterminatis vulpeculis, que perversis morsibus emoliuntur eandem, fructus afferat catholice puritatis. i quos autem de pravitate predicta culpabiles inveneitis, vel infectos, seu etiam infamatos, contra ipsos, nisi xaminati absolute velint mandatis ecclesie obedire, necon et contra receptatores, defensores et fautores eorum, uxta sanctiones canonicas auctoritate apostolica, hominum ıetu divino timori postposito, procedatis. Non obstantius aliquibus litteris ad quoscumque alios de ipsis regno t civitate ac ejus districtu, exceptis locorum diocesanis, uper hujusmodi negotio ab ipsa sede directis, quarum einceps ad inquisitiones hujusmodi faciendas nolumus uctoritate procedi; quin immo ne procedatur per illas disictius inhibemus, ne pretextu commissionis spetialiter isdem diocesanis super hoc facte, vestros processus in orumdem diocesanorum civitatibus et diocesibus voluıus impediri, nec per hoc quod fidei negotium generaliır in ipsis regno et civitate et ejus districtu vobis comıittimus, commissiones a prefata sede diocesanis eisdem ıctas, si forsan illarum seu etiam ordinaria velint auctoitate procedere intendimus revocare. Verum tamen, sive uctoritate ordinaria, sive ex delegatione predicte sedis, ıdem diocesani in hujusmodi negotio processerint, nequauam volumus vel per concursum processuum vel alias quoıodolibet vestros impediri processus, quin diocesanorum, psorum processibus non obstantibus, in eodem negotio rocedere libere valeatis. Si vero aliquis ex predictis, eretica labe penitus abjurata, redire voluerint ad eccleiasticam unitatem, eis juxta formam ecclesie absolutionis eneficium impendatis, et injungatis eisdem quod injungi ılibus consuevit. Proviso sollerter ne simulata converione redeant fraudulenter, et nos, immo potius se ipsos, allentes, sub agni specie gerant lupum. Quod si aliqui ıerint judicandi heretici, vel incarcerationis pena peretue alicui pro hujusmodi crimine fuerit infligenda, ad l per vos, de diocesanorum vel vicariorum suorum, si psis diocesanis absentibus presentes fuerint, consilio, rocedatur, ut in tante animadversionis judicio non postonenda pontificum auctoritas intercedat. Verum quia in ım gravi crimine cum multa oportet cautela procedi, ut in reos sine ullo proferatur errore dure ac digne severitas ultionis, volumus et mandamus ut vos, vel illi quos ad hoc duxeritis deputandos, in examine testium quos recipi super crimine predicto ipsumque contingentibus oportuerit, adhibeatis duas religiosas et discretas personas, in quarum presentia per publicam, si comode potest haberi, personam, aut per duos viros ydoneos, fideliter eorumdem depositiones testium conscribantur. Ad conscribendas quoque hujusmodi depositiones testium, et ad faciendum omnia que in commisso vobis officio, ad scriniarii, seu tabellionis officium pertinent, teneri districte precipimus, cum per vos, seu per deputatos ad hoc a vobis requisiti fuerint, omnes et singulos vestri ordinis fratres qui, dum essent in seculo, hujusmodi tabellionatus officium habuisse et exercuisse noscuntur, et illos etiam quibus idem tabellionatus officium ratione prefati negotii fidei fuit a dicta sede commissum, et in posterum committetur. Concedentes hujusmodi fratribus, necnon et aliis religiosis quibuslibet qui similiter, dum essent in seculo, dictum tabellionatus officium habuerunt et exercuerunt, quibuscumque etiam clericis secularibus officium ipsum habentibus, etiam si iidem fratres religiosi et clerici sint in sacris ordinibus constituti, exercendi libere officium ipsum quoad premissa, non obstante aliquo contrario statuto canonis vel ordinis, quocumque vallato munimine, plenariam facultatem. Quod si testibus quos a vobis recipi, vel ab alio, vice vestra, super eodem crimine examinari contigerit, ex publicatione nominum eorumdem videritis periculum immiuere, ipsorum nomina non publice, sed secrete, coram aliquibus personis providis et honestis, religiosis et aliis, ad hoc vocatis, de quorum consilio ad sententiam vel condempnationem procedi volumus, exprimantur. Et sic, non obstante quod illis contra quos hujusmodi testes deposuerint eorum nomina non fuerint publicata, ad cognitionem judicis instruendam adhibeatur plena fides testium depositionibus eorumdem. Ut ergo commissi vobis officii debitum utilius et libentius exequamini, committendi citationes, testium examinationes, cum de hujusmodi crimine ac ipsius circumstantiis duxeritis inquirendum, ita tamen quod eidem examini due persone religiose, ut dictum est, intersint, et denuntiationes sententiarum quas in quoslibet hac de causa tuleritis; accersiendi quoque, prout expedierit, peritos quoslibet, ut vobis in ferendis hujusmodi sententiis prebeant consilium oportunum, ac vobis assistant; convocandi etiam clerum et populum civitatum, castrorum aliorumque locorum, prout dicto negotio fidei videritis expedire; insuper in dicto negotio, de plano et absque judiciorum et advocatorum strepitu, ac contra illos quos in predictis

partibus in hereseos crimine commisisse constiterit, licet ad alias partes se transferendos duxerint, procedendi; necnon faciendi vobis libros seu quaternos et alia scripta, in quibus inquisitiones facte et processus per quoscumque auctoritate sedis apostolice vel legatorum ejus habiti contra hereticos continentur, a quibuslibet assignari, et observari omnia statuta, tam per sedem apostolicam quam in conciliis legatorum ejusdem sedis provide edita, que negotium fidei tangere dinoscuntur, sicut promotioni negotii et augmentationi fidei fuerit oportunum; privandi preterea, de diocesanorum, vel, eis absentibus, vicariorum suorum consilio, hereticos eosdem, credentes, receptatores et defensores, eorumque filios et nepotes personatibus, dignitatibus et beneficiis ecclesiasticis et officiis publicis, ac honoribus quibuscumque; necnon largiendi viginti vel quadraginta dierum indulgentiam, quotiens oportunum videritis, omnibus vere penitentibus et confessis qui ad vestram convocationem propter hoc faciendam accesserint, plena sit vobis et singulis vestrum presentium tenore facultas. Vobis autem, pro hujusmodi negotio laborantibus, illam peccatorum veniam indulgemus que succurrentibus Terre Sancte in generali concilio est concessa. Sociis vero fratribus vestri ordinis et notariis vestris, qui una vobiscum in prosecutione hujusmodi negotii laborabunt, et omnibus qui personaliter vobis astiterint in eodem negotio, et qui ad impugnandum hereticos, fautores, receptatores, et defensores eorum quoquo modo ex animo vobis prestiterint consilium, auxilium vel favorem, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, auctoritate confisi, tres annos de injunctis sibi penitentiis relaxamus. Et si qui ex hiis in prosecutione hujusmodi negotii forte decesserint, eis peccatorum omnium de quibus corde contriti et ore confessi fuerint plenam veniam indulgemus. Compescendi preterea, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, predicatores questuarios, ubi contigerit pro inquisitionis seu fidei negotio congregationem fieri vel alias eidem negotio quomodolibet ex hoc impedimentum afferri, a predicationis officio, quod ad ipsos nullatenus pertinet, quorum interest tantum caritativa subsidia simpliciter petere, ac indulgentiam, si quam forte habent, exponere, liberam vobis et singulis vestrum concedimus auctoritate presentium facultatem. Ceterum si forte, quod non credimus, aliqui cujuscumque conditionis huic negotio vobis commisso se opponere, seu illud presumpserint aliquatenus impedire, ut non possit procedi libere in eodem, contra eos tanquam contra hereticorum fautores et defensores, contra illos vero qui idem negotium requisiti juxta officium et posse suum non juverint seu foverint studiose, freti eadem auctoritate, intrepide procedatis, secundum canonicas sanctiones. Denique, ut circa premissa plene vobis et singulis vestrum cohertionis expedita et inviolabilis adsit auctoritas, volumus ut ea omnia viriliter exequamini. Invocato, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Contradictores etc. Non obstantibus aliquibus privilegiis vel indulgentiis quibuscumque personis, cujuscumque conditionis, dignitatis vel gradus, religionis vel ordinis, et presertim Cisterciensis, Predicatorum, Minorum, seu Heremitarum, sive communitatibus vel universitatibus civitatum et locorum, spetialiter et generaliter, sub quacumque verborum expressione vel forma, a memorata sede concessis, vel in posterum concedendis, etiam si dicatur in illis quod eis per aliquas litteras totum de verbo ad verbum tenorem non continentes privilegiorum vel indulgentiarum ipsarum nequeat derogari, et illis maxime privilegiis et indulgentiis quibus ab ipsa sede concessum est aliquibus, seu concedetur deinceps, quod excommunicari vel ipsorum terre supponi non possint ecclesiastico interdicto, aut quod predicatorum aut aliorum quorumlibet ordinum fratres ad executiones negotiorum, aut ad citationes quorumlibet, sive denuntiationes sententiarum excommunicationis, suspensionis vel interdicti, auctoritate litterarum apostolicarum minime cogi possint, nisi de ipsorum ordinibus et privilegiis vel indulgentiis eis super hoc a sede concessis eadem habeatur in eisdem litteris mentio spetialis, cum ex hujusmodi vel aliis privilegiis et indulgentiis nullum vobis in tante pietatis negotio velimus obstaculum interponi, et constitutione de duabus dietis edita in concilio generali. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, x kalendas maii, anno secundo. »

893 Sainte-Marie-Majeure, 22 avril 1289.

Contra haereticos (Reg. 44, c. 179, f. 147 v°; Potth. 22946.)

Dilectis filiis .. potestatibus sive rectoribus, consulibus, capitaneis, antianis, consiliis et communitatibus civitatum aliorumque locorum per Italiam constitutis, mandat quatenus constitutiones contra haereticos ab Innocentio IIII editas, ab Alexandro et Clemente IIII modificationibus ac declarationibus auctas, observent.

« Ad extirpanda de... — Dat. ut supra. »

894 Sainte-Marie-Majeure, 22 avril 1289.

De eodem negotio (Reg. 44, c. 180, f. 149 v°.)

.. priori provintiali fratrum ordinis predicatorum in

Romana provintia mandat quatenus, de consilio aliquorum discretorum fratrum sui ordinis, eligat quatuor de fratribus suae provinciae, ad inquisitionis officium in regno Siciliae et civitate Beneventana exequendum.

« Pre cunctis nostre... — Dat. ut supra. »

895 Sainte-Marie-Majeure, 22 avril 1289.

De eodem negotio (Reg. 44, c. 181, f. 150 r°.)

Nicolaus etc. Venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis, et dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, ministris, guardianis et aliis ecclesiarum prelatis et rectoribus, necnon et universo clero, tam religiosis cujuscumque professionis et ordinis quam secularibus, per regnum Sicilie, necnon in civitate Beneventana et ejus districtu, constitutis. Salutem etc. Eis mandat quatenus praedictis quatuor fratribus, ad inquisitionem prosequendam electis, et aliis, si quos ad hoc contigerit deputari, assistant, eis auxilium impendendo.

« Exortis in agro... — Dat. ut supra. »

896 Rieti, 18 mai 1289.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 44, c. 182, f. 150 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Constantiensi, ad instantiam R., Romanorum regis, et Burchardi, magistri hospitalis Sanctae Mariae fratrum Theotonicorum Jerosolimitanorum, et magistri Henrici de Cligemberg, imperialis aulae protonotarii, ejusdem regis nuntiorum, mandat quatenus cum Ulrico de Brengarten, filio ipsius regis, qui eum ad temporalia legitimitatis titulo decoravit, super defectu natalium quem patitur, e conjugato genitus et soluta, dispenset, ut ad omnes ordines promoveri et ecclesiasticum beneficium, etiam curam animarum habens, recipere possit.

« Accedens ad presentiam... — Dat. Reate, xv kalendas junii, anno secundo. »

897-898 Rieti, 21 mai 1289.

Indulgentiae (Reg. 44, c. 183, f. 150 r°; Lap. du Theil, II, 81.)

.. preceptori et fratribus domus militie Templi de Silva, Ruthenensis diocesis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit visitantibus, in festo Assumptionis beatae Mariae, capellam ejusdem domus, in honorem beatae Mariae virginis dedicatam, in qua fiunt multa miracula.

« Loca sanctorum omnium... — Dat. Reate, xii kalendas junii, anno secundo. »

Rieti, 23 mai 1289.

In e. m. .. episcopo et capitulo Lincopensibus. Eandem indulgentiam concedit eis qui Lincopensem ecclesiam, in honorem sanctorum Petri et Pauli constructam, in eorumdem sanctorum, beatae Mariae et S. Johannis Baptistae festivitatibus, visitaverint. Dat. Reate, x kalendas junii, anno secundo.

899 Rieti, 1er juin 1289.

Locus fratrum de Poenitentia Jesu Christi Pictavensis fratribus minoribus venditur (Reg. 44, c. 184, f. 150 v°; Potth. 22975.)

Venerabili fratri .. episcopo et dilecto filio .. scolastico Pictavensibus mandat ut fratribus ordinis minorum Pictavensis provinciae locum fratrum de Poenitentia Jesu Christi Pictavensem, qui loco fratrum minorum « adeo est vicinus quod per quandam viam dumtaxat, plenam sordibus et immunditiis, ab invicem separantur, » cum vacaverit, vendant.

« Sua nobis dilecti... — Dat. Reate, kalendis junii, anno secundo. »

900 Rieti, 28 mai 1289.

De dissentione inter commune et episcopum Vicentinos (Reg. 44, c. 185, f. 150 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Ferrariensi. Potestas, concilium et commune Vicentina, et quidam alii singulares, Bernardum, proximum praedecessorem Petri, nunc episcopi Vicentini, spoliarunt ab omni temporali jurisdictione quam in civitate Vicentina ejusque districtu seu comitatu sedes episcopalis, ex largitione Romanorum imperatorum, detinebat; feuda ipsius ecclesiae, tertia dumtaxat parte episcopo reservata, vendiderunt, et decreverunt « ut, si quispiam in civitate predicta ejusque diocesi, dicta potestate Vicentina tantum excepta, utatur jurisdictione aliqua per exigentiam sui juris, ab eadem civitate et districtu ipsius perpetuo sit bannitus, et deinde captus obtruncatione capitis puniatur, sub hujusmodi nepharii generalitate statuti prefatum Petrum episcopum, tacite quamvis, nequiter includentes. » Et propter ea excommunicati ipso facto, ex forma provincialis Aquilegensis concilii, publice proposuerunt « ut

tam servans excommunicationis sententiam quam is qui excommunicationis exceptionem contra excommunicatum fortassis objecerit, ut ipsum super hoc ab agendo repelleret, certa pecuniaria pena mulctentur. » Deinde ordinarunt « quod, si aliquis, nullo prorsus excepto, per sedis apostolice litteras super injuriis sibi factis convenire presumpserit civem aliquem Vicentinum, expense occasione hujusmodi faciende reo seu convento per litteras ipsas fieri debeant per commune, quodque nullus beneficiis statutorum civitatis predicte gaudeat, nisi cum eodem communi onera subierit supportanda, ut per hoc memoratus episcopus et alie persone ecclesiastice in foro ipsorum justitiam minime consequantur. » Quocirca episcopo Ferrariensi papa mandat quatenus, personaliter ad civitatem Vicentinam adiens, praedictos usurpatores moneat ut infra triginta dies a die monitionis episcopo Vicentino restituant quicquid ejus indebite occuparunt, alioquin, inquisita summarie, de plano, sine strepitu et figura judicii, super hiis veritate, si viderit temporalem jurisdictionem ad episcopum pertinere, eos per excommunicationem compellat ad restitutionem ; civitatis Paduanae ad hoc, si opus fuerit, auxilio invocato. « Quod si forte iidem Vicentini et commune Paduanum, quod in eadem civitate Vicentina ad presens dominium dicitur obtinere, tuis, immo potius apostolicis, non curaverint infra duorum mensium spatium obedire mandatis, tu in potestates, ancianos, consiliarios, et officiales alios quoslibet per quos civitates ipse reguntur, et occupatores hujusmodi, excommunicationis sententiam proferens, potestates predictos reddas prorsus inhabiles ad dignitates seculares, officia quelibet et honores. Nos etiam tam immediate sequentes quam postmodum secuturos civitatum potestates ipsarum, precedentium contumatiam infra bimestris temporis spatium postquam hujusmodi potestariam exercere inceperint non purgantes, pene consimili volumus subjacere. Judices vero et notarios judicatus et notarie officiis in perpetuum, ita quod eorum sententie et instrumenta nullam prorsus obtineant firmitatem, ac generaliter et spetialiter potestates, ancianos et consiliarios, officiales et communia civitatum ipsarum, et occupatores hujusmodi, feudis que a quibuscumque ecclesiis secularibus vel regularibus communiter vel divisim tenent omnino privare procures. »

« Dudum ad audientiam... — Dat. Reate, v kalendas junii, anno secundo. »

901 Rieti, 28 mai 1289.

De eodem negotio (Reg. 44, c. 186, f. 151 v°.)

Dilectis filiis .. potestati, consilio et communi Vicentinis mandat quatenus episcopo Vincentino restituant omnia quibus eum spoliarunt; alioquin ad hoc ab .. episcopo Ferrariensi compellentur.

« Inter cetera nostrarum... — Dat. ut supra. »

902 Rieti, 28 mai 1289.

De eodem negotio (Reg. 44, c. 187, f. 151 v°.)

Dilectis filiis .. potestati, consilio et communi Paduanis. Eos hortatur ut .. episcopo Ferrariensi in negotio supradicto auxilium praebeant.

« Nuper ad audientiam... — Dat. ut supra. »

903 Sainte-Marie-Majeure, 1er mai 1289.

Remittit iter ad limina (Reg. 54, c. 188, f. 151 v°.)

Venerabili fratri Garsie, episcopo Seguntino.

« Ex parte tua... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, kalendis maii, anno secundo. »

904 Rieti, 25 mai 1289.

Ad solutionem debitorum ecclesiae Seguntinae (Reg. 44, c. 189, f. 151 v°.)

Eidem facultatem percipiendi fructus, redditus et proventus primi anni omnium beneficiorum ecclesiasticorum quae in civitate et dioecesi Seguntina usque ad triennium vacabunt, ad solvenda ecclesiae debita convertendos, concedit.

« Tue devotionis merita... — Dat. Reate, VIII kalendas junii, anno secundo. »

905 Rieti, 1er juin 1289.

Indulgentiae (Reg. 44, c. 190, f. 152 r°.)

.. *archipresbytero et capitulo ecclesie Sancti Johannis in Valle Reatina, Reatine diocesis.* Indulgentiam unius anni et quadraginta dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui ad praedictam ecclesiam in festo Nativitatis S. Johannis reverenter accesserint annuatim ; et quadraginta dierum illis qui ecclesiam ipsam singulis diebus visitaverint.

« Licet is de... — Dat. Reate (1), kalendis junii, anno secundo. »

(1) Dans le ms. il y a un blanc entre *Reate* et *Kal.*, de sorte que la lecture *kalendis* n'est pas sûre.

906 Rieti, 28 mai 1289.

Licentia alienandi bona episcopatus Pictavensis (Reg. 44, 190², f. 152 r°; Lap. du Theil, II; Potth. 22970.)

.. *priori Sancti Angeli de Cella Pictavensis*, *ordinis . Augustini*, committit quatenus .. episcopo Pictavensi .centiam concedat vendendi quemdam fundum .. guariano et fratribus ordinis minorum de Niorto.

« Ex parte venerabilis... — Dat. Reate, v kalendas ınii, anno secundo. »

907 Rieti, 23 mai 1289.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 191, f. 152 r°; Lap. u Theil, II, 91.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Bisuntino committit uatenus cum Stephano de Terzanay, et Ameta, filia Pe-i de Chise, Bisuntinae dioecesis, dispenset ut in ma-imonio quod olim, impedimentum esse ignorantes, con-axerunt, et in quo plures filios procrearunt, remanere aleant, non obstante quod Ameta quondam Adelinae, xori Stephani, quarto consanguinitatis gradu conjuncta rat.

« Exhibita nobis dilecti... — Dat. Reate, x kalendas unii, anno secundo. »

908 Sainte-Marie-Majeure, 22 avril 1289.

Licentia alienandi quaedam bona episcopatus Fesulani. (Reg 4, c. 192, f. 152 r°.)

Dilectis filiis .. Camaldulensi, *Aretine diocesis*, *et .. fra-rum predicatorum de Florentia prioribus*, mandat quate-us inquirant de opportunitate petitionis qua N., episcopus Fesulanus, licentiam vendendi nonnulla castra, villas, lias possessiones et vassallos in valle Sevae et in monte S. Gaudentii de Pede Alpium, Fesulanae dioecesis, oscit.

« Petitio venerabilis fratris... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, x kalendas maii, anno se-undo. »

909 Rieti, 28 mai 1289.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 193, f. 152 v°; Lap. du Theil, II, 93.)

Venerabili fratri .. episcopo Warmaciensi committit quatenus cum nobili viro Werrico, nato Werrici, domini de Duna, et nobili muliere Ysingarde, filia Phylippi, domini de Valckensteyn, Warmaciensis dioecesis, dispenset, ut in matrimonio quod olim, impedimentum esse ignorantes, ad sedandas graves inimicitias inter progenitores exortas, contraxerunt, remanere valeant, non obstante quarto consanguinitatis gradu quo conjuncti sunt.

« Significavit nobis dilectus... — Dat. Reate, v kalendas junii, anno secundo. »

910 Sainte-Marie-Majeure, 22 avril 1289.

De jure patronatus in quibusdam ecclesiis Ferentinae dioecesis. (Reg. 44, c. 194, f. 152 v°.)

Nobili viro Johanni de Ceccano, *Sancti Angeli de Cacumine*, *Sancte Marie de Pineis et Sancte Agathe de Postertio ecclesiarum patrono*, *Ferentinatis diocesis*. Inhibet ut ad praedictas ecclesias, quotiens eas vacare contigerit, non nisi personae ydoneae, in sacris ordinibus constitutae, per dictum Johannem vel successores ejus locorum dioecesano in posterum praesententur.

« Ad tollendam omnem... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, x kalendas maii, anno secundo. »

911 Rieti, 27 mai 1289.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 195, f. 152 v°; Lap. du Theil, II, 95.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Senonensi committit quatenus cum nobili viro Goffrido de Miliaco, milite, Senonensis dioecesis, et nobili muliere Margarita, nata quondam Johannis de Cociniaco, militis, dispenset ut in matrimonio quod olim, ignorantes se quarto affinitatis gradu conjunctos, contraxerunt, et in quo filiam procrearunt, remanere possint.

« Exhibita nobis dilecti... — Dat. Reate, vi kalendas junii, anno secundo. »

912-913 Rieti, 1er juin 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 196, f. 152 v°.)

.. *rectori ecclesie Sancte Marie de Attellis*, *Aversane diocesis*. Indulgentiam centum dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui praedictam ecclesiam, in Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis et Nativitatis Beatae Mariae virginis festivitatibus, per septem

dies immediate sequentes, et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae, visitaverint annuatim.

« Licet is de... — Dat. Reate, kalendis junii, anno secundo. »

Rieti, 27 mai 1289.

In e. m. .. priori et fratribus domus Sanctae Trinitatis de Atino, Soranae dioecesis. Eandem indulgentiam concedit visitantibus ecclesiam praedictae domus in die Pentecosten et festo Trinitatis. Dat. Reate, VI kalendas junii, anno secundo.

914 Rieti, 3 juin 1289.

Concessio aquae fluvii intra claustra conventus Cameracensis. (Reg. 44, c. 197, f. 152 v°; Lap. du Theil, II; Potth. 22977.)

Venerabili fratri .. episcopo Cameracensi. « Ad ea que favorem et comodum religiosarum personarum respiciunt eo te fidutialius nostris precibus invitamus quo devotionem tuam in hiis et aliis pietatis operibus invenire credimus promptiorem. Ex parte siquidem dilectorum filiorum .. guardiani et fratrum ordinis minorum Cameracensium fuit propositum coram nobis quod olim ipsi, tempore bone memorie Nicolai, Cameracensis episcopi, predecessoris tui, locum eorum civitatis Cameracensis, in quo degunt ad presens, ad Cameracensem ecclesiam tunc spectantem, licite acquisivisse noscuntur, congrua recompensatione facta de loco ipso .. preposito et capitulo ecclesie supradicte, prout ex amicabili compositione que intervenit super hoc inter partes evidenter dicitur apparere, in qua etiam inter alia continentur quod iidem prepositus et capitulum dictos fratres super eodem loco nullatenus molestarent, dictus quoque episcopus compositionem hujusmodi per suas patentes litteras approbavit, et etiam confirmavit. Cives insuper Cameracenses ad petitionem partium promiserunt compositionem ipsam, quantum in eis erat, facere observari; et quia piscatores quibus postmodum bone memorie Ingerandus, Cameracensis episcopus, predicti Nicolai successor, piscationem aquarum ad ecclesiam predictam spectantium ad firmam concesserat in aqua fluvii per medium dicti loci eorumdem guardiani et fratrum decurrente sepius piscabantur, et exinde scandalum et religionis turbatio eisdem fratribus imminebant, dictus Ingerandus episcopus, ad quem fratres ipsi super hoc habuere recursum, omnem aquam infra clausuram dicti loci contentam liberam, quoad viveret, fratribus concessit eisdem, tuque postea, predictos fratres affectu prosequens spetiali, concessionem eis duxisti similem faciendam, quandiu vixeris, duraturam. Quare predicti guardianus et fratres nobis humiliter supplicarunt ut, pro hujusmodi scandalo et turbatione in posterum penitus evitandis, ad perpetuandam concessionem predictam apostolicis exhortationibus te inducere, potestatem super hoc tibi liberam tribuendo, de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque, cupientes pacem et tranquillitatem dictorum guardiani et fratrum, per quas ab hujusmodi scandali et turbationis preserventur dispendiis, paterna diligentia procurare, fraternitati tue innovandi predictam concessionem eisdem guardiano et fratribus perpetuis futuris temporibus duraturam, juramento quod de non alienandis bonis ad prefatam ecclesiam spectantibus prestitisse diceris non obstante, plenam licentiam auctoritate presentium elargimur. Dat. Reate, III nonas junii, anno secundo. »

915 Rieti, 4 juin 1289.

Facultas reconciliandi loca inquinata. (Reg. 44, c. 198, f. 153 r°; Lap. du Theil, II, 99.)

Raginaldo, abbati monasterii Sancti Dionisii in Francia, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, Parisiensis diocesis, indulget ut ecclesias villae S. Dionisii et aliorum locorum in quibus jurisdictionem spiritualem obtinet cum aqua ab episcopo benedicta reconciliare valeat.

« Desideria tua vacantia... — Dat. Reate, II nonas junii, anno secundo. »

916 Rieti, 4 juin 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 199, f. 153 r°; Lap. du Theil, II, 100.)

Eidem. Indulgentiam viginti dierum concedit ejus subditis qui missis ab eo in pontificalibus celebratis interfuerint.

« Ut populus tue... — Dat. ut supra. »

917 Rieti, 25 mai 1289.

Facultas absolvendi excommunicatos. (Reg. 44, c. 200, f. 153 r°.)

Venerabili fratri B., archiepiscopo Treverensi, facultatem concedit absolvendi clericos et laicos ipsius dioecesis qui, pro violenta in personas ecclesiasticas manuum injectione, excommunicationem incurrerint.

« Tua nobis fraternitas... — Dat. Reate, VIII kalendas unii, anno secundo. »

918-919 Rieti, 19 mai 1289.

Collatio beneficii et dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 44, c. 201, f. 153 r°; Lap. du Theil, II, 101.)

Magistro Guillelmo de Belloforti, canonico Parisiensi. Dum conditiones et... tibi decanatum quem in Monis Belligardi, Bisuntine, et canonicatum ac prebendam quos in de Monasteriis, Basiliensis diocesium, ecclesiis nosceris obtinere, ac etiam jus quod tibi in canonicatu, prebenda et dignitate in Basiliensi et quod in beneficio n Romarici montis, Tullensis diocesis, ecclesiis, per venerabilem fratrem nostrum J., episcopum Tusculanum, unc in illis partibus apostolice sedis legatum, auctoriate sue legationis, ut asseris, reservatis, competere nositur, in nostris manibus libere resignanti, canonicatum Parisiensis ecclesie, cum plenitudine juris canonici, et prebendam integram, liberam et non sacerdotalem, nulli lii de jure debitam, si qua in eadem Parisiensi ecclesia acat ad presens, cum omnibus juribus et pertinentiis uis, apostolica tibi auctoritate conferimus et providemus e illis, teque per nostrum anulum investimus presenialiter de eisdem. Si vero nulla talis prebenda nunc vaat in ecclesia supradicta, nos hujusmodi prebendam inegram, liberam et non sacerdotalem, primo in eadem cclesia vacaturam, que similiter de jure nulli alii debeatur, conferendam tibi, cum vacaverit, donationi apostolice reservamus... Non obstantibus... quod in Metensi, Tullensi et de Vernone, Ebroicensis, et de Montebligardi, licte Bisuntine diocesium, canonicatus, et in ipsis de Vernone ac de Montebligardi ecclesiis prebendas nosceris obtinere... Dat. Reate, XIIII kalendas junii, anno secundo. »

In e. m. Rodulfo de Novavilla, Belvacensis, Henrico de Gebennis, Remensis, ac Guillelmo de Vernone, Ebroicensis dioecesium, ecclesiarum canonicis, mandat quatenus eundem Guillelmum de Belloforti, vel ejus procuratorem, in Parisiensi ecclesia recipi facientes n canonicum et in fratrem, eum in corporalem possessionem hujusmodi praebendae inducant.

920 Sainte-Marie-Majeure, 29 avril 1289.

De alienatione bonorum episcopatus Urbevetani. (Reg. 44, c. 202, f. 153 v°.)

.. *abbati monasterii Sancti Severi prope Urbemveterem* mandat ut inquirat de opportunitate petionis qua .. episcopus Urbevetanus licentiam poscit vendendi vel mutandi quasdam possessiones.

« Ex parte venerabilis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, III kalendas maii, anno secundo. »

921-922 Sainte-Marie-Majeure, 22 avril 1289.

Collatio beneficii. (Reg. 44, c. 203, f. 153 v°.)

Magistro Riccardo, subdiacono et notario nostro. Ei personatum vel dignitatem in regno Franciae reservat.

« Recte agere credimus... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, X kalendas maii, anno secundo. »

In e. m. Nicolao de Trebis, camerario suo, primicerio Metensi, .. abbati monasterii Sanctae Genovefae Parisiensis, et.. cantori ecclesiae Furnensis, Morinensis dioecesis, mandat quatenus praedictum Riccardum in ejusdem personatus vel dignitatis possessionem corporalem inducant.

923 Rieti, 4 juin 1289.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 204, f. 154 v°; Lap. du Theil, II, 105.)

Venerabili fratri .. episcopo Nemausensi mandat quatenus cum nobili viro Guillelmo Arnaudi, domino castri de Montepesato, et nobili muliere Porcelleta, nata Petri de Lambisco, dispenset ut in matrimonio quod olim, ignorantes impedimentum esse, contraxerunt, et in quo filios procrearunt, remanere valeant, non obstante quod quondam Guirauda, uxor Guillelmi, Porcelletae quarto consanguinitatis gradu conjuncta erat.

« Petitio dilecti filii... — Dat. Reate, II nonas junii, anno secundo. »

924 Rieti, 25 mai 1289.

Contra dilapidationes Francisci, abbatis, et Christofori, oeconomi monasterii Sanctae Mariae de Farneto (Reg. 44, c. 205, f. 154 v°.)

.. *plebano plebis de Anagnalla, Clusine diocesis,* mandat quatenus Franciscum, abbatem, et Christoforum, monachum et oeconomum monasterii Sanctae Mariae de Farneto, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, Aretinae dioecesis, citet ut infra viginti dies coram sede apostolica compareant, super eo

responsuri quod « fructus et redditus possessionum ejusdem monasterii quibusdam laicis, ejusdem Christofori fratribus, usque ad viginti annos, pro certa quantitate pecunie vendiderunt, ac nocturno tempore, monachis ejusdem monasterii penitus ignorantibus, cruces et alia vasa argentea ac libros ejusdem monasterii divinis cultibus deputata nequiter asportantes, ea etiam distraxerunt, possessiones monasteriorum Sancti Marcelli et Sancti Bartholomei Clusinorum, ac Sancti Archangeli Perusini et Sancte Marie de Vingone, Castellane diocesis, et aliorum membrorum ejusdem monasterii de Farneto, nobilibus et magnatibus, quibusdam ad decem, quibusdam vero ad duodecim, et aliis ad viginti annos, in eorumdem monasteriorum et membrorum non modicam lesionem, in alodium concesserunt, et alias dissolute ac inhoneste viventes, multis excommunicationibus irretiti, bona predicti monasterii de Farneto et membrorum ejus sic dilapidare dicuntur. »

« Filiorum Syon diligens... — Dat. Rieti, VIII kalendas junii, anno secundo. »

925 Rieti, 8 juin 1289.

De venditione loci fratrum de Poenitentia Jesu Christi (Reg. 44, c. 206, f. 154 v°; Lap. du Theil, II, 96.)

.. *sacriste ecclesie Lugdunensis* mandat quatenus locum quem Lugduni fratres de Poenitentia Jesu Christi possidebant, et qui nunc sedis apostolicae est, vendat et pretium ejus in loco tuto deponat.

« Cum sicut accepimus... — Dat. Reate, VI idus junii, anno secundo. »

926 Sainte-Marie-Majeure, 4 mai 1289.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 44, c. 207, f. 154 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Aprutino mandat quatenus cum Valentino, nato quondam Andreae Valentini, dispenset ut, non obstante defectu natalium quem patitur, e conjugato genitus et soluta, ad omnes ordines promoveri, et canonicatum et praebendam quos in Aprutina ecclesia possidet licite retinere valeat.

« Accedens ad presentiam... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, IIII nonas maii, anno secundo. »

927 Rieti, 23 mai 1289.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 44, c. 208, f. 155 r°; Lap. du Theil, II, 107.)

Gasberto de Bosco, doctori decretorum, rectori ecclesie Sancti Johannis de Cereychaco, Caturcensis diocesis. Cum eo, quocum jam ab Alexandro papa dispensatum est ut, non obstante defectu natalium quem patitur, e soluto genitus et soluta, ad omnes ordines promoveri, et ecclesiasticum obtinere beneficium posset, rursus dispensat ut ad dignitates vel personatus, dignitate episcopali excepta, assumi valeat.

« Spetialem a Domino... — Dat. Reate, X kalendas junii, anno secundo. »

928-929 Rieti, 2 juin 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 209, f. 155 r°.)

Carissimo in Christo filio Carolo, regi Sicilie illustri. Indulgentiam decem dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui pro eo misericordiam Dei implorabunt.

« Gaudemus in Domino... — Dat. Reate, IIII nonas junii, anno secundo. »

In e. m. Mariae, reginae Siciliae.

930-931 Rieti, 2 juin 1289.

Licentia audiendi officia tempore interdicti. (Reg. 44, c. 210, f. 155 r°.)

Eidem regi.

« Desideriis regiis benigne... — Dat. ut supra. »

In e. m. reginae.

932 Rieti, 2 juin 1289.

Facultas eligendi confessorem proprium. (Reg. 44, c. 211, f. 155 r°.)

Eidem regi.

« Celsitudini regie libenter... — Dat. ut supra. »

933 Rieti, 2 juin 1289.

Licentia carnibus vescendi (Reg. 44, c. 212, f. 155 r°.)

Eidem indulget ut religiosis in sua curia comedentibus licentiam vescendi carnibus elargiri possit.

« Exigit magne devotionis... — Dat. ut supra. »

934 Rieti, 2 juin 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 213, f. 155 r°.)

Eidem. Indulgentiam concedit centum dierum omnibus vere poenitentibus et confessis qui ad sermonem accesserint ubi erit ipse rex.

« Considerantes eximie devotionis... — Dat. ut supra. »

935 Rieti, 2 juin 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 213², f. 155 v°.)

Carissime in Christo filie Marie, regine Sicilie illustri. Indulgentiam concedit quadraginta dierum eis qui ad sermonem, ubi erit regina, accesserint.

« Volentes tibi et... — Dat. ut supra. »

936 Rieti, 2 juin 1289.

Licentia eligendi confessorem proprium. (Reg. 44, c. 214, 155 v°.)

Eidem.

« Etsi sedis apostolice... — Dat. ut supra. »

937 Rieti, 31 mai 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 215, f. 155 v°; Lap. du Theil, II; Potth. 22973.)

.. guardiano et fratribus ordinis minorum de burgo Castrivillani, Lingonensis diocesis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui ecclesiam praedictorum fratrum in festivitatibus sanctorum Francisci et Antonii et sanctae Clarae, et per octo dies sequentes, visitaverint.

« Licet is de... — Dat. Reate, II kalendas junii, anno secundo. »

938 Rieti, 3 juin 1289.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 44, c. 216, f. 155 v°.)

Venerabili fratri Johanni, archiepiscopo Cantuariensi, licentiam concedit dispensandi cum Petro de Geldeford, ut una cum praepositura saecularis ecclesiae de Wuengeham ecclesiam parrochialem de Bissopesburno tenere valeat.

« Lecta coram nobis... — Dat. Reate, III nonas junii, anno secundo. »

939-941 Sainte-Marie-Majeure, 1er mai 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 217, f. 155 v°.)

Dilectis filiis .. preposito et capitulo ecclesie Beate Marie Augustensis. Indulgentiam unius anni et quadraginta dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui ad supradictam ecclesiam in Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis et Nativitatis beatae Mariae virginis festivitatibus, in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae, et per octo dies easdem festivitates et dedicationem sequentes, accesserint.

« Vite perempnis gloria... — Dat. Reate, apud Sanctam Mariam Majorem, kalendis maii, anno secundo. »

In e. m. .. praeposito et capitulo ecclesiae Beatae Mariae Lausanensis.

Rieti, 5 juin 1289.

In e. m. magistro et fratribus hospitalis Sancti Nicolai de Lineyo, Tullensis dioecesis. Eandem indulgentiam concedit eis qui praedicti hospitalis ecclesiam in Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis et Nativitatis beatae Mariae virginis et sancti Nicolai festivitatibus visitaverint. Dat. Reate, nonis junii, anno secundo.

942 Sainte-Marie-Majeure, 30 mars 1289.

Facultas habendi capellanum. (Reg. 44, c. 218, f. 156 r°.)

Venerabili fratri .. patriarche Antiocheno mandat quatenus nobili viro Guillelmo Cibo, civi Januensi, facultatem concedat habendi capellanum in quadam villa in qua moratur interdiu et quae ab ecclesia remota est.

« Ex parte dilecti... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, III kalendas aprilis, anno secundo. »

943 Sainte-Marie-Majeure, 17 avril 1289.

Durandus ecclesiae Massiliensi episcopus praeficitur. (Reg. 44, c. 219, f. 156 r°; Lap. du Theil, II, 109.

Venerabili fratri Durando, episcopo Massiliensi. « Ex suscepte servitutis... Dudum siquidem Massiliensi ecclesia per obitum bone memorie R., episcopi Massiliensis,

pastoris solatio destituta, dilecti filii capitulum ejusdem ecclesie, pro futuri substitutione pastoris, prout moris est, convenientes in unum, dilectum filium R., abbatem monasterii Sancti Victoris Massiliensis, ordinis S. Benedicti, in eorum et dicte Massiliensis ecclesie episcopum et pastorem communiter et concorditer postularunt. Verum presentato nobis hujusmodi postulationis decreto, quia tandem prefatus abbas postulationi hujusmodi de se facte requisitus noluit consentire, nos provisionem ipsius ecclesie ea vice apostolice sedi duximus reservandam. Deinde... de te, tunc ejusdem Massiliensis ecclesie precentore, de fratrum nostrorum consilio, eidem ecclesie duximus providendum, teque ipsi ecclesie in episcopum prefecimus... ac subsequenter per venerabilem fratrem nostrum B., episcopum Portuensem, tibi fecimus munus consecrationis impendi... Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, xv kalendas maii, anno secundo. »

944 Rieti, 26 mai 1289.

Guillelmus de Grimovilla, rector ecclesiae Sancti Remigii de Dypa, S. Francisci ejusque ordinis diffamator, coram sede apostolica citatur. (Reg. 44, c. 220, f. 156 r°; Lap. du Theil, II, Potth., 22969.)

.. *abbati monasterii Fiscanensis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, Rothomagensis diocesis.* « Cunctis reverendi sunt studiis quos summi regis benignitas in regnis celestibus collocavit, per quod dignum et consonum rationi fore dinoscitur ut in eorum prorumpentes injurias pena debita castigentur. Sane mirantes audivimus et referimus perturbati quod Guillelmus de Grimovilla, rector ecclesiae Sancti Remigii de Dypa, Rothomagensis diocesis, proprie salutis oblitus et honestatis immemor clericalis, divina et apostolice sedis reverentia prorsus abjecta, in illum temeritatis ausum vel verius mentis insaniam incidit, quod quadam die, que tunc in villa Dype sollempnis, ut dicitur, habebatur, presente in ecclesia ipsa fidelium multitudine copiosa, reverendam ymaginem beati Francisci gloriosissimi confessoris, in finestra vitrea vicina depictam, torvo vultu ac inreverenti digito demonstrando, non metuit adversus eundem sanctum in verba contumeliosa et obprobriosa prorumpere, pollutis labiis verba sequentia vel consimilia publice proferens, videlicet: *Iste rusticus, vilis et maledictus mercator cupidus extitit, sanctus nunquam.* Idemque rector, a tramite rectitudinis devians, et a semita exhorbitans rationis, in diffamationem multiplicem ordinis fratrum minorum, ab eodem sancto salubriter instituti, ac professores illius linguam maliloquam nequiter relaxavit, alia nichilominus gravia et enormia committendo in offensam Dei, sue salutis dispendium et fidelium scandalum plurimorum. Cum itaque tam nefarie presumptionis audatiam nolumus, sicuti nec debemus, conniventibus oculis pertransire, ne ceteris ausum committendi similia subministrent, discretioni tue per apostolica scripta, in virtute obedientie districte precipiendo, mandamus quatenus, sublato more dispendio, super premissis per fidedignas personas auctoritate nostra diligenter inquiras, et si ea inveneris veritate subnixa, prefatum Guillelmum ex parte nostra peremptorie citare procures, ut infra competentem terminum a te prefigendum eidem compareat personaliter coram nobis, pro meritis recepturus. Testes autem etc. Diem vero citationis et formam, et quicquid in hac parte feceris, nobis per tuas litteras harum seriem continentes studeas plene ac fideliter intimare. Dat. Reate, vii kalendas junii, anno secundo. »

945 Rieti, 13 juin 1289.

Facultas absolvendi. (Reg. 44, c. 221, f. 156 r°.)

Reginaldo, abbati monasterii Sancti Dionisii in Francia, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, Parisiensis diocesis. « Devotionis tue precibus benignum impertientes assensum, presentium tibi auctoritate concedimus ut, in illis casibus in quibus tibi licet monachis tuis, excommunicationum ligatis sententiis, a sententiis ipsis absolvi beneficium impertiri, possis, cum ex rationabili causa te abesse continget, super hoc majori priori monasterii tui committere vices tuas. Dat. Reate, idibus junii, anno secundo. »

946 Rieti, 13 juin 1289.

Ad amplificationem ecclesiae Lugdunensis fratrum minorum. (Reg. 44, c. 222, f. 156 v°; Lap. du Theil, II; Potth. 22979.)

.. *sacriste ecclesie Lugdunensis* mandat quatenus pretium ex venditione loci fratrum de Poenitentia Jesu Christi proveniens in ampliationem ecclesiae ordinis fratrum minorum Lugdunensis convertat.

« Ex parte dilectorum... — Dat. ut supra. »

947 Rieti, 13 juin 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 222², f. 156 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis.

ndulgentiam unius anni et quadraginta dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui cathedralem ecclesiam Seguntinam, in singulis Beatae Mariae et SS. Petri et Pauli festivitatibus, annuatim visitaverint.

« Virga venustissima et... — Dat. ut supra. »

948 Rieti, 13 juin 1289.

Facultas conferendi beneficia. (Reg. 44, c. 223, f. 156 v°; Lap. du Theil, II, 117.)

Raymundo, episcopo Petragoricensi, facultatem concedit conferendi, in duabus collegiatis ecclesiis saecularibus Petragoricensis civitatis vel dioecesis, duabus personis canonicatum et praebendam, cum plenitudine juris canonici.

« Tuam volentes honorare... — Dat. ut supra. »

949 Sainte-Marie-Majeure, 2 mai 1289.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 44, c. 224, f. 156 v°; Potth. 22958.)

.. *ministro ordinis fratrum minorum provintie Coloniensis* committit quatenus cum Conrado de Sancto Cornelio, presbytero, ejusdem ordinis professore, « quem pater ejus diaconus de matre genuit, cum qua, eum sacros suscepisse ordines ignorante, matrimonium publice in faciem ecclesie de facto contraxerat, cuique diu cohabitaverat ut uxori, » super hujusmodi natalium defectu dispenset, ut in susceptis ordinibus ministrare, et ad regulares administrationes, ministri dignitate excepta, assumi possit.

« Regularis ordinis professoribus... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, vi nonas maii, anno secundo. »

950 Rieti, 10 juin 1289.

Remittit iter ad limina. (Reg. 44, c. 225, f. 157 r°; Lap. du Theil, II, 115.)

Venerabili fratri Johanni, episcopo Cathalaunensi.

« Olim felicis recordationis... — Dat. Reate, iiii idus junii, anno secundo. »

951 Sainte-Marie-Majeure, 4 mai 1289.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 226, f. 157 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Ferrariensi mandat quatenus cum Mantuano quondam Petri de Adegenis, et Nobile, nata Antonii de Bochympanis, civibus Ferrariensibus, dispenset ut in matrimonio quod olim, ignorantes impedimentum esse, contraxerunt, remanere possint, non obstante quarto consanguinitatis gradu quo conjuncti sunt.

« Significarunt nobis dilectus... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, iiii nonas maii, anno secundo. »

952 Rieti, 13 juin 1289.

Alienatio bonorum hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani. (Reg. 44, c. 227, f° 157 r°.)

Venerabili fratri .. patriarche Jerosolimitano mandat quatenus confirmet venditionem quam magister et fratres hospitalis S. Johannis Jerosolimitani .. abbati et conventui monasterii de Josephat, ordinis S. Benedicti, Acconensis dioecesis, de sua parte cujusdam ecclesiae seu capellae dirutae, quam eadem hospitale et monasterium communiter in civitate Acconensi possidebant, pro calice aureo, et de parte quarumdam domuncularum ibidem sitarum, pro summa pecuniae, fecerunt.

« Petitio dilectorum filiorum... — Dat. Reate, idibus junii, anno secundo. »

953-954 Rieti, 30 mai 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 228, f. 157 r°; Lap. du Theil, II, 116.)

.. *rectori ecclesie Sancti Petri de Varenna, Nannetensis diocesis.* Indulgentiam centum dierum concedit visitantibus eandem ecclesiam in singulis S. Petri apostoli et beatae Mariae festivitatibus.

« Vite perempnis gloria... — Dat. Reate, iii kalendas junii, anno secundo. »

Sainte-Marie-Majeure, 30 avril 1289.

In e. m. universis Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et quadraginta dierum concedit eis qui ecclesiam Sanctae Pudentianae de Urbe, in sanctae Pudentianae et sancti Pastoris festivitatibus, per octo dies sequentes, et die stationis ejusdem ecclesiae, visitaverint. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, ii kalendas maii, anno secundo. (*En marge.*)

955 Rieti, 28 mai 1289.

Tabellionatus officium. (Reg. 44, c. 229 f. 157 v°.)

Venerabili fratri Boemundo, archiepiscopo Treverensi, facultatem concedit creandi duo tabelliones.

« Ne contractuum memoria... — Dat. Reate, v kalendas junii, anno secundo. »

956 Rieti, 23 mai 1289.

Ad solutionem debitorum ecclesiae Treverensis. (Reg. 44, c. 230, f. 157 v°.)

Eidem facultatem concedit percipiendi fructus, redditus et proventus primi anni omnium beneficiorum ecclesiasticorum quae in ecclesiis Treverensis civitatis et dioecesis usque ad triennium vacare contigerit, ad solvenda Treverensis ecclesiae debita convertendos.

« Circa curam quarumlibet... — Dat. Reate, x kalendas junii, anno secundo. »

957 Rieti, 28 mai 1289.

De residentia beneficiatorum. (Reg. 44, c. 231, f. 157 v°.)

Eidem mandat ut praelatos et alios clericos saeculares qui beneficia in ecclesiis Treverensis dioecesis acceperunt cogat ad residendum in eisdem ecclesiis, et ad suscipiendum ordines quos requirit beneficiorum onus, nisi super hoc indulgentiis sint muniti.

« Intimasti nobis quod... — Dat. Reate, v kalendas junii, anno secundo. »

958 Rieti, 28 mai 1289.

Facultas absolvendi. (Reg. 44, c. 232, f. 157 v°.)

Eidem facultatem concedit relaxandi sententias excommunicationis quas quidam praelati et clerici ejus dioecesis incurrerunt.

« Exposuit tua fraternitas... — Dat. ut supra. »

959 Rieti, 28 mai 1289.

Contra pluralitatem beneficiorum. (Reg. 44, c. 233, f. 158 r°.)

Eidem mandat quatenus quosdam monachos et alias personas regulares, qui sine dispensatione plures administrationes retinent, prosequatur.

« In nostra constitutus... — Dat. ut supra. »

960 Rieti, 28 mai 1289.

Facultas conferendi beneficia. (Reg. 44, c. 234, f. 158 r°.)

Eidem facultatem concedit providendi de beneficiis ecclesiasticis quae in Treverensi dioecesi tanto tempore vacaverunt quod eorum collatio ad sedem apostolicam devoluta est.

« Ut benivolentiam spetialem... — Dat. ut supra. »

961 Rieti, 12 juin 1289.

Facultas conferendi beneficia. (Reg. 44, c. 235, f. 158 r°.)

Eidem facultatem concedit faciendi recipi in qualibet ecclesia collegiata Treverensis dioecesis unum clericum in canonicum, ac providendi ei de praebenda.

« Personam tuam eo... — Dat. Reate, II idus junii, anno secundo. »

962 Rieti, 23 mai 1289.

Contra feudatarios Treverensis ecclesiae. (Reg. 44, c. 236, f. 158 r°.)

Eidem facultatem concedit compellendi feudatarios ecclesiae Treverensis ad fidelitatis et homagii juramentum sibi praestandum.

« Devotionis tue inducimur... — Dat. Reate, x kalendas junii, anno secundo. »

963 Rieti, 23 mai 1289.

Contra quasdam beneficiorum collationes in ecclesiis collegiatis Treverensis ecclesiae factas. (Reg. 44, c. 237, f. 158 r°; Lap. du Theil, II, 119.)

.. *abbati monasterii de Sancto Michaele, Virdunensis diocesis.* « Intelleximus, significante nobis venerabili fratre nostro Boemundo, archiepiscopo Treverensi, quod nonnulli prelati, decani et capitula collegiatarum ecclesiarum Treverensis civitatis et diocesis, ubi est certus canonicorum numerus institutus, juramenti munimine roboratus, in predictis ecclesiis, nullis in eis prebendis vacantibus, in singulis earum videlicet quamplures nepotes et con-

anguineos suos ac nonnullos alios, quorum aliqui illitterati, et alias minus ydonei, quidam vero pueri ac patientes in etate defectum esse dicuntur, in canonicos t in fratres, revelante hoc illis carne et sanguine, emeritate propria receperunt. Nos... discretioni tue per postolica scripta mandamus quatenus, si tibi constiterit le premissis, receptionem vel receptiones hujusmodi, t quicquid ex eis secutum est vel ob ipsas, auctoritate nostra cassare ac irritare, immo potius cassa et irrita nuntiare procures, predictis prelatis, decanis et capitulis c eorum singulis, sub excommunicationis pena firmiter nhibendo ne talia de cetero attemptare presumant, et si secus presumptum fuerit, decernendo penitus vacuum, rritum et inane. Dat. ut supra. »

964 Rieti, 23 mai 1289.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 44, c. 238, . 158 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Perusino mandat quatenus cum Johanne, acolito, fratre hospitalis S. Johannis Jerosolimitani de Plano Carpinis, Perusinae dioecesis, super defectu natalium quem patitur, e clerico in minoribus ordinibus constituto et muliere quae habitum ipsius hospitalis tantum gerebat sed votum castitatis non emiserat genitus, dispenset ut ad superiores ordines promoveri possit.

« Regularis ordinis professoribus... — Dat. ut supra. »

965 Rieti, 17 juin 1289.

Locus fratrum de Poenitentia Jesu Christi Pictavensis fratribus minoribus datur. (Reg. 44, c. 239, f. 158 v°; Lap. du Theil, II; Potth. 22981.)

Venerabili fratri .. episcopo et dilecto filio .. scolastico Pictavensibus mandat quatenus locum fratrum de Poenitentia Jesu Christi Pictavensem fratribus ordinis minorum ejusdem civitatis vendant, pretiumque susceptum eisdem fratribus minoribus restituant.

« Spetiale debitum inter... — Dat. Reate, xv kalendas julii, anno secundo. »

966 Rieti, 13 juin 1289.

De alienatione bonorum monasterii Sublacensis. (Reg. 44, c. 240, f. 158 v°.)

Dilecto filio B., abbati monasterii Sublacensis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, Tyburtine diocesis, post inquisitionem de hoc negotio ab .. episcopo Anagnino et .. archipresbytero ecclesiae Sancti Andreae de Sublaco factam, redigendi silvas et alia loca praedicti monasterii in culturam, eaque in emphitheosim, in feudum, vel alio modo concedendi, licentiam elargitur.

« Te olim significante... — Dat. Reate, idibus junii, anno secundo. »

967-968 Sainte-Marie-Majeure, 1er mai 1289.

De jurisdictione episcopi Cathalaunensis in monasterio Sancti Meminii Cathalaunensi. (Reg. 44, c. 241, f. 158 v°; Lap. du Theil, II, 122.)

Venerabili fratri .. episcopo Cathalaunensi. « Litteras felicis recordationis Alexandri pape IIII, predecessoris nostri, bone memorie Cathalaunensi episcopo, predecessori tuo, ejus proprio nomine non expresso, directas, fecimus inspici diligenter, in quibus sibi asserit constitisse ex tenore quarumdam litterarum pie memorie Innocentii pape IIII, predecessoris nostri, quas idem predecessor Alexander se inspexisse dicebat, quod ipsi predecessori Innocentio innotuerat quod, licet monasterium Sancti Meminii Cathalaunense esset eidem episcopo Cathalaunensi, tanquam suo diocesano, subjectum, .. abbas tamen et conventus ipsius monasterii, si episcopum ipsum vel officialem suum contingebat interdum aliqua eorum bona saisire, vel alias, justitia exigente, procedere contra eos aut homines eorumdem, seu si contingebat subditos ipsius episcopi dictis abbati et conventui vel ipsorum hominibus aliquas inferre molestias vel offensas, nobilem virum .. comitem Campanie, ad quem ipsius monasterii pertinere custodiam asserebant, ejusque ballivos ad illicitum presidium sue defensionis evocabant contra dictum episcopum Cathalaunensem, ecclesiam et subditos supradictos, qui se in ipsorum episcopi et ecclesie messem per usurpationis injuriam ingerentes, sua et fidelium ipsorum bona propter hoc occupabant et invadebant, alias dictum episcopum et subditos ipsos pressuris variis affligentes, ejusdem episcopi judicio pretermisso, sub quo tales se offerebant prefatis abbati et conventui de ipsorum hominibus exhibere justitie complementum; et quod idem predecessor Innocentius, hujusmodi presumptionibus apostolice providentie remedio cupiens obviare, prefatis abbati et conventui eorumque successoribus universis et singulis, sub pena excommunicationis et amotionis a dignitatibus, administrationibus, officiis et beneficiis, quam eos, si secus facerent vel fieri

consentirent, incurrere decernebat ipso facto, ita quod post transgressionem hujusmodi, quicquid ratione dignitatum, administrationum vel officiorum et beneficiorum hujusmodi agerent, irritum haberetur, edicto perpetuo per suas duxerat litteras inhibendum ne ex tunc dicti abbas et conventus, per se vel alios, quovis ingenio seu modo, occasione custodie supradicte, in prefatis vel consimilibus aut aliis quibuscumque casibus, contra dictum episcopum vel successores ejus, aut prefatam Cathalaunensem ecclesiam, sive eidem episcopo vel ecclesie predicte subjectos, quamdiu parati essent coram eodem episcopo in judicio respondere, dictum comitem vel ballivos suos, seu aliud seculare brachium, invocarent; et si occasione premisse custodie eidem episcopo vel successoribus suis, ecclesie Cathalaunensi aut subditis supradictis, per eosdem comitem et ballivos, aut aliud brachium seculare, dampna vel injurias contingeret irrogari, ipsos abbatem et conventum debere dicto episcopo et aliis supradictis de eisdem satisfacere idem predecessor Innocentius decreverat, ac gravius dejectionis nichilominus expectaturos periculum, si constitutionis et prohibitionis forent transgressores inventi. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, quod super premissis a predicto predecessore Innocentio factum est, ad instar ejusdem Alexandri ratum et gratum habentes, illud auctoritate apostolica approbamus. Nulli ergo etc. nostre confirmationis et approbationis etc. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, kalendis maii, anno secundo. »

In e. m. .. abbati monasterii de Lutria, ordinis S. Benedicti, Bisuntinae dioecesis, et .. archidiacono de Luxonio, ac .. thesaurario ecclesiae Bisuntinae, mandat quatenus praedictam confirmationem .. abbati et conventui S. Meminii denuntient, si ad hoc ab episcopo Cathalaunensi fuerint requisiti, et eundem episcopum, successores ejus, vel ecclesiam Cathalaunensem, sive subditos eorum, contra confirmationis ejusdem tenorem molestari non permittant.

969 Rieti, 11 juin 1289

Monasterio Sancti Spiritus de Magella datur ecclesia Sancti Eusebii de Urbe. (Reg. 44, c. 242, f. 159 r°.)

.. *abbati et conventui monasterii Sancti Spiritus de Magella, ordinis S. Benedicti, Theatine diocesis*, dat ecclesiam Sancti Eusebii, prope ecclesiam Sanctae Mariae Majoris de Urbe sitam; salvis tamen et reservatis cardinalatus titulo et possessionibus, bonis et juribus omnibus, ad romanorum pontificum arbitrium disponendis.

« Ad divini cultus... — Dat. Reate, III idus junii, anno secundo. »

970 Rieti, 9 juin 1289.

Collatio beneficii. (Reg. 44, c. 243, f. 159 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Herbipolensi mandat quatenus ecclesiam parrochialem in Sundervhoven, Herbipolensis dioecesis, quam resignavit magister Gregorius de Urbe, conferat Hartmanno, filio quondam Henrici de Welandeshem, clerico ejusdem dioecesis.

« Cum dilectus filius... — Dat. Reate, V idus junii, anno secundo. »

971 Rieti, 17 juin 1289.

Pro liberatione Guilaberti de Cruyllis, Alfonsi regis Aragonum legati, a regis Franciae officialibus detenti. (Reg. 44, c. 244, f. 159 v°; Lap. du Theil, II.)

Carissimo in Christo filio Phylippo, regi Francorum illustri. Eum rogat ut libertati restituat nobilem virum Guilabertum de Cruyllis, Gerundensis dioecesis, quem, ab Alfonso, nato quondam Petri regis Aragonum, tunc citato coram sede apostolica, ad eandem sedem missum, petiturum pro ipso Petro litteras de salvo conductu, officiales regiae curiae, cum per Franciam transiret, coeperunt et adhuc captivum detinent.

« Credimus carissime fili... — Dat. Reate, XV kalendas julii, anno secundo. »

972 Rieti, 7 juin 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 245, f. 160 r°; Lap. du Theil, II, 126.)

.. *decano et capitulo ecclesie Sancti Mauricii Andegavensis.* Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit visitantibus eandem ecclesiam in festivitate sancti Mauricii, et per octo dies sequentes.

« Licet is de... — Dat. Reate, VII idus junii, anno secundo. »

973 Rieti, 10 juin 1289.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 246, f. 160 r°.)

Dilectis filiis .. archidiacono et .. thesaurario ecclesie

erdonensis mandat quatenus cum Roberto dicto Flangho, milite, et Africa, nata nobilis viri Reginaldi dicti chen, Aberdonensis dioecesis, dispenset, ut in matrimonio olim ab ipsis, impedimentum esse ignorantibus, ntracto, remanere valeant.

« Exhibita nobis dilecti... — Dat. Reate, IIII idus iii, anno secundo. »

974-975 Rieti, 18 juin 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 247, f. 160 r°; Potth. 22982.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. dulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui clesiam fratrum minorum Mediolanensem in sanctom Francisci et Antonii, sanctaeque Clarae et sancti uboris martyris festivitatibus, et per octo dies sequen, visitaverint.

« Loca sanctorum omnium... — Dat. Reate, XIIII kaidas julii, anno secundo. »

Rieti, 27 juin 1289.

In e. m. .. magistro et fratribus hospitalis de Petra ncta, Lucanae dioecesis. Eandem indulgentiam conlit pro ecclesia hospitalis praedicti. Dat. Reate, v kaidas julii, anno secundo. (*En marge*).

976 Rieti, 13 juin 1289.

De redditibus quarumdam ecclesiarum Constantiensis dioeis. (Reg. 44, c. 248, f. 160 r°; Lap. du Theil, II, 127.)

Venerabilibus fratribus .. episcopo et dilecto filio .. cantori siliensibus. « Pastoralis officii debitum exequentes, ad libenter intendimus et studium efficax impertimur per e, subductis obstaculis et impedimentis quibuslibet sis procul, insistatur cotidie cultui divinorum. Lecta uidem coram nobis venerabilis fratris nostri .. Conntiensis episcopi petitio continebat quod, licet perotio quarte partis omnium decimarum provenientium quasdam collegiatas et parrochiales ecclesias sue diois annis singulis ad eundem episcopum, de antiqua et robata et hactenus pacifice observata consuetudine, tinere noscatur, quia tamen apud aliquos predeceses suos Constantienses episcopos circa perceptionem imarum ipsarum prava quedam et gravis non moum consuetudo, ut dicitur, inolevit, videlicet ut pre et clerici ecclesiarum ipsarum per triennium decimas dictas ex integro, prefatus vero episcopus quarto anno tribus annis preteritis decimas ipsas omnes percipere debeant et habere, sepe contingit quod nonnulli ex prelatis et clericis supradictis, in hujusmodi quarto anno de decimis ipsis, a quibus quasi totalis eorum videtur substentatio dependere, nichil habentes vel percipientes omnino, nolunt in predictis ecclesiis vel earum aliquibus residere, propter quod eedem ecclesie debitis defraudantur obsequiis et cura negligitur animarum. Unde, cum tam eidem episcopo et ecclesie sue quam prelatis et clericis antedictis hujusmodi perceptio non modicum sit dampnosa, episcopus ipse nobis humiliter supplicavit ut congruum in hac parte remedium adhibere de solita sedis apostolice providentia dignaremur. Nolentes igitur prelibatas ecclesias occasione hujusmodi dampna incurrere, vel debitis obsequiis defraudari, aut in eis curam negligi animarum, sperantes etiam quod ea que vobis committimus prudenter et provide studeatis perducere ad effectum, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus super hiis vos, vel alter vestrum, auctoritate nostra diligentius inquirentes, faciatis in hac parte, consuetudine non obstante predicta, quod utilitati tam Constantiensis quam aliarum ecclesiarum predictarum magis videritis expedire firmiter observari. Contradictores etc. Testes etc. Dat. Reate, idibus junii, anno secundo. »

977 Rieti, 1er juin 1289.

Contra dilapidationes abbatis monasterii Sancti Peregrini de Alpibus. (Reg. 44, c. 249, f. 160 r°; Potth. 22974.)

Dilectis filiis .. abbati monasterii de Guamo Lucani et .. guardiano ordinis fratrum minorum ac .. priori Sanctorum Johannis et Reparate Lucanis mandat quatenus de Bonacurso, hospitalis Sancti Peregrini de Alpibus abbate, Lucanae dioecesis, dilapidationum ab Aldebrando, Germiniano et Parmesano, ejusdem hospitalis fratribus, accusato, cognoscant, et si opus fuerit, in hospitali corrigant et reforment.

« Etsi ex injuncto... — Dat. Reate, kalendis junii, anno secundo. »

978 Rieti, 18 mai 1289.

Dispensatio super defectu aetatis et ordinum et pluralitate beneficiorum. (Reg. 44, c. 250, f. 160 v°; Potth. 22965.)

Magistro Guillelmo, rectori ecclesie de Tyrnachtin, Tuamensis diocesis, confirmat litteras quibus Johannes, Tusculanus episcopus, apostolicae sedis nomine, cum eo dispensavit super eo quod ecclesias de Cuccanffan, unde-

cim annos natus, et postea de Moydrisie, de Achnetyg, de castro Oconheur et de Tyrnachtin, Cassellensis, Laonensis, Tuamensis et Aladensis dioecesium, recepit et insimul detinuit, nec se in presbyterum promoveri fecit.

« Constitutus dudum in... — Dat. Reate, xv kalendas junii, anno secundo. »

979 Sainte-Marie-Majeure, 6 avril 1289.

De contentione inter monasterium Sancti Evurtii Aurelianense et episcopum et capitulum Aurelianenses (Reg. 44, c. 251, f. 161 r°; Lap. du Theil, II, 129.)

Venerabili fratri .. episcopo Aurelianensi. « Sua nobis dilecti filii .. abbas et conventus monasterii Sancti Evurtii Aurelianensis, ordinis S. Augustini, petitione monstrarunt quod bone memorie .. episcopus, decanus et capitulum Aurelianenses eisdem abbati et conventui, pietatis intuitu, sub ea forma ejusdem ecclesie prebendarum annualia concesserunt ut, quandocumque et ex quacumque causa ex tunc aliquam prebendam contingeret in ecclesia predicta vacare, dicti abbas et conventus fructus et proventus ipsius prebende per unum annum integre eo modo perciperent et haberent quo ante vacationem ejusdem prebende canonicus ejusdem ecclesie prebendam ipsam obtinens fructus percipiebat eosdem, sive ut assiduus in ipsa ecclesia sive foraneus haberetur, et quod, si contingeret ipsos episcopum, decanum et capitulum prebendam aliquam predicte ecclesie alicui cenobio concedere, vel alias in pios usus perpetuo deputare, pro annuali prebende concesse seu deputate taliter, ad certam recompensationem prefatis abbati et conventui tenerentur, prout in patentibus litteris inde confectis, dictorum episcopi, decani et capituli sigillis munitis, dicitur plenius contineri; felicis quoque recordationis Eugenius, Adrianus et Alexander IIII, predecessores nostri romani pontifices, quod super hiis ab eisdem episcopo, decano, et capitulo totaliter actum extitit ratum habentes et gratum, illud per eorum litteras ex certa scientia confirmarunt. Verum, cum aliquam prebendam alicujus canonici ecclesie predicte, cui est ex indulto apostolice sedis concessum ut fructus et proventus ipsius prebende in absentia usque ad aliquod certum temporis spatium, cotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, percipere valeat ac si in eadem ecclesia personaliter resideret, infra hujusmodi etiam tempus vacare contingit, dicti .. decanus et capitulum annualia ipsius prebende unius anni, prout ipse canonicus percipiebat eadem, predictis abbati et conventui exhibere, pro annualibus insuper ejusdem prebende ipsius ecclesie, quam in augmentum redditum partis canonicorum ejusdem ecclesie perpetuo deputarunt, recompensationem debitam eis facere denegant minus juste, alias eisdem abbati et conventui dampna gravia et injurias irrogando. Quare prefati abbas et conventus nobis humiliter supplicarunt ut, cum eis valde dispendiosum existeret super premissis cum eisdem decano et capitulo in illis partibus litigare, super hiis ipsis exhiberi justitiam apud sedem apostolicam faceremus. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus, partibus convocatis, causam hujusmodi audias et eam infra unius anni spatium post receptionem presentium judicio, vel, si de partium voluntate processerit, concordia, terminare procures, faciens quod decreveris per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem etc. Alioquin ex tunc causam ipsam, instructam vel non instructam, ad apostolice sedis remittas examen, prefixo partibus ipsis termino peremptorio competenti, quo per se vel per procuratores ydoneos, cum omnibus actis, juribus et munimentis suis dictam causam contingentibus, apostolico se conspectui representent, facture et recepture super hiis quod ordo dictaverit rationis. Diem vero citationis ... Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, viii idus aprilis, anno secundo. »

980-981 Rieti, 22 juin 1289.

Collatio beneficii et dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 44, c. 252, f. r°; Lap. du Theil, II, 131.)

Egidio Aycelini, juris civilis professori, capellano nostro, canonico Bajocensi. « Apostolice sedis benignitas... Canonicatum ecclesie Bajocensis, cum plenitudine juris canonici, apostolica auctoritate tibi conferimus et providemus de illo, teque de ipso per nostrum anulum presentialiter investimus, prebendam quoque integram non sacerdotalem et dignitatem seu personatum, cum cura vel sine cura, nulli alii de jure debitos, quos conjunctim vel divisim duxeris acceptandos, sive si prebenda ipsa hujusmodi dignitati vel personatui sit annexa, sive non, si vacant ibidem ad presens, vel quamprimum eos vacare contigerit, conferendos tibi donationi apostolice reservamus. Volentes quod cum ipsis dignitate vel personatu, vel sine ipsis, vacantem vel vacaturam prebendam respuere valeas, vel, si malueris, acceptare; dignitatem autem seu personatum hujusmodi, cum prebenda vel sine prebenda quam cum eis vacare contigerit, prout malueris, libere acceptando... Non obstantibus... quod in ecclesia Claromontensi prepositurum et archidiaconatum, qui est eidem prepositure annexus, ac in ea et Rothoma-

nsi, Aniciensi, de Biliomo, de Ursivalle, Claromonusis diocesis, ecclesiis canonicatus et prebendas, ac de ıadaleu, de Sancto Juliano, de Sancto Marcho prioratus, ısdem diocesis, solitos secularibus clericis assignari, in diversis monasteriis pensiones annuas nosceris obıere... Dat. Reate, x kalendas julii, anno secundo. »

In e. m. Guidoni de Novavilla, praeposito de Masenyo in Carnotensi ecclesia, litterarum apostolicarum ntradictarum auditori, .. archidiacono Burgensi in ›rnacensi ecclesia et .. officiali Claromontensi, mandat ıatenus Egidium in corporalem possessionem canonitus Bajocensis inducant.

982 Rieti, 30 juin 1289.

Reformatur monasterium Sancti Dionysii in Francia. (Reg. , c. 253, f. 161 v°.)

Dilectis filiis .. Cistercii et .. de Claravalle ac .. de Caroɔco monasteriorum abbatibus, Cisterciensis ordinis, Cabiıensis, Lingonensis et Silvanectensis diocesium, mandat atenus, ad monasterium Sancti Dionysii in Francia ;edentes, id tam in capite quam in membris reforınt, et si ita viderint expedire, .. abbatem et quosdam ›nachos coram sede apostolica citent, « alienandi, dishendi, donandi seu quomodolibet concedendi bona :ti monasterii immobilia seu etiam mobilia, que in ;is aureis, argenteis, jocalibus, libris et ornamentis :lesiasticis, lapidibus pretiosis et aliis consimilibus ısistere dinoscuntur, prefatis abbati et conventui fa.tate penitus interdicta. »

« Onerosa pastoralis officii... — Dat. Reate, II kalendas ii, anno secundo. »

983 Rieti, 27 juin 1289.

Curris cum palatio ac macerie castri Illasii, Veronensis dioeis, nobilibus viris de Lascala datur. (Reg. 44, c. 254, 62 r°; Potth., 22986.)

Fratri Phylippo de Mantua, ordinis fratrum minorum. Considerantes sincere devotionis affectum quem dici filii nobiles viri Albertus de Lascala, et Nicolaus ›ndam Mastini militis, et Fredericus, ac Albertus, fra ejus, filii et heredes quondam Alberti dicti Pichardi, ›otes ejus, cives Veronenses, erga romanam gerunt lesiam et gerent, ut speratur et creditur, in futurum, ›dque circa promovendum negotium fidei se promptos ıbent, et ferventes inquisitoribus pravitatis heretice, illis partibus per sedem apostolicam deputatis, assistendo favoribus, consiliis et auxiliis oportunis; pensantes etiam quod prefati Albertus de Lascala et Mastinus ac Albertus dictus Picardus, dum viverent, in facto captionis patarenorum, qui dudum in castro Sermionis, ejusdem diocesis, morabantur, se viriliter et laudabiliter habuerunt, prout ipsa facti evidentia patefecit, dignum fore cognovimus et conveniens rationi ut eosdem Albertum de Lascala et Nicolaum, Fredericum ac Albertum, fratrem ejus, propter hujusmodi sua et eorumdem patrum suorum merita spetialibus gratiis et favoribus prosequamur, ut ipsi ex hoc se gaudeant ecclesie fuisse devotos, et alii eorum exemplo ad devotionem ipsius ecclesie ac etiam ad promotionem negotii supradicti reddantur non immerito promptiores. Cum itaque, sicut ad nostrum pervenit auditum, quondam Ezelinus de Romano, manifestus ipsius ecclesie inimicus, ac de crimine pravitatis ejusdem, dum viveret, publice diffamatus, seu etiam condempnatus, quoddam in alieno solo, seu loco predicte diocesis castrum, quod vulgariter castrum Illasii nuncupatur, edificari seu construi fecerit adhuc vivens, et predictus locus justo, ut dicitur, titulo ad nobiles pervenerit supradictos, nos, volentes eis, obsequiorum et meritorum suorum obtentu, gratiam facere spetialem, tibi concedendi, donandi et tradendi eisdem nobilibus turrim cum palatio et macerie, que de dicto castro superesse dicuntur, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, quatenus hec ad romanam ecclesiam spectare noscuntur, ab eis et eorum heredibus in perpetuum possidenda, si expedire putaveris, vice ac nomine romane ecclesie plenam et liberam presentium auctoritate concedimus facultatem. Dat. Reate, v kalendas julii, anno secundo. »

984-985 Rieti, 30 juin 1289.

Collatio beneficii et dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 44, c. 255, f. 162 v°; Lap. du Theil, II, 135.)

Magistro Johanni de Vaissongnia, capellano nostro, canonico Morinensi. « Apostolice sedis benignitas... canonicatum ecclesie Morinensis, cum plenitudine juris canonici, et prebendam integram non sacerdotalem, que de jure nulli alii debeatur, si in ecclesia ipsa vacat ad presens, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, apostolica tibi auctoritate conferimus et providemus de illis, teque de ipsis per nostrum anulum presentialiter investimus, et nichilominus dignitatem vel personatum quam vel quem duxeris acceptandum, sive sit ei annexa prebenda aliqua, sive non, si nunc vacat ibidem, et si talis dignitas vel personatus aut prebenda nunc non vacant in

ecclesia supradicta, hujusmodi dignitatem et personatum, quam vel quem acceptaveris, necnon prebendam integram non sacerdotalem proximo inibi vacaturos, qui de jure nulli alii debeantur, conferendos tibi cum vacaverint donationi apostolice reservamus... Non obstante... quod archidiaconatum Burgensem in ecclesia Tornacensi, et in ea ac Laudunensi, Belvacensi, Suessionensi, Trecensi et de Montefalconis, Remensis diocesis, ecclesiis canonicatus et prebendas nosceris obtinere... Dat. Reate, x kalendas julii, anno secundo. »

In e. m. .. Claromontensi, .. de Masengeyo in ecclesia Carnotensi praepositis, ac magistro Symoni Matifardi, canonico Parisiensi, mandat quatenus praefatum Johannem, vel procuratorem ejus, in corporalem possessionem praedictorum canonicatus et praebendae inducant. Dat. ut supra.

986 Rieti, 27 juin 1289.

Licentia audiendi divina in locis interdictis. (Reg. 44, c. 256, f. 162 v°.)

Carissime in Christo filie Johanne, regine Francie illustri, indulget ut in locis interdictis sibi et familiae suae per capellanum proprium divina celebrari facere possit.

« Ex tue magnitudinis... — Dat. Reate, v kalendas julii, anno secundo. »

987 Rieti, 1er juillet 1289.

Licentia vescendi carne. (Reg. 44, c. 256², f. 162 v°, en marge).

Nicolaus etc. Carissime in Christo filie Marie, regine Francie illustri. « Meritis tue devotionis inducimur ut in hiis que digne postulas nos tibi propitios gaudeas invenisse. Cum igitur, sicut ex parte tua fuit propositum coram nobis, elemosinarium habeas fratrem ordinis fratrum Vallis scolarium professum, cui ex institutione sui ordinis esus carnium prohibetur, nos, tuis supplicationibus inclinati, ut idem elemosinarius tuis obsequiis insistendo, quotiens sibi necesse fuerit, carnibus libere vesci possit, contraria constitutione sui ordinis non obstante, auctoritate tibi presentium indulgemus. Nulli ergo etc., nostre concessionis etc. Dat. Reate, kalendis julii, anno secundo. »

988 Rieti, 1er juillet 1289.

Privilegium capellanis reginae Franciae concessum. (Reg. 44, c. 257, f. 163 r°.)

Eidem. « Ex tue magnitudinis... ut tui capellani in sacerdotio constituti, circa illos qui existentes de tua curia contrahere matrimonium ad invicem volunt, banna, benedictionem et alia que in matrimoniorum sollempnitatibus exhibentur et fiunt, libere exercere possint, sine juris prejudicio alieni, auctoritate tibi presentium indulgemus. Nulli ergo etc. nostre concessionis etc. Dat. ut supra. »

989 Rieti, 1er juillet, 1289.

Licentia ingrediendi monasteria. (Reg. 44, c. 258, f. 163 r°; Potth., 22987.)

Eidem. « Ex tue magnitudinis ... ut monasteria dominarum ordinis Sancte Clare, quotiens tibi visum fuerit, cum sex honestis matronis et quatuor militibus ac tribus vel quatuor fratribus ordinis minorum discretis, ingredi libere, ac mittere aliquos ex predictis fratribus ad eadem monasteria, quotiens tibi placuerit, pro piis et utilibus tractatibus exequendis, libere possis, dummodo tu vel matrone aut milites vel fratres predicti in illis non edatis vel etiam pernoctetis in illis ... devotioni tue auctoritate presentium indulgemus. Nulli ergo etc. nostre concessionis etc. Dat. ut supra. »

990 Rieti, 1er juillet 1289.

Facultas absolvendi. (Reg. 44, c. 259, f. 163 r°.)

Eidem indulget ut confessor ejus eam et mulieres ejus a sententiis canonicis absolvere possit.

« Quanto personam tuam... — Dat. ut supra. »

991-1003 Rieti, 31 mai 1289.

De decima pro negotio Aragoniae regi Francorum concessa. (Reg. 44, c. 260 f. 163 r°; Lap. du Theil, II; Potth. 22971.)

Venerabilibus fratribus .. Rothomagensi archiepiscopo et .. episcopo Autisiodorensi. « Quantis ab olim et quam gravibus romanam matrem ecclesiam provocavit offensis, affecit injuriis, excessibus perturbavit ille iniquitatis filius, minister nequitie, quondam Petrus, olim rex Aragonum, in totius fere orbis notitiam fame divulgatis affatibus verisimiliter creditur pervenisse. Unde felicis recordationis Martinus papa, predecessor noster, ad propulsandam tam grandis persecutionis molem, tamque infesti persecutoris instantiam, tantamque nequitiam reprimendam, necessitate ipsum cogente, varios modos et vias exquirere studuit diversaque remedia cogitare.

ui hoc precipuum tam justitia quam ejusdem Petri de-
erita obtulerunt, ut juste, viribus debilitatis ipsius et
otentia diminuta, idem sic distraheretur ad plurima
uod eum minorem ad singula contingeret inveniri.
uapropter dictum Petrum, tunc regem Aragonum, re-
no et terris suis regioque honore sententialiter, justitia
igente, privavit, et privans eadem regnum et terras
posuit occupanda catholicis, de quibus et prout sedes
ostolica duceret providendum in eisdem regno et terris,
mane ecclesie jure salvo; de utili vero et efficaci exe-
itione privationis, expositionis et occupationis hujus-
odi cum fratribus suis deliberatione prehabita, de
sorum consilio, ad christianissimum genus clare me-
orie Phylippi, regis Francie, aciem sue considerationis
itendit, ac ipsorum regis et generis suique incliti regni
nceram fidem ad Deum, constantem devotionem ad ip-
um et ecclesiam, grandemque potentiam diligenter atten-
ens, aliquem de ipsius regis Francie filiis, alium tamen
eo qui sibi erat in dicto regno Francie successurus,
l occupandum prefatum Aragonie regnum et terras alias
ue olim dicti P. fuerunt, per suas sub certa forma
tteras voluit deputari. Prefatus itaque rex Francorum,
ujusmodi acceptans ac etiam assumens negotium, ad pre-
icta carissimum in Christo filium nostrum Carolum,
ragonie et Valentie regem illustrem, secundo geni-
um suum, elegit, cum prelatis et proceribus regni sui
eliberatione premissa; et deinde idem C., rex Aragonie,
l hec fuit auctoritate sedis apostolice deputatus, prout a
otitia vestra fore non credimus alienum. Sub quantis
utem laboribus quantisque sumptibus sit idem negotium
er carissimum in Christo filium nostrum Philippum,
'rancie regem illustrem, dictum Philippum patrem et
lios suos huc usque deductum, quantis indigeat, quan-
que in ipsius prosecutione procul dubio ex causis variis
on obmittenda nec contempnenda supersint, non est
pus exprimere, cum possit discreto cuilibet consideranti
onsultius apparere. Cum igitur idem rex Francie,
refati defuncti regis filius, ipsius sui genitoris imitans,
icut letanter accepimus, laudanda vestigia, hujusmodi
egotium, quantumlibet sumptuosum, laboriosum et ar-
uum, votis ferventibus prosequatur, ad prosecutionem
llius, juxta celsitudinis regalis decentiam, studiose ac
iriliter intendendo, nos suum digne laudandum in hac
arte propositum multipliciter in Domino commendantes,
t volentes sibi super hoc, ut commodius et efficatius
xequi valeat quod incepit, subventionis oportune suffra-
gium impertiri, sibi hoc cum instantia requirenti om-
nium ecclesiasticorum proventuum et reddituum deci-
nam, per tres annos, a Nativitatis beati Johannis Baptiste
esto proximo numerandos, in regno Francie ac in
Lugdunensi, Viennensi et Bisuntina provintiis, necnon in Cameracensi, Leodiensi, Metensi, Virdunensi et Tullensi civitatibus et diocesibus, auctoritate apostolica, de fratrum nostrorum consilio, duximus concedendam, exigendam juxta modum per sedis ejusdem providentiam ordinatum. Siquidem exactionis decime primi anni terminum primum fore statuimus festum Nativitatis dominice primo venturum; secundum vero festum Nativitatis beati Johannis deinde proximo secuturum, in duobus annis sequentibus eisdem terminis observandis. Volumus autem quod fratres nostri romane ecclesie cardinales, qui mundi nobiscum negotia perferunt et onera cotidiana supportant, ab hujusmodi prestatione decime sint exempti ac liberi penitus et immunes. Clericos preterea quorum redditus et proventus in regno, provintiis, civitatibus et diocesibus supradictis quindecim librarum turonensium parvorum valorem annuatim non excedunt teneri nolumus ad decimam memoratam; nec Templarios ac Hospitalarios, qui contra hostes fidei christiane se ac sua in ultramarinis exponere partibus non formidant, quique, propter dissensiones seculi, quas frequenter in eo suscitari contingit, in diversis mundi partibus dampna gravia pertulerunt; illis etiam personis, bonis et rebus omnibus ab ejusdem prestatione decime prorsus exceptis, quos declarationes olim diversis temporibus per sedem apostolicam edite circa decimarum prestationem hactenus exceperunt. Quoad Cistercienses autem, qui de manuum suarum laboribus terrarumque cultibus substentantur, quanquam eos nequaquam a prestatione decime hujusmodi duxerimus eximendos, ne tamen religionis observantia, que in eorum ordine laudabiliter vigere dinoscitur, perturbetur, et divina, que inibi studiis sollicitis exercentur, obsequia diminutionis dispendia patiantur, quantitatem solvendam ab eis pro ipsa decima, et modum solutionis ipsius sic duximus moderandum, ut solvant, pro rata triennii, quantum et sicut predicto Philippo regi defuncto de concessa ei per quadriennium decima conventione voluntarie prestiterunt. Ceterum, si forsan infra dictum triennium in prefato negotio pacis federa provenirent, vel contingeret ab ipsius prosecutione desisti, illud quod erit seu supererit de decima hujusmodi sibi concessa in sedis prefate dispositione, ordinatione ac voluntate libera remanebit. Et, si super premissis aut aliquo premissorum interpretatio vel declaratio quevis occurrerit facienda, erit in ipsius sedis arbitrio, et ejus beneplacito relinquetur. Cum igitur vos ad exactionem hujusmodi faciendam, solerti deliberatione premissa, duxerimus eligendos, fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus quatenus, onus hujusmodi vobis impositum suscipientes humiliter et devote, venerabiles fratres nostros archiepiscopos, episcopos et dilectos

filios electos, abbates, priores, decanos, archidiaconos, prepositos, archipresbyteros et alios ecclesiarum prelatos, capitula, conventus et collegia Cisterciensis, Cluniacensis, Premonstratensis, S. Benedicti, S. Augustini, Cartusiensis, Grandimontensis et aliorum ordinum, ceterasque alias personas ecclesiasticas, seculares et regulares, exemptas et non exemptas, per eadem regnum, provintias, civitates et dioceses constitutas, que secundum expressum modum ad dictam decimam sunt astricte, juxta datam vobis a Deo prudentiam, vos, per vos vel per alios, moneatis et efficaciter inducatis ut, diligentius attendentes quanta totius christianitatis utilitas exigit, ut, repressis ac domitis turbatoribus sue quietis et pacis, et turbine tante turbationis exploso, Christi et christianitatis ipsius negotiis contra hostes fidei prosequendis efficatius intendatur, quodque ad petenda hujusmodi eorum suffragia, quanquam non ignoremus ipsos frequenter similia pertulisse, grandis et gravis necessitas nos compellit, onera sue matris ecclesie prompta benignitate participent, et juxta eundem modum sepefatam decimam in promptitudine devotionis exolvant. Quod si monitis vestris parere in hac parte contempserint aut forte distulerint, eos universos et singulos ad id auctoritate nostra, quavis eorum appellatione cessante, cogatis. Non obstantibus quibuslibet privilegiis... Sane volumus quod neuter vestrum in exemptos sue provintie, civitatis sive diocesis, premissam exerceat potestatem, sed alter vestrum eam libere in exemptos non sue provintie, civitatis seu diocesis, per se vel per alios aut alium, exequatur; quodque quicquid fuerit de decima predicta receptum regi assignetis eidem. Ut autem vobis ex assumendis laboribus et sollicitudinibus in premissis uberius premium eterne retributionis accrescat, vos vel ecclesias vestras a prestatione hujusmodi decime non duximus eximendos, sed teneri volumus ad eandem. Pro expensis vero vestris, nichil de ipsa decima exigetis. In aliis autem predictam decimam contingentibus prosequendis, moderatas expensas de dicta decima faciatis. Ad exequendum vero predicta tam grandia et ardua magneque requirentia circumspectionis industriam, ut tutius, efficatius atque consultius executio ipsa procedat, vos ambos in cunctis, si possibilitas suppetat, adesse precipimus. Si autem vel morte vel alio impedimento, non quesito, non ficto, vestrum alterum prepediri contigerit, reliquus, hujusmodi impedimento durante, nichilominus exequatur. Cessante vero impedimento predicto, ambo simul executioni prefate, sicut premittitur, efficaciter intendatis. Dat. Reate, II kalendas junii, anno secundo. »

In e. m. .. archiepiscopo Remensi, ejus suffraganeis et electis, abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, prepositis, archipresbyteris et aliis ecclesiarum praelatis, necnon capitulis, conventibus et collegiis Cisterciensis, Cluniacensis, Praemonstratensis, S. Benedicti, S. Augustini, Cartusiensis, Grandimontensis et aliorum ordinum, et ceteris aliis personis ecclesiasticis, saecularibus et regularibus, non exemptis, per Remensem provinciam constitutis. Eos hortatur ut non solum praefatae decimae concessioni benignum assensum praestent, sed et in aliis regi Franciae, praedictum negotium prosequenti, consilio et auxilio assistant.

In e. m. .. archiepiscopo Viennensi et aliis Viennensis provinciae personis ecclesiasticis.

In e. m. .. archiepiscopo Bisuntino et aliis Bisuntinae provinciae personis ecclesiasticis.

In e. m. .. archiepiscopo Turonensi et aliis Turonensis provinciae personis ecclesiasticis.

In e. m. .. archiepiscopo Rothomagensi et aliis Rothomagensis provinciae personis ecclesiasticis.

In e. m. .. archiepiscopo Bituricensi et aliis Bituricensis provinciae personis ecclesiasticis.

In e. m. .. archiepiscopo Auxitano et aliis Auxitanae provinciae personis ecclesiasticis.

In e. m. .. archiepiscopo Senonensi et aliis Senonensis provinciae personis ecclesiasticis.

In e. m. suffraganeis, .. decano et capitulo Narbonensibus et aliis Narbonensis provinciae personis ecclesiasticis.

In e. m. suffraganeis, .. decano et capitulo Lugdunensibus et aliis Lugdunensis provinciae personis ecclesiasticis.

In e. m. suffraganeis, .. decano et capitulo Burdegalensibus et aliis Burdegalensis provinciae personis ecclesiasticis.

In e. m. .. Cameracensi, .. Leodiensi, .. Metensi et .. Tullensi episcopis, decano et capitulo Virdunensibus, et aliis earumdem dioecesium personis ecclesiasticis.

1004 Rieti, 31 mai 1289.

De eodem negotio. (Reg. 44, c. 261, f. 164 v°.)

Carissimo in Christo filio Phylippo, regi Francorum illustri. « Quanto negotium Aragonie spetialius insidet cordi nostro, quantoque ad celerem et felicem promotionem ipsius studio intendimus ampliori, tanto majori desiderio ducimur ut illud ad laudem et gloriam omnium conditoris, honorem et exaltationem ecclesie, ac bonum prosperum totius Christianitatis statum exitum sortiatur. Cum itaque, sicut letanter accepimus, tu, tanquam filius

nedictionis et gratie, non sine laudum sonoro preconio, i vestigia imitans genitoris, prefatum negotium, quanmlibet laboriosum et arduum, votis ferventibus proseıaris, ad prosecutionem illius, juxta celsitudinis regalis centiam, studiose ac viriliter intendendo, nos, tuum udabile ac salubre in hac parte propositum multipliter in Domino commendantes, et volentes tibi super ɔc, ut comodius et efficatius exequi valeas quod cepisti, bventionis oportune suffragium impertiri, tibi hoc cum stantia requirenti omnium ecclesiasticorum provenum et redditum decimam per tres annos a Nativitatis ati Johannis Baptiste festo proximo numerandos, in gno Francie ac in Lugdunensi, Viennensi et Bisuntina ovintiis, necnon in Cameracensi, Leodiensi, Metensi, irdunensi et Tullensi civitatibus et diocesibus, auctotate apostolica, de fratrum nostrorum consilio, duxius concedendam, ad ipsius exactionem venerabilem ıtrem nostrum .. Rothomagensem archiepiscopum et .. iscopum Autisiodorensem executores per alias nostras teras deputantes, ut ipsi duo aut unus eorum, per se alios, procedant in ea juxta subscriptum modum per sius sedis providentiam ordinatum. Ita tamen quod de efata decima pro suis oneribus et necessitatibus ducenta ilia librarum turonensium nigrorum romane persoltis ecclesie Parisius certis terminis, sine aliqua exempone, compensatione vel deductione ex occasione vel usa quacumque, videlicet in festo Omnium Sanctoım anno Domini M CC VIIII° medietatem, et aliam edietatem in alio festo Omnium Sanctorum immediate quenti. Siquidem exactionis decime primi anni termiım primum fore statuimus festum Nativitatis domini primo venturum, secundum vero festum Nativitatis ati Johannis inde proximo secuturum, in duobus annis quentibus eisdem terminis observandis. Volumus aum quod fratres nostri romane ecclesie cardinales, qui undi nobiscum negotia perferunt et onera cotidiana ıpportant, ab ipsius prestatione decime sint exempti ac beri penitus et immunes. Clericos preterea quorum dditus et proventus in regno, provintiis, civitatibus et iocesibus supradictis quindecim librarum turonensium ırvorum valorem annuum non excedunt teneri noluıus ad decimam memoratam; nec Templarios ac Hospilarios, qui contra hostes fidei christiane se ac sua in ltramarinis exponere partibus non formidant, quique ropter dissentiones seculi, quas frequenter in eo susciıri contingit, in diversis mundi partibus dampna gravia ertulerunt; illis etiam personis, locis et rebus omnibus b ejusdem prestatione decime prorsus exceptis, quos eclarationes olim diversis temporibus per sedem aposlicam edite circa decimarum prestationem hactenus exceperunt. Quoad Cistercienses autem, qui de manuum suarum laboribus terrarumque cultibus sustentantur, quanquam eos nequaquam a prestatione decime hujusmodi eximamus, ne tamen religionis observantia, que in eorum ordine laudabiliter vigere dinoscitur, perturbetur, et divina que inibi sollicitis studiis exercentur obsequia diminutionis dispendia patiantur, quantitatem solvendam ab eis pro ipsa decima et modum solutionis ipsius sic duximus moderandum, ut solvant, pro rata triennii, quantum et sicut prefato genitori suo pro concessa ei per quadriennium decima conventione voluntaria prestiterunt. Ceterum si forsan infra dictum triennium in prefato negotio pacis federa provenirent, vel contingeret ab ipsius prosecutione desisti, totum illud quod erit seu supererit de decima tibi concessa in sedis prefate dispositione, ordinatione ac voluntate libera remanebit. Et si super premissis aut aliquo premissorum interpretatio vel declaratio quevis occurrerit facienda, erit in ipsius sedis arbitrio et ejus beneplacito relinquetur. Dat. ut supra. »

1005 Rieti, 28 juin 1289.

De eodem negotio. (Reg. 44, c. 262, f. 164 v°.)

Eidem. « Dilectos filios magistros Johannem de Wassognia, Brugensem archidiaconum in ecclesia Tornacensi, et Egidium, Claromontensem prepositum, regie celsitudinis nuntios, capellanos nostros, ad nostram ex parte tua presentiam accedentes, contemplatione mittentis et intuitu probitatis eorum, benigne recepimus, et quampluribus ex petitionibus tuis, nobis ex parte regia eorum ministerio presentatis, annuimus, tuis in illis, prout infrascripta declarant, beneplacitis concurrentes. Concessioni siquidem decime per triennium a festo Nativitatis beati Johannis Baptiste proximo preterito numerandum, regie serenitati facte a nobis, civitatem et diocesim Cameracensem adjecimus, ut petiisti, Tarentasiensi et Eberdunensi provintiis, que in earumdem civitatis et diocesis locum date fuerant, ab eadem sede subtractis. Terminum insuper, qui ad solutionem medietatis ducentorum milium librarum turonensium ecclesie romane pro suis necessitatibus de dicta decima faciendam in litteris apostolicis super hoc missis regie magnificentie fuerat prestitutus, festum videlicet Resurrectionis dominice primo venturum, usque ad festum Omnium Sanctorum proximo subsequens, juxta porrecte super hoc nobis tue petitionis instantiam, prorogamus, ad solutionem medietatis relique, festum Omnium Sanctorum quod anni revolutio presentabit terminum statuentes. Venerabili fratri nostro .. episcopo Aurelianensi et dilecto filio

.. abbati monasterii Moysiacensis, Cluniacensis ordinis, Caturcensis diocesis, per alias nostras litteras sub certa forma committimus ut illos qui pro eo quod olim Petro quondam regi Aragonum, vel Alfonso, nato ejus, contra clare memorie Philippum, patrem tuum, te vel carissimum in Christo filium nostrum C., Aragonie regem illustrem, germanum tuum, presumpserunt assistere, prestando eis auxilium, consilium vel favorem publicum vel occultum, excommunicationis sententias incurrerunt, ab hujusmodi sententiis, si ad ecclesie mandata redierint, absolvere valeant, injuncta eis quod de jure fuerit injungendum, qui, si pristini reatus macula se iterato fedaverint, in similes ipso facto sententias relabantur. Super matrimonio preterea contrahendo inter filiam carissimi in Christo filii nostri E., regis Anglie illustris, et predictum Alfonsum, rebus se habentibus ut nunc habent, non intendimus dispensare. Super eo etiam quod per sepefatos nuntios petiisti circa expensas factas per eundem genitorem et te ipsum ad custodiendum residuum Terre Sancte quod christianitati remansit, pro quibus medietatem decime primi anni deputate subventioni terre predicte, in terris christianorum in quibus non fuerat decima eidem genitori tuo concessa, sedes apostolica esse voluit obligatam, cum eadem medietas non sufficiat ad satisfaciendum tibi de predictis expensis, apostolice provisionis remedium adhiberi, ea diligentia intendimus providere, quod tibi, prout justum fuerit, satisfiet. Litteras autem super concessionis decime ipsius executione aliisque premissis, ut vidimus negotio expedire, confectas, per eosdem nuntios regali excellentie destinamus. Dat. Reate, IIII kalendas julii, anno secundo. »

1006 Rieti, 30 juin 1289.

De eodem negotio. (Reg. 44, c. 263, f. 165 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Aurelianensi et dilectis filiis .. abbati monasterii Moysiacensis, Cluniacensis ordinis, Caturcensis diocesis, mandat litteras de quibus in superiori fit mentio.

« Presentium vobis auctoritate... — Dat. Reate, II kalendas julii, anno secundo. »

1007 Rieti, 30 juin 1289.

De eodem negotio. (Reg. 44, c. 264, f. 165 r°.)

Venerabilibus fratribus .. Rothomagensi archiepiscopo et episcopo Autisiodorensi. « Cum sollicitudinem exigendi decimam pro subsidio negotii Aragonie... volumus et vobis presentium auctoritate concedimus ut vos et uterque vestrum, per vos aut per alios, omnes illos qui pro retardatione solutionis ipsius decime, vel impedimento alio prestito super ea, seu alias contra commissum vobis officium excedendo, excommunicationis, suspensionis vel interdicti sententiis involvi contigerit, possitis, post satisfactionem condignam, juxta ecclesie formam absolvere, et cum eis, si clerici fuerint et susceperint ordines, vel in eis ministraverint aut divina celebraverint officia, vel se illis immiscuerint sic legati, super irregularitate quam exinde contraxerint misericorditer dispensare. Injuncto eis quod de jure fuerit injungendum. Dat. Reate, II kalendas julii, anno secundo. »

1008 Rieti, 30 juin 1289.

De eodem negotio. (Reg. 44, c. 265, f. 165 r°.)

Eisdem. « Gerentes de vestre circumspectionis industria... fraternitati vestre per apostolica scripta districte precipiendo mandamus quatenus ad hujusmodi negotium exequendum clericos seculares seu religiosos vel laicos, de predicti regis familia existentes, aut quoscumque alios laicos, cujuscumque conditionis aut status existant, ne per manum laicam executio ipsa procedat, nullatenus admittatis, nisi non solvendis contumacia vel rebellio talis ac tanta fuerit, quod merito contra eum, sicut fieret in aliis casibus seu negotiis, propter ecclesiastice censure contemptum, invocari debeat auxilium brachii secularis, si occasione executionis hujusmodi calices, libri, ornamenta ac cetera ecclesiasticis officiis deputata quomodolibet assumantur. Sic itaque in hac parte mandatis apostolicis efficaciter parere curetis, ut devotionem vestram exinde non immerito commendemus. Dat. Reate, II kalendas julii, anno secundo. »

1009 Rieti, 7 juillet 1289.

De eodem negotio. (Reg. 44, c. 266, f. 165 r°; Potth., 22996.)

Venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Rothomagensi et .. Autisiodorensi episcopo. « Cum decimam omnium ecclesiasticorum proventuum et reddituum in regno Francie ac in Lugdunensi, Viennensi et Bisuntina provintiis, necnon et in Cameracensi, Leodiensi, Metensi, Virdunensi et Tullensi civitatibus et diocesibus, carissimo in

'isto filio nostro Phylippo, regi Francie illustri, in sidium negotii Aragonie, quod ipse, tanquam filius edictionis et gratie, non sine laudum sonoro preco-, clare memorie Phylippi regis Francie, patris sui, tigia imitans, viriliter et ferventer prosequitur, duxe-us, de fratrum nostrorum consilio, concedendam, is per alias nostras sub certa forma litteras ejus exac-ie commissa, per vos vel per alios exequenda, quas-a declarationes dubitationum, que olim in negotio ime deputate Terre Sancte subsidio emerserunt, et sent forsan in posterum innovatione recidivi dubii oriri, ut illos in presenti negotio ipsius decime dicto i concesse quatenus illud contingunt servetis et ob-vari faciatis, presentibus fecimus annotari, que tales t :

)e redditibus et proventibus leprosariarum, domorum et hospitalium pauperum, qui in usus infirmorum)auperum convertuntur, decima non solvetur.

Ioniales etiam alieque regulares persone quarum ditus et proventus ecclesiastici adeo sunt tenues et les quod de illis sustentari non possunt, sed pro ha-da sue vite sustentatione necesse habent publice ndicare et elemosinas publice petere, dictam decimam ı persolvent.

ecculares quoque clerici quorum ecclesiastici redditus proventus annui summam quindecim librarum in no Francorum et extra regnum ipsum octo librarum onensium non excedunt eandem decimam non pres-unt.

i vero una persona plura habeat beneficia, quorum lum per se acceptum dictam summam (1) quin-im librarum turonensium annuatim attingat, simul ıen collecta in annuis proventibus summam memo-ım excedant, quotquot vel quantumcumque modica rint, de omnibus et singulis decima persolvetur; non solvetur de pitantiis monachorum.

imiliter de hiis que a Christi fidelibus relinquuntur lesiis ut ex eis perpetui emantur redditus et exenniis latis et aliis personis ecclesiasticis liberaliter factis ima non solvetur.

olventium decimam electioni seu arbitrio committa-utrum ipsam velint solvere, per totum tempus quo du-it decima, pro rata proventuum quos singulis annis ti temporis ipsos percipere contingerit, an, per totum um tempus, pro rata communis extimationis proven-ım eorumdem; sed, una via lecta, non licebit alicui variare, ad aliam recurrendo. Et fiat et redigatur per collectores in scriptis electio hujusmodi expresse in prima solutione decime supradicte, alioquin juxta extimationem communem per totum tempus solvere tenebuntur.

Declaramus autem quod, si hii qui elegerint solvere decimam pro rata qua percipient annuatim vendant proventus beneficiorum suorum que personalem residentiam non requirunt, solvent decimam de solo pretio quod recipient de eisdem, dum tamen circa hec in fraudem decime nichil omnino agatur. Sed ecclesiastica persona que in ecclesia sua vel beneficio quod residentiam personalem requirit, non resederit sed faciat in eadem per firmarium vel vicarium deserviri, deputando ipsi vicario vel firmario certam suorum proventuum portionem, non deducet partem vicarii seu firmarii, sed de universis ipsius ecclesie vel beneficii proventibus decimam exhibebit.

Declaramus etiam quod de silvis seu nemoribus que non consueverunt vendi nichil solvetur, nisi forte de illis aliquid venditum fuerit durante decima, et tunc extimabitur quantum valere debeat annui redditus pars vendita secundum assisiam que consuevit fieri de nemoribus in partibus illis in quibus nemus venditum situm erit, et de sola extimatione decima persolvetur; et, nisi de eo quod perciperetur de dictis silvis seu nemoribus que vendi non consueverunt, nec forte vendentur durante decima, ex venditione pasuagii, seu erbagii, aut alterius consimilis proventus eorumdem nemorum et silvarum, et si non vendantur hujusmodi pasuagia, erbagia et similia, non solvetur decima de hiis; ita tamen quod in fraudem decime nichil contra hoc attemptetur.

Idemque in pasuagiis et erbagiis et consimilibus obventionibus silvarum ceduarum dicimus observandum.

De stagnis et piscariis, si vendantur, de pretio decima sic solvetur; videlicet ut fiat collatio de numero annorum, quamvis ante venditionem ultimam vendita non fuerint, ad quantitatem pretii ex ipsa ultima venditione recepti, ut hujusmodi pretio diviso in partes, secundum annorum numerum durante decima solvetur decima ipsa de tot partibus pretii ex ipsa venditione recepti quot fuerint anni predicti; ut, si forte sunt quinque anni elapsi ex quo fuerat stagnum venditum, et nunc vendatur pro centum libris, fient de pretio quinque partes et pro illis annis quibus durabit decima solvetur ipsa decima de tot partibus pretii quot sunt anni quibus ipsa decima est concessa; et sic multiplicabuntur et minuentur partes pretii prout plures vel pauciores fuerint dicti anni.

De venationibus autem et piscariis fluminum, si vendantur, et silvis ceduis idem quod de stagnis fiet.

De piscibus stagnorum vel bestiis garenarum que pro

) Ms. *dictas summas*. Faut-il lire *dictas summas quindecim octo*] *librarum ?* L'expression *summam memoratam*, qui suit, ible s'y opposer.

usu vel esu suo capi et sic consumi vel sine fraude donari contigerit decima non solvetur.

Et quia nonnulli obtinent a monasteriis et ecclesiis prioratus, grangias, domos, redditus, pensiones et census, in solvenda de hiis decima credimus distinguendum, videlicet an talia in beneficium habeantur, an ex contractu, an ex mera gratia, et an pro mercede laboris vel obsequii; et quidem obtinentes talia in beneficium et etiam ex mera gratia, sive hoc sit per sedem apostolicam, sive per ipsorum monasteriorum et ecclesiarum personas, de illorum proventibus solvent decimam. Cum autem obtinentur talia ex contractu, puta ad pensionem vel firmam annuam, in qua non est facta gratia obtinenti, sed uterque contrahentium studuit in hoc conditionem suam facere meliorem, perceptores pensionis vel firme de ipsa pensione vel firma decimam exhibebunt.

Si autem quis ante vel post concessionem hujusmodi decime ad vitam propriam emit proventus, prioratus vel aliorum predictorum pro aliqua pecunie quantitate, ita quod in hoc ei scienter gratia non est facta, considerabitur quantum extimatione communi valeant annui proventus prioratus, grangie, domus, terrarum seu redditum hujusmodi, et secundum hoc, ab illis quorum est horum proprietas, qui inde pretium pro futuro tempore receperunt, per annos quibus debetur decima exigetur.

Si autem in hiis gratia facta sit obtinentibus, quia scienter pro minori quam valeant sunt eis talia vendita vel locata, ipsi obtinentes, et non monasterium vel ecclesia, de illo in quo gratia facta est ipsis, et de reliquo illi quorum est proprietas, decimam exhibebunt.

Si autem personis aliquibus pro justa mercede seu remuneratione laboris vel obsequii prestiti vel prestandi talia concessa sunt, hii quorum est illorum proprietas in decimatione proventuum suorum etiam horum proventus merito numerabunt, et de illis, sicut de aliis quos pro ceteris suis utilitatibus expendunt, decimam exhibebunt. Quod si hec per illos qui ea obtinent rite in alios sunt translata, quia res transit cum onere suo, etiam circa illos que prediximus servabuntur. Nec deducentur expense que pro monachis qui in talibus prioratibus, grangiis seu domibus in beneficium seu ex mera gratia concessis ex pacto teneri debent fieri dinoscuntur.

Expense autem illorum monachorum vel personarum qui teneri debent ex pacto in prioratibus, grangiis seu domibus ad justam firmam vel pensionem concessis, sive determinate fuerint, sive non, extimabuntur extimatione communi, et talem extimationem monasterium vel ecclesia cujus illorum est proprietas cum suis proventibus decimabit.

Prelati de procurationibus quas in victualibus percipiunt decimam non persolvent; sed hii qui eas prestant hujusmodi victualia in decimatione suorum proventuum et redditum numerabunt, et solvent decimam de eisdem.

De illis autem procurationibus, si que fuerint quas prelati in pecunia numerata jure aliquo forsitan spetiali rite percipiunt, decimam prestare tenentur.

Prelatis autem qui procurationem, si qua fuerit quam sine visitatione potuit similiter spetiali forte jure percipere in pecunia numerata, alicui ecclesie remittit, quia remittit quod sibi debetur et de quo solvisset decimam si recepisset illud, tenetur ex tali procuratione decimam exhibere. Si vero procurationem quam tantum in victualibus licet de jure communi percipi fortasse remittat, persona ecclesiastica cui remissio facta est hujusmodi victualia cum aliis suis proventibus, cum solvet decimam, extimabit, cum etiam, si non esset remissa, hoc facere teneretur.

In solvendo decimam supradictam sole expense necessarie que fiunt in re ex qua fructus percipiuntur, arando et colendo ac colligendo fructus, sine quibus non possunt ipsi fructus percipi, deducentur.

Expense autem que fiunt in castrorum custodibus, cum sint extra rem, vel in edificiis construendis vel conservandis, nullatenus deducentur, sicut nec ille que pro villis tuendis fierent in guerris seu etiam cavalcatis.

De hiis quoque que consistunt in jurisdictione, mero imperio, regalibus atque similibus, solvetur decima, deductis moderatis salariis que ante concessionem decime consueverunt persolvi judicibus, officialibus consimilibusque personis, sine quibus jurisdictio et cetera similia nequeunt exerceri; ita tamen quod in fraudem decime nichil circa hoc aliquatenus attemptetur, sed expense officialium, judicum et consimilium personarum facte in vestibus seu victualibus minime deducentur, sicut nec alie expense similes facte circa aliam familiam prelatorum.

Ratione autem eris alieni quo persona solvens decimam obligata consistit nichil de decima minuetur, etiam si certe res ecclesiastice propter hoc a quocumque spetialiter fuerint obligate.

Item de furnis et molendinis decima prestabitur.

Solvetur autem decima de oblationibus, sive fiant pro benedictione nubentium, sive pro exequiis mortuorum, necnon de proventibus sigillorum prelatorum et de emendis quas ab excommunicatis recipiunt.

De legatis quoque sibi et aliis personis ecclesiasticis

personarum sed ecclesiarum vel officiorum ratione
ctis decima persolvetur.
ro decima supradicta non exigetur pecunia nisi illa
communiter curret de mandato domini terre cujus
moneta in locis in quibus consistent fructus et reddi-
unde decima persolvetur, nec aliqui pecuniam cam-
cogentur eandem.
i ex probabilibus seu verisimilibus presumptionibus
aruerit aliquem, pensatis ejus proventibus, minus de-
notabiliter de decima persolvisse, ita quod super hoc
ito suspectus debeat reputari, ex officio vestro, per
s ydoneos deputandos a vobis seu eis quibus commi-
tis, faciemus inquiri ab illis qui super hoc scire valeant
itatem, videlicet de consilio diocesani episcopi, vel
uo deputando ab ipso, si sit ejus subditus, et non ali-
si episcopus ipse vel deputatus ab eo comode possit
eri; et tunc demum, et non prius, ille cujus proven-
fuerint taliter extimati, pro eo quod minus solverat,
m nominatim excommunicabitur, si ejus contumacia
gerit et visum fuerit expedire.
piscopi autem et abbates cetereque persone ecclesias-
honorabiles, non suspecte, proprie conscientie relin-
ntur, ita quod sufficiat quoad tales excommunica-
is sententia que in nullo modo vel scienter minus
entes et adhibentes fraudem vel malitiam circa
us decime solutionem, generaliter proferetur.
uper hiis autem fiet compulsio per censuram eccle-
ticam, prout vobis et aliis quibus committendum
eritis visum fuerit expedire. Proferetis autem, si ex-
re videritis, excommunicationis sententiam generali-
vel spetialiter in eos qui contra solutionem decime vel
um extimationem pro ventuum, cumfuerit facienda,
dem vel malitiam scienter duxerint adhibendam.
ullus autem non solventium compellatur per secu-
violentiam potestatis, nisi ipsius non solventis con-
acia vel rebellio talis aut tanta fuerit quod merito
tra ipsum, sicut fieret in aliis casibus seu negotiis,
ter ecclesiastice censure contemptum, invocari de-
auxilium brachii secularis.
eclaramus etiam quod, occasione decime hujusmodi,
ces, libri, ornamenta et cetera ecclesiasticis officiis
tata nullatenus assumantur.
iet autem solutio decime non in ipsis rebus que
ipientur de proventibus, sed in pecunia numerata.
olvetur autem decima illis personis quas ad hoc per
vel alium seu alios quibus hoc committendum duxe-
, contigerit deputari.
ector parrochialis ecclesie, qui, urgente necessitate
ecclesie sue, puta quia ipse residendo personaliter
adem per se non sufficit ipsi cure, propter multitudinem parrochianorum vel diffusionem parrochie sue, sed necesse habet unum, vel duos, seu plures capellanos conducere, et eis, propter victum, salarium constituere, salarium hujusmodi poterit in decime solutione deducere; sed ratione victus capellanorum ipsorum aliquid non deducet.

Quod si in diversis civitatibus aut diocesibus diversa beneficia obtineat quis, de uno quoque beneficio in civitate vel diocesi in qua illud fuerit decima persolvetur.

De redditibus autem ecclesiasticis ad fabricam ecclesiarum decima persolvetur.

De elemosinis vero seu oblationibus datis ad opus fabrice decima non solvetur.

Similiter nec de illis oblationibus que colliguntur interdum per laicos qui confratres dicuntur, et interdum per clericos, et que ad opus confratrie offeruntur, ut inde luminaria in ecclesia, cruces et calices fiant et reparentur, et etiam ut ex illis pauperibus subveniatur et sepeliantur pauperum corpora defunctorum.

Prelati autem et clerici exules, cujuscumque conditionis aut dignitatis existant, de suis proventibus ecclesiasticis decimam exhibebunt.

Ille quoque expense que fiunt pro fossatis et alias etiam pro terris bonificandis, ut uberiores fructus producant, et ille que fiunt in conservandis seu reparandis edificiis molendinorum, domorum seu apothecarum et similium, ex quibus fructus et pensiones percipiuntur, et, nisi repararentur, fructus ex eis percipi non valerent, de decima hujusmodi minime deducentur; nec etiam ille que fiunt pro custodia castrorum, quamvis fiant in hoc majores solito.

Insuper de oblationibus minutissimis quas percipiunt ecclesiastice persone ratione ecclesiarum suarum pro sepulturis et dandis penitentiis predicta decima persolvetur.

Illi quoque qui deputati fuerint ad collectionem decime cum eis qui solvere debent decimam de aliqua certa summa solvenda pro decima nequeunt convenire.

De fructibus arborum et ortorum qui vendentur solvetur decima, de hiis autem qui consumentur usu vel esu ab illis quorum sunt decima non solvetur.

Similiter et de fructibus gregum seu animalium, si sunt ecclesiarum, persolvetur decima, deductis expensis necessariis que fiunt pro custodia, si vero sunt personarum, decima non solvetur.

Vos ergo, in hiis solum Deum et justitiam ac predicti negotii a prefato rege Francie suscepti necessitatem habentes pre oculis, ex predictis declarationibus informationem accipiatis in dubitationibus hujusmodi decidendis. Volumus quoque et presentium vobis auctoritate

mandamus quatinus in quamcumque personam ecclesiasticam regni Francie, provintiarum, civitatum et diocesium predictarum, cujuscumque conditionis, ordinis vel dignitatis existat, que decimam ipsam nullo modo vel non integre, scienter, aut secundum extimationem deputandarum per vos ad hoc personarum, sive non in terminis constitutis exhibuerit, seu in illius exhibitione malitiam adhibuerit sive fraudem, necnon in omnes et singulos qui scienter impedimentum prestiterint, directe vel indirecte, publice vel occulte, quominus predicta decima persolvatur, excommunicationis sententiam, auctoritate nostra, promulgare curetis, eamque in cathedralibus et aliis collegiatis ecclesiis, de quibus expedire videbitis, studeatis per vos ac alios publicare. Omnes autem et singulos quos predictam sententiam constiterit incurrisse, per vos et alios, singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis, usque ad satisfactionem condignam, excommunicatos publice nuncietis, et per vos, seu alium vel alios, faciatis ab omnibus artius evitari, aggravaturi alias manus vestras contra ipsos, prout eorum proterviam contumaciam videritis promereri. Quod si satisfacere super hiis voluerint, post plenam et integram satisfactionem ab ipsis impensam, ab hujusmodi excommunicationis sententia, juxta formam ecclesie, absolvatis eosdem et dispensetis cum eis super irregularitate ab ipsis contracta, si taliter legati non abstinuerint a divinis, injuncto eis quod de jure fuerit injungendum. Dat. Reate, nonis julii, anno secundo. »

1010 Rieti, 1er juillet 1289.

Licentia conferendi beneficia. (Reg. 44, c. 267, f. 166 vo; Lap. du Theil, II, 149.)

.. *decano ecclesie Parisiensis.* « Grandis affectus quem in sinceritate caritatis ad personam carissime in Christo filie nostre Marie, regine Francie illustris, gerimus merito nos inducit ut obtentu sui ad illos qui sibi obsequuntur favorem apostolicum extendamus. Hinc est quod nos, ipsius regine devotis precibus inclinati, faciendi recipi auctoritate nostra, per te vel per alium aut alios, in de Campellis in Bria et in Sancti Clodoardi, Parisiensis diocesis, et in Sancti Germani Autisiodorensis Parisiensi ecclesiis, in singulis earum videlicet singulos clericos ipsius regine, quos eadem regina ad hoc duxerit eligendos, dummodo vita, scientia et moribus existant ydonei, super quo tuam intendimus onerare conscientiam, in canonicos et in fratres, et providendi cuilibet eorum de prebenda, si vacat ibidem ad presens, vel quamprimum ad id obtulerit se facultas, ac inducendi predictos clericos in corporalem prebendarum ipsarum possessionem... Dat. Reate, kalendis julii, anno secundo. »

1011-1012 Rieti, 30 juin 1289.

Licentia ingrediendi monasteria. (Reg. 44, c. 268, f. 167 ro; Lap. du Theil, II; Potth., 22989.)

Nobili mulieri Aelidi, domine de Pereuves, Cameracensis diocesis. « Ex tue devotionis meritis... Hinc est quod nos, tuis supplicationibus inclinati, tibi auctoritate presentium indulgemus ut monasteria Cisterciensis ordinis, cum tribus honestis matronis, et in habitu condecenti, devotionis causa, bis in anno ingredi valeas, dummodo tu et eedem matrone in monasteriis ipsis nequaquam edatis vel aliquatenus pernoctetis... Dat. Reate, II kalendas julii, anno secundo. »

« In e. m. eidem etc. usque indulgemus ut monialium secundum predicatorum et minorum fratrum instituta viventium monasteria sive domos, cum tribus matronis honestis, in habitu condecenti etc. ut supra, usque in fine. »

1013 Rieti, 21 juillet 1289.

Henricus de Biblio ab excommunicationis sententia absolvitur. (Reg. 44, c. 269, f. 167 ro.)

Dilecto filio Henrico de Biblio, archidiacono Nicosiensi et regni Cypri cancellario. Hic, mortuo Raynulpho, Nicosiensi archiepiscopo, archiepiscopus a capitulo, .. cantore dumtaxat excepto, qui alium in scrutinio nominarat, electus est, sed in appellatione ab ipso cantore facta, objectum est quod tempore electionis, occasione discordiae inter Raynulphum et Nicosienses canonicos exortae, Henricus excommunicationis sententia innodatus erat. Hic vero respondit archiepiscopum, quum hanc excommunicationis sententiam promulgavit, majoris excommunicationis et suspensionis sententia innodatum esse, seque in articulo mortis laborantem per Quintinum, magistrum capellanum ecclesiae Nicosiensis, ab excommunicationis sententia, si qua astrictus teneretur, absolutum fuisse, confessusque est se, dum archiepiscopus extra dioecesim morabatur, a capitulo Nichosiensis archiepiscopatus vicarium electum fuisse, et hoc officium gessisse. Eum nunc papa per Matthaeum, Sancti Laurentii in Damaso presbyterum cardinalem, poenitentiarium suum, absolvere facit.

« Petitio tua nobis... — Dat. Reate, XII kalendas augusti, anno secundo. »

1014 Sainte-Marie-Majeure, 17 avril 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 269², f. 167 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis ıdulgentiam unius anni et quadraginta dierum concedit nnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam ınctae Mariae ad Gradus Maguntinam, in Purificationis, nnuntiationis, Assumptionis et Nativitatis beatae Maıae festivitatibus, et anniversario die dedicationis ejusɜm, annis singulis visitaverint.

« Vite perempnis gloria... — Dat. Rome, apud Sanctam ariam Majorem, xv kalendas maii, anno secundo. »

1015 Rieti, 4 juillet 1289.

Mandat ut, non obstante constructionis vitio in litteris ad ıbatem monasterii Cluniacensis missis, secundum earumdem terarum tenorem procedatur. (Reg. 44, c. 270, f. 167 v°.)

.. *Bethleemitano et .. Asisinati episcopis.* Cum Stephaus de Crispeio, Petrus de Lantona, Robertus de Noento, Guido de Sancto Gelasio, Guillermus de Sancto heobaldo et Guichardus de Flabeio, priores, monachi ıonasterii Cluniacensis, ad sedem apostolicam venisɜnt, supplicantes Honorio IIII ut reformatio a Gregoio VIIII statuta in eodem monasterio observaretur, onnullos eorum abbas administrationibus et prioratibus poliavit; quare Nicolaus papa praedictis episcopis manavit quatenus abbatem monerent ut eisdem prioribus uolibet mense, prosecutione negotii durante, pro eoum necessariis et expensis centum et viginti, et pro alario advocatorum anni cujuslibet ducentas turonenium parvorum libras, pro rata scilicet temporis, in curia omana de proventibus monasterii assignari faceret. piscopus vero Bethleemitanus in hoc negotio .. Cabiɔnensi episcopo vices suas dedit; « verum, quia in eisem litteris, ubi ducente libre scribi debuit, ducentas ibras scriptoris vitio scriptum extitit per errorem, pro arte dicti abbatis fuit coram eisdem Cabilonensi et ejus ollegis excipiendo propositum quod eisdem litteris non rat propter hoc fides, utpote manifestum in construcione peccatum continentibus, adhibenda, et ne procedetur per ipsas contra eum ad sedem apostolicam extitit ppellatum. » Mandat vero papa ut, errore et appellaione hujusmodi non obstantibus, procedatur.

« Dilecti filii Stephanus... — Dat. Reate, IIII nonas ulii, anno secundo. »

1016-1017 Rieti, 15 juillet 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 271, f. 167 v°.)

.. *abbatisse et conventui monasterii monialium Sancte Lucie extra muros Setini, ordinis S. Benedicti, Terraconensis diocesis.* Indulgentiam centum dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam praedicti monasterii in Sanctae Luciae et Sanctae Margaritae festivitatibus, et per octo dies festivitates ipsas sequentes, annuatim visitaverint.

« Vite perempnis gloria... — Dat. Reate, idibus julii, anno secundo. »

Rieti, 20 juillet 1289.

In e. m. .. archipresbytero et capitulo ecclesiae Sancti Angeli de Porziano, Anagninae dioecesis. Eandem indulgentiam concedit eis qui hanc ecclesiam singulis sancti Angeli et beatae Mariae festivitatibus, et per octo dies sequentes, annuatim visitaverint. Dat. Reate, XIII kalendas augusti, anno secundo. (*En marge.*)

1018-1019 Rieti, 28 juillet 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 271², f. 167 v°; en marge.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam centum dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui altare in ecclesia Beatae Mariae Deauratae Tholosana, in honorem S. Michaelis archangeli dedicatum, ubi multa et magna miracula perpetrantur, in S. Michaelis festivitatibus visitaverint annuatim.

« Loca sanctorum omnium... — Dat. Reate, V kalendas augusti, anno secundo. »

Rieti, 21 juillet 1289.

In e. m. .. priori et capitulo saecularis ecclesiae Sancti Laurentii de Gubiata, Tudertinae dioecesis. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam eandem, in festo S. Laurentii, et per octo dies sequentes, visitaverint annuatim. Dat. Reate, XII kalendas augusti, anno secundo.

1020 Rieti, 25 juin 1289.

Ad solutionem debitorum Caesaraugustanae ecclesiae. (Reg. 44, c. 271³, f. 168 r°.)

Venerabili fratri Hugoni, episcopo Cesaraugustino, concedit ut fructus, redditus et proventus primi anni omnium beneficiorum ecclesiasticorum quae in Caesarau-

gustana dioecesi usque ad triennium vacare contigerit recipere valeat, ad solutionem debitorum ecclesiae Caesaraugustanae convertendos. — Post mortem Petri, episcopi Caesaraugustani, Fortunius de Bergua, se ecclesiae administrationi immiscens, plura bona episcopalis mensae nobilibus laicis concessit; sicque et aliis causis eadem ecclesia decem millibus librarum turonensium diversis creditoribus obligata est.

« Petitio tua nobis... — Dat. Reate, VII kalendas julii anno secundo. »

1021 Rieti, 1er juillet 1289.

Facultas absolvendi. (Reg. 44, c. 272, f. 168 r°.)

Eidem facultatem concedit absolvendi sex ex canonicis ecclesiae Caesaraugustanae et aliis clericis qui excommunicationis sententiam praestando auxilium quondam Petro regi Aragonum incurrerint.

« Tua nobis fraternitas... — Dat. Reate, kalendis julii, anno secundo. »

1022 Rieti, 1er juillet 1289.

Licentia celebrandi divina in locis interdictis. (Reg. 44, c. 273, f. 168 r°.)

Eidem indulget ut divina officia in regno Aragoniae durante interdicto celebrare vel per capellanos et clericos suos celebrari facere possit.

« Inducti fraternitatis tue... — Dat. ut supra. »

1023 Rieti, 3 juillet 1289.

Commendatio ecclesiae. (Reg. 44, c. 274, f. 168 r°.)

Venerabili fratri B., episcopo Penestrino, apostolice sedis legato, mandat quatenus ecclesiam cathedralem vel aliam in terris suae legationis, R., archiepiscopo Sanctae Severinae, vel L., episcopo Umbriaticensi, fratri ejus, quorum bona a Cathalanis consumpta sunt, commendari faciat.

« Movet nos excitatque... — Dat. Reate, V nonas julii, anno secundo. »

1024 Rieti, 16 juin 1289.

Licentia permutandi possessiones majoris monasterii Turonensis. (Reg. 44, c. 275, f. 168 v°; Lap. du Theil, II, 158.)

Venerabilibus fratribus .. Bajocensi et .. Ebroicensi episcopis mandat quatenus, inquisitione diligenter facta, si ita viderint expedire, .. abbati et conventui majoris monasterii Turonensis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, petitam licentiam auctoritate apostolica concedant prioratus Sanctae Trinitatis Eboracensem, de Avertone, de Nemport Paganelli, Lincoliensis et Eboracensis dioecesium, eidem monasterio immediate subjectos, permutandi cum aliis prioratibus seu rebus immobilibus ipsi monasterio utilioribus, in regno Franciae constitutis.

« Exposita nobis dilectorum... — Dat. Reate, XVI kalendas julii, anno secundo. »

1025 Sainte-Marie-Majeure, 7 mars 1289.

Facultas benedicendi corporalia, pallas altaris et vestimenta sacerdotalia. (Reg. 44, c. 276, f. 168 v°; Lap. du Theil, II, 153.)

.. abbati Majoris monasterii Turonensis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti.

« Persone tue pensatis... Cum itaque monasterio tuo, sicut accepimus, felicis recordationis Martinus papa, predecessor noster, duxerit concedendum ut abbates ipsius monasterii mitra et anulo, tunica et dalmatica, cirothecis et sandaliis in eodem monasterio et alibi etiam ubique locorum, civitate Turonensi dumtaxat excepta, in processionibus, divinis officiis, diebus sollempnibus, dominicis et festivis libere possint uti, nos... predictam gratiam... ampliantes, quod tu ac successores tui corporalia, pallas altaris et vestimenta sacerdotalia in eodem monasterio ac prioratibus et ecclesiis eidem pleno jure subjectis necessaria benedicere valeas auctoritate presentium de spetiali gratia tibi et ipsis successoribus indulgemus... Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis martii, anno secundo. »

1026 Rieti, 1er juillet 1289.

Licentia conferendi beneficia. (Reg. 44, c. 277, f. 168 v°.)

Venerabili fratri Hugoni, episcopo Cesaraugustano, concedit ut beneficia ecclesiastica in ecclesiis Caesaraugustanis, causa guerrarum, in spatio non semestri sed annalis temporis conferre possit.

« Inducunt nos tue... — Dat. Reate, kalendis julii, anno secundo. »

1027 Rieti, 1er juillet 1289.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 278, f. 168 vo.)

Venerabili fratri .. episcopo Urgellensi mandat quatenus
ım nobili viro Hugone de Mataplana, et Sibilia, nata
›bilis viri Gaucerandi de Pinos, Urgellensis dioecesis,
spenset ut, non obstante quarto consanguinitatis gradu
ıo conjuncti sunt, inter se, ad sedandas consanguineo-
ım inimicitias, matrimonium contrahere possint.
« Cum summus pontifex... — Dat. ut supra. »

1028-1034 Sainte-Marie-Majeure, 2 mai 1289.

Willelmus Tuamensi ecclesiae archiepiscopus praeficitur.
:eg. 44, c. 279, f. 169 ro; Potth. 22957.)

Dilecto filio Willelmo, electo Tuamensi. Tuamensi
clesia per obitum Stephani vacante, capitulum
›hanni Majori, Concordi Majonensi, archidiaconis,
›hanni de Alatro, praecentori, Nicolao de Hyndeberge,
esaurario, Thomae de Wacford, cancellario, Alano de
Vellis et Nicolao de Guarcino, canonicis ejusdem
clesiae, eligendi archiepiscopum potestatem conces-
t; hi autem Willelmum, tunc rectorem ecclesiae de
thnerwy, Tuamensis dioecesis, elegerunt, sed Willel-
us, ne in hujus electionis examinatione nimis mora-
tur, omne jus suum resignavit; eum vero papa rursus
uamensi ecclesiae archiepiscopum praeficit.
« Militanti ecclesie disponente... — Dat. Rome, apud
ınctam Mariam Majorem, vi nonas maii, anno
cundo. »
In e. m. .. decano et capitulo ecclesiae Tuamensis
andat quatenus eidem archiepiscopo debitam obedien-
am praebeant.
In e. m. clero civitatis et dioecesis Tuamensis.
In e. m. populo civitatis et dioecesis Tuamensis.
In e. m. universis vassallis ecclesiae Tuamensis.
In e. m. universis suffraganeis ecclesiae Tuamensis.
In e. m. regem Angliae rogat ut eidem archiepiscopo
›gium favorem impendat.
Divine gratia majestatis... — Dat. ut supra. »

1035 Rieti, 26 mai 1289.

Collatio presbyteratus. (Reg. 44, c. 280, f. 169 ro; Potth.,
2967.)

Guillelmo, electo Tuamensi, indulget ut a quocumque
ıtistite catholico presbyteratus ordinem recipere possit.
« Cum te in... — Dat. Reate, vii kalendas junii,
anno secundo. »

1036 Rieti, 26 mai 1289.

Consecratur Willelmus Tuamensis archiepiscopus. (Reg. 44,
c. 280², f. 169 vo; Potth. 22968.)

*Venerabilibus fratribus .. Clonfortensi et .. Aladensi
episcopis* mandat ut electo Tuamensi consecrationis mu-
nus impendant.
« Cum nos nuper... — Dat. ut supra. »

1037 Rieti, 29 juin 1289.

De ecclesia Senonensi reficienda. (Reg. 44, c. 281, f. 169 vo;
Lap. du Theil, II, 157.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Senonensi. « Cum
ecclesiarum omnium... Cum itaque, sicut porrecta nobis
ex parte tua et dilectorum filiorum .. decani et capituli
ecclesie Senonensis petitio continebat, prefata ecclesia
Senonensis, que dudum rudi constructa opere ac pro
magna parte jam diruta reparatione plurimum indigebat,
nunc de novo perspicuo plurimum ac sumptuoso opere,
sicut tantam decet ecclesiam, sit incepta, ad cujus consu-
mationem operis cum sumptus plurimi requirantur,
ipsius ecclesie non suppetunt facultates; nos... percipiendi fructus, redditus et proventus primi anni omnium
dignitatum, personatuum, ecclesiarum et aliorum bene-
ficiorum ecclesiasticorum, ad cujuscumque collationem,
presentationem vel aliam dispositionem spectantium,
que in civitate et diocesi Senonensi usque ad quinquen-
nium vacare contigerit, in opus hujusmodi convertendos,
illis dumtaxat exceptis in quibus auctoritate litterarum
sedis apostolice jus esset alicui acquisitum... tibi conce-
dimus auctoritate presentium facultatem... Dat. Reate,
iii kalendas julii, anno secundo. »

1038 Rieti, 1er juillet 1289.

Tabellionatus officium. (Reg. 44, c. 282, f. 169 vo; Lap. du
Theil, II, 159.)

Venerabili fratri Raymundo, episcopo Vapincensi, facul-
tatem concedit conferendi uni personae tabellionatus
officium.
« Ne contractuum memoria... — Dat. Reate, kalendis
julii, anno secundo. »

1039 Rieti, 2 juillet 1289.

Ad ecclesiam Vapincensem reficiendam. (Reg. 44, c. 283, f. 169 v°; Lap. du Theil, II, 160.)

Eidem indulget ut fructus primi anni beneficiorum et ecclesiarum quae in sua civitate et dioecesi usque ad triennium vacare contigerit percipere valeat, in fabricam ecclesiae Vapincensis nimia vetustate consumptae et inceptae ab olim opere sumptuoso reparari convertendos.

« Desideriis tuis in... — Dat. Reate, vi nonas julii, anno secundo. »

1040 Rieti, 2 juillet 1289.

Facultas testandi. (Reg. 44, c. 284, f. 170 r°; Lap. du Theil, II, 161.)

Eidem.

« Quia presentis vite... — Dat. ut supra. »

1041 Rieti, 7 juillet 1289.

Licentia alienandi bona monasterii Fiscanensis. (Reg. 44, c. 285, f. 170 r°; Lap. du Theil, II, 162.)

Venerabilibus fratribus .. Bajocensi .. et Lexoviensi episcopis mandat quatenus, inquisitione diligenter facta, si ita expedire viderint, .. abbati et conventui monasterii Fiscanensis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, Rothomagensis dioecesis, licentiam petitam auctoritate apostolica concedant prioratum de Cogues, maneria de Stagningues et de Brede et quaedam alia Lincolniensis, Cicestrensis et quarumdam aliarum dioecesium, eidem monasterio immediate subjecta, permutandi cum aliis rebus immobilibus, eidem monasterio utilioribus, in regno Franciae sitis.

« Exposita nobis dilectorum... — Dat. Reate, nonis julii, anno secundo. »

1042 Rieti, 1er juillet 1289.

De regula heremitarum Montis Carmeli. (Reg. 44, c. 286, f. 170 r°; Potth. 22991.)

Dilectis filiis .. priori generali et fratribus ordinis heremitarum de Monte Carmeli regulam ab Innocentio IIII mitigatam et ab Alexandro IIII corrobaratam confirmat.

« Cum a nobis... — Dat. Reate, kalendis julii, anno secundo. »

1043 Rieti, 1er juillet 1289.

Gemma monasterio Lentasii Mediolanensi abbatissa praeficitur. (Reg. 44, c. 287, f. 171 r°.)

Venerabilibus fratribus .. Laudensi et .. Novariensi episcopis mandat quatenus Gemmae, quam, tunc monialem monasterii Lentasii Mediolanensis, ordinis S. Benedicti, post mortem Concordiae, quondam abbatissae, pars conventus elegit abbatissam, quum altera pars Andream, etiam monialem, eligeret, et cujus electionem Petrus, Sancti Eustachii diaconus cardinalis, partium auditor, confirmavit, benedictionem impendant, recepturi ab ea fidelitatis juramentum.

« Petitio dilecte in... — Dat. Reate, kalendis julii, anno secundo. »

1044 Rieti, 19 juillet 1289.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 287², f. 171 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Reatino mandat quatenus cum nobili viro Francisco, domino de Rocca Randisii, et Philippa, nata nobilis viri Pandulfi de Colle alto, dioecesis Reatinae, dispenset ut in matrimonio quod, jam fere biennium est, ignorantes se quarto consanguinitatis gradu conjunctos esse, contraxerunt, remanere valeant.

« Ex parte dilecti... — Dat. Reate, xiiii kalendas augusti, anno secundo. »

1045 Rieti, 30 juin 1289.

Facultas conferendi beneficia. (Reg. 44, c. 288, f. 171 v°; Lap. du Theil, II, 164.)

Venerabili fratri R., episcopo Vapincensi, facultatem concedit recipiendi et faciendi recipi unum clericum in ecclesia Vapincensi, in qua receptio canonicorum et collatio praebendarum ad ipsum et capitulum communiter pertinent, in canonicum et in fratrem, ac providendi ei de praebenda.

« Personam tuam eo... — Dat. Reate, ii kalendas julii, anno secundo. »

1046 Rieti, 11 juillet 1289.

Collatio beneficiorum. (Reg. 44, c. 289, f. 171 v°; Lap. du Teil, II, 166.)

Venerabilibus fratribus .. Monopolitano et .. Vigiliensi scopis ac dilecto filio Guidoni de Novavilla, preposito de sengeio in ecclesia Carnotensi. « Sua nobis dilectus filius colaus Blasii de Bitrecto, presbyter, canonicus Baren-, clericus et familiaris dilecti filii magistri Berardi de ápoli, notarii nostri, petitione monstravit quod nos du-m, volentes sibi gratiam facere spetialem, canonicatum lesie Barensis, cum plenitudine juris canonici, ac pre-ndam nulli alii de jure debitam, si qua in ipsa ecclesia ıc vacabat, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, ctoritate apostolica contulimus et providimus etiam eisdem ; si vero nulla talis prebenda tunc vacabat in lesia supradicta, prebendam proximo inibi vacaturam, e de jure nulli alii deberetur, conferendam sibi, cum aret, donationi apostolice duximus reservandam, de-nentes irritum et inane si secus super hiis a quoquam ıtingeret attemptari ; non obstante quod idem Nico-s archidiaconatum in Botontina, canonicatum et pre-ıdam in Sancti Nicolai Barensi ecclesiis, ac ecclesiam ıcti Marci ad Pullectum, cui cura non iminet ani-rum, et perpetuum beneficium in ecclesia Sancti An-i de Bitrecto, Salernitane et Barensis diocesium, ob-ebat. Voluimus autem quod, postquam dictus Nicolaus dictos canonicatum et prebendam in prefata Barensi lesia esset pacifice assecutus et fructus percipere inci-et ex eisdem, ecclesiam Sancti Marci ac beneficium sdem ecclesie Sancti Angeli supradicta, que ex tunc are decrevimus, omnino dimittere teneretur, prout in stris litteris per hoc sibi concessis plenius continetur, eris sibi super hoc executoribus per alias nostras sub ta forma litteras deputatis. Verum quia in eadem Ba-ısi ecclesia, in qua certus est canonicorum numerus ins-ıtus, prebendarum distinctio non habetur, quanquam Barensi civitate et diocesi sint capelle ac alia beneficia e consueverunt canonicis ipsius Barensis ecclesie et am aliis clericis per archiepiscopum Barensem, qui pro tempore, juxta sue voluntatis beneplacitum, as-nari, dictus Nicolaus, dubitans ne pro eo quod in pre-is nostris litteris habetur mentio de vacante ac vaca-a prebenda, prout superius est expressum, sibi possit ca hujusmodi provisionem impedimenti obstaculum ci, seu callumpnia irrogari, nobis humiliter supplica-ut ei providere super hoc de oportuno remedio di-aremur. Nos igitur, ipsius Nicolai supplicationibus in-nati, hujusmodi collationem et provisionem sibi per s factas de canonicatu ecclesie predicte in suo robore permanere volentes, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus eidem Nicolao de aliquo ex hujusmodi beneficiis competenti, cujus proventus tres saltem auri uncias valeant annuatim, si vacat ibidem ad presens, vel quamprimum ad id se facultas obtulerit, auctoritate nostra, vos vel duo aut unus vestrum, per vos vel per alium seu alios, providere curetis. Et nichilominus alias in negotio receptionis ejusdem Nicolai faciendo, in prefata Barensi ecclesia procedatis juxta predictarum directarum prefatis executoribus continentiam litterarum. Contradictores auctoritate nostra, appellatione postposita, compescendo. Dat. Reate, v idus julii, anno secundo. »

1047 Rieti, 26 juin 1289.

Dispensatio super defectu natalium et pluralitate beneficiorum. (Reg. 44, c. 290, f. 171 v°.)

Magistro Roberto de Forda, canonico ecclesie Suwellensis, Eboracensis diocesis, indulget ut, per eandem dispensationem super defectu natalium qua canonicatum Suwellensem obtinuit, una cum eodem canonicatu aliud beneficium curam animarum habens recipere possit.

« Sicut petitio tua... — Dat. Reate, vi kalendas julii, anno secundo. »

1048 Rieti, 10 juillet 1289.

Willelmo, Tuamensi archiepiscopo, palleum assignatur. (Reg. 44, c. 291, f. 172 r°; Potth. 23001.)

Venerabilibus fratribus .. Clofordensi, .. Aladensi et .. Akadiensi episcopis mandat quatenus electo Tuamensi palleum assignent.

« Nuper Tuamensis ecclesie... — Dat. Reate, vi idus julii, anno secundo. »

1049 Rieti, 7 juillet 1289.

Lituardum ab omni macula, olim ex haeresi contracta, liberat. (Reg. 44, c. 292, f. 172 r°; Potth., 22999.)

Lituardo, nato quondam Cyrini, civi Tuscanensi.

« Dilectus filius frater... — Dat. Reate, nonis julii, anno secundo. »

1050-1051 Rieti, 21 juillet 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 293, f. 172 r°.)

Universis presentes litteras inspecturis. Indulgentiam

unius anni et quadraginta dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam Sanctae Mariae Nigellensem, Noviomensis dioecesis, in Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis et Nativitatis beatae Mariae virginis festivitatibus, et per octo dies sequentes, visitaverint.

« Virga venustissima et... — Dat. Reate, XII kalendas augusti, anno secundo. »

Rieti, 20 juillet 1289.

In e. m. eisdem. Indulgentiam concedit centum dierum eis qui ecclesiam Beatae Mariae de Monte Carmeli Tholosanam in singulis festivitatibus ejusdem virginis visitaverint. Dat. Reate, XIII kalendas augusti, anno secundo. (*En marge.*)

1052 Rieti, 28 juin 1289.

Licentia habendi reliquias. (Reg. 44, c. 294, f. 172 v°.)

Carissimo in Christo filio Carolo, regi Sicilie illustri, concedit ut sanctorum reliquias in propria domo habere possit.

« Tuis devotis supplicationibus... — Dat. Reate, IIII kalendas julii, anno secundo. »

1053 Rieti, 28 juin 1289.

Licentia habendi confessorem proprium. (Reg. 44, c. 295, f. 172 v°.)

Eidem concedit ut familiares et domestici ejus peccata sua confiteri presbyteris quos ipse secum retinebit possint.

« Habet in nobis... — Dat. ut supra. »

1054 Rieti, 28 juin 1289.

Jus capiendi clericos. (Reg. 44, c. 296, f. 172 v°.)

Eidem concedit facultatem eligendi unum ex clericis suis qui alios clericos, quum excessus perpetraverint, capere et ecclesiastico judici tradere possit.

« Ne clerici tui... — Dat. ut supra. »

1055 Rieti, 28 juin 1289.

De officiis in curia regis Siciliae celebrandis. (Reg. 44, c. 297, f. 172 r°.)

Eidem concedit ut presbyteri et alii clerici ejus curiae non nisi officium quod celebrari consuevit in eadem curia celebrare aliquatenus teneantur.

« Eximie tue devotionis... — Dat. ut supra. »

1056 Rieti, 28 juin 1289.

Licentia celebrandi missam ante lucem. (Reg. 44, c. 298, f. 172 v°.)

Eidem concedit ut missam antequam illucescat dies, quum id gravitas temporis exegerit, etiam cum cantu, celebrari facere possit.

« Celsitudinis regie precibus... — Dat. ut supra. »

1057 Rieti, 28 juin 1289.

De eis qui dignitates in regno Siciliae obtinere possunt. (Reg. 44, c. 299, f. 172 v°.)

Eidem indulget ut nullus qui ei merito suspectus esset ad archiepiscopales seu episcopales vel alias dignitates sive praelaturas ecclesiarum regni Siciliae aliquatenus assumatur.

« Personam tuam ob... — Dat. ut supra. »

1058 Rieti, 28 juin 1289.

Licentia habendi clericos. (Reg. 44, c. 300, f. 172 v°.)

Eidem concedit ut viros religiosos, cujuscumque ordinis sint, obtento superiorum consensu, ad sua servitia recipere possit.

« Clare tue serenitatis... — Dat. ut supra. »

1059 Rieti, 28 juin 1289.

Carolo, regi Siciliae, conceditur locus fratrum de Poenitentia Jesu Christi. (Reg. 44, c. 301, f. 173 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Tholonensi mandat quatenus locum fratrum de Poenitentia Jesu Christi in castro Brinoliae, Aquensis dioecesis, quem fratres in brevi deserturi sunt, Carolo, regi Siciliae, recepto prius pretio competenti, ad capellam construendam, concedat.

« Significavit nobis carissimus... — Dat. ut supra. »

1060 Rieti, 5 juillet 1289.

Redditus cujusdam prioratus monasterio Sancti Rufi Valen-
ıo tribuuntur. (Reg. 44, c. 302, f. 173 r°; Lap. du Theil, II.)

.. *abbati et conventui monasterii Sancti Rufi Valentini*,
l *romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis*
Augustini. « Sacre religionis merita cujus estis obser-
ıntie dediti nos inducunt ut petitiones vestras, per
uas et quieti vestre consulitur et necessitatibus provi-
ɔtur, ad exauditionis gratiam admittamus. Cum itaque,
cut porrecta nobis ex parte vestra petitio continebat,
opter iminentes in partibus illis guerrarum procel-
s, inundationes aquarum et alia pericula que, faciente
alitia precedentis temporis, pertulistis, vestri redditus
ɔt adeo diminuti quod ad sustentationem vestram et
cumbentia vobis onera supportanda sufficere minime
noscuntur, nos, vobis super hoc paterno compatientes
fectu, ac volentes de oportune subventionis remedio
bvenire, vestris supplicationibus inclinati, percipiendi
que ad quadriennium omnes fructus, redditus et pro-
ıntus alicujus quem malueritis de prioratibus vestris,
ıbis et monasterio vestro immediate subjectis, in qui-
ıs ad te, fili abbas, prout asseritur, priores ponere et
movere pro tue libito voluntatis noscitur pertinere, ac in
ıus vestros fructus et redditus et proventus hujusmodi
nvertendi pro hujusmodi vestris necessitatibus rele-
ndis, dummodo de ipsis fructibus, redditibus et pro-
ntibus priori et canonicis servituris ibidem congrua
rtio reservetur, ex qua comode sustentari valeant, et
ia incumbentia eis onera supportare, ita videlicet quod
vinus cultus in illo propter hoc nullatenus minuatur,
enam vobis concedimus auctoritate presentium facul-
tem. Nulli ergo etc., nostre concessionis etc. Dat.
eate, III nonas julii, anno secundo. »

1061 Rieti, 3 juillet 1289.

Traditio pallei. (Reg. 44, c. 303, f. 173 r°; Potth., 22994.)

Venerabili fratri Johanni, archiepiscopo Lundensi, pal-
um electo Upsalensi tradendum mittit.
« Cum palleum insigne... — Dat. Reate, V nonas
lii, anno secundo. »

1062 Rieti, 24 juin 1289.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 304, f. 173 r°; Lap.
Theil, II, 169.)

Venerabili fratri .. episcopo Nemausensi committit quatenus cum Guillelmo, filio Bernardi Romani de Armazanicis, et Benagia, filia Bernardi Corsani de Valleviridi, Nemausensis dioecesis, dispenset ut in matrimonio olim ab ipsis, impedimentum esse ignorantibus, contracto, non obstante quarto consanguinitatis gradu quo conjuncti sunt, remanere valeant.
« Significarunt nobis dilectus... — Dat. Reate, VIII kalendas julii, anno secundo. »

1063 Rieti, 21 juillet 1289.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 44, c. 305, f. 173 v°; Lap. du Theil, II, 170.)

Magistro Pontio de Narbona, precentori ecclesie Aquensis. Cum eo, obtentu B., Portuensis episcopi, dispensat ut praecentoriam Aquensis ecclesiae, ecclesiam Sancti Eutropii Aurasicensem, canonicatus et praebendas seu beneficia consueta loco praebendarum conferri in Aquensi, Carpentoratensi et Cavallicensi ecclesiis, canonicatum in ecclesia Massiliensi quem sub expectatione praebendae vacaturae habet, et ecclesiam Sancti Stephani de Corcolesie, Carpentoratensis dioecesis, retinere insimul licite possit.
« Apostolice sedis benignitas... — Dat. Reate, XII kalendas augusti, anno secundo. »

1064-1065 Rieti, 20 juin 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 306, f. 173 v°; Lap. du Theil, II, 172.)

.. *abbati et conventui monasterii Sancti Marchialis Lemovicensis, ordinis S. Benedicti.* Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit visitantibus ecclesiam praedicti monasterii, in honorem beati Marcialis confessoris constructam, in festo ejusdem sancti.
« Loca sanctorum omnium... — Dat. Reate, XII kalendas julii, anno secundo. »
In e. m. .. rectori ecclesiae Sanctae Mariae de Aubilangis, Lemovicensis dioecesis, pro eorum ecclesia.
« Sanctorum meritis inclita... — Dat. ut supra. »

1066-1067 Rieti, 11 juillet 1289.

Ad chorum ecclesiae Cathalaunensis construendum. (Reg. 44, c. 307, f. 173 v°; Lap. du Theil, II, 174.)

Dilectis filiis capitulo ecclesie Cathalaunensis fructus,

redditus et proventus primi anni omnium praebendarum et beneficiorum ecclesiasticorum, ad collationem episcopi Cathalaunensis spectantium, quae usque ad quinquennium in Cathalaunensi civitate et dioecesi vacare contigerit, concedit, convertendos in fabricam chori ecclesiae Cathalaunensis, quem de novo aedificare incoeperunt.

« Devotionis vestre merita... — Dat. Reate, v idus julii, anno secundo. »

In e. m. .. decano Trecensis et .. archidiacono Remensis ecclesiarum mandat quatenus fructus, redditus et proventus praedictos eidem capitulo integre assignari faciant.

« Devotionis merita dilectorum... — Dat. ut supra. »

1068 Rieti, 27 juillet 1289.

De contentione inter Bertrandum Jordani, priorem prioratus de Amiliano, Ruthenensis dioecesis, et monasterium Sancti Victoris Massiliense. (Reg. 44, c. 308, f. 173 vo; Lap. du Theil, II, 176.)

Venerabili fratri .. episcopo Tripolitano ac dilectis filiis .. abbati monasterii de Monte Olivo et .. priori Sancti Felicis de Orreis, Carcassonensis diocesis. « Insolens et effrenis... Sane dilectus filius Bertrandus Jordani, prior prioratus de Amiliano, ordinis S. Benedicti, Ruthenensis diocesis, ad monasterium Sancti Victoris Massiliense, ejusdem ordinis, spectantis, in nostra presentia constitutus, nobis graviter est conquestus quod olim felicis recordationis Honorius papa, predecessor noster, prioratum ipsum, vacantem per liberam resignationem de ipso per predecessorem recipientis eundem apud apostolicam sedem factam... eidem Bertrando, tunc monacho monasterii Caunensis, prefati ordinis, eo primitus per predecessorem prefatum ad idem monasterium Sancti Victoris translato, cum omnibus juribus et pertinentiis suis auctoritate apostolica contulit, sibique providit de illo, ac ipsum investivit per suum anulum presentialiter de eodem; decernens, prout erat, irritum et inane, si secus super hoc a quoquam quavis auctoritate contingeret attemptari, certis sibi super hoc sub certa forma executoribus deputatis. Sed Johannes de Turre, prior claustralis, et conventus dicti monasterii Sancti Victoris, spiritu rebellionis assumpto, .. abbate ejusdem monasterii tunc in remotis agente, eundem prioratum Petro de Chanillaco, monacho prefati monasterii, de facto, cum de jure nequiverint, temeritate propria contulerunt, qui hujusmodi collationis pretextu prioratum ipsum aliquandiu violenter detinuit occupatum. Verum, licet tam abbas, prior claustralis et conventus prefati quam idem Petrus prelibato Bertrando libere prioratum dimiserint memoratum, dictusque B. illum per tres menses et amplius possederit sine lite, eo tamen in obsequiis venerabilis fratris nostri J., Tusculani episcopi, existente, Raymundus, dicti monasterii Sancti Victoris abbas, tunc in remotis existens, sepedictis priori et conventui per litteras suas injuncxit ut memoratum prioratum alicui ejusdem monasterii monacho conferre curarent; sicque iidem prior et conventus, sedi apostolice ac eidem episcopo Tusculano minime deferentes, quin potius preconceptam malitiam deducentes in actum, non absque ejusdem sedis dictique episcopi injuria manifesta, eundem prioratum Mayrosio de Senarecto, monacho dicti monasterii Sancti Victoris, conferre, non sine temeritate nimia, presumpserunt, qui, procuratore ipsius Bertrandi exinde violenter ejecto, in non modicum ipsius B. prioris prejudicium, illum, pretextu presumpte collationis hujusmodi, detinet occupatum, propter quod idem prior super hiis ad nostram recurrere providentiam est coactus. Nolentes igitur tante presumptionis excessum sub dissimulatione transire, ne transeat presumptoribus in exemplum, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus abbatem, priorem claustralem, conventum et Mayrosium prefatos, vos vel duo aut unus vestrum, per vos vel alium seu alios, ex parte nostra monere ac efficaciter inducere procuretis, ut infra quindecim dies post monitionem vestram dictum prioratum, cum fructibus medio tempore perceptis ex eo, et qui percipi potuerunt, eidem Bertrando seu procuratori suo ejus nomine liberum et expeditum sine qualibet difficultate dimittant, ac de dampnis et expensis que propter hoc idem B. prior incurrit, ei plenam ac debitam satisfactionem impendant, nullamque sibi super dicto prioratu ejusque fructibus et juribus in futurum molestiam inferant, seu ad tenendum in dicto prioratu monachos ultra debitum consuetum hactenus numerum ipsum B. priorem compellant invitum. Alioquin citetis eosdem ut iidem abbas, prior claustralis et Mayrosius personaliter, conventus vero per procuratorem ydoneum, infra duorum mensium spatium post vestre citationis edictum compareant peremptorie coram nobis, nostris super hoc beneplacitis, diffinitioni et ordinationi per omnia parituri. Diem vero citationis et formam et quicquid inde feceritis nobis per vestras litteras harum seriem continentes fideliter intimare curetis. Dat. Reate, vi kalendas augusti, anno secundo. »

1069 Rieti, 22 juin 1289.

e decima ecclesiae Valentinae debita. (Reg. 44, c. 309, 4 r°; Lap. du Theil, II, 180.)

enerabili fratri .. archiepiscopo Viennensi. « Sua nobis erabilis frater noster Johannes, Valentinus et Diensis copus, petitione monstravit quod quondam Willelmo, c procuratore ecclesie Valentine, significante felicis rdationis Gregorio pape VIIII, predecessori nostro, d nonnulli laici civitatis et diocesis Valentine, anima- saluti temporalia comoda preferentes, decimas, s in signum universalis dominii sibi Dominus reser- it, ecclesiis debitas integre non solvebant, et prefato lecessori humiliter supplicavit ut, cum idem Willel- s proponeret detentores hujusmodi decimarum com- entur ad solutionem debitam earumdem, medietatem imarum ipsarum eidem procuratori et successoribus ip- s concedere dignaretur, dictus predecessor earumdem imarum medietatem dicto procuratori et successori- suis de spetiali gratia per litteras suas concessit, ec- siis quibus decime predicte debentur medietatem quam percepturis. Verum predicti laici prefatas de- as solvere indebite contradixerunt hactenus et adhuc m contradicunt, asserentes se illas nullo unquam pore persolvisse, propter quod dicta Valentina eccle- nullum ex facta sibi per predictum predecessorem in parte gratia comodum reportavit. Quare dictus scopus nobis humiliter supplicavit ut providere super sibi et eidem ecclesie paterna sollicitudine curare- s. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta ndamus quatenus prefatos detentores decimarum ip- um, hujusmodi eorum contradictione ac assertione quaquam obstantibus, ad solvendum integre, juxta edictarum litterarum tenorem, easdem decimas, ut te- ntur, monitione premissa, per censuram ecclesiasti- m, appellatione remota, compellas. Dat. Reate, x ka- das julii, anno secundo. »

1070 Rieti, 7 juillet 1289.

Licentia exercendi per procuratores visitationis officium. (Reg. 44, c. 310, f. 174 r°. Lap. du Theil, II.)

Venerabili fratri Raymundo, episcopo Vapincensi, qui ad berationem C., regis Siciliae, laborando, multas subiit pensas, indulget ut per biennium visitationis officium er alios exercere et procurationes recipere possit.

« Ex tue devotionis... — Dat. Reate, nonis julii, anno cundo. »

1071 Rieti, 1er juillet 1289.

Collatio beneficii. (Reg. 44, c. 311, f. 174 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Wigorniensi. Confirmat collationem ecclesiae de Hylindon, Londoniensis dioecesis, ei, pro regni Angliae et Wigorniensis ecclesiae negotiis in civitate Londoniensi moranti, a R., Londoniensi episcopo, factam.

« Cum a nobis... — Dat. Reate, kalendis julii, anno secundo. »

1072 Rieti, 1er juillet 1289.

Collatio beneficii. (Reg. 44, c. 312, f. 174 v°.)

Dilectis filiis .. priori et capitulo ecclesie Wigorniensis confirmat collationem saecularis ecclesiae de Grumeleya et capellae de Hallawe, ab eadem ecclesia dependentis, in quibus jus patronatus habebant, eis a Godefrido, episcopo Wigorniensi, factam.

« Cum á nobis... — Dat. ut supra. »

1073 Rieti, 21 juillet 1289.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 313, f. 174 v°; Potth., 23014.)

Venerabili fratri .. episcopo Waterfordensi committit quatenus cum Willelmo dicto Lebutiller et Johanna de Fitifelt dispenset ut, non obstante quarto consanguinitatis gradu quo conjuncti sunt, in matrimonio quod olim, ignorantes impedimentum esse, contraxerunt, et in quo plures filios et filias procrearunt, remanere valeant.

« Petitio dilecti filii... — Dat. Reate, xii kalendas augusti, anno secundo. »

1074 Rieti, 22 juillet 1289.

Licentia alienandi possessiones monasterii Sanctae Mariae Vallis pontis. (Reg. 44, c. 314, f. 174 r°.)

.. abbati monasterii Sancti Petri Perusini, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, mandat quatenus de opportunitate inquirat petitionis qua .. abbas et conventus monasterii Sanctae Mariae Vallis pontis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, Perusinae dioecesis, licentiam poscunt mutandi quasdam terras et possessiones cum qui-

busdam molendinis, terris et possessionibus monasterii propinquioribus.

« Dilecti filii .. abbas... — Dat. Reate, XI kalendas augusti, anno secundo. »

1075 Rieti, 22 juillet 1289.

Licentia liberandi vassallos monasterii Sanctae Mariae Vallis pontis. (Reg. 44, c. 315, f. 175 v°.)

Eidem mandat quatenus de opportunitate inquirat petitionis qua .. abbas et conventus monasterii Sanctae Mariae Vallis pontis licentiam poscunt liberandi nonnullos homines de corpore et vassallos a dominio et praestatione servitiorum, qui non solum de servitiis non respondent sed monasterio multas injurias faciunt.

« Ex parte dilectorum... — Dat. ut supra. »

1076 Rieti, 21 juillet 1289.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 316, f. 175 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Albensi mandat quatenus cum Willelmo, nato nobilis viri Nani, Celae, et Leoneta, nata Conradi de Carreto, Saonae marchionum, Albensis dioecesis, dispenset, ut matrimonium quod olim, ad sedandas inimicitias, sibi adinvicem progenitores eorum promiserunt, contrahere possint, non obstante quarto consanguinitatis gradu quo conjuncti sunt.

« Ex parte dilectorum... — Dat. Reate, XII kalendas augusti, anno secundo. »

1077 Rieti, 29 juillet 1289.

Collatio beneficii. (Reg. 44, c. 317, f. 175 r°.)

Dilecto filio .. abbati monasterii Sancti Ambrosii et .. preposito ecclesie Sancti Georgii in Palatio Mediolanensium mandat quatenus Berardum de Scacabarotis, canonicum Mediolanensem, capellanum Petri, tituli Sancti Marci presbyteri cardinalis, vel procuratorem ejus, in Cumana ecclesia, cum assensu majoris partis capituli Cumani, ad quod canonicorum receptio et collatio praebendarum pertinet, recipi facientes in canonicum et in fratrem, ei de praebenda provideant.

« Personam dilecti filii... — Dat. Reate, IIII kalendas augusti, anno secundo. »

1078-1079 Rieti, 18 juillet 1289.

De constructione ecclesiae Claromontensis. (Reg. 44, c. 318, f. 175 r°; Lap. du Theil, II, 182.)

Venerabili fratri .. episcopo et dilectis filiis capitulo Claromontensibus fructus, redditus et proventus primi anni omnium praebendarum et beneficiorum ecclesiasticorum ad collationem vel praesentationem eorum communiter vel divisim spectantium, etiam si dignitates et personatus existant, quae usque ad triennium in Claromontensi civitate et dioecesi vacare contigerit, concedit, convertendos in fabricam ecclesiae Claromontensis, quae opere sumptuoso de novo construere incoeperunt.

« Gaudemus in Domino... — Dat. Reate, XV kalendas augusti, anno secundo. »

In e. m. .. abbati monasterii de Chantoen, ordinis S. Augustini, Claromontensis dioecesis, magistro Guidoni de Novavilla, praeposito de Massengneyo in ecclesia Carnotensi, capellano suo et litterarum suarum contradictarum auditori, et .. officiali Claromontensi mandat quatenus praedictos fructus, redditus et proventus eisdem episcopo et capitulo integre assignari faciant.

1080 Rieti, 1er juillet 1289.

Privilegium Margaretae, reginae Siciliae, concessum. (Reg. 44, c. 319, f. 175 v°.)

Carissime in Christo filie Margarete, regine Sicilie illustri, indulget ut nullus delegatus vel subdelegatus ab eo, executor aut etiam conservator a sede apostolica deputatus, in eam excommunicationis vel interdicti sententiam promulgare valeat.

« Apostolice sedis benignitas... — Dat. Reate, kalendis julii, anno secundo. »

1081 Rieti, 1er juillet 1289.

Facultas habendi altare portatile. (Reg. 44, c. 320, f. 175 v°.)

Eidem.

« Ex tue devotionis... — Dat. ut supra. »

1082 Rieti, 1er juillet 1289.

Licentia ingrediendi monasteria. (Reg. 44, c. 320², f. 175 v°.)

Eidem concedit ut monasteria monialium Cisterciensis et aliorum ordinum regnorum Franciae et Arelatensis,

octo honestis matronis, ter in anno, ingredi valeat, modo in ipsis monasteriis nec edant nec pernoctent. sentibus post septennium non valituris.
Ex tue devotionis... — Dat. ut supra. »

1083 Rieti, 1er juillet 1289.

centia celebrandi divina in locis interdictis per septennium ura. (Reg. 44, c. 320², f. 175 v°.)

dem.
Ex tue devotionis... — Dat. ut supra. »

1084 Rieti, 1er juillet 1289.

more celebrandi officium. (Reg. 44, c. 321, f. 175 v°.)

idem concedit ut capellani et clerici ejus, celeites divinum officium juxta morem in capella .. regis ncorum servatum, celebrare aliud officium non tentur.
Ut ex spetiali... — Dat. ut supra. »

1085 Rieti, 1er juillet 1289.

acultas eligendi confessorem proprium. (Reg. 44, c. 321², 75 v°.)

idem concedit ut clerici et familiares ejus confessoı sibi eligere possint.
Animarum salutem ex... — Dat. ut supra. »

1086 Rieti, 1er juillet 1289.

rivilegium jurisdictionis. (Reg. 44, c. 322, f. 176 r°.)

Eidem indulget ut ultra dioecesim in qua bona aliqua inet, super eisdem bonis, quandiu parata erit infra ım conquerentibus justitiae plenitudinem exhibere, judicium evocari non possit.
Apostolice sedis benignitas... — Dat. ut supra. »

1087 Rieti, 1er juillet 1289.

acultas eligendi confessorem proprium. (Reg. 44, c. 323, 176 r°.)

Eidem.
« Ne aliquid in... — Dat. ut supra. »

1088-1094 Rieti, 23 juillet 1289.

Beraldus ecclesiae Lugdunensi archiepiscopus praeficitur. (Reg. 44, c. 324, f. 176 r°; Lap. du Theil, II, 184; Potth., 23017.)

Dilecto filio Beraldo, electo Lugdunensi. Vacante Lugdunensi ecclesia per obitum Radulphi, decanus et capitulum duas electiones, unam videlicet de Percivallo de Lavania, subdiacono et capellano papae, alteram de Henrico, Burdegalensi electo, tunc archidiacono Tornodorensi in ecclesia Lingonensi, per viam scrutinii fecerunt. Henricus autem ad ejusdem electionis prosequendum negotium personaliter ad apostolicam accessit, Percivallo electionem de se factam prosequi non curante; sed et ipse postea omne jus ex electione sibi competenti resignavit. Quare papa Beraldum, archidiaconum Montaldensem in ecclesia Agennensi, Lugdunensi ecclesiae archiepiscopum praeficit.
« In supreme dignitatis... — Dat. Reate, x kalendas augusti, anno secundo. »
In e. m. .. decano et capitulo ecclesiae Lugdunensis mandat quatenus eidem electo obedientiam debitam praebeant.
In e. m. clero civitatis et dioecesis Lugdunensis.
In e. m. populo civitatis et dioecesis Lugdunensis.
In e. m. universis vassallis ecclesiae Lugdunensis mandat quatenus eidem electo solita fidelitatis juramenta et servitia praestent.
In e. m. suffraganeis ecclesiae Lugdunensis mandat quatenus eidem electo obedientiam debitam praebeant.
In e. m. Philippo, regi Franciae (1).

1095 Rieti, 23 juillet 1289.

Ne repetatur ab Isuardo de Ponteves, olim senescallo Provinciae, pecunia quae de collectoribus decimae C., regi Siciliae concessae, pro ipsius regis necessitatibus recepit. (Reg. 44, c. 325, f. 176 r°.)

Venerabili fratri.. archiepiscopo Arelatensi. « Carissimi in Christo filii nostri Caroli, Sicilie regis illustris, habet assertio quod nobilis vir Isuardus de Ponteves, olim senescallus Provintie pro parte regis ejusdem, pro arduis servitiis et expensis ipsius, dum arte imineret necessitatis articulus, de pecunia decime comitatus Provintie

(1) Ici le ms. a un espace de 8 lignes laissé en blanc pour la lettre exécutoire au roi de France, qui n'a pas été écrite.

et Fulcalquerii concesse per romanam ecclesiam clare memorie C., regi Sicilie, patri suo, et ad recoligendum sollicitudini tue commisse, certam a te seu collectoribus ejusdem decime summam recepit, pro ipsius regis necessitatibus, servitiis seu utilitatibus erogandam, sub obligatione quadam quod ipsam tibi restitueret infra determinati temporis spatium, licet de exhibenda sibi ipsa pecunia mandatum competens non haberes, propter quod a nobis suppliciter postulavit ut, cum tu eandem pecuniam ab eodem Isuardo petere dicaris instanter, providere super hoc ipsius Isuardi indempnitatibus curaremus. Quare fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus, postquam tibi constiterit quod dictus rex assignationem dicte summe, per te vel de mandato tuo factam dicto Isuardo, ratam habuerit, ipsamque duxerit acceptandam, predictum Isuardum et fidejussores ipsius ratione predicte pecunie et obligationis prestite tibi propterea per eundem non impetas vel molestes, sed ipsos ab obligatione prefata liberes et absolvas; et si forte super hoc contra eum vel fidejussores ejus in aliquo processisti, processum tuum revocare procures. Dat. Reate, x kalendas augusti, anno secundo. »

1096 Rieti, 28 juillet 1289.

Reformatio monasterii Sancti Dionysii in Francia. (Reg. 44, c. 326, f. 176 v°; Lap. du Theil, II, 188.)

Dilectis filiis .. Cistercii et .. de Claravalle ac .. de Caroliloco monasteriorum abbatibus, Cisterciensis ordinis, Cabilonensis, Lingonensis et Silvanectensis diocesium, quibus correctionem et reformationem monasterii Sancti Dionysii in Francia pridem commisit, mandat quatenus aliquas personas de praedicto monasterio, quae de statu ipsius et personarum ejus notitiam habeant ad suam praesentiam advocent, tribusque vel quatuor ex illis de bonis ipsius monasterii expensas necessarias ministrari facientes, eos ab abbate vel aliis monachis propter hoc molestari non permittant.

« Ad audientiam nostram... — Dat. Reate, v kalendas augusti, anno secundo. »

1097 Rieti, 23 juillet 1289.

Ad solemne S. Bonifatii festum constituendum. (Reg. 44, c. 327, f. 177 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Leodiensi et dilecto filio .. preposito ecclesie Sancti Jacobi Frigidi montis in Brucella, Cameracensis diocesis, mandat quatenus in locis .. duci Lotheringiae, Brabantiae et Lymborgensi subjectis, ubi Bonefatii martyris specialis affectus habetur, plebem exhortentur ad diem festivitatis ejusdem sancti singulis annis solemnisandam.

« Quoniam gloriosus martir... — Dat. Reate, x kalendas augusti, anno secundo. »

1098 Rieti, 15 juillet 1289.

Ordinatio thesaurariae. (Reg. 44, c. 328, f. 177 r°.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo et dilectis filiis .. decano et capitulo Patracensibus confirmat deliberationem qua officium thesaurarii in sua ecclesia ordinarunt, et huic thesaurariae casale de Sancta Theodora concesserunt.

« Petitio vestra nobis... — Dat. Reate, idibus julii, anno secundo. »

1099 Rieti, 18 juillet 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 329, f. 177 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo et dilectis filiis capitulo Gebennensibus. Indulgentiam centum dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui Gebennensem ecclesiam S. Petro devotam, in ejusdem sancti festivitatibus, per septem dies sequentes et anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae, visitaverint annuatim.

« Loca sanctorum omnium... — Dat. Reate, xv kalendas augusti, anno secundo. »

1100 Rieti, 23 juillet 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 329², f. 177 r°; Potth. 23018.)

Dilectis in Christo filiabus .. abbatisse et conventui monasterii Sancte Clare de Bictoria, Calaguritane diocesis. Indulgentiam unius anni et quadraginta dierum concedit eis qui ecclesiam ejusdem monasterii in sanctorum Francisci, Antonii et Clarae festivitatibus visitaverint.

« Vite perempnis gloria... — Dat. Reate, x kalendas augusti, anno secundo. »

1101-1108 Rieti, 25 juillet 1289.

Henricus Burdegalensi ecclesiae archiepiscopus praeficitur. (Reg. 44, c. 330, f. 177 r°; Lap. du Theil, II, 190.)

Dilecto filio Henrico, electo Burdegalensi. Vacante Bur-

alensi ecclesia per obitum Symonis, capitulum duas tiones, unam videlicet de quondam Raymundo, ate monasterii Sancti Emiliani de Burgo, Burdega- is dioecesis, et alteram de Beraldo, Lugdunensi to, tunc archidiacono Montaldensi in ecclesia Agen- si, fecerunt; deinde, hoc negotio ad sedem apostoli- devoluto, Raymundus mortuus est et Beraldus juri ex electione competenti renuntiavit. Unde papa ıricum, tunc archidiaconum de Tornadoro in eccle- Lingonensi, Burdegalensi ecclesiae archiepiscopum ficit.

Inter varia innumeraque... — Dat. Reate, VIII ka- las augusti, anno secundo. »

ı e. m. capitulo ecclesiae Burdegalensis mandat qua- ıs eidem electo debitam obedientiam praebeat.

ı e. m. clero civitatis et dioecesis Burdegalensis.

ı e. m. populo civitatis et dioecesis Burdegalensis.

ı e. m. universis vassallis ecclesiae Burdegalensis ıdat quatenus eidem electo solita fidelitatis juramenta ervitia praestent.

ı e. m. universis suffraganeis ecclesiae Burdegalen- mandat quatenus eidem electo debitam obedientiam beant.

ı e. m. .. regem Franciae rogat ut eundem electum o favore prosequatur.

Occurrit nobis de... — Dat. ut supra. »

ı e. m. .. regi Angliae.

1109 Rieti, 29 juillet 1289.

dulgentiae. (Reg. 44, c. 331, f. 177 v°.)

niversis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. ulgentiam unius anni et quadraginta dierum conce- omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam cti Nicolai de Sancto Victore terrae monasterii Ca- ensis, in qua multa miracula perpetrantur, in natalis ranslationis ejusdem sancti festivitatibus et anniver- o die dedicationis praedictae ecclesiae visitaverint uatim.

Licet is de... — Dat. Reate, IIII kalendas augusti, o secundo. »

1110-1111 Rieti, 19 juillet 1289.

dulgentiae. (Reg. 44, c. 331², f. 177 v°.)

niversis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et quadraginta dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam Sanctae Mariae de Plano, prope castrum Fractarum, Gaietanae dioecesis, in beatae Mariae festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint.

« Gloriosus Deus in... — Dat. Reate, XIIII kalendas augusti, anno secundo. »

In e. m. .. archipresbytero et capitulo ecclesiae Sanctae Mariae de Vallepetra, Anagninae dioecesis. Indulgentiam quadraginta dierum concedit eis qui hanc ecclesiam in Nativitatis, Purificationis, Annuntiationis et Assumptionis beatae Mariae festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint. Dat Reate, kalendis augusti, anno secundo. (*En marge.*)

1112 Rieti, 28 juillet 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 332, f. 178 r°.)

.. *archipresbytero et capitulo ecclesie Sancti Petri de Monte Penestrine.* Indulgentiam unius anni et quadraginta dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui praedictam ecclesiam in Nativitatis Domini et singulis S. Petri et beatae Mariae festivitatibus, et per octo dies sequentes, visitaverint.

« Vite perempnis gloria... — Dat. Reate, V kalendas augusti, anno secundo. »

1113 Rieti, 28 juillet 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 332², f. 178 r°.)

Universis Christi fidelibus per Tranensem provintiam constitutis. Indulgentiam unius anni et quadraginta dierum concedit eis qui ad ecclesiam domus Heremitarum de Barulo, ordinis S. Augustini, Tranensis dioecesis, de novo construendam, subsidia erogarint.

« Quoniam ut ait... — Dat. ut supra. »

1114 Rieti, 29 juillet 1289.

Licentia habendi altare portatile. (Reg. 44, c. 333, f. 178 r°.)

Nobili viro Henrico de Lascy, comiti Lincolniensi.

« Apostolice sedis benignitas... — Dat. Reate, IIII kalendas augusti, anno secundo. »

1115 Rieti, 29 juillet 1289.

Licentia habendi confessorem proprium. (Reg. 44, c. 333², f. 178 r°.)

Eidem.

« Personam tuam sincera... — Dat. ut supra. »

1116 Rieti, 23 juillet 1289.

Translatio monasterii de Stanlawe. (Reg. 44, c. 334, f. 178 r°; Potth., 23016.)

Dilectis filiis .. abbati et conventui monasterii Loci benedicti de Stanlawe, Cisterciensis ordinis, Conventrensis et Lichefeldensis diocesis, ad supplicationem nobilis viri Henrici de Lascy, comitis Lincolniensis, patroni ejusdem monasterii, ecclesiam de Whalleya, ejusdem dioecesis, in qua idem comes jura sua monasterio dedit, omnesque possessiones ejus et licentiam transferendi monasterium de loco qui dicitur Locus benedictus de Stanlawe, in cujus officinis interdiu usque ad trium pedum altitudinem aquae maris colliguntur, in locum ubi est ecclesia de Whalleya, concedit.

« Ordinis vestri sacra... — Dat. Reate, x kalendas augusti, anno secundo. »

1117 Rieti, 17 juin 1289.

Causa inter Blancham de Marigniaco et Aelydim de Montereul, abbatissas monasterii Sancti Johannis Eduensis electas. (Reg. 44, c. 335, f. 178 v°.)

Dilectis filiis .. decano Lingonensis ac .. archidiacono et Guidoni de Castronovo, canonico Eduensis ecclesiarum. Olim vacante monasterio Sancti Johannis Eduensi, ordinis Sancti Benedicti, Blancha de Marigniaco et Aelydis de Montereul, ipsius monasterii moniales, abbatissae electae fuerunt; sed inter eandem Blancham, Margaretam, sacristam, et Yolent de Oygneyo, ejusdem monasterii moniales, electioni Blanchae adhaerentes, ex parte una, et praedictam Aelydim, Adelinam de Rocheta, priorissam, et Katerinam de Montereul, monasterii moniales, Aelydis electioni adhaerentes, ex altera, orta quaestione, et causa apud sedem apostolicam devoluta, Honorius papa IIII Gaufridum, tituli Sanctae Susannae presbyterum cardinalem, partibus auditorem dedit. Postmodum, mortuis Honorio et Gaufrido, Nicolaus papa L., Ostiensem et Velletrensem episcopum, Gaufrido in causa subrogavit; sed, cum per procuratores partium veritas plena non haberi possit, papa praedictis decano, archidiacono et canonico mandat quatenus easdem Blancham et Aelydim ad veritatem dicendam jurejurando compellant et causam terminent.

« Olim monasterio Sancti Johannis... — Dat. Reate, xv kalendas julii, anno secundo. »

1118-1121 Rieti, 7 juillet 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 336, f. 178 v°; Lap. du Theil, II, 194.)

.. abbati et conventui monasterii Sancti Johannis in Vineis Suessionensis, ordinis S. Augustini. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit visitantibus ecclesiam ejusdem monasterii, in honorem S. Johannis Baptistae constructam, in singulis festivitatibus ejusdem sancti. Praesentibus post quinquennium non valituris.

« Sanctorum meritis inclita... — Dat. Reate, nonis julii, anno secundo. »

Rieti, 28 juillet 1289.

In e. m. .. abbati et conventui monasterii Sancti Eligii, Noviomensis dioecesis. Eandem indulgentiam concedit pro ecclesia Sancti Blasii Noviomensi, ad praedictum monasterium pertinente, in qua multa miracula perpetrantur. Dat. Reate, v kalendas augusti, anno secundo. (*En marge.*)

Rieti, 5 août 1289.

In e. m. universis Christi fidelibus, pro ecclesia Sancti Germani de Vallebadonis, Bajocensis dioecesis. Dat Reate, nonis augusti, anno secundo. (*Ibid*).

Rieti, 1er août 1289.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sancti Nicolai Ambianensi. Dat. Reate, kalendis augusti, anno secundo. (*Ibid.*)

1122 Rieti, 23 juillet 1289.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 44, c. 337, f. 179 r°.)

Magistro Stephano de Montignaco, clerico Lingonensis diocesis, quocum jam Honorius IIII dispensavit super defectu natalium quem patitur, e presbytero et soluta genitus, ut ad omnes ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, etiam cum cura, obtinere valeret, rursus indulget ut dignitatem seu personatum, dignitate episcopali excepta, accipere possit.

Illegitime genitos quos... — Dat. Reate, x kalendas usti, anno secundo. »

1123 Rieti, 23 mai 1289.

ispensatio residentiae. (Reg. 44, c. 338, f. 179 r°.)

agistro Thome de Hendone, canonico ecclesie Eboracen-
« Petitio tua nobis exhibita continebat quod olim fe- recordationis Nicolaus papa III, predecessor noster, is executoribus per suas sub certa forma dedit litteras nandatis ut canonicatum et prebendam quos idem lecessor in Eboracensi ecclesia promotionis sue ad em summi apostolatus tempore obtinebat persone nee, in eadem ecclesia personaliter residenti, ad quod m astringi voluit, corporali super hoc ab eo prestito mento, conferre et assignare curarent, sicque tu, cui it de hujusmodi canonicatu et prebenda earumdem rarum auctoritate provisum, juramentum hujusmodi titisti; verum quia dubitas an ratione ipsius jura- ti tenearis in eadem ecclesia continue residere, pro- ri tibi super hoc per sedem apostolicam petiisti. Nos ne, tuis supplicationibus inclinati, auctoritate tibi pre- ium indulgemus ut, quotiens ex justa causa ab eadem esia te abesse contigerit, residere in ea pretextu jura- ti predicti nullatenus tenearis. Nulli ergo etc. nos- oncessionis etc. Dat. Reate, x kalendas junii, anno ndo. »

1124 Rieti, 1er août 1289.

dulgentiae. (Reg. 44, c. 339, f. 179 r°; Lap. du Theil, II, Potth. 23030.)

niversis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis.
lgentiam unius anni et xl dierum concedit visitan- s ecclesiam Sancti Martini Turonensem, ad romanam esiam nullo medio pertinentem, in singulis ipsius ti festivitatibus, et per octo dies sequentes.
Splendor paterne glorie... — Dat. Reate, kalendis usti, anno secundo. »

1125 Rieti, 26 juillet 1289.

l solutionem debitorum monasterii Sancti Germani de is. (Reg. 44, c. 340, f. 179 r°; Lap. du Theil, II, 199.)

hanni, abbati monasterii Sancti Germani de Pratis isiensis, ordinis S. Benedicti, fructus, redditus et proventus prioratus de Juliaco, ad idem monasterium pleno jure spectantis, Eduensis dioecesis, per quinquennium concedit, ad solutionem debitorum ipsius monasterii convertendos.
« Circa quarumlibet ecclesiarum... — Dat. Reate, vii kalendas augusti, anno secundo. »

1126 Rieti, 20 juillet 1289.

De contentione inter capitulum ecclesiae Sancti Audomari, Morinensis dioecesis, et Remensem episcopum existente. (Reg. 44, c. 341, f. 179 r°; Lap. du Theil, II, 200.)

.. succentori et .. penitentiario ecclesie Belvacensis.
« Petitio .. decani et capituli ecclesie de Sancto Audomaro, Morinensis diocesis, nobis exhibita continebat quod, cum bone memorie Johannes, Remensis archiepiscopus, suam provintiam visitans, ad eandem accessisset ecclesiam infra ipsam provintiam constitutam, petens se in dicta ecclesia, quam sibi subjectam fore jure metropolitico minus veraciter pretendebat, ad visitandum admitti, ac sibi procurationem ratione visitationis debitam exhiberi, ex parte dictorum decani et capituli fuit coram eodem archiepiscopo excipiendo propositum quod, cum ecclesia ipsa, cum personis et clericis et capellanis ipsius, a jurisdictione quorumlibet ordinariorum per spetialia privilegia sedis apostolice sit exempta, et ad romanam ecclesiam nullo pertineat mediante, prout per exhibitionem dictorum privilegiorum se offerebant legitime probaturos, ad visitandum in predicta Sancti Audomari ecclesia ipsum admittere sibique procurationem hujusmodi exhibere minime tenebantur; et quia predictus archiepiscopus eosdem decanum et capitulum super hoc audire contra justitiam denegavit, ipsi, sentientes ex hoc indebite se gravari, ad sedem apostolicam appellarunt; at dictus archiepiscopus, hujusmodi appellatione contempta, in eundem decanum et canonicos ipsius ecclesie Sancti Audomari nominatim primo suspensionis et demum excommunicationis, ac dictam ecclesiam interdicti sententias promulgavit; dictique decanus et capitulum super hujusmodi appellatione sua ad .. decanum et magistrum Gilonem de Columbario, archidiaconum, tunc canonicum, et quondam Johannem de Gagniaco, canonicum Meldenses, sub ea forma ipsius sedis litteras impetrarunt, ut, vocatis qui vocandi essent, et auditis hinc inde propositis, quod justum existeret decernere procurarent, facientes quod decernerent auctoritate apostolica firmiter observari; ita quod, si non omnes hiis exequendis interesse possent, duo eorum ea exequi non differrent. Cumque iidem decanus et capitulum, interim Johanne archiepiscopo ac

Johanne de Gagniaco prefatis viam universe [carnis], ingressis, venerabilem fratrem nostrum P., archiepiscopum Remensem, successorem ipsius Johannis archiepiscopi, coram decano et Gilone predictis facerent super hoc ad judicium evocari, nominatus P. archiepiscopus, confingens inter alia quod decanus et Gilo prefati, tenentes causam ipsam diutius in suspenso, in ea procedere non curarant, anno et amplius tunc elapso, in ipsius archiepiscopi, ut dicebat, prejudicium et gravamen, quanquam per eundem archiepiscopum, ut pretendebat, non stetisset a quo fuerant iidem decanus et Gilo pluries super hoc legitimis temporibus humiliter requisiti, ad decanum et Gilonem predictos sub ea forma dicte sedis litteras impetravit ut, si esset ita, infra tres menses a receptione litterarum ipsarum in causa ipsa, previa ratione, procederent, juxta predictarum continentiam litterarum, injuncto nichilominus dilectis filiis .. archidiacono et .. cantori ac magistro Johanni de Castro Arquato, canonico Belvacensi, per alias sub certa forma ipsius sedis litteras, ut, si iidem decanus et Gilo mandatum apostolicum infra premissum tempus negligerent adimplere, iidem archidiaconus, cantor et canonicus ex tunc in causa ipsa procederent, juxta traditam illis formam. Verum nominatus archiepiscopus, confingens quod decanus et Gilo prefati infra predictum tempus in causa ipsa procedere non curarant, nominatos decanum et capitulum Sancti Audomari fecit super hoc coram predictis archidiacono, cantore et canonico ad judicium evocari, qui in causa ipsa commiserunt vobis postmodum totaliter vices suas. Quare dicti decanus et capitulum nobis humiliter supplicarunt ut, cum, utraque parte tam coram prefatis archidiacono, cantore et canonico, quam coram vobis et aliis judicibus deputatis per litteras sedis ejusdem super hoc diutius litigante, causa ipsa, que per quindecim annos et amplius jam duravit, et adhuc coram vobis pendet, sit adeo intricata quod non est spes quod dicta causa propter hoc possit in brevi in illis partibus terminari, providere ipsis in hac parte de benignitate apostolica dignaremur, facientes eis super hoc apud dictam sedem justitiam exhiberi. Nos igitur, cupientes ut finis litibus imponatur, ac volentes utriusque partis super hoc parcere laboribus et expensis, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus, vocatis qui fuerint evocandi, in eadem causa, ratione previa, procedentes juxta predictarum dictis archidiacono, cantori et canonico directarum super hoc continentiam litterarum, eam infra sex mensium spatium a receptione presentium computandum judicio vel, si de partium ipsarum voluntate processerit, concordia terminetis. Alioquin causam ipsam ex tunc, instructam vel non instructam, remittatis ad ipsius sedis examen, prefixo partibus termino peremptorio competenti, quo cum omnibus actis, juribus et munimentis suis dictam causam contingentibus, apostolico se conspectui representent, facture et recepture super hoc quod dictaverit ordo juris. Diem vero remissionis et prefixionis hujusmodi et quicquid super hoc feceritis nobis per vestras litteras harum seriem continentes studeatis fideliter intimare. Dat. Reate, XIII kalendas augusti, anno secundo. »

1127 Rieti, 5 juillet 1289.

Licentia alienandi bona monasterii Sancti Antonii Tercellani. (Reg. 44, c. 342, f. 179 v°.)

Dilectis filiis .. archidiacono Castellano et .. primicerio ecclesie Sancti Marci de Venetiis, Castellane diocesis, mandat quatenus inquirant de utilitate negotii quo .. abbatissa et conventus monasterii Sancti Antonii Tercellani, ordinis S. Benedicti, ad solvendum cujusdam terrae pretium, insulam SS. Cornelii et Cypriani Johanni Dandolo, duci Venetorum, vendiderunt.

« Ad nostram noveritis... — Dat. Reate, III nonas julii, anno secundo. »

1128-1131 Rieti, 2 août 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 343, f. 179 v°.)

. rectori et fratribus hospitalis Sancte Marie de Capis de loco Pontiroli, Mediolanensis diocesis. Indulgentiam quadraginta dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui ejusdem hospitalis ecclesiam in singulis beatae Mariae festivitatibus et usque ad octo dies sequentes visitaverint.

« Vite perempnis gloria... — Dat. Reate, IIII nonas augusti, anno secundo. »

Rieti, 15 juillet 1289.

In e. m. .. abbati et capitulo saecularis ecclesiae Sancti Johannis de Pileo, Anagninae dioecesis. Indulgentiam centum dierum concedit eis qui capellam Sanctae Luciae, ecclesiae Sancti Johannis de Pileo subjectam, in sanctae Luciae festivitatibus, usque ad octo dies sequentes, et in die consecrationis ejusdem capellae visitaverint. Dat. Reate, idibus julii, anno secundo. (*En marge.*)

Rieti, 1er août 1289.

In e. m. universis praesentes litteras inspecturis. Eandem concedit indulgentiam eis qui ecclesiam Sancti Angeli de Spada Viterbiensem, in sancti Angeli festivi-

ibus, et usque ad octo dies sequentes, visitaverint. Dat. ate, kalendis augusti, anno secundo. (*Ibid.*)

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui clesiam fratrum Heremitarum de Barolo, ordinis Augustini, Tranensis dioecesis, in ejusdem sancti et atae Mariae festivitatibus et per octo dies sequentes sitaverint. Dat. ut supra. (*Ibid.*)

1132 Rieti, 6 août 1289.

Pro Sabbate, Militensi episcopo. (Reg. 44, c. 344, f. 180 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Penestrino, apostolice sedis ato, mandat quatenus in ecclesiis infra suae legationis minos constitutis provideat Sabbati, Militensi epispo, ab hostibus spoliato e manibusque eorum evaso.

« Apostolica doctrina docemur... — Dat. Reate, VIII us augusti, anno secundo. »

1133 Rieti, 1er août 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 345, f. 180 r°.)

.. *abbati et capitulo secularis ecclesie Sancte Marie de anconibus Verulane.* Indulgentiam quadraginta dierum ncedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui clesiam praedictam in Nativitatis, Purificationis, Anntiationis et Assumptionis beatae Mariae et per octo es sequentes visitaverint.

« Licet is de... — Dat. Reate, kalendis augusti, anno cundo. »

1134-1135 Rieti, 28 juin 1289.

Dispensatio residentiae. (Reg. 44, c. 346, f. 180 r°.)

Carissimo in Christo filio Carolo, regi Sicilie illustri, conedit ut decem clerici ejus, per sex annos, redditus et uctus beneficiorum suorum, tanquam si in eis resident, percipere valeant.

« Quanto majoris devotionis... — Dat. Reate, IIII kalendas julii, anno secundo. »

In e. m. magistro Raynerio de Pisis, notario suo, canonico Belvacensi,.. abbati monasterii Sancti Germani e Pratis juxta Parisius, et .. decano ecclesiae Sancti audi Andegavensis mandat quatenus eisdem clericis raedictos redditus et proventus ministrari faciant.

1136 Rieti, 23 juillet 1289.

De decima regi Siciliae concessa. (Reg. 44, c. 347, f. 180 r°.)

Gaufrido de Launcello, preposito ecclesie Aptensis, capellano nostro. « Dudum clare memorie Carolo, regi Sicilie, decimam omnium ecclesiasticorum proventuum et redditum in Provintie ac Forcalquerii comitatibus pro negotio regni Sicilie duxit apostolice sedis benignitas concedendam, venerabili fratre nostro .. Arelatensi archiepiscopo executore super ipsius collectione decime deputato, eidem archiepiscopo potestate concessa deputandi ad colligendum eandem decimam collectores. Postmodum vero venerabili fratri nostro .. archiepiscopo Aquensi extitit ab eadem sede commissum ut, si quas comitatuum predictorum personas ecclesiasticas, exemptas et non exemptas, cujuscumque conditionis, dignitatis aut status existerent, inveniret predictam decimam minus debite persolvisse, illas ad satisfactionem integram de prefata decima exhibendam per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, coartaret. Cum autem scire velimus plenius veritatem qualiter in premissis ab eisdem archiepiscopis et collectoribus super eadem decima colligenda per eundem archiepiscopum Arelatensem deputatis, tam de receptis quam assignatis ab eis de decima supradicta, et quibus assignatio facta fuit, et etiam de ipsius residuo, si quod est, plenam et sufficientem exigas rationem, et, si quod penes eos residuum fuerit assignandum, illud carissimo in Christo filio nostro Carolo, regi Sicilie illustri, vel procuratori suo ad hoc sufficiens mandatum habenti, ejus nomine facias integraliter assignari, ipsos ad id, si opus fuerit, auctoritate nostra, appellatione postposita, compescendo. Faciens de eo quod ab archiepiscopis et collectoribus antedictis ipsis regi vel procuratori feceris assignari confici publica instrumenta, eaque nobis, retentis tibi similibus, per fidelem nuntium mittere non omittas. Dat. Reate, X kalendas augusti, anno secundo. »

1137 Rieti, 23 juillet 1289.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 348, f. 180 v°; Lap. du Theil, II, 206.)

Venerabili fratri .. episcopo Dolensi committit quatenus cum nobili viro Thoma Roner et nobili muliere Margarita quondam Thomae Balduini, militis, Dolensis dioecesis, dispenset ut in matrimonio olim ab ipsis, impedimentum esse ignorantibus, contracto remanere valeant, quanquam Thomas quondam Rolando Guidonis, militi, marito Margaritae, per duplicem lineam quarto gradu consanguinitatis conjunctus erat.

« Dilectus filius nobilis... — Dat. ut supra. »

1138 Rieti, 5 août 1289.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 348², f. 180 v°; Lap. du Theil, II, 204.)

Venerabili fratri .. episcopo Petragoricensi committit quatenus cum Guillelmo de Solmonhas, et Almoyde, nata quondam Petri Augerii, militis, Petragoricensis dioecesis, dispenset ut in matrimonio quod olim, impedimentum esse ignorantes, ad sedandas graves inimicitias inter parentes exortas, contraxerunt, et in quo plures filios procrearunt, remanere valeant, non obstante quarto consanguinitatis gradu quo conjuncti sunt.

« Ex parte dilecti... — Dat. Reate, nonis augusti, anno secundo. »

1139 Rieti, 23 juillet 1289.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 349, f. 180 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Albensi mandat quatenus cum Facio de Salirete, et Ricca, nata quondam Oddonis de Mallis, Albensis dioecesis, dispenset ut in matrimonio quod olim, impedimentum esse ignorantes, contraxerunt, et in quo plures filios procrearunt, remanere valeant, non obstante quarto consanguinitatis gradu quo conjuncti sunt.

« Significarunt nobis dilectus... — Dat. Reate, x kalendas augusti, anno secundo. »

1140-1141 Rieti, 1er août 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 349², f. 180 v°, en marge.)

Nicolaus, etc. Dilectis filiis archiepiscopo et capitulo ecclesie nostre Sanctorum Cyri et Johannis in Militiis de Urbe. Indulgentiam unius anni et quadraginta dierum concedit eis qui capellam praedicti capituli in singulis SS. Cyri et Johannis et beatae Mariae festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint.

« Vite perempnis gloria... — Dat. Reate, kalendis augusti, anno secundo. »

Rieti, 2 août 1289.

In e. m. .. episcopo, .. decano et capitulo Grationopolitanis. Indulgentiam unius anni et quadraginta dierum concedit eis qui Grationopolitanam ecclesiam in singulis beatae Mariae et SS. Hugonis et Vincentii, ejusdem ecclesiae patronorum, festivitatibus, et per octo dies sequentes, visitaverint. Dat. Reate, iiii nonas augusti, anno secundo.

1142-1152 Rieti, 20 juin 1289.

Concessio decimae regi Siciliae. (Reg. 44, c. 350, f. 181 r°.)

Nicolaus etc. Venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis, ac dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, prepositis, archipresbyteris, et aliis ecclesiarum prelatis, capitulis, collegiis et conventibus Cisterciensis, Cluniacensis, Premostratensis, S. Benedicti, S. Augustini, Cartusiensis, Grandimontensis et aliorum ordinum, necnon prioribus hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, domorum militie Templi et Beate Marie Theotonicorum preceptoribus et magistris, ceterisque omnibus personis ecclesiasticis, regularibus et secularibus, exemptis et non exemptis, per regnum Sicilie constitutis. Salutem etc.

« Divulgantis ab olim fame relatibus jam ad totius fere orbis notitiam creditur pervenisse qualiter lapis ille offensionis et petra scandali, quin immo iniquitatis filius, nequitieque minister, quondam Petrus, olim rex Aragonum, velut in contemptum damnabili temeritate deducto, quod ratione regni Aragonie, romane ecclesie a clare memorie .. avo ipsius Petri oblati, et consualis tam ab illo quam ab aliis ejus predecessoribus constituti, ad fidelitatis debitum, ad quod idem avus sicut et suos ceteros in regno successores eodem oblationis hujusmodi tempore obligarat, ipsi ecclesie tenebatur, de procedendo in Africam pretento colore, concinnatis dolis et incidiis machinatis contra eandem ecclesiam et clare memorie Carolum, regem Sicilie, tunc viventem, nulla diffidatione premissa, quod perditionis non caret nota, procedens, post infandas crudelitates rebellium Siculorum, insulam Sicilie, terram utique peculiarem ipsius ecclesie, licet jam memorato Sicilie regi rebellem, adhuc tamen ejusdem ecclesie recognoscentem dominium et nomen publice invocantem, militum et peditum caterva stipatus, invadere ac occupare presumpsit, turbationem gravem et seditionem nefariam contra eandem ecclesiam inibi concitando, prout in apostolice sedis processibus super hoc habitis plenius continetur. Demum, jam dicto Petro sublato de medio suisque scelestis actibus fine dato, Jacobus, ipsius Petri filius, erroris paterni prosequens invium, propria et Siculorum ductus insania, non sine divine majestatis offensa et apostolice sedis ac heredum clare memorie Caroli, regis Sicilie, prejudicio, injuria et contemptu, coronari, vel verius execrari se fecit in regem regni Sicilie soliumque regale inverecunde conscendere attemptavit, se regem Sicilie in suis litteris nominando. Quare felicis recordationis Honorius papa, predecessor noster, ejusdem Jacobi presumptionem tam temerariam et superbam non indigne detestans, ac ipsum declarans et denuntians excommunicationis vinculo in-

iodatum, de fratrum suorum consilio, de quorum nunero tunc eramus, cassavit et irritavit, vel potius cassum t irritum nuntiavit quicquid circa prefatum Jacobum uerat per unctionem, immo verius execrationem et coonationem hujusmodi, quas recipere de facto non meuit, et quas utique constat nullas esse presumptum. Nos utem, postquam, disponente Domino, assumpti fuimus d apicem apostolice dignitatis, intendentes benignius xperiri utrum aliqua devotionis scintilla in eodem Jaobo remansisset, ac processus per sedem apostolicam iactenus habitos contra eum in sui roboris firmitate nanere volentes, prefatum Jacobum et etiam Siculos moiere curavimus ut ipsi, sibi salubriter consulentes, ad iostra et ecclesie romane mandata redirent, et super ommissis ab eis contra ecclesiam predictam excessibus t offensis nostris et ipsius ecclesie beneplacitis humiliter et efficaciter parituri. Alioquin contra eos, prout ontumacia ipsorum exigeret et videremus expediens, piritualiter et temporaliter procedere curaremus. At psi, animis in contumacia obfirmatis et apostolice sedis nonitione contempta, redire ad nostra et ipsius mandata cclesie non curarunt, quin immo contra nos et eandem cclesiam, ac etiam carissimum in Christo filium nosrum Carolum, Sicilie regem illustrem, suos conatus nearios procurat multipliciter exercere, prout fame clamor nuntiat et facti evidentia manifestat. Cum autem ad ropulsandam tante presumptionis, tamque infesti perecutoris instantiam, sicut expedit, intendamus, ac preatus rex Carolus, a nobis nuper in regem Sicilie coroiatus, hujusmodi negotium duxerit assumendum, nos, olentes ipsum, ut efficatius, favente Domino, prosequi aleat quod incepit, oportunis auxiliis adjuvare, sibi, pro jusdem prosecutione negotii ac etiam pro necessitatibus isdem regi et regno Sicilie imminentibus, decimam mnium ecclesiasticorum reddituum et proventuum in odem regno Sicilie, Beneventana civitate ac diocesi non xclusis, per tres annos ab instanti festo Nativitatis beati ohannis Baptiste numerandos, de fratrum nostrorum ousilio, duximus concedendam. Universitatem itaque estram attente monemus, affectuose rogamus et obseramus in Domino Jesu Christo, vobis nichilominus per postolica scripta mandantes, ac in remissionem peccaminum injungentes, quatenus magnam et instantem nessitatem negotii memorati, que multam, prout ex ipsa otestis evidentia facti cognoscere, accelerationem pronotionis exposcit, ac etiam non modicam indigentiam egis ejusdem sedula consideratione pensantes, et attenlentes sollicite quod eidem regi absque nostrarum preum instantia, cum vestrum agi noscatur in hac parte egotium, debetis pro facultatum vestrarum viribus subvenire; compatientes quoque ab intimis doloribus, afflictionibus, injuriis, gravaminibus et jacturis memorate romane ecclesie, matris vestre, ob divinam et ejusdem sedis ac nostram reverentiam, vestrorum omnium ecclesiasticorum reddituum, proventuum et obventionum decimam, ut premittitur, per hujusmodi triennium persolvatis; sic in hac parte venerabilis fratris nostri B., episcopi Penestrini, apostolice sedis legati, persuasionibus, exhortationibus et consiliis parituri, ut a Deo, de cujus negotiis agitur, eterne retributionis premium et ab eadem sede precipui favoris augmentum consequi non immerito valeatis. Nos enim eidem legato commisimus ut aliquas personas ydoneas et fideles deputare procuret, per quas predicta decima fideliter et sollicite colligatur, pro premissis, juxta sedis predicte beneplacitum, assignanda. Ceterum clericos illos ad prestationem ipsius decime teneri nolumus quorum ecclesiastici redditus et proventus summam septem librarum turonensium parvorum annis singulis non excedunt. Dat. Reate, XII kalendas julii, anno secundo. »

Rieti, 20 juin 1289.

« In e. m. venerabilibus fratribus .. Tarentasiensi, .. Ebredunensi, .. Aquensi et .. Arelatensi archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus etc. ut supra, usque exemptis et non exemptis, per Tarantasiensem, Ebredunensem, Aquensem et Arelatensem provintias constitutis. Salutem etc. Divulgantis ab olim fame relatibus etc. usque oportunis auxiliis adjuvare sibi pro ejusdem prosecutione negotii, ac etiam pro necessitatibus ipsis regi et regno Sicilie iminentibus, decimam omnium ecclesiasticorum reddituum et proventuum in Tarentasiensi, Ebredunensi, Aquensi et Arelatensi provintiis, terra comitatus Venesini, ad predictam romanam ecclesiam pertinente, ac terra quam in ipsis provintiis carissimus in Christo filius noster Phylippus, rex Francie illustris, obtinere dinoscitur, dumtaxat exceptis, per tres annos ab instanti festo Nativitatis beati Johannis Baptiste numerandos, de fratrum nostrorum consilio, duximus concedendam. Universitatem itaque vestram attente monemus, affectuose rogamus et obsecramus in Domino Jesu Christo, vobis nichilominus per apostolica scripta mandantes, ac in remissionem peccaminum injungentes, quatenus magnam et instantem necessitatem negotii memorati, que multam accelerationem promotionis exposcit, ac etiam non modicam indigentiam regis ejusdem sedula consideratione pensantes, et compatientes ab intimis doloribus, afflictionibus, injuriis, gravaminibus et jacturis memorate romane ecclesie, matris vestre, ob divinam et ejusdem sedis ac nostram reveren-

tiam, vestrorum omnium ecclesiasticorum redditiuum, proventuum decimam, ut premittitur, per hujusmodi triennium liberaliter persolvatis; sic in hac parte dilecti filii magistri Gaufridi de Launcello, prepositi ecclesie Aptensis, capellani nostri, persuasionibus, exhortationibus et consiliis parituri, ut a Deo, de cujus negotiis agitur, eterne retributionis premium et ab eadem sede precipui favoris augmentum consequi non immerito valeatis. Nos enim preposito predicto commisimus ut aliquas personas ydoneas et fideles deputare procuret, per quas predicta decima fideliter et sollicite colligatur, pro premissis, juxta sedis predicte beneplacitum, assignanda. Ceterum clericos illos ad prestationem ipsius decime teneri nolumus quorum ecclesiastici redditus et proventus summam septem librarum turonensium parvorum annis singulis non excedunt. Dat. ut supra. »

Rieti, 22 juin 1289.

In e. m. B., episcopo Penestrino, apostolicae sedis legato, decimam ecclesiasticorum redditiuum et proventuum in regno Siciliae pro negotio regis percipiendam committit. Dat. Reate, x kalendas julii, anno secundo.

Rieti, 22 juin 1289.

In e. m. Gaufrido de Launcello, praeposito ecclesiae Aptensis, capellano suo, decimam in Tarantasiensi, Ebredunensi, Aquensi et Arelatensi provinciis pro negotio regis Siciliae percipiendam committit. Dat. ut supra.

Rieti, 7 octobre 1289.

In e. m. .. Aquilegensi et .. Gradensi patriarchis, ac .. Mediolanensi et .. Januensi archiepiscopis, eorumque suffraganeis, necnon Papiensi, Placentino et Castellano episcopis, et electis, abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, praepositis, archipresbyteris, etc., usque et aliorum ordinum, necnon hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, domorum militiae Templi, et Beatae Mariae Theotonicorum prioribus, praeceptoribus et magistris ceterisque omnibus personis ecclesiasticis, saecularibus et regularibus, exemptis et non exemptis, tam in Aquilegensi et Gradensi patriarchatibus quam in Mediolanensi, Januensi archiepiscopatibus, et in Papiensi, Placentina et Castellana civitatibus, dioecesibus et provinciis constitutis. Eandem decimam in eorum patriarchatibus et dioecesibus percipiendam statuit. Dat. Reate, nonis octobris, anno secundo. (*Fol. 181 v°, en marge*).

Rieti, 20 juin 1289.

In e. m. .. Aquilegensi et .. Gradensi patriarchis, .. Ravennati, .. Mediolanensi, .. Januensi et .. Pisano archiepiscopis et eorum suffraganeis, .. Bononiensi, .. Lunensi, .. Ferrariensi, .. Papiensi, .. Placentino, .. Castellano et universis aliis episcopis et electis, abbatibus, prioribus, decanis, etc., usque exemptis et non exemptis, tam in Aquilegensi et Gradensi patriarchatibus quam in Ravennati, Mediolanensi, Januensi et Pisano ac Bononiensi, Lunensi, Ferrariensi, Papiensi, Placentina et Castellana civitatibus et dioecesibus, necnon in Lombardiae, Marchiae, Tervisinae ac Venetiarum, marchiae Anconitanae, Romaniolae, patrimonii beati Petri in Tuscia, ducatus Spoletani, Campaniae et Maritimae, ac generaliter totius Italiae partibus extra regnum Siciliae constitutis. Eandem decimam in totius Italiae partibus, civitate Romana et civitatibus et dioecesibus quibus praeesse cardinalis episcopus consuevit exceptis, colligendam statuit. Dat. Reate, XII kalendas julii, anno secundo.

Rieti, 7 octobre 1289.

« In e. m. venerabili fratri .. episcopo Paduano, collectori decime in Aquilegensi et Gradensi patriarchatibus, ac in Mediolanensi et Januensi archiepiscopatibus atque provintiis, necnon in Papiensi, Placentino et Castellano episcopatibus et diocesibus, pro negotio regni Sicilie deputate, salutem, etc. Divulgantis ab olim, ut in proxima superiori, usque quibus preesse cardinalis episcopus consuevit exceptis, per tres annos a festo Nativitatis beati Johannis Baptiste proxime preterito numerandos, de fratrum nostrorum consilio, sub certa forma duximus deputandam. Ut itaque facilius et efficatius super collectione hujusmodi decime debitus subsequatur effectus, fraternitati tue, de qua in Domino gerimus fiduciam spetialem, presentium auctoritate mandamus quatenus predicte decime colligende in Aquilegensi et Gradensi patriarchatibus, ac in Mediolanensi et Januensi archiepiscopatibus atque provintiis, necnon in Papiensi, Placentino et Castellano episcopatibus eorumque diocesibus, exemptis et non exemptis, subscripto modo sollicite curam geras, videlicet ut singulis civitatibus et diocesibus illarum partium, de consilio locorum ordinarii, aut ejus vices gerentis, si diocesanus ipse absens fuerit, et duorum fidedignorum de ecclesia cathedrali constitutorum in dignitatibus, seu aliorum tam quoad non exemptos quam etiam quoad exemptos, deputes duas personas fide, facultatibus, si tales inveniantur comode, ac alias ydoneas, ad collectionis hujusmodi ministerium exequendum. Collectores autem quos, ut premittitur, deputabis in forma jurare facias infrascripta. Et tu nichilominus partes easdem, circum eas diligentius scrutaturus, qualiter in commisso sibi dicte collectionis officio prefati se habeant collectores, et qualiter

is de decima satisfiat, collectamque per illos ex de-
na ipsa pecuniam facias per collectores eosdem illis de
ibus per alias nostras litteras tibi assignari manda-
is. Tibi quoque, cum consilio predictorum ordinarii
aliorum, mutandi collectores ipsos, quotiens videris
pedire, ac eos compellendi ad reddendum, coram
dem ordinariis et aliis, tibi computum de collectis, et
ntradictores quoslibet, ac etiam omnes illos qui pro-
ntuum suorum ecclesiasticorum in predictis partibus
nsistentium decimam in terminis prefixis solvere
n curarint, auctoritate apostolica, per censuram eccle-
sticam compescendi, plenam, auctoritate predicta,
ncedimus potestatem. Et, ut tam tu quam dicti collec-
es fructum de vestris laboribus reportetis, premissa
i et eis in remissionem injungimus peccatorum. Vo-
mus etiam quod de pecunia ex ipsa decima colligenda
ngulis diebus sexdecim turonenses albos de argento
rcipias pro expensis, et quod collectores iidem a pres-
ione ipsius decime sint immunes, pro tempore quo tu
ipsi laboraveritis in premissis. Non obstantibus si
quibus a sede sit indultum eadem quod interdici, sus-
ndi vel excommunicari non possint per litteras aposto-
as que de indulto hujusmodi ac tota ejus continentia,
verbo ad verbum, et de propriis locorum et persona-
m nominibus plenam et expressam non fecerint men-
nem, sive quibuslibet aliis privilegiis et indulgentiis,
l litteris quibuscumque dignitatibus, ordinibus, locis
l personis, generaliter aut spetialiter, sub quacumque
ma vel conceptione verborum, ab eadem sede con-
ssis, de quibus quorumve totis tenoribus, de verbo ad
rbum, in nostris litteris spetialis, plena et expressa
entio sit habenda. Volumus denique ut frequenter nobis
id actum fuerit in partibus supradictis, tam circa col-
ctores quam circa collectionem, quantitatem collectam
solutionem ipsius, scribere non omittas. Et insuper de
missis diligenter ac sollicite prosequendis prestes,
angeliis coram te positis, juramentum... Dat. Reate,
nis octobris, anno secundo. (*Fol. 182 r°, en marge.*) »

Sainte-Marie-Majeure, 26 novembre 1289.

In e. m. Petrum, episcopum Vicentinum, constituit
llectorem decimae in provincia Ravennati, Anconi-
na marchia et Massa Trabaria, in Ferrariensi, Arimi-
nsi, Sancti Leonis et Urbinati civitatibus et dioecesi-
s, in Pomposiano et Galliatae monasteriis, in Sanctae
ariae de Balneo et Sanctae Agathae plebibus et eorum
onasteriique Farfensis terris in Marchia et partibus
omaniolae consistentibus; eique unum florinum auri
ngulis diebus percipiendum assignat. Dat. Romae,
ud Sanctam Mariam Majorem, VI kalendas decembris,
no secundo. (*Ibid.*)

Sainte-Marie-Majeure, 22 novembre 1289.

In e. m. Petrum, episcopum Signinum, constituit collectorem decimae in patrimonii beati Petri in Tuscia, ducatus Spoletani, Campaniae, Maritimae Sabinaeque provinciis, in Reatina, Interamnensi et Tiburtina civitatibus et dioecesibus, in abbatiis Sublacensi et Farfensi et aliis circumadjacentibus terris, exemptis et non exemptis, extra regnum Siciliae constitutis, civitate Romana et dioecesibus quibus cardinalis episcopus praeesse consuevit exceptis. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, X kalendas decembris, anno secundo. (*Ibid.*)

Sainte-Marie-Majeure, 26 novembre 1289.

In e. m. .. Ravennati archiepiscopo ejusque suffraganeis, ac .. Ferrariensi, .. Ariminensi, .. Sancti Leonis, .. Urbinati et aliis episcopis in Anconitana marchia, Massa Trabaria, Romaniola, necnon electis, abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, etc., usque exemptis et non exemptis, tam in archiepiscopatu et provincia Ravennati quam in marchia Anconitana, Massa Trabaria, necnon Ferrariensi, Ariminensi, Sancti Leonis et Urbinati civitatibus et dioecesibus, ac in Pomposiano et Galliatae monasteriis, Sanctae Mariae de Balneo et Sanctae Agatae plebibus, et eorum monasteriique Farfensis terris in eadem marchia et Romaniolae partibus constitutis. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, VI kalendas decembris, anno secundo. (*Fol. 181 v°, en marge*; POTTH., 23121.)

Sainte-Marie-Majeure, 22 novembre 1289.

In e. m. .. Reatino, .. Interamnensi, .. Tiburtino et aliis in patrimonii beati Petri in Tuscia, ducatus Spoletani, Campaniae, Maritimae Sabinaeque provinciis episcopis, electis, abbatibus, etc., usque exemptis et non exemptis, tam in eorumdem patrimonii, ducatus, Campaniae, Maritimae ac Sabinae provinciis, quam in Reatina, Interamnensi et Tiburtina dioecesibus atque in abbatiis Sublacensi atque Farfensi et aliis circumadjacentibus terris et locis extra regnum Siciliae constitutis, civitate Romana et civitatibus et dioecesibus quibus praeesse cardinalis episcopus consuevit exceptis. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, X kalendas decembris, anno secundo. (*Ibid.*)

1153-1157 Rieti, 31 juillet 1289.

Philippus ecclesiae Tridentinae episcopus praeficitur. (REG. 44, c. 351, f. 182 v°; POTTH., II, 23027.)

Venerabili fratri Phylippo, episcopo Tridentino Eum

ordinis fratrum minorum professorem, ecclesiae Tridentinae, vacanti per obitum Henrici, apud sedem apostolicam defuncti, episcopum praeficit.

« Romani pontificis quem... — Dat. Reate, II kalendas augusti, anno secundo. »

In e. m. capitulo Tridentino mandat quatenus eidem episcopo debitam obedientiam praebeat.

In e. m. clero civitatis et dioecesis Tridentinae.

In e. m. populo civitatis et dioecesis Tridentinae.

In e. m. vassallis Tridentinae ecclesiae.

1158-1159 Rieti, 5 juillet 1289.

De contentione inter commune Paduanum et quaedam monasteria. (Reg. 44, c. 352, f. 182 v°.)

Dilectis filiis.. potestati, consilio et communi Paduanis, qui diversa monasteria utriusque sexus, in Venetiis, Castellanae dioecesis, et Castellana, Clugiensi et Torcellana civitatibus et dioecesibus consistentia, impediverunt ne ad sua coenobia fruges ex possessionibus quas in districtu de Venetiis habent ferre possent, mandat ut has fruges libere asportari sinant; alioquin Symeon Maurus, primicerius ecclesiae Sancti Marci de Venetiis, ad hoc eos per censuram apostolicam compescet.

« Occurrit hoc tempore... — Dat. Reate, III nonas julii anno secundo. »

In e. m. Symeoni Mauro, primicerio ecclesiae Sancti Marci de Venetiis, mandat quatenus praedicta potestatem, consilium et commune per censuram ecclesiasticam ad implendum praefatum mandatum, si id adimplere neglexerint, compescat. Dat. ut supra.

1160-1161 Rieti, 6 juillet 1289.

De contentione inter commune Tervisinum et quaedam monasteria. (Reg. 44, c. 352², f. 183 r°.)

Dilectis filiis.. potestati, consilio et communi Tervisinis, ut supra.

« Occurrit hoc tempore... — Dat. Reate, II nonas julii, anno secundo. »

In e. m. Symeoni Mauro, primicerio ecclesiae Sancti Marci de Venetiis.

1162 Rieti, 31 juillet 1289.

Translatio monasterii de Gandavo. (Reg. 44, c. 353, f. 183 r°; Lac. de Theol. II 208; Potth., 23026.)

Venerabili fratri.. episcopo Cameracensi mandat quatenus sororibus monasterii de Gandavo, ordinis Sanctae Clarae, Cameracensis dioecesis, petitam licentiam concedat transferendi monasterium suum de loco solitario, ubi frequenter latronum invasionibus conquassatur, ad alium locum magis accomodatum, quem justo titulo obtinent.

« Ex parte dilectarum... — Dat. Reate, II kalendas augusti, anno secundo. »

1163 Rieti, 2 août 1289.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 44, c. 354, f. 183 r°.)

.. *abbati monasterii Casenove, Cisterciensis ordinis, Pennensis diocesis*, mandat quatenus cum Georgio de Ocre, presbytero, monacho ejusdem monasterii, dispenset ut, non obstante defectu natalium quem patitur, e presbytero genitus et soluta, in susceptis ordinibus, pro quibus jam dispensationem obtinuit, ministrare et ad regulares administrationes sui ordinis assumi valeat.

« Regularis ordinis professoribus... — Dat. Reate, IIII nonas augusti, anno secundo. »

1164-1167 Rieti, 23 juillet 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 355, f. 183 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam XL dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui capellam quam Laurentius de Monosle et Pacifica, uxor ejus, Worwicensis dioecesis, juxta muros ecclesiae Beati Nicolai de Gernemuta, ejusdem dioecesis, in honorem Beatae Mariae, propriis sumptibus construxerunt, in Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis et Nativitatis beatae Mariae festivitatibus visitaverint.

« Vite perempnis gloria... — Dat. Reate, X kalendas augusti, anno secundo. »

Rieti, 30 juillet 1289.

In e. m. eisdem. Indulgentiam concedit unius anni et XL dierum eis qui ad ecclesiam Uticensem, in honorem Dei et beati Theodoriti martiris constructam, in festo ejusdem sancti et per octo dies sequentes, accesserint. Dat. Reate, III kalendas augusti, anno secundo. (*En marge.*)

Rieti, 15 juillet 1289.

In e. m. eisdem. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui cathedralem ecclesiam Massiliensem in festivitatibus beatae Mariae et per octo dies sequentes visitaverint. Dat. Reate, idibus julii, anno secundo. (*Ibid.*)

Sainte-Marie-Majeure, 29 novembre 1289.

n e. m. .. rectori ecclesiae Sancti Martini de Cursayo, tavensis dioecesis. Indulgentiam centum dierum cedit eis qui hanc ecclesiam in S. Martini et singulis tae Mariae, sanctae Crucis et beati Blasii festivitati-, et per octos dies sequentes, visitaverint. Dat. Romae, id Sanctam Mariam Majorem, III kalendas decembris, o secundo. (*Ibid.*)

1168 Rieti, 23 juillet 1289.

ndulgentiae. (Reg. 44, c. 355, f. 183 v°; Lap. du Theil, II, .)

. *priori prioratus Sancte Marie de Bello loco, ordinis S. edicti, Nannetensis diocesis.* Indulgentiam centum die- n concedit visitantibus ecclesiam Beatae Mariae de Bello , in qua Christus multa miracula perpetrat, in qua- r beatae Mariae festivitatibus et per octo dies sequen-

Gloriosus Deus in... — Dat. Reate, x kalendas au- ti, anno secundo. »

1169 Rieti, 3 août 1289.

icentia reconciliandi per alium loca violata. (Reg. 44, c. 356, 83 v°.)

enerabili fratri Guillelmo, episcopo Uticensi.

Meritis tue devotionis... — Dat. Reate, III nonas usti, anno secundo. »

1170-1171 Rieti, 3 août 1289.

icentia testandi. (Reg. 44, c. 357, f. 183 v°.)

idem.

Quia presentis vite... — Dat. ut supra. »

Rieti, 15 juillet 1289.

n e. m. Duranto, episcopo Massiliensi. Dat. Reate, ous julii, anno secundo.

1172 Rieti, 31 juillet 1289.

ndulgentiae. (Reg. 44, c. 358, f. 183 v°; Lap. du Theil, II, , Potth., 23025.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui .. magistro et fratribus ordinis fratrum minorum de Duaco, Atrebatensis dioecesis, qui ecclesiam et officinas opere sumptuoso construere coeperunt, manum caritatis porrexerint.

« Quoniam ut ait... — Dat. Reate, II kalendas augusti, anno secundo. »

1173 Rieti, 1er août 1289.

Licentia reconciliandi per alium loca violata. (Reg. 44, c. 359, f. 183 v°; Lap. du Theil, II, 211.)

Venerabili fratri Petro, archiepiscopo Remensi.

« Exigentibus tue devotionis... — Dat. Reate, kalendis augusti, anno secundo. »

1174 Rieti, 18 juillet 1289.

Capitulo ecclesiae Lugdunensis spiritualem gladium concedit. (Reg. 44, c. 360, f. 183 v°; Lap. du Theil, II, 212; Potth., 23011.)

Dilectis filiis .. decano et capitulo ecclesie Lugdunensis.

« Pastoralis officii cura... — Dat. Reate, XV kalendas augusti, anno secundo. »

1175-1176 Rieti, 18 juillet 1289.

De contentione inter capitulum Lugdunense et regis Franciae officiales. (Reg. 44, c. 361, f. 184 r°.)

Venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Viennensi et .. episcopo Bellicensi. « Querelam gravem venerabilis ecclesie Lugdunensis accepimus inter cetera continentem quod, licet explorati juris existat ut clerici ecclesiasticeque persone ad secularia judicia, ex quavis jurisdictione regia, vel alia laicali, non solum super spiritualibus vel quasi, verum etiam super temporalibus, criminali seu civili actione, nedum inviti, immo nec volentes etiam, trahi possint; et quod ad ecclesiarum et clericorum bona mobilia et immobilia que possident, queve a laicis se tenere in feudum minime recognoscunt, regia vel alia laicalis jurisdictio nullatenus se extendat; quodque in ecclesiarum et clericorum decimis, primitiis et oblationibus laici, cujuscumque preeminentie, potestatem, jurisdictionem, vel jus aliquod auctoritate propria laicali vendicare seu usurpare nequeant; nec clerici vel prelati, absque apostolice sedis licentia spetiali, ecclesiarum bona immobilia sive jura laicis submittere valeant, constituendo vel recognoscendo de novo se ab eis

tanquam a superioribus tenere predicta; et si quis eos compelleret ad premissa, incideret in canonem sententie promulgate, submissionibus et recognitionibus hujusmodi nullum prorsus robur habentibus firmitatis. In premissis tamen fere omnibus predicta ecclesia Lugdunensis ab olim carissimo in Christo filio nostro Philippo, rege Francorum illustri, suisque justitiariis, officialibus et ballivis, illis presertim quos in civitate seu comitatu Matisconensi hactenus habuit, quosque in presentiarum habere dinoscitur, multifarie multisque modis vicibusque non facile mirandis, contra justitiam, gravata extitit et oppressa. Verum ut idem rex super gravaminibus ejusdem ecclesie possit commodius et facilius, ut expedit, providere, ea que presentibus inferius enarrantur in nostris litteris regi directis eidem duximus exprimenda.

Conqueritur siquidem predicta ecclesia Lugdunensis quod, cum dilecti filii .. decanus et capitulum ejusdem ecclesie, vel eorum subditi, a prefato rege non obtineant aliquod temporale, propter quod iidem decanus et capitulum, seu subditi, ejusdem regis, vel ballivorum, seu justitiariorum et officialium ipsius, subire judicium, aut eorum jurisdictioni subesse quomodolibet teneantur, nec alias regi, seu ballivis aut justitiariis ipsis, jus competat in eosdem decanum et capitulum, seu subditos, jurisdictionem aliquam exercendi, Guillelmus de Ripperia, ballivus dicti regis, in civitate Matisconensi, et nonnulli alii, qui ante ipsam balliviam Matisconensem, nomine regio, gessisse noscuntur, jurisdictionem indebitam in ipsos decanum et capitulum et subditos usurpare temere molientes, eos occasione hujusmodi gravibus affecerunt injuriis et molestiis perturbarunt, et adhuc idem Guillelmus, tali occasione, dictis decano et capitulo et subditis diversas oppressiones et injurias atque gravamina, in ipsorum decani et capituli et ecclesie prejudicium, contumeliam et jacturam, non desinit irrogare. Dictus namque Guillelmus, postquam fuit ad officium predicte ballivie Matisconensis assumptus, Dei timore postposito, tanquam proprie salutis prorsus oblitus, suam malitiam contra ecclesiam memoratam exercens, in quampluribus villis atque locis, ad dictos decanum et capitulum ecclesie predicte spectantibus, nonnullos ex villarum et locorum ipsorum hominibus, in quos dicti decanus et capitulum jurisdictionem obtinent temporalem, boves aliaque animalia, necnon vestes et res alias dictorum hominum ibidem inventa violenter cepit, seu capi fecit, ac exinde ad civitatem Matisconensem et alia loca adduci animalia ipsa et res alias asportari, eaque sic capta inibi detineri. Et quamvis pro parte ipsorum quos captos idem Guillelmus detinebat, et aliorum quorum erant res et animalia supradicta, dicto ballivo ydonea cautio de stando juri coram competenti judice oblata fuisset, et quod homines, animalia et res predicta, sic detenta, recrederet, humiliter postulatum, ipse tamen se id facere nolle respondit, nisi dicti decanus et capitulum de parendo juri coram eo sufficienter caverent, nullam rationabilem causam allegans quare hoc facere iidem decanus et capitulum tenerentur. Sicque tanto tempore taliter detinuit homines et animalia supradicta quod quosdam ex ipsis hominibus et plura de predictis animalibus casu mortis contigit periisse, et alias res predictas distrahi et dispergi.

Similia quoque gravamina et pejora contra prefatam ecclesiam attemptavit, non solum res dictorum hominum sed vestes et alia bona mobilia uxorum et familie hominum eorumdem per violentiam occupando, illaque dispergendo, ac interdum inter familiares suos, ne recuperari valerent ab ipsis hominibus, dividendo; redditus insuper et alia bona canonicorum et beneficiatorum ipsius ecclesie, in villis et castris decani et capituli predictorum consistentia, fecit saisiri, eaque sic saisita detinet, pro sue libito voluntatis.

Cives autem Lugdunenses et alios predictis decano et capitulo ac ecclesie jurisdictioni subjectos, in gardiam dicti regis, contra voluntatem dictorum decani et capituli, passim recipit, si propter hoc a talibus pecunia persoluta, alios autem quamplures prioratus et domos religiosas, que fuerunt ab antiquo sub gardia decani et capituli ac ecclesie predictorum, in memoratam gardiam dicti regis modo simili admittendo; regiaque vexilla in terris et locis de jurisdictione decani et capituli predictorum existentibus facit apponi. Nuper namque dictus ballivus quinque castra decani et capituli predictorum, videlicet Briandascum, Manximiacum, Vauneriacum, Soceyacum et Charnayum, clam et fraudolenter intrans, ea et ecclesias eorumdem castrorum, ad eos et dictam Lugdunensem ecclesiam pleno jure spectantes, ac decimas, redditus et proventus aliaque jura ecclesiarum et castrorum eorumdem temere occupavit et detinet occupata.

Ad hec prefatus ballivus temere et violenter cepit quamplures tam clericos chori quam laicos, servientes ejusdem ecclesie Lugdunensis, ipsosque carceri mancipavit, quorum quidem laicorum aliqui in eodem carcere decesserunt; et nichilominus postmodum quandam exactionem, *menialliam* vulgariter nuncupatam, nomine expensarum factarum in ipsis decedentibus, ut dicebat, dum vivebant et in dicto carcere detinebantur, et aliis in eodem carcere sic detentis, a propinquis et consanguineis ipsorum extorsit.

Preterea idem ballivus bona dictorum subditorum, in erra jurisdictionis ecclesie memorate consistentia, in-vadiare, ac pro invadiamentis hujusmodi pecuniam eis-lem subditis auferre, domos eorum firmare, penasque psis imponere, ac assisias de novo in civitate Lugdu-nensi, et extra, in terra et baronia predicte ecclesie Lugdunensis, tenere, ibidem causarum audientiam or-linando, et tabelliones ponendo sua officia exercentes, pro sue voluntatis libito non veretur; ac eosdem tabel-iones et servientes ipsius ballivi, pro eorum excessibus, quos in prefata jurisdictione committunt, puniri per pre-atos decanum et capitulum, prout ad eos pertinet, mi-nime permittendo.

Non sinit etiam dictus ballivus quod homines ville Anse, Lugdunensis diocesis, ad predictos decanum et apitulum pertinentis, vendant aliis quam illis de regno Francie vina sua, propter quod habitatores ejusdem ville Anse anno preterito dampna extimationis mille librarum uronensium incurrerunt, et, nisi super hoc festinum emedium apponatur, oportebit eos omnino deserere dic-am villam.

Citatque dictus ballivus ad suam presentiam et citari acit dictos decanum et capitulum, et ceteros clericos ci-itatis et diocesis Lugdunensis, necnon et alios subditos cclesie memorate, ipsosque compellit, etiam in causis piritualibus et personalibus actionibus, coram se in ju-licio respondere. Et quendam laicum, nomine Testadura, qui, propter enormem excessum ab eo in civitate Lug-dunensi predicta commissum, per correarium Lugdu-nensem detinebatur carceri, juxta ejusdem excessus exi-gentiam, mancipatus, educi fecit de dicto carcere per uos satellites violenter, et ad civitatem Matisconensem dduci, et ibi eum mortis supplicio per suspendium de-putari.

Cumque prefati decanus et capitulum, dum in civi-ate Lugdunensi dictus ballivus curiam suam teneret, n cognoscendo de causis inter cives Lugdunenses et lios, in prejudicium ipsorum decani et capituli, ac cclesie Lugdunensis, que in cives ipsos jurisdictionem omnimodam obtinet temporalem, et contra prohibitio-nem decani et capituli eorumdem, duos illuc ex canoni-cis ejusdem ecclesie destinassent, ut dictum ballivum re-quirerent, inhibendo eidem quod de cognitione dictarum causarum se non intromitteret, quia utpote ad dictam ecclesiam tantum spectans, ad ipsum seu dictum regem nullatenus pertinebat, idem ballivus ex hoc motus contra canonicos memoratos, eos contumeliosis verbis affecit, et duobus tabellionibus, quos secum iidem canonici duxerant, pro conficiendis super requisitione hujusmodi publicis instrumentis, expresse inhibuit ne ad confec-tionem alicujus instrumenti super hoc procedere attemp-tarent, eis nichilominus comminando quod, si contra hujusmodi inhibitionem venire presumerent, ipsos more latronum faceret suspendio deputari, aliis multiplicibus gravaminibus, injuriis et molestiis, tam in usurpatione prefate jurisdictionis a ballivo predicto presumpta, quam etiam alias per ipsum ballivum eisdem decano et capi-tulo ac ecclesie irrogatis, propter que et alia premissa predicti decanus et capitulum et ecclesia dampna gravia sunt perpessi.

Sane predictum regem attendere volumus diligenter quod nonnulli progenitores sui incliti, dum viverent, dum regali solio presiderent, seu ministeriales et officia-les ipsorum, non sic tractaverunt ecclesias et personas ecclesiasticas, non sic contra ecclesias et earum minis-tros se gerere curaverunt; quin immo iidem progenito-res, utpote fide preclari, devotione ferventes et ad opera pietatis intenti, dictas ecclesias, mentis oculis erectis ad Dominum, multis honoribus prevenire, libertatibus et immunitatibus fulcire non modicis, ac spetialibus com-munire privilegiis studuerunt, propter quod eis ex alto retributa sunt premia, et eorum fama grande suscepit in seculo incrementum. Unde, cum prefatam Lugdunensem ecclesiam, propter devotionis sue zelum, fidei puritatem, obedientie promptitudinem et reverentie spetialis affec-tum, quibus erga sedem apostolicam noscitur claruisse, que quidem manifestius patuerunt, dum, retroactis tem-poribus, Lugduni romana curia resideret, sinceris prose-quamur affectibus, ac ejus dampna, injurias et jacturas moleste quamplurimum preferamus, eundem regem per predictas litteras rogandum, monendum duximus et hor-tandum, in filio Dei patris, ut sollicita meditatione re-cogitans quod sibi super hoc ex intimo cordis affectu di-rigimus scripta nostra, et quod hujusmodi negotium sedes apostolica cordi gerit, quodque tanta et tam dis-pendiosa ecclesie predicte gravamina, quam inter alias ecclesias ultramontanas habet sedes apostolica predilec-tam, nequaquam possemus, urgente nos conscientia, equanimiter tolerare, finibus suis contentus, a predictis omnibus et aliis quibuscumque gravaminibus, injuriis et molestiis ecclesie, decani et capituli predictorum, pro divina et ipsius sedis et nostra reverentia, regiique ho-noris augmento, prorsus abstineat, et predictum Guil-lelmum, et quoslibet ballivos, officiales et justitiarios suos, et alios sue ditionis subjectos faciat penitus abstí-nere, quin immo, prefatos ecclesiam, decanum et capi-tulum Lugdunenses, cum bonis et juribus suis omnibus, habens affectu benevolo favorabiliter commendatos, pre-dictum Guillelmum, et quoslibet alios per eum castra et ecclesias detinentes predicta, faciat exinde quantotius

amoveri, eaque restitui decano et capitulo memoratis, ac de fructibus et proventibus ex prefatis castris et ecclesiis consistentibus, in castris ipsis perceptis, necnon de hujusmodi dampnis et injuriis ecclesie, decano et capitulo supradictis illatis, eis plenam et celerem satisfactionem impendi; sic se in hiis benigne, clementer et efficaciter habiturus, ut exinde apud eterni regis clementiam, per quem regalibus coruscat insigniis, crescat cumulo meritorum, sibique in populis gentium laudis preconium augeatur; ac nos, qui eidem ecclesie super hujusmodi gravaminibus, angustiis et pressuris affectu paterno compatimur, devotionem regiam, quam in hac parte promptam, efficacem et facilem cupimus invenire, dignis in Domino laudibus attollamus. Quocirca fraternitati vestre per apostolica scripta, in virtute obedientie districte precipiendo, mandamus quatenus vos, vel alter vestrum, pro nostra et apostolice sedis reverentia, hujusmodi negotium, quod potissime insidet cordi nostro, promptis animis assumentes, per vos vel per alium seu alios, auctoritate nostra, decano, capitulo et ecclesie memoratis de injuriis et dampnis predictis plenam satisfactionem impendi, et ab hiis ac similibus, tam a prefato Guillelmo et ceteris ballivis, justitiariis et officialibus regiis, quam etiam aliis quibuscumque, de cetero penitus abstineri, et ea que sunt eis et eorum subditis per dictum Guillelmum et quosvis alios ballivos, justitiarios et officiales seu ministeriales ablata quomodolibet vel subtracta integre restitui faciatis, de plano in eodem negotio, sine strepitu et figura judicii processuri. Contradictores et rebelles per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Non obstantibus si eidem regi vel aliquibus aliis, cujuscumque preeminentie, dignitatis, conditionis aut status existant, a sede apostolica sit indultum quod excommunicari aut eorum terre ecclesiastico interdicto supponi non possint, per litteras dicte sedis que de indulto hujusmodi totoque ipsius tenore, ac de verbo ad verbum plenam et expressam non fecerint mentionem, seu quibusvis privilegiis vel indulgentiis, quibuscumque personis vel locis, sub quavis forma verborum, concessis, de quibus quorumque totis tenoribus in nostris litteris spetialis mentio sit habenda, et per que effectus presentium impediri valeat quomodolibet vel differri. Nolumus autem quod per hujusmodi litteras contra predicti regis vel ejus consortis personas seu cappellam regiam in aliquo procedatis. Dat. ut supra. »

« In e. m. eisdem judicibus. Querelam gravem, etc., ut supra, usque laudabilibus attollamus. Quocirca fraternitati vestre per apostolica scripta, in virtute obedientie districte precipiendo, mandamus quatenus vos, vel alter vestrum, pro nostra et apostolice sedis reverentia, hujusmodi negotium, quod potissime insidet cordi nostro, promptis animis assumentes, memorati regis presentiam, sublato more dispendio, personaliter adire curetis, eumque, juxta datam vobis ex alto prudentiam, ex parte nostra diligenter monere et inducere studeatis, ut ipse, propter reverentiam Dei, et regii honoris augmentum, precibus et exortationibus quas sibi super hiis ex intimo cordis affectu dirigimus devote ac efficaciter acquiescat, ut exinde apud regem regum, qui de sue munificentia largitatis pro meritis grandia recompensat, crescat cumulo meritorum, nomen regium laudibus attollatur in gentibus, nosque devotionem regiam non immerito commendemus. Volumus autem quod responsionem quam rex ipse super premissis duxerit faciendam, et quicquid etiam feceritis et senseritis in hac parte, nobis plene, seriatim et districte, per vestras litteras harum seriem continentes, quantotius intimetis. Dat. ut supra. »

1177 Rieti, 18 juillet 1289.

De eodem negotio. (Reg. 44, c. 362, f. 185 r°.)

Carissimo in Christo filio Phylippo, regi Francie illustri. « Attende, fili, et diligenter intellige verba patris, salutis regie profectus exuberes et exaltationis incrementa felicia diligentis; pulsat namque animum, mentem excitat, curamque nobis sollicitudinis propensioris indicit sincera caritas et affectuosa dilectio, qua te tuamque domum inclitam, devotis solitam clarere principibus, romana ecclesia, veluti pia mater et sollicita genitrix filiorum, prosecuta est hactenus, et continuatis benivolis studiis prosequi non desistit, ut personam regiam ad actus laudabiles, operaque salubria, per que gratia summi regis acquiritur, fame tue preconium pervenit, et regii nominis claritas adaugetur, exhortemur instantius ac importunis quodammodo verborum oraculis inducamus, te ab hiis revocando sollicite quibus divina majestas offenditur, salutis comodis deperit, regalibus titulis derogatur. Querelam siquidem gravem venerabilis ecclesie Lugdunensis etc., ut supra, usque dampna gravia sunt perpessi. Sane, fili carissime, sollicite considerare te volumus et attendere diligenter quod, si dictus Guillelmus de tua licentia vel mandato ad aliqua predictorum forte processit, propter que sententiam excommunicationis incurrit, vel ad similia, quod absit! procederet in futurum, eandem sententiam de facili potuisses incurrere, vel eadem in posterum posses involvi, cum privilegia sedis apostolice, quibuscumque concessa ut ab homine excommunicari non valeant, ad sententiam canonum nullate-

nus extendantur; attendas etiam si beatum Johannem, Redemptoris nostri precursorem, quo inter natos mulierum major, sicut sacra testatur pagina, non surrexit, cujusque glorioso vocabulo et reverendis reliquiis predicta ecclesia fore dinoscitur insignita, digne reverentie venereris affectu, ac meritorum intuitu placabilem tibi reddas, si ei obsequiorum impendiis vel effectibus operum sibi exhibeas te devotum, dum tantis et tam gravibus excessibus ecclesiam ipsam lacessis, seu lacessiri permitis, injuriis vexari, molestiis et jacturis affligi. Profecto nonnulli progenitores tui incliti, dum viverent, dum regali solio presiderent, seu ministeriales et officiales ipsorum, non sic tractaverunt ecclesias et personas ecclesiasticas, non sic contra ipsas ecclesias earumque ministros se gerere curaverunt, quin immo iidem progenitores inclyti, utpote fide preclari etc., usque in seculo incrementum. Cum itaque prefatam ecclesiam Lugdunensem, propter devotionis sue zelum etc., usque moleste quampluribus perferamus, serenitatem regiam rogamus, monemus et hortamur, in filio Dei patris, quatenus, sollicita meditatione recogitans quod tibi super hoc ex intimo cordis affectu dirigimus scripta nostra, et quod hujusmodi negotium apostolica sedes potissime cordi gerit, quodque tanta et tam dispendiosa gravamina ejusdem ecclesie, quam inter alias ecclesias ultramontanas habet eadem sedes apostolica predilectam, nequaquam possemus, urgente nos conscientia, equanimiter tolerare, tuisque finibus contentus existens, a predictis omnibus, et iis quibuscumque gravaminibus, injuriis et molestiis ecclesie, decani et capituli predictorum, pro divina et ipsius sedis ac nostra reverentia, regiique honoris augmento, prorsus abstineas, et predictum Guillelmum et quoslibet ballivos, officiales et justitiarios tuos, et alios ne ditioni subjectos, facias, sublato difficultatis obstaculo, penitus abstinere; quin immo, prefatos ecclesiam, decanum et capitulum Lugdunenses, cum bonis et juribus suis omnibus, habens affectu benivolo favorabiliter commendatos, predictum Guillelmum et quoslibet alios per eum castra et ecclesias detinentes predicta, facias exinde penitus amoveri, eaque restitui decano et capitulo supradictis, ac de fructibus et proventibus ex prefatis castris et ecclesiis consistentibus, in castris ipsis perceptis, necnon de hujusmodi dampnis et injuriis predictis ecclesie, decano et capitulo irrogatis, plenam eis et celerem satisfactionem impendi; sic te in eis benigne, clementer et efficaciter habiturus, quod exinde apud eterni regis clementiam, per quem regalibus corruscas insigniis, cresceres cumulo meritorum, tibique in gentium populis laudes preconium augeatur, ac nos, qui eidem ecclesie super hujusmodi gravaminibus, angustiis et pressuris affectu benivolo compatimur, devotionem regiam, quam in hac parte promptam, efficacem et facilem cupimus inveniri, dignis in Domino laudibus attollamus. Dat. ut supra. »

1178 Rieti, 23 juin 1289.

Ad collectionem decimae pro regno Siciliae concessae. (Reg. 44, c. 363, f. 185 v°.)

Dilecto filio Gaufrido de Launcello, capellano nostro, preposito ecclesie Aptensis. « Declarationes quas nuper edidimus in negotio decime de proventibus ecclesiasticis, per Tarentasiensem, Ebredunensem, Aquensem et Arelatensem provintias, terra comitatus Veneysini et terra carissimi in Christo filii nostri Phylippi, regis Francie illustris, quam habet in eadem Arelatensi provintia dumtaxat exceptis, in subsidium negotii regni Sicilie, sub certa forma et modo ab apostolica sede concesse, cujus quidem decime te in predictis provintiis superintendentem seu collectorem duximus deputandum, tales sunt :

De redditibus et proventibus leprosorum, domorum Dei et hospitalium pauperum, qui in usus leprosorum, infirmorum et pauperum convertuntur, decima non solvetur.

Moniales etiam alieque regulares persone quarum redditus et proventus ecclesiastici adeo sunt tenues et exiles quod de illis sustentari non possunt, sed pro habenda vite sue sustentatione necesse habent publice mendicare et elemosinas publice petere, dictam decimam non persolvent.

Seculares quoque clerici quorum ecclesiastici redditus et proventus annui summam septem librarum parvorum turonensium non excedunt eandem decimam non prestabunt.

Si vero una persona plurima habeat beneficia, quorum nullum per se acceptum dictam summam septem librarum parvorum turonensium annuatim attingat, simul tamen collecta in annuis proventibus summam memoratam excedant, quotquot vel quantumcumque modica fuerint, de omnibus et singulis decima persolvetur; sed non solvetur de pitantiis monachorum. Similiter de ipsis que a Christi fidelibus relinquuntur ecclesiis ut ex eis perpetui emantur redditus.

Item de exenniis prelatis et aliis personis ecclesiasticis liberaliter factis decima non solvetur.

Solventium decimam electioni seu arbitrio committatur utrum ipsam velint solvere, per totum tempus quo durabit decima, pro rata proventuum quos singulis annis dicti temporis ipsos percipere contigerit, an, per ipsum totum tempus, pro rata communis extimationis proven-

tuum eorumdem; sed, una via electa, non licebit alicui variare, ad aliam recurrendo. Et fiat et redigatur per collectores in scriptis electio hujusmodi expresse in prima solutione decime supradicte, alioquin juxta extimationem communem, per totum tempus, solvere tenebuntur.

Declaramus autem quod, si hii qui elegerint solvere decimam pro rata qua perceperint annuatim vendant proventus beneficiorum suorum que personalem residentiam non requirunt, solvent decimam pro solo pretio quod recipietur de eisdem, dum tamen circa hoc in fraudem decime nichil omnino agatur. Sed ecclesiastica persona que in ecclesia sua vel beneficio quod residentiam personalem requirit non residet, sed facit in eodem per firmarium vel vicarium deserviri, deputando ipsi vicario vel firmario certam suorum proventuum portionem, non deducet partem vicarii vel firmarii, sed de universis ipsius ecclesie vel beneficii proventibus decimam exhibebit.

Declaramus etiam quod de silvis seu nemoribus que non consueverunt vendi nichil solvetur, nisi forte aliquid de illis venditum fuerit durante decima, et tunc extimabitur quantum debere valeat annui redditus pars vendita secundum assisiam que consuevit fieri de nemoribus in partibus illis in quibus nemus venditum situm erit, et de sola extimatione decima persolvetur; et, nisi de eo quod percipietur de dictis silvis seu nemoribus que vendi non consueverunt, nec forte vendentur durante decima, ex venditione pascuagii, seu erbagii, aut alterius consimilis proventus eorumdem nemorum et silvarum, et si non vendantur hujusmodi pascuagia, erbagia et similia, non solvetur decima de hiis; ita tamen quod in fraudem decime nichil contra hoc attemptetur.

Idemque de pascuis, erbagiis et in consimilibus obventionibus silvarum ceduarum volumus observari.

De stagnis et piscariis decima sic solvetur : videlicet quod fiet collatio de numero annorum quibus ante venditionem ultimam vendita non fuerint, ad quantitatem pretii ex ipsa venditione ultima recepti, ut, pretio diviso in partes secundum annorum terminum, durante decima solvetur decima ipsa de tot partibus pretii ex ipsa venditione recepti quot fuerint anni predicti; ut, si forte sunt quinque anni elapsi ex quo fuerat stagnum venditum, et nunc vendatur pro centum libris, fiant de pretio quinque partes, et pro tribus annis, quibus durabit decima, solvetur ipsa decima de tribus partibus pretii tantum, videlicet de sexaginta libris, et sic multiplicabuntur et minuentur partes pretii prout plures vel pautiores fuerint dicti anni.

De venationibus autem et piscariis fluminum et lacuum, si vendantur, et silvis ceduis idem quod de stagnis fiet.

De piscibus stagnorum vel bestiis garenarum quos pro usu vel esu suo consumi vel sine fraude donari contigerit decima non solvetur.

Et quia nonnulli obtinent a monasteriis et ecclesiis prioratus, grangias, domos, redditus, pensiones et census, in solvenda de hiis decima credimus distinguendum, videlicet an talia in beneficium habeantur, an ex contractu, an ex mera gratia, an pro mercede laboris vel obsequii; et quidem obtinentes talia in beneficium et etiam ex mera gratia, sive hoc sit concessum per sedem apostolicam, sive per ipsorum monasteriorum vel ecclesiarum personas, de illorum proventibus solvent decimam.

Cum autem obtinentur talia ex contractu, puta ad pensionem vel firmam annuam, in qua non est facta gratia obtinenti, sed in hoc uterque contrahentium studuit conditionem suam facere meliorem, perceptores pensionis vel firme de ipsa pensione vel firma decimam exhibebunt.

Si autem quis ante vel post concessionem hujusmodi decime ad vitam propriam emit proventus prioratus vel aliorum predictorum pro aliqua pecunia, ita quod in hoc ei scienter gratia non est facta, considerabitur quantum extimatione communi valeant annui proventus prioratus, grangie, domus, terrarum seu redditum hujusmodi, et secundum hoc, ab illis quorum est horum proprietas, qui inde pretium pro futuro tempore receperunt, per tres annos decima exigetur.

Si autem in hiis gratia facta sit obtinentibus, quia scienter pro minori pretio quam valeant sunt talia vendita vel locata, ipsi obtinentes, et non monasterium vel ecclesia, de illo in quo gratia facta est ipsis, et de reliquo illi quorum est proprietas, decimam exhibebunt.

Si autem personis aliquibus pro justa mercede seu remuneratione laboris vel obsequii prestiti vel prestandi talia concessa sunt, hii quorum est illorum proprietas in decimatione proventuum suorum etiam horum proventus merito numerabunt, et de illis, sicut de aliis quos pro ceteris suis utilitatibus expendunt, decimam exhibebunt. Quod si per illos qui ea obtinent rite in alios sunt translata, quia res transit cum onere suo, etiam circa illos que prediximus servabuntur, nec deducentur expense que pro monachis qui in talibus prioratibus, grangiis seu domibus, in beneficium seu ex mera gratia concessis, ex pacto teneri debent fieri dinoscuntur.

Expense autem illorum monachorum vel personarum qui teneri debent ex pacto in prioratibus, grangiis seu domibus ad justam firmam seu pensionem concessis, sive determinate fuerint, sive non, extimabuntur extimatione communi, et talem extimationem monasterium vel eccle-

cujus illorum est proprietas cum suis proventibus imabit.

'relati de procurationibus quas in victualibus percint decimam non persolvent; sed qui eas prestant usmodi victualia in decimatione dictorum provenm et redditum numerabunt, et solvent decimam de lem.

)e illis autem procurationibus quas prelati in pecunia nerata rite percipiunt ab antiquo et quas percipient, ımsi non visitarent, decimam prestare tenentur.

'relatus autem qui procurationem quam sine visione potuit de jure percipere in pecunia numerata ıittit, quia remittit quod sibi debetur et de quo solset decimam si recepisset illud, tenetur ex tali proatione decimam exhibere. Si vero procurationem m tantum in victualibus licet percipi fortasse remit- persona ecclesiastica cui remissio facta est hujusıli victualia cum aliis suis proventibus, cum solvet imam, extimabit, cum etiam, si non esset remissa, facere teneretur.

ı solvendo decimam supradictam sole expense necese que fiunt in re ex qua fructus percipiunt, arando olendo ac colligendo fructus, sine quibus non post ipsi fructus percipi, deducentur.

xpense autem que fiunt in castrorum custodibus, cum extra rem, vel in edificiis construendis vel conservan- nullatenus deducentur; sicut (1) nec ille que pro s tuendis fierent in guerris seu etiam cavalcatis.

e hiis quoque que consistunt in jurisdictione, mero erio, regalibus atque similibus, solvetur decima, ıctis moderatis salariis que ante concessionem de- consueverunt persolvi judicibus, officialibus conlibusque personis, sine quibus jurisdictio et cetera lia nequeunt exerceri; ita tamen quod in fraudem me nichil circa hoc aliquatenus attemptetur, sed ense officialium, judicum et consimilium personarum in vestibus sive victualibus minime deducentur, t nec alie expense similes facte circa aliam familiam atorum.

atione autem eris alieni quo persona solvens deci- ı obligata constitit nichil de decima minuetur, n si certe res ecclesiastice propter hoc a quoquam int obligate.

em de furnis et molendinis decima prestabitur.

lvetur autem decima de oblationibus, sive fiant benedictione nubentium, sive pro obsequiis mortuo-, necnon de proventibus sigillorum prelatorum et de ndis quas ab excommunicatis recipiuntur.

De legatis quoque sibi et aliis personis ecclesiasticis non personarum sed ecclesiarum vel officiorum ratione relictis decima persolvetur.

Pro decima supradictà non exigetur pecunia nisi illa que communiter curret de mandato domini terre cujus est moneta in locis in quibus consistent fructus et redditus unde decima persolvetur, nec aliqui pecuniam cambire cogentur eandem.

Si ex probabilibus seu verisimilibus presumptionibus apparuerit aliquem, pensatis ejus proventibus, minus debito notabiliter de decima persolvisse, ita quod super hoc merito suspectus debeat reputari, ex officio nostro, per viros ydoneos deputandos a nobis faciemus inquiri ab illis qui super hoc scire valeant veritatem, videlicet de consilio diocesani episcopi, vel aliquo deputando ab ipso, si sit ejus subditus, et non aliter, si episcopus ipse vel deputatus ab ipso comode possit haberi; et tunc demum, et non prius, ille cujus proventus fuerint taliter extimati, pro eo quod minus solverit, etiam nominatim excommunicabitur, si ejus contumacia exegerit et visum fuerit expedire.

Episcopi autem et abbates cetereque persone ecclesiastice honorabiles, non suspecte, proprie conscientie relinquentur, ita quod sufficiat quoad tales excommunicationis sententia que in nullo modo solventes vel scienter adhibentes fraudem vel malitiam circa ipsius decime solutionem generaliter proferetur.

Super hiis autem fiet compulsio per censuram ecclesiasticam, prout nobis et illi cui committendum duxerimus visum fuerit expedire. Proferetur autem, si expediens fuerit visum, excommunicatio generaliter vel spetialiter in eos qui contra solutionem decime vel suorum extimationem proventuum, cum fuerit facienda, fraudem vel malitiam scienter duxerint adhibendam.

Nullus autem non solventium compelletur per secularis violentiam potestatis, nisi ipsius non solventis contumacia vel rebellio talis aut tanta fuerit quod merito contra ipsum, sicut fieret in aliis casibus seu negotiis, propter ecclesiastice censure contemptum, invocari debeat auxilium brachii secularis.

Fiet autem solutio decime non in ipsis rebus que percipiuntur de proventibus, sed in pecunia numerata.

Solvetur autem decima illis personis quas ad hoc contigerit deputari.

Rector parrochialis ecclesie, qui, urgente necessitate cure ecclesie sue, puta quod ipse residendo personaliter in eadem per se non sufficit ipsi cure, propter multitudinem parrochianorum vel diffusionem parrochie sue, sed necesse habet unum, vel duos, seu plures capellanos conducere, et eis, propter victum, salarium constituere,

Ms. : sic.

salarium hujusmodi poterit in decime solutionem deducere; sed ratione victus capellanorum ipsorum aliquid non deducet.

Quod si in diversis civitatibus seu diocesibus diversa beneficia obtineat quis, de uno quoque beneficio in civitate vel diocesi in qua illud fuerit decima persolvetur.

De redditibus autem ecclesiasticis deputatis ad fabricam ecclesiarum decima persolvetur.

De elemosinis vero seu oblationibus datis ad opus fabrice, maxime de hiis oblationibus que in civitatibus et aliquibus castris et locis dictarum provintiarium in certis festivitatibus in candelis et aliis consueverint dari et offerri ad opus fabrice deputatis, decima non solvetur.

Similiter nec de illis oblationibus que colliguntur interdum per laicos qui collectores consortiales dicuntur, et interdum per clericos, et que ad opus consortii offeruntur, ut inde luminaria in ecclesia, cruces et calices fiant et reparentur, et etiam ut ex illis pauperibus subveniatur seu sepeliantur corpora pauperum defunctorum.

Prelati autem et clerici exules, cujuscumque conditionis aut dignitatis existant, de suis proventibus ecclesiasticis decimam exhibebunt.

Ille quoque expense que fiunt pro fossatis et alias etiam pro terris bonificandis, ut uberiores fructus producant, et ille que fiunt in conservandis et reparandis edificiis molendinorum, domorum seu apothecarum et similium, ex quibus fructus et pensiones percipiuntur, et, nisi repararentur, fructus ex eis percipi non valerent, de decima hujusmodi minime deducentur; nec etiam ille que fiunt pro custodia castrorum, quamvis fiant in hoc majores solito.

Insuper de oblationibus minutissimis quas percipiunt ecclesiastice persone ratione ecclesiarum suarum pro sepulturis et dandis penitentiis decima persolvetur.

Et quia non occurrit nobis quin cotidiane distributiones proventus ecclesiastici sint, de distributionibus que dantur in horis canonicis presentibus debere solvi decimam declaramus.

Illi quoque qui deputati fuerint ad collectionem decime cum eis qui debent solvere decimam de aliqua certa summa solvenda pro decima nequeunt convenire.

De fructibus arborum et ortorum qui vendantur solvetur decima.

De hiis autem qui consumentur usu vel esu decima non solvetur.

Similiter et de fructibus gregum seu animalium, si sint ecclesiarum, persolvetur decima, deductis expensis necessariis que fient pro custodia, si vero sunt personarum, decima non solvetur.

Tu ergo, in hiis solum Deum et justitiam pro premissis pre oculis habens, ex predictis declarationibus in decidendis hujusmodi dubitationibus que per te leviter decidi poterunt, super majoribus vero decisionem apostolici oraculi expetas et expectes, informationem accipias. Volumus quoque ac presentium tibi auctoritate mandamus ut in unam quamcumque personam ecclesiasticam deputatarum tibi partium, cujuscumque ordinis, conditionis vel dignitatis existat, que decimam ipsam nullo modo vel non integre, scienter, aut non secundum verum valorem fructuum suorum perceptorum, sive non in terminis constitutis exhibuerint, seu in illorum exhibitione malitiam commiserint, sive fraudem, excommunicationis sententiam, auctoritate nostra, promulges, etiam in singulos qui scienter impedimentum prestiterint, directe vel indirecte, publice vel occulte, quominus decime predicte solvatur subsidium. Omnes et singulos qui hujusmodi sententias latas incurrerunt, vel per te ferendas incurrerint, per te et alios, singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis, usque ad satisfactionem condignam, excommunicatos publice nuncies, et facias ab omnibus artius evitari, aggravaturus aliter manus tuas contra ipsos, prout proterviam et contumaciam exigere videris eorumdem. Quod si satisfacere decreverint, post plenam et integram satisfactionem, ab hujusmodi excommunicationibus, juxta ecclesie formam, absolvas eosdem et dispenses cum eis super irregularitate, si taliter legati non abstinuerint a divinis, injuncto eis quod de jure fuerit injungendum. Dat. Reate, VIIII kalendas julii, anno secundo. »

1179 Rieti, 11 octobre 1289.

De eodem negotio. (Reg. 44, c. 363², f. 185 v°, en marge.)

Nicolaus etc. Venerabili fratri .. episcopo Paduano, collectori decime in Aquilegensi et Gradensi patriarchatibus, ac in Mediolanensi et Januensi archiepiscopatibus atque provintiis, necnon in Papiensi, Placentino et Castellano episcopatibus eorumque diocesibus, pro negotio regni Sicilie deputate, salutem etc. « Declarationes quas nuper edidimus in negotio decime de proventibus ecclesiasticis per Aquilegensem et Gradensem patriarchatus, ac Mediolanensem et Januensem archiepiscopatus atque provintias, necnon per Papiensem, Placentinum et Castellanum episcopatus eorumque dioceses, in subsidium regni Sicilie, sub certa forma et modo ab apostolica sede concesse etc. ut supra usque. Dat. Reate, V idus octobris, anno secundo. »

1180 Sainte-Marie-Majeure, 11 décembre 1289.

De eodem negotio. (Reg. 44, c. 363[3], f. 186 r°, en marge.)

Nicolaus etc. Venerabili fratri Petro, episcopo Signino, lectori decime in patrimonii beati Petri in Tuscia, duca- Spoletani, Campanie, Maritime Sabinneque provintiis, non in Reatina, Interampnensi et Tiburtina civitati-, earumque diocesibus, ac in abbatiis Sublacensi atque rfensi, et aliis circumadjacentibus terris et locis, ex- regnum Sicilie constitutis, civitate Romana, necnon itatibus cum diocesibus earum quibus preesse cardi- lis episcopus consuevit exceptis, pro negotio regni Sici- deputate, salutem etc. « Cum felicis recordationis norius papa IIII, predecessor noster, quasdam olim negotio decime de proventibus ecclesiasticis per liam extra regnum Sicilie in subsidium ejusdem ni dudum ab apostolica sede concesse declarationes derit, nosque, ad instar predecessoris ejusdem, in gotio decime per nos nuper in ipsius Italie partibus, ra dictum regnum, pro ejusdem regni negotio depu-, in suo robore manere ac servari velimus easdem, e illas ad instructionem tuam fecimus presentibus an- ari. Que tales sunt. De redditibus et proventibus rosorum, domorum Dei et hospitalium pauperum etc. supra in eodem capitulo, usque. Dat. Rome, apud nctam Mariam Majorem, III idus decembris, anno undo. »

1181 Rieti, 9 août 1289.

Redditus Reatinae ecclesiae a rege Siciliae conceditur. (Reg. c. 364, f. 187 r°; Potth., 23039.)

Venerabili fratri .. episcopo et dilectis filiis capitulo Rea- s confirmat litteras quibus C., rex Siciliae, ad memo- m suae in ecclesia Reatina coronationis, annuum ditum XX unciarum auri, in Sulmone percipiendum et er episcopum et canonicos distribuendum, concessit; alias quibus .. secreto Aprutii et ballivis suis de Sul- ne mandat praedictum redditum, annis singulis, in ensionis Domini festo, episcopo et capitulo Reatinis solvere. Harum litterarum tenor hic est :

Carolus secundus, Dei gratia, rex Jerusalem, Sici- ie, ducatus Apulie et principatus Capue, princeps Achaye, Andegavie, Provincie et Forchalquerii comes. enore presentium... — Dat. Aquile, anno Domini MCC octuagesimo nono, mense junii, vicesimo quarto jusdem, secunde indictionis, regnorum nostrorum nno quinto. »

« Carolus secundus, Dei gratia, rex Jerusalem, Sicilie, » ducatus Apulie et principatus Capue, princeps Achaye, » Andegavie, Provintie et Forchalquerii comes, .. secreto » Aprutii ac bajulis civitatis Sulmonensis, presentibus » et futuris, fidelibus suis, gratiam suam et bonam vo- » luntatem. Progenitorum nostrorum... — Dat. Aquile, » anno Domini MCCLXXXVIIII, mense junii, die » vicesimo quarto ejusdem, secunde indictionis, regno- » rum nostrorum anno quinto. »

« Inter ea que... — Dat. Reate, V idus augusti, anno secundo. »

1182 Rieti, 1er août 1289.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 44, c. 365, f. 187 v°.)

Magistro Nicolao de Welles, canonico ecclesie Suvvellensis, Eboracensis diocesis, quocum jam olim dispensatum est ut, non obstante defectu natalium quem patitur, e soluto genitus et soluta, beneficium ecclesiasticum accipere posset, rursus indulget ut personatum vel dignitatem, etiam curam animarum habentes, accipere valeat.

« Ex parte tua... — Dat. Reate, kalendis augusti, anno secundo. »

1183 Rieti, 2 août 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 366, f. 187 v°; Lap. du Theil, II, 214.)

.. priori et conventui monasterii Sancti Petri de Rometa, per priorem soliti gubernari, ordinis S. Benedicti, Vapincensis diocesis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit visitantibus ecclesiam praefati monasterii, in singulis beatae Mariae et S. Petri apostoli, in cujus honorem eadem ecclesia constructa est, festivitatibus, per octo dies sequentes, et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae.

« Sanctorum meritis inclita... — Dat. Reate, IIII nonas augusti, anno secundo. »

1184-1186 Rieti, 12 août 1289.

Tabellionatus officium. (Reg. 44, c. 367, f. 187 v°.)

Taffuro de Avellis, civi Capuano, concedit officium tabellionatus, ad quod a magistris Matthaeo, protonobilissimo, cantore ecclesiae Carnotensis, et Raynerio de

Casulis, canonico Vulterano, capellanis papae, idoneus judicatus est.

« Ne contractuum memoria... — Dat. Reate, II idus augusti, anno secundo. »

In e. m. Johanni de Aqua, civi Ravellensi.

In e. m. Laurentio Guodi, clerico Brivatensi, Claromontensis dioecesis (*En marge*).

1187-1188 Rieti, 3 août 1289.

Dispensatio residentiae. (Reg. 44, c. 368, f. 187 v°.)

Francisco de Lavania, preposito ecclesie Sicliniensis, Tornacensis diocesis, indulget ut fructus, redditus et proventus praepositurae ac praebendae quas in Sicliniensi et Cathalaunensi ecclesiis obtinet, residens in ipsarum altera, vel insistens scolasticis disciplinis, per triennium integre percipere possit.

« Habet in nobis... — Dat. Reate, III nonas augusti, anno secundo. »

In e. m. .. thesaurario Bajocensis, .. cantori Meldensis et Hugoni de Parma, canonico Sancti Gaugerici Cameracensis ecclesiarum, mandat quatenus praedictos fructus F. de Lavaniae integre ministrari faciant. Dat. ut supra.

1189 Rieti, 13 août 1289.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 44, c. 369, f. 188 r°.)

Gaufrido de Launcello, Aptensis ecclesie preposito, capellano nostro. Ei concedit ut praeposituram Aptensis ecclesiae, vel aliam dignitatem aut personatum, una cum canonicatibus et praebendis in Aptensis, Aquensis, Forcalqueriensis, Sistaricensis et Ebredunensis dioecesium ecclesiis, retinere possit.

« Illos precipue nos... — Dat. Reate, idibus augusti, anno secundo. »

1190 Rieti, 13 août 1289.

Tabellionatus officium. (Reg. 44, c. 370, f. 188 r°.)

Johanni Nicolai de Guarcino, laico Alatrine diocesis, officium tabellionis, ad quod idoneus a Raymundo de Ponte, decano Compostellano, et Ranuccino de Murro, archidiacono Vervecensi in ecclesia Burgensi, capellanis papae, judicatus est, concedit.

« Ne contractuum memoria... — Dat. Reate, idibus augusti, anno secundo. »

1191-1195 Rieti, 5 août 1289.

Ad liberationem Coloniensis archiepiscopi. (Reg. 44, c. 371, f. 188 r°; Potth., 23032.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Treverensi mandat quatenus Johannem, Brabantiae ducem, Henricum, de Juliaco, et Adulphum, de Monte comites, Coloniensis ecclesiae vassallos, moneat, eosque, sub excommunicationis et privationis feudorum quae ab eadem et aliis ecclesiis et monasteriis tenent poenis, inducat ut Sifridum, archiepiscopum Coloniensem, et alios quos cum eo in pugna apud Wuorinc prope civitatem Coloniensem coeperunt et detinent, libertati restituant.

« Nephande presumptionis excessus... — Dat. Reate, nonis augusti, anno secundo. »

Rieti, 10 août 1289.

In e. m. .. episcopo Leodiensi. Dat. Reate, VI idus augusti, anno secundo.

In e. m. .. episcopo Argentinensi.

In e. m. .. episcopo Metensi.

In e. m. .. episcopo Warmaciensi.

1196-1201 Rieti, 9 août 1289.

De eodem negotio. (Reg. 44, c. 372, f. 188 v°.)

Carissimo in Christo filio R., regi Romanorum illustri. Eum rogat ut penes Johannem, ducem Brabantiae, Hericum, de Juliaco, et Adulfum, de Monte comites, insistat ut Coloniensem archiepiscopum libertati restituant.

« Clamat in auribus... — Dat. Reate, V idus augusti, anno secundo. »

In e. m. .. comiti Barensi.

In e. m. .. comiti Luceburgensi.

In e. m. .. comiti Haynoniae.

In e. m. .. duci Lothoringiae.

In e. m. .. comiti Flandriae.

1202-1206 Rieti, 5 août 1289.

De eodem negotio. (Reg. 44, c. 373, f. 189 r°; Potth., 23033.)

Nobilibus viris Henrico, de Juliaco, et Adulfo, de Monte comitibus, spiritum consilii sanioris. Eis, sub excommunicationis et privationis feudorum quae a Coloniensi et aliis ecclesiis et monasteriis tenent poenis, mandat ut Sifridum, Coloniensem archiepiscopum, libertati restituant.

« Clamat in auribus... — Dat. Reate, nonis augusti, nno secundo. »

Rieti, 9 août 1289.

In e. m. Johanni, duci Brabantiae. Spiritum consilii anioris. Ei mandat quatenus apud praedictos comites nsistat ut Coloniensem archiepiscopum libertati restituant. Dat. Reate, v idus augusti, anno secundo.

In e. m. Woleranno, comiti de Juliaco. Spiritum onsilii sanioris...

In e. m. Haymoni, comiti de Marchia. Spiritum conilii sanioris...

In e. m. universis civibus Coloniensibus. Spiritum onsilii sanioris...

1207-1209 Rieti, 17 août 1289.

Rodulfus monasterio Sanctae Mariae de Ybreyo abbas praecitur. (Reg. 44, c. 374, f. 189 v°.)

Dilecto filio fratri Radulfo, abbati monasterii Sancte Maie de Ybreyo, ordinis S. Benedicti, Ebroicensis diocesis. Monasterio Sanctae Mariae de Ybreyo per obitum Garielis vacante, conventus ejusdem monasterii, per ompromissum, Rogerium, priorem ejusdem monasterii legit; sed hujus electionem, tanquam patientis in literatura defectum, episcopus Ebroicensis confirmare oluit, Rogeriusque, post appellationem ad apostolicam edem factam, omni juri sibi ex electione acquisito enuntiavit. Quamobrem papa Rodulfum, tunc monahum monasterii de Sancto Audoeno Rothomagensis, rdinis Sancti Benedicti, monasterio Sanctae Mariae de Ybreyo abbatem praeficit.

« Celesti sponso qui... — Dat. Reate, xvi kalendas eptembris, anno secundo. »

In e. m. conventui monasterii Sanctae Mariae de Ybreyo mandat quatenus eidem abbati debitam obedieniam impendat.

In e. m. .. episcopum Ebroicensem rogat ut dicto abati assistat.

1210-1211 Rieti, 17 août 1289.

Possessiones ecclesiae Sancti Eusebii de Urbe fratribus jusdem ecclesiae assignantur. (Reg. 44, c. 375, f. 190 r°.)

.. priori et fratribus ecclesie Sancti Eusebii de Urbe, rdinis S. Benedicti, ab abbate et conventu monasterii Sancti Spiritus de Maiella, ordinis S. Benedicti, Theatiae dioecesis, in dictam ecclesiam missis, quando eidem monasterio papa ipsam ecclesiam gubernandam commisit, hic concedit ut hortos, vineas, terras et possessiones ejusdem ecclesiae colere et ex eis fructus percipere possint.

« Petitio vestra nobis... — Dat. Reate, xvi kalendas septembris, anno secundo. »

In e. m. .. episcopo Esino, vicario papae in Urbe, .. priori Lateranensi, et Petro Jacobi Anibaldi, canonico Remensi, mandat ut praedictos hortos, vineas, terras et possessiones eisdem priori et fratribus assignent. Dat. ut supra.

1212 Rieti, 23 août 1289.

De praebendis divisis in Eboracensi ecclesia. (Reg. 44, c. 376, f. 190 r°.)

Venerabili fratri Johanni, archiepiscopo Eboracensi. Concedit ut canonici divisas praebendas obtinentes stallum in choro, locum et vocem in capitulo et in electione futuri archiepiscopi ceterisque communibus tractatibus et actibus habeant.

« Dudum nobis intimare... — Dat. Reate, x kalendas septembris, anno secundo. »

1213 Rieti, 23 août 1289.

De jure visitationis. (Reg. 44, c. 377, f. 190 r°.)

Eidem, cum inter praedecessores ejus et eum ac .. decanum et capitulum Eboracensis ecclesiae, super ipsius capituli et ecclesiae visitatione, discordia suscitata fuerit, ne praetextu capituli et ecclesiae praedictorum non visitatorum a visitatione dioecesis repellatur, concedit ut, si ad visitationem capituli et ecclesiae non admissus erit, dioecesim tamen et provinciam libere visitare possit.

« Sincere devotionis affectus... — Dat. ut supra. »

1214 Rieti, 19 juin 1289.

Homagium eclesiae romanae per C., regem Siciliae, factum. (Reg. 44, c. 378, f. 190 v°; Potth., 22983.)

Carissimo in Christo filio C., regi Sicilie illustri.

Hujus homagii tenor hic est :

« In nomine Domini. Amen. Ego Carolus secundus, « Dei gratia, rex Sicilie. Ad honorem Dei ... Actum » Reate, in majori palatio juxta cathedralem eccle-

» siam Reatinam, XIII kalendas julii, anno Domini » M.CC.LXXXVIIII, indictione secunda, regnorum » nostrorum Jerusalem et Sicilie anno quinto. »

« Ne in posterum... — Dat. Reate, XIII kalendas julii, anno secundo. »

1215-1220 Rieti, 2 août 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 379, f. 193 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam centum dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam Sanctae Ceciliae Reatinam, in festo ejusdem sanctae, et per octo dies sequentes, visitaverint.

« Vite perempnis gloria... — Dat. Reate, IIII nonas augusti, anno secundo. »

Rieti, 5 août 1289.

In e. m. .. archipresbytero et capitulo ecclesiae Sanctae Mariae de Setia, Terracinensis dioecesis. Eandem indulgentiam concedit eis qui hanc ecclesiam, in singulis ejusdem virginis et S. Lidini confessoris, cujus corpus ibidem requiescit, et beatorum Johannis Baptistae et Johannis Evangelistae festivitatibus, et per octo dies sequentes, visitaverint. Dat. Reate, nonis augusti, anno secundo (*En marge*).

Rieti, 5 août 1289.

In e. m. .. abbati et capitulo saecularis ecclesiae Sancti Pauli de Setia, Terracinensis dioecesis. Indulgentiam concedit XL dierum eis qui hanc ecclesiam, in singulis apostolorum Petri et Pauli et S. Christofori festivitatibus, et per octo dies sequentes, visitaverint. Dat. ut supra (*Ibid.*).

Rieti, 13 août 1289.

In e. m. .. abbatissae et conventui monasterii Sancti Francisci de Trebis, ordinis Sanctae Clarae, Terracinensis dioecesis. Indulgentiam centum dierum concedit eis qui ecclesiam hujus monasterii in singulis S. Francisci et sanctae Clarae festivitatibus, et per octo dies sequentes, visitaverint. Dat. Reate, idibus augusti, anno secundo. (*Ibid.*; Potth., 23042).

Rieti, 23 août 1289.

In e. m. .. magistro et fratribus hospitalis Sanctae Catherinae de Exolduno, Bituricensis dioecesis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui ecclesiam hujus hospitalis, in festivitate Sanctae Catherinae, visitaverint. Dat. Reate, X kalendas septembris, anno secundo (*Ibid.*).

Rieti, 21 août 1289.

In e. m. .. abbati et capitulo saecularis ecclesiae Sanctorum Cosmae et Damiani de Trebis, Anagninae dioecesis. Indulgentiam centum dierum concedit eis qui hanc ecclesiam in singulis sanctorum Cosmae et Damiani festivitatibus, et per octo dies sequentes, visitaverint. Dat. Reate, XII kalendas septembris, anno secundo (*Ibid.*).

1221-1222 Rieti, 23 août 1289.

Monasterium Sanctorum Philippi et Jacobi Januense curae magistri et prioris provincialis Lombardiae fratrum praedicatorum committitur. (Reg. 44, c. 379², f. 194 r°.)

.. *priorisse et conventui monasterii Sanctorum Phylippi et Jacobi Januensis, ordinis S. Augustini.*

« Apostolice sedis benignitas... — Dat. Reate, X kalendas septembris, anno secundo. »

In e. m. .. priorissae et conventui monasterii Sanctae Mariae de Caritate Imolensis, ordinis S. Augustini (*En marge*).

1223-1224 Rieti, 21 août 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 380, f. 194 r°; Potth., 23050.)

.. *abbatisse et conventui monasterii Sancte Lucie de Colle Alto, ordinis Sancte Clare, Reatine diocesis.* Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui ecclesiam praedicti monasterii, in honorem sanctae Luciae constructam, in ejusdem sanctae festivitatibus visitaverint.

« Loca sanctorum omnia... — Dat. Reate, XII kalendas septembris, anno secundo. »

Rieti, 23 août 1289.

In e. m. .. abbatissae et conventui monasterii Sancti Nicolai de Barro super Albam, ordinis S. Augustini, Lingonensis dioecesis. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam praedicti monasterii in S. Nicolai festo, per octo dies sequentes, et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae, visitaverint. Dat. Reate, X kalendas septembris, anno secundo (*En marge*).

1225 Rieti, 23 août 1289.

Contra apostatas ordinis Heremitarum. (Reg. 44, c. 381, f. 194 r°.)

Dilectis filiis .. generali et aliis prioribus ac fratribus

dinis Heremitarum S. Augustini. Confirmat litteras quiis Innocentius IIII concedit Heremitis ut apostatas et isolentes sui ordinis excommunicare, ligare et carceri adere possint. Tenor harum litterarum hic est :

« Innocentius episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis .. generali et aliis prioribus ac fratribus ordinis Heremitarum, salutem et apostolicam benedictionem. Provisionis vestre cupimus... — Dat. Laterani, v kalendas maii, pontificatus nostri anno undecimo. » (Potth., 15346.)

« Tenorem quarumdam litterarum... — Dat. Reate, kalendas septembris, anno secundo. »

1226 Rieti, 23 août 1289.

Augmentatio distributionum quotidianarum. (Reg. 44, c. 382, 194 r°.)

Venerabili fratri A., episcopo Aversano, facultatem concedit assignandi aliqua beneficia ecclesiastica in augmentum distributionum quotidianarum quarum redditus iginti uncias auri annuatim non excedant.

« Cum sicut proposuisti... — Dat. ut supra. »

1227 Rieti, 19 août 1289.

De decima C., regi Siciliae, concessa. (Reg. 44, c. 383, 194 r°.)

Gaufrido de Launcello, capellano nostro, Aptensis ecclesie reposito. Ei mandat quatenus collectores decimae C., egi Siciliae, concessae, in Aquensem, Arelatensem et arantasiensem provincias, terra comitatus Veneysini t terra quam in Arelatensi provincia Philippus, rex ranciae, habet exceptis, deputet, et pecuniam collectam n tutis locis deponi faciat, de qua pro expensis singulis iebus quindecim turonenses grossos percipiat.

« Plenam de discretione... — Dat. Reate, xiiii kalendas septembris, anno secundo. »

1228 Rieti, 23 août 1289.

Tabellionatus officium. (Reg. 44, c. 384, f. 194 v°.

Eidem facultatem creandi duo tabellionatus officia concedit.

« Ne contractuum et... — Dat. Reate, x kalendas septembris, anno secundo. »

1229-1230 Rieti, 23 août 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 385, f. 195 r°; Potth., 23051.)

.. *abbatisse et conventui monasterii Sancte Marie Magdalene de Alexandria, ordinis Sancte Clare, Aquensis diocesis.* Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit eis qui ecclesiam praedicti monasterii, in sanctarum Mariae Magdalenae, Clarae et Katerinae festivitatibus, per octo dies sequentes, et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae, visitaverint.

« Licet is de... — Dat ut supra. »

In e. m. .. abbati et capitulo saecularis ecclesiae Sancti Nicolai de Piperno, Terracinensis dioecesis. Eandem indulgentiam concedit eis qui praedictam ecclesiam in S. Nicolai festo, per octo dies sequentes, et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae, visitaverint. Dat. ut supra.

1231 Rieti, 8 août 1289.

Alienatio bonorum monasterii Sancti Fructuosi de Capitemontis. (Reg. 44, c. 386, f. 195 r°.)

.. *magistro scolarum ecclesie Januensis* mandat quatenus inquirat de oportunitate petitionis qua .. abbas et conventus monasterii Sancti Fructuosi de Capitemontis, ordinis S. Benedicti, Januensis dioecesis, facultatem concedendi quasdam terras in emphiteosim poscunt.

« Ex parte dilectorum... — Dat. Reate, vi idus augusti, anno secundo. »

1232-1233 Rieti, 11 août 1289.

De debitis Lugdunensis ecclesiae solvendis. (Reg. 44, c. 387, f. 195 r°; Lap. du Theil, II, 215.)

Dilecto filio B., electo Lugdunensi, fructus, redditus et proventus primi anni omnium praebendarum et beneficiorum ecclesiasticorum quae usque ad quinquennium in Lugdunensi civitate et dioecesi vacare contigerit, convertendos in solutionem debitorum ecclesiae Lugdunensis, concedit.

« Pie postulatio voluntatis... — Dat. Reate, iii idus augusti, anno secundo. »

In e. m. .. Matisconensi et .. Augustensi episcopis ac Bertrando, archidiacono Agennensi, mandat quatenus praedictos fructus, redditus et proventus eidem electo integre ministrari faciant.

1234-1235 Rieti, 23 août 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 388, f. 195 r°.)

.. *archipresbytero et capitulo ecclesie Sancti Angeli de Babuco, Verulane diocesis.* Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui praedictam ecclesiam, in singulis sancti Angeli festivitatibus, et per octo dies sequentes, visitaverint.

« Sanctorum meritis inclita... — Dat. Reate, X kalendas septembris, anno secundo. »

In e. m. universis Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sancti Matthaei de Vanzo, Paduanae dioecesis, in sancti Matthaei festivitate, et per octo dies sequentes, visitaverint. Dat. ut supra.

1236-1239 Rieti, 20 août 1289.

Hugo monasterio Sancti Stephani Divionensi abbas praeficitur. (Reg. 44, c. 389, f. 195 v°; Lap. du Theil, II, 217.)

Hugoni, abbati monasterii Sancti Stephani Divionensis, ordinis S. Augustini, Lingonensis diocesis. Vacante monasterio Sancti Stephani Divionensi, per mortem Gerardi, duae electiones, altera videlicet de Hugone de Palma, altera de Gervasio de Divione, canonicis ejusdem monasterii, a capitulo in discordia celebratae fuerunt. Hujusmodi autem negotio ad sedem apostolicam devoluto, uterque electorum omni juri sibi ex electionibus acquisito renuntiavit. Unde papa Hugonem, tunc priorem Sancti Simphoriani Eduensis, ejusdem ordinis, praedicto monasterio abbatem praeficit.

« Sponso celesti qui... — Dat. Reate, XIII kalendas septembris, anno secundo. »

In e. m. .. priori et conventui monasterii Sancti Stephani Divionensis mandat quatenus eidem abbati debitam obedientiam praebeant.

In e. m. universis vassallis ejusdem monasterii mandat quatenus eidem abbati solita fidelitatis juramenta et servitia praestent.

In e. m. .. episcopum Lingonensem rogat quatenus eidem abbati munus benedictionis impendat.

1240 Rieti, 20 août 1289.

De eodem negotio. (Reg. 44, c. 389, f. 195 v°; Lap. du Theil, II, 221 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Eduensi mandat quatenus Hugoni, abbati monasterii Sancti Stephani Divionensis, munus benedictionis impendat, si id Lingonensis episcopus facere neglexerit.

« Cum nuper monasterio... — Dat. ut supra. »

1241 Rieti, 8 août 1289.

Absolutiones. (Reg. 44, c. 390, f. 195 v°.)

Venerabili fratri G., archiepiscopo Maguntino, facultatem concedit absolvendi nonnullos praelatos et clericos dioecesis Maguntinae, qui, sine scriptis excommunicationis et interdicti sententias proferendo, suspensionem incurrerunt.

« Cum sicut nobis... — Dat. Reate, VI idus augusti, anno secundo. »

1242 Rieti, 28 juillet 1289.

Ad reparationem ecclesiae Maguntinae. (Reg. 44, c. 391, f. 195 v°.)

Eidem facultatem concedit exigendi et recipiendi ab ecclesiae Maguntinae subditis subventionem congruam quam ei liberaliter exhibere voluerint, in reparationem ecclesiae convertendam.

« Cum sicut ex... — Dat. Reate, V kalendas augusti, anno secundo. »

1243-1247 Rieti, 28 juillet 1289.

Facultas testandi. (Reg. 44, c. 392, f. 195 v°.)

Eidem.

« Quia presentis vite... — Dat. ut supra. »

Rieti, 25 août 1289.

In e. m. Petro, episcopo Regensi. Dat. Reate, VIII kalendas septembris, anno secundo (*fol. 196 r°, en marge*).

Rieti, 25 août 1289.

In e. m. Guillelmo, episcopo Aurasicensi (*Ibid.*)

Rieti, 1er septembre 1289.

In e. m. Petro, episcopo Vicentino. Dat. Reate, kalendis septembris, anno secundo (*Ibid.*)

Rieti, 9 septembre 1289.

In e. m. Cinthio, archiepiscopo Capuano. Dat. Reate, V idus septembris, anno secundo (*Ibid.*).

1248 Rieti, 1er août 1289.

Contra pluralitatem beneficiorum. (Reg. 44, c. 392², f. 195 vo, ı marge.)

Nicolaus etc. Venerabili fratri Gerardo, archiepiscopo aguntino, mandat quatenus a nonnullis clericis Magunnae dioecesis qui plura beneficia et personatus, curam ıimarum habentia, sine dispensatione detinent statuta ɔncilii generalis observari faciat.

« Tua nobis fraternitas... — Dat. Reate, kalendis auısti, anno secundo. »

1249 Rieti, 1er août 1289.

Facultas eligendi confessorem proprium. (Reg. 44, c. 393, 196 ro.)

Eidem.

« Benigno tibi sunt... — Dat. Reate, kalendis augusti, ıno secundo. »

1250 Rieti, 1er août 1289.

De visitatione dioecesis. (Reg. 44, c. 394, f. 196 ro.)

Eidem concedit ut visitationem dioecesis, si inchoata erit et propter guerras suspensa, resumere ac perficere leat. Praesentibus post quinquennium non valituris.

« Ad personam tuam... — Dat. ut supra. »

1251 Rieti, 1er août 1289.

Facultas habendi altare portatile. (Reg. 44, c. 395, f. 196 ro.)

Eidem.

« Meritis tue sinceritatis... — Dat. ut supra. »

1252 Rieti, 28 juillet 1289.

Ad solutionem debitorum Maguntinae ecclesiae. (Reg. 44, 396, f. 196 ro.)

Eidem concedit ut fructus, redditus et proventus primi ni beneficiorum ecclesiasticorum quae in cathedrali et is Maguntinae dioecesis ecclesiis usque ad quinquenum vacabunt percipere possit, in solutionem debitorum clesiae Maguntinae convertendos.

« Circa curam quarumlibet... — Dat. Reate, v kalens augusti, anno secundo. »

1253 Rieti, 8 août 1289.

Contra usurarios. (Reg. 44, c. 396², f. 196 ro.)

Eidem mandat quatenus, per poenam in Lateranensi concilio contra usurarios editam, ad restitutionem compellat usurarios qui, cum infirmitatibus detineantur, ad obtinenda sacramenta, sua bona in restitutionem deputent, sed, sanitati restituti, restituere usuras negent.

« Petitio tua nobis... — Dat. Reate, vi idus augusti, anno secundo. »

1254 Rieti, 21 août 1289.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 44, c. 397, f. 196 ro.)

Johanni Petri, magistro scolarum ecclesie Colimbriensis, indulget ut ecclesiam parrochialem de Agatha una cum magisterio scolarum ecclesiae Colimbriensis retinere possit.

« Dum conditiones et... — Dat. Reate, xii kalendas septembris, anno secundo. »

1255 Rieti, 1er août 1289.

Jus patronatus in ecclesia de Risembeche monasterio in Gravenhorst conferitur. (Reg. 44, c. 398, f. 196 vo.)

Venerabili fratri .. episcopo Monasteriensi. Cum .. abbatissa et conventus monasterii in Gravenhorst, Cisterciensis ordinis, Osnaburgensis dioecesis, jus patronatus in ecclesia de Risembeche, ejusdem dioecesis, ab Ottone, comite de Ravensberg, emissent, seque postmodum in hoc labem symoniacam commisisse recognovissent, dispensationem petierunt ab .. episcopo, tunc electo, Osnaburgensi, qui .. priori fratrum praedicatorum in Minda et .. praeposito ecclesiae de Leveren, ejusdem dioecesis, commisit ut cum eisdem abbatissa et conventu super praedictis dispensarent, et, recepta ab eis resignatione juris patronatus, id eisdem de novo conferrent. Rursus papa episcopo Monasteriensi mandat quatenus eisdem abbatissae et conventui praedictum jus patronatus, consentientibus episcopo et capitulo Osnaburgensibus, de novo conferat.

« Sua nobis dilecte... — Dat. Reate, kalendis augusti, anno secundo. »

1256 Rieti, 26 août 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 399, f. 196 v°.)

.. *abbati et conventui monasterii Sancti Quintini juxta Peronam, ordinis S. Benedicti, Noviomensis diocesis.* Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam praedicti monasterii, in festo S. Quintini, et per octo dies sequentes, visitaverint.

« Splendor paterne glorie... — Dat. Reate, vii kalendas septembris, anno secundo. »

1257 Rieti, 5 août 1289.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 44, c. 400, f. 196 v°; Potth., 23035.)

Dilecto filio Willelmo, electo Tuamensi, concedit ut ecclesias de Cuockgrafan, Cassellensis, de Moydrisue, Laoniensis, de Athnery, Tuamensis, et de castro Coukufin, Aladensis dioecesium, quas electionis suae tempore possidebat, una cum Tuamensi archiepiscopatu, per triennium, licite retinere valeat.

« Cum sicut nobis... — Dat. Reate, nonis augusti, anno secundo. »

1258-1259 Rieti, 5 août 1289.

De debitis Tuamensis ecclesiae solvendis. (Reg. 44, c. 401, f. 196 v°; Potth., 23036.)

Eidem concedit ut fructus, redditus et proventus primi anni beneficiorum ecclesiasticorum quae in Tuamensi dioecesi usque ad triennium vacabunt percipere possit, convertendos in solutionem debitorum ecclesiae Tuamensis.

« Cum sicut nobis... — Dat. ut supra. »

In e. m. .. Lismorensi et Laoniensi episcopis mandat quatenus episcopo Tuamensi praedictos fructus et redditus integre ministrari faciant.

« Cum sicut dilectus... — Dat. ut supra. »

1260 Rieti, 3 août 1289.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 44, c. 402, f. 197 r°.)

.. *magistro Thome de Waneforde, clerico Tuamensis diocesis.* Cum eo dispensat ut, non obstante defectu natalium quem patitur, e soluto genitus et soluta, ad personatus et dignitates ecclesiastica assumi valeat.

« Illegitime genitos quos... — Dat. Reate, iii nonas augusti, anno secundo. »

1261 Rieti, 21 août 1289.

Translatio monasterii de Abertonwete. (Reg. 44, c. 403, f. 197 r°; Potth., 23049.)

.. *abbati et conventui monasterii de Abertonwete in Wallia, Cisterciensis ordinis, Bangorensis diocesis.* « Ex parte carissimi in Christo filii nostri E., regis Anglie illustris, fuit propositum coram nobis quod felicis recordationis Honorius papa, predecessor noster, ante consecrationem et benedictionem suam, intellecto quod monasterium vestrum, ob certas causas rationabiles, in loco ubi tunc erat non poterat comode remanere, prefatus predecessor, nondum benedictus et consecratus, ad devotam ipsius regis supplicationis instantiam, transferendi prefatum monasterium de premisso loco ad locum in quo nunc situm esse dinoscitur, per litteras suas, bullatas bulla sua, que nomen suum nondum exprimebat, vobis concessit liberam facultatem, sicque vos, litterarum ipsarum auctoritate, sicut asseritis, de priori loco prefatum monasterium transtulistis. Licet igitur, quoad hujusmodi actum seu gratiam, eedem littere, sic bullate, plenam, immo plenissimam in se habeant potestatem, maxime cum sedes apostolica, ante consecrationem et benedictionem electi in summum pontificem, cum defectiva bulla, electi nomen nullatenus exprimente, bullare litteras suas consueverit ab antiquo, ut tamen de mentibus rudium error omnis totaliter evellatur, vestris et ipsius regis devotis supplicationibus inclinati, quod per easdem litteras super hoc factum est ratum et firmum habentes, id, prout tenemur, auctoritate apostolica approbamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nichilominus declarantes seu decernentes hujusmmodi translationem dicti monasterii eandem vim eundemque vigorem habere ac si per litteras dicti predecessoris integra bulla bullatas, alias tamen legitime, facta esset. Nulli ergo etc. nostre approbationis et declarationis etc. Dat. Reate, xii kalendas septembris, anno secundo. »

1262 Rieti, 21 août 1289.

Concedit jus praesentandi rectorem. (Reg. 44, c. 404, f. 197 r°.)

Carissimo in Christo filio Edowardo, regi Anglie illustri.

Grandis affectus quem ad personam tuam gerimus
rito nos inducit ut nos in hiis promptos invenias que
i debeant esse grata. Sane petitio tua nobis exhibita
ntinebat quod, quondam comite Tholosano, qui ter-
n Agennesii, ad tuos progenitores, ut asseris, de jure
ectantem, tunc temporis, ex certis causis, ab eisdem
ogenitoribus detinebat, significante felicis recordatio-
s Innocentio pape IIII, predecessori nostro, quod ipse
ra dictam terram, in loco videlicet silvestri et inha-
ato, Agennensis diocesis, de assensu diocesani, edifi-
verat quoddam castrum, quod Grandecastrum vulgariter
cebatur, et in illo intendebat construere parrochialem
clesiam propriis sumptibus et dotare, dictus predeces-
eidem comiti per litteras suas dicitur concessisse
od ipse jus haberet rectorem in ipsa ecclesia presen-
ndi. Cum autem, sicut asseris, eadem terra, cum cas-
et ecclesia predictis, tibi, per Dei gratiam, sit libere
tituta, illamque possideas pacifice et quiete, nobis
militer supplicasti ut presentationem rectoris in ea-
n ecclesia tibi concedere dignaremur; nos igitur,
endentes quod res cum onere suo transit, tuis petitio-
ıus benignius annuentes, quod in ecclesia prefata,
n vacabit, jus habeas presentandi rectorem, celsitu-
i regie auctoritate presentium indulgemus. Nulli
o etc. nostre concessionis etc. Dat. ut supra. »

1263 Rieti, 18 août 1289.

onfirmatio regulae ordinis de Poenitentia. (Reg. 44, c. 405, 97 r°; Potth. 23044.)

*ilectis filiis fratribus et dilectis in Christo filiabus soro-
ıs ordinis fratrum de Penitentia, tam presentibus quam
uris*, regulam eis a S. Francisco dictatam, quibusdam
tutis adjectis, confirmat.

Supra montem catholice... — Dat. Reate, xv kalen-
septembris, anno secundo. »

1264 Rieti, 31 juillet 1289.

icentia utendi pileis et almuciis in divinorum celebratione.
. 44, c. 406, f. 198 v°.)

*priori et capitulo ecclesie Wigorniensis, ordinis S. Be-
cti*, facultatem concedit utendi pileis seu almuciis,
curiosis, in divinorum celebratione, et in processio-
ıs; ita tamen quod in lectione evangelica et in ele-
one corporis Jesu Christi etc. debita reverentia obser-
ır.

Meritis vestre religionis... — Dat. Reate, ıı kalen-
augusti, anno secundo. »

1265 Rieti, 18 août 1289.

Exemptiones. (Reg. 44, c. 407, f. 198 v°.)

Universis abbatissis et conventibus sororum inclusarum monasteriorum ordinis Sancte Clare. Eas, ad instar Clementis IIII, ab omnibus exactionibus, collectis vel subsidiis exemptat.

« Quanto studiosius devota... — Dat. Reate, xv kalendas septembris, anno secundo. »

1266-1267 Rieti, 27 août 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 408, f. 198 v°; Potth. 23055.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit eis qui ecclesiam monasterii Sanctae Luciae Reatini, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis Sanctae Clarae, in sanctae Luciae festivitatibus, et per octo dies sequentes, visitaverint.

« Vite perempnis gloria... — Dat. Reate, vı kalendas septembris, anno secundo. »

Rieti, 31 août 1289

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam cathedralem Aquensem, Sancti Salvatoris nomine insignitam, in S. Salvatoris et S. Maximini festivitatibus, et per octo dies sequentes, visitaverint. Dat. Reate, ıı kalendas septembris, anno secundo (*En marge*).

1268 Rieti, 27 août 1289.

Immunitates. (Reg. 44, c. 408², f. 198 v°; Potth. 23056.)

.. *abbatisse et conventui monasterii Sancte Lucie Reatini, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti*, confirmat indultum quo Alexander IIII eis, tunc S. Damiani regulam servantibus, concessit ut de possessionibus seu molendinis suis nulli decimas solvere tenerentur.

« Favor vestre religionis... — Dat. ut supra. »

1269 Rieti, 23 août 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 409, f. 199 r°; Lap. du Theil, II, 221.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis, per Bituricensem, Carnotensem et Nivernensem civitates et

dioceses constitutis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui .. magistro et fratribus hospitalis Sanctae Catherinae de Exolduno, Bituricensis dioecesis, manum caritatis porrexerint; praesentibus post quinquennium non valituris.

« Quoniam ut ait... — Dat. Reate, X kalendas septembris, anno secundo. »

1270 Rieti, 21 août 1289.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 410, f. 199 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Parmensi mandat quatenus cum Johanne, nato Thedisii de Sancto Vitali, domicello, et una ex filiabus Guillelmi de Rubeis, civibus Parmensibus, dispenset, ut, quanquam tertio et quarto consanguinitatis gradu conjuncti sunt, tamen inter se matrimonium contrahere possint, sicut, ad sedandas inimicitias inter quondam Hugonem Rubeum et alios nobiles domus ejus de Rubeis, et quondam Thedisium et alios nobiles domus ejus Sancti Vitalis, pactum est.

« Cum summus pontifex... — Dat. Reate, XII kalendas septembris, anno secundo. »

1271 Rieti, 20 août 1289.

Hospitale Sancti Mauritii de Modoetia domui Dominae Beatricis datur. (Reg. 44, c. 411, f. 199 r°.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Mediolanensi mandat quatenus hospitale Sancti Mauritii de Modoetia, Mediolanensis dioecesis, in quo nec rector nec fratres aliqui a viginti quinque annis et amplius fuerunt, cum domibus, terris, possessionibus et omnibus juribus ejus, concedat .. ministrae et conventui domus sororum de Modoetia, ordinis S. Augustini, quae domus Dominae Beatricis vulgariter dicitur.

« Ex injuncte nobis... — Dat. Reate, XIII kalendas septembris, anno secundo. »

1272-1275 Rieti, 26 août 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 412, f. 199 r°; Lac. de Theis., II, 223.)

.. abbati et conventui monasterii Beate Marie Mosoniensis, ordinis S. Benedicti, Remensis diocesis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit visitantibus ecclesiam ejusdem monasterii in festivitatibus beatae Mariae, cujus vocabulo insignita est, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae.

« Licet ille de... — Dat. Reate, VII kalendas septembris, anno secundo. »

Rieti, 23 août 1289.

In e. m. .. abbati et conventui monasterii Sancti Huberti in Ardenna, ordinis S. Benedicti, Leodiensis dioecesis, pro eorum ecclesia, in festivitate S. Huberti, cujus vocabulo insignita est. Dat. Reate, X kalendas septembris, anno secundo.

Rieti, 29 août 1289.

In e. m. universis Christi fidelibus. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam de Sancto Amantio, Lemovicensis dioecesis, in festo S. Lupi, visitaverint.

« Licet is de... — Dat. Reate, IIII kalendas septembris, anno secundo. »

Rieti, 12 août 1289.

In e. m. .. abbatissae et conventui monasterii Sancti Angeli de Ursano de Trebis, ordinis S. Benedicti, Anagninae dioecesis. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam praedicti monasterii, in S. Angeli et beatae Mariae festivitatibus, et per octo dies sequentes, visitaverint. Dat. Reate, II idus augusti, anno secundo.

1276 Rieti, 23 août 1289.

Contentio inter diversos ratione ecclesiae de Nonton. (Reg. 44, c. 413, f. 199 v°.)

.. magistro Gifrido de Vezano, canonico Cameracensi, camere nostre clerico, in Anglia commoranti, mandat quatenus Guillelmum de Hebbeton, clericum Saresbiriensis dioecesis, .. abbatem et conventum de Malnusberia (1), ordinis S. Benedicti, ejusdem dioecesis, qui in ecclesia de Nonton jus patronatus se habere praetendunt, et .. episcopum Saresbiriensem jubeat ecclesiam de Nonton infra unius mensis spatium Oberto de Monte Donneo restituere, et de expensis et dampnis eidem Oberto factis satisfactionem impendere; alioquin, eos citet ut Guillelmus personaliter, alii per se vel per procuratores, infra tres menses, apostolico se conspectui praesentent. — Praedictus Guillelmus, Obertum mortuum esse fingens, per abbatem et conventum praedictos, nequitiae ejus conscios, se praedicto episcopo ad eandem ecclesiam praesentari fecit, episcopusque, fraudis non ignarus, eundem rectorem ecclesiae instituit.

« Malignantium exigit temeraria... — Dat. Reate, X kalendas septembris, anno secundo. »

(1) Ecrit aussi *Manusderia.*

1277 Rieti, 23 juillet 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 414, f. 200 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. dulgentiam unius anni et xl dierum concedit omnibus enitentibus et confessis qui .. abbatissae et conventui onasterii Sanctae Clarae de Stella, ordinis Sanctae arae, Pampilonensis dioecesis, ad construendam de vo monasterii ecclesiam, manum adjutricem porrexe- nt.

« Quoniam ut ait... — Dat. Reate, x kalendas augusti, no secundo. »

1278 Rieti, 23 juillet 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 414², f. 200 r°.)

.. *abbatisse et conventui monasterii de Tollone, ordinis ncte Clare, Pampilonensis diocesis.* Indulgentiam centum erum concedit omnibus poenitentibus et confessis qui clesiam ejusdem monasterii, in singulis beatae Mariae, Francisci et sanctae Clarae festivitatibus, visitaverint.

« Licet is de... — Dat. ut supra. »

1279 Rieti, 1er septembre 1289.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 415, f. 200 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Melfiensi mandat quatenus m nobili viro Angelo Petri de Aresio, et Ysolda, nata ogerii Vaccarii, civibus Melfiensibus, dispenset, ut, anquam quarto consanguinitatis gradu conjuncti sunt, l sedandas inter parentes inimicitias, matrimonium ntrahere possint.

« Exposita coram nobis... — Dat. Reate, kalendis ptembris, anno secundo. »

1280 Rieti, 28 août 1289.

De privilegiis monasterio de Garda Beatae Mariae prope lesis concessis. (Reg. 44, c. 416, f. 200 r°.)

Dilectis filiis .. generali ac .. provintiali provintie Turo- ensis ministris ordinis fratrum minorum declarat privi- gia monasterio de Garda Beatae Mariae prope Blesis, rdinis Sanctae Clarae, concessa, non derogare curae jusdem monasterii fratribus minoribus commissae.

« Inter personas alias... — Dat. Reate, v kalendas eptembris, anno secundo. »

1281 Rieti, 27 août 1289.

De contentione inter P., episcopum Auriensem, et fratres minores ejusdem loci. (Reg. 44, c. 417, f. 200 r°; Potth., 23054.)

Dilectis filiis .. archidiacono de Nevia in ecclesia, ac Roderico Fernandi, canonico Bracharensibus. « Dilecti filii .. guardianus et conventus domus fratrum Auriensis, ordinis minorum, nobis significare curarunt quod venerabilis frater noster P., episcopus Auriensis, ipsos, contra tenores privilegiorum apostolicorum concessorum eidem ordini, multipliciter gravare presumit. Nam, cum quondam nobilis mulier Tarasia Johannis, que olim in eadem diocesi decesserat, apud locum dictorum guardiani et fratrum Auriensem sepulturam in sua ultima voluntate elegisset, idem episcopus corpus ejusdem Tarasie, quod dicti guardianus et fratres ad predictam eorum ecclesiam detulerant tumulandum, armata manu per violentiam rapuit ac illud fecit in cimiterio Auriensis ecclesie sepeliri, dictos fratres nichilominus quibusdam bonis, que dicta Tarasia eisdem fratribus in ultima voluntate legaverat, indebite spoliando. Preterea in omnes illos qui corpus quondam nobilis mulieris Sancie, uxoris nobilis viri Johannis Fernandi, que apud locum predictum similiter elegerat sepeliri, dum ad predictam ecclesiam dictorum guardiani et fratrum portaretur, comitari, aut illud in cimiterio prefate ecclesie dictorum guardiani et fratrum sepelire presumerent, aut ad dictorum fratrum predicationem accederent, vel sua confiterentur peccata, sive aliquas elemosynas largirentur, vel loquerentur aut alias quoquo modo participarent eisdem, excommunicationis, suspensionis et interdicti sententias, motu proprio, immo temeritate propria potius, promulgavit. Qui, gravaminibus hujusmodi non contentus, canonicis dicte ecclesie Auriensis, sub pena gratie sue, inhibuit ne dictis fratribus loquerentur, nec eis aliqua pietatis beneficia erogarent. Insuper prohiberi fecit idem episcopus ne aliqui de civitate vel diocesi Auriensi aliqua de bonis legarent in testamentis, vel ultimis voluntatibus, aut aliquas elemosinas darent fratribus memoratis. Cumque dicti guardianus et fratres super hiis venerabili fratri nostro .. Bracharensi archiepiscopo, loci metropolitano, conquesti fuissent, ac quidam ex ipsis fratribus litteras vicariorum dicti archiepiscopi, per quas iidem vicarii dictum episcopum citari mandaverant, presentasset, dictus episcopus in eosdem fratres manus violentas injecit, alias dictos fratres multis gravans injuriis et ipsorum pacem et quietem dampnabiliter impediens et perturbans. Et, licet dicti guardianus et fratres, malum in bono vincere satagentes, a

prefato episcopo humili supplicatione petiverint ut ab ipsorum molestiis divine pietatis intuitu abstineat, ipse tamen piis ipsorum fratrum votis annuere noluit, sed ipsos postmodum per se et alios gravius perturbavit, ita quod ipsi vix valent sub tantis pressuris et angustiis respirare. Quare pro parte ipsorum guardiani et fratrum fuit nobis humiliter supplicatum ut, cum ipsi, propter potentiam sepedicti episcopi, non possint suam super premissis in illis partibus justitiam prosequi, providere ipsis super hoc paterna sollicitudine curaremus. Nos itaque... discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus vos vel alter vestrum prefatum episcopum ex parte nostra peremptorie citare curetis, ut infra tres menses post citationem vestram, cum omnibus actis, juribus et munimentis suis hujusmodi causam contingentibus, per se, vel per procuratorem ydoneum, apostolico se conspectui representet, facturus et recepturus super hiis quod ordo dictaverit rationis. Diem autem citationis... Non obstante si causa super predictis pendeat coram prefatis vicariis, vel in ea processus aliqui sunt habiti coram eis. Dat. Reate, VI kalendas septembris, anno secundo. »

1282 Rieti, 28 août 1289.

De hereditate Archimbaldi de Sancto Giranno. (Reg. 44, c. 418, f. 200 v°; Lap. du Theil, II, 226.)

Venerabili fratri .. episcopo Claromontensi. « Sua nobis dilecte in Christo filie Ahelis (1) et alie impuberes filie quondam Petri de Castro, domicelli, petitione monstrarunt quod quondam Guillelmus de Sancto Giranno, avunculus ejusdem Petri, monachus monasterii de Silviniaco, ordinis Cluniacensis, Claromontensis diocesis, postquam effectus extitit monachus ejusdem monasterii, et in eo per plures annos sub habitu et observantia dicti ordinis fuerat conversatus, tanquam sue salutis immemor, habitu et observantia hujusmodi propria temeritate dimissis, ad seculum dampnabiliter est reversus, et matrimonium cum nobili muliere dicta Brecharda de facto contraxit, seque fieri militem procuravit, et castra et alia bona feudalia que fuerunt quondam Archimbaldi de Sancto Giranno, laici, fratris ipsius Guillelmi, et avunculi dicti Petri, qui quidem Archimbaldus sine liberis decesserat, Guillelmo superstite supradicto, in quibus quidem bonis dicti Petrus et ejus liberi eidem Archimbaldo, in certa parte ipsorum bonorum, hereditario jure, de approbata patrie consuetudine, succedebant, et que nunc pro eadem parte ad impuberes, de eadem consuetudine, pertinent memoratas, temere occupavit, et nonnulla bonorum ipsorum, dum vixit, et etiam in sua ultima voluntate, diversis modis distrahere ac alienare, cum de jure non posset, de facto presumpsit, in predictarum impuberum prejudicium et gravamen. Quare dicte impuberes nobis humiliter supplicarunt ut, cum cognitio hujusmodi cause, in qua querendum est an predictus Guillelmus astrictus fuerit, ut premittitur, observantie regulari, noscatur ad forum ecclesiasticum pertinere, nec confidant se posse in illis partibus, propter aliquorum prefatis impuberibus super hoc adversantium potentiam, comode prosequi causam ipsam, providere in hac parte dictis impuberibus, ne occasione hujusmodi sui juris dispendium patiantur, paterna sollicitudine dignaremur. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus, vocatis qui fuerint evocandi, causam hujusmodi, an scilicet prefatus Guillelmus fuerit monachus, necne, audias, questione hereditatis temporali domino reservata, et eam infra octo mensium spatium post receptionem presentium judicio, vel, si de partium voluntate processerit, concordia terminare procures, faciens quod decreveris per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Alioquin ex tunc causam ipsam, instructam vel non instructam, ad apostolice sedis remittas examen, prefixo partibus termino peremptorio competenti, quo, per se vel per procuratores ydoneos, cum omnibus actis, juribus et munimentis suis dictam causam contingentibus, apostolico se conspectui representent, facture ac recepture super hiis quod ordo dictaverit rationis. Diem vero remissionis et prefixionis hujusmodi, et quicquid inde feceris, nobis per tuas litteras harum seriem continentes studeas fideliter intimare. Dat. Reate, V kalendas septembris, anno secundo. »

(1) Le scribe avait d'abord écrit : *Abelis, domina de Brolio, relicta quondam Petri de Castro, domicelli, vidua, tutrix Ahelis* [illegible].

1283-1284 Rieti, 18 août 1289.

Ecclesiae de Mancourt, de Landages et de Geravilla et capella de Omereis monasterio Altae Silvae dantur. (Reg. 44, c. 419, f. 200 v°; Lap. du Theil, II, 228.)

.. abbati et conventui monasterii Alte Silve, Cisterciensis ordinis, Tullensis diocesis. « Ad religiosorum locorum... Sane petitio vestra nobis exhibita continebat quod venerabilis frater noster Burcardus, episcopus, tunc electus, Metensis, inopie vestre affectu paterno compatiens, cum fructus et proventus ejusdem monasterii vestri essent propter hostiles incursus adeo diminuti quod persone degentes in ipso non poterant ex eis comode sustentari, de

.ncourt et de Landages ecclesias, ac capellam de ıereis, Metensis diocesis, in quibus a longis retro ıporibus jus patronatus habetis, cum fructibus, red-ibus et proventibus ac omnibus juribus et pertinentiis s, vobis, sui capituli ad hoc accedente consensu, :toritate ordinaria, provida deliberatione, concessit, irmarie dicti monasterii usibus perpetuo applicandas, quod, cedentibus vel decedentibus rectoribus earum-n, libere ingredi earum possessionem possetis, et ariis perpetuo servituris ibidem de fructibus, redditi-s et proventibus memoratis, ex quibus ipsi vicarii co-de sustentari et incumbentia eis onera possent sup-tare, portiones congrue servarentur, prout in entibus litteris inde confectis plenius dicitur contineri. s itaque, vestris supplicationibus inclinati, premissa, ut provide facta sunt, in hac parte rata habentes et ta, ea auctoritate apostolica confirmamus etc. usque nmunimus. Nulli ergo etc. confirmationis etc. Dat. ate, xv kalendas septembris, anno secundo. »

Rieti, 28 août 1289.

n e. m. eisdem, pro ecclesia de Geravilla, in suburbio ɔimontis posita, Tullensis dioecesis, eis a C., epis-ɔo Tullensi, concessa. Dat. Reate, v kalendas septem-s, anno secundo.

1285 Rieti, 18 août 1289.

mmunitates. (Reg. 44, c. 420, f. 201 r°; Potth. 23046.)

. *abbatisse et conventui monasterii Sancte Marie de nte Lucido Perusini, ordinis Sancte Clare,* concedit ne ıpter redditus aut bona sua quidpiam alicui solvere eantur.

Personis que mundo... — Dat. Reate, xv kalendas tembris, anno secundo. »

1286-1287 Rieti, 27 août 1289.

ndulgentiae. (Reg. 44, c. 421, f. 201 r°.)

. *decano et capitulo ecclesie Beate Marie Yvodiensis, Tre-ensis diocesis.* Indulgentiam unius anni et xl dierum ıcedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui edictam ecclesiam, in festivitatibus beatae Mariae, ɔer octo dies sequentes, necnon et in anniversario die licationis ejusdem ecclesiae, visitaverint.

Loca sanctorum omnium... — Dat. Reate, vi kalen-septembris, anno secundo. »

Rieti, 16 août 1289.

In e. m. .. priori et capitulo saecularis ecclesiae Sancti Benedicti de Guarcino, Alatrinae dioecesis. Indulgentiam centum dierum concedit eis qui hanc ecclesiam, in singulis festivitatibus S. Benedicti et sanctae Scolasticae, et per octo dies sequentes, visitaverint. Dat. Reate, xvii kalendas septembris, anno secundo (*En marge*).

1288 Rieti, 27 août 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 421², f. 201 r°.)

.. *abbatisse et conventui monasterii Sancte Scolastice de Guigniaco, ordinis Sancti Benedicti, Treverensis diocesis.* Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam praedicti monasterii, in festivitatibus Sanctae Crucis et beatae Scolasticae, et per octo dies sequentes, visitaverint.

« Cum ad promerenda... — Dat. ut supra. »

1289-1296 Rieti, 2 septembre 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 422, f. 201 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam Sancti Nicolai Nigellensem, Noviomensis dioecesis, in sanctae Agnetis festivitatibus, et per octo dies sequentes, visitaverint.

« Vite perempnis gloria... — Dat. Reate, iiii nonas septembris, anno secundo. »

Rieti, 15 août 1289.

In e. m. eisdem. Indulgentiam centum dierum concedit eis qui ecclesiam Sancti Stephani de Capella subtus Charlatum, Claromontensis dioecesis, in singulis festivitatibus sancti Stephani, et per octo dies sequentes, visitaverint. Dat. Reate, xviii kalendas septembris, anno secundo (*En marge*).

Rieti, 13 août 1289.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sancti Genesii Claromontensem, in festivitatibus ejusdem sancti, visitaverint. Dat. Reate, idibus augusti, anno secundo (*Ibid.*).

Rieti, 13 août 1289.

In e. m. eisdem. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit eis qui ecclesiam Sanctorum Germani et Bal-

drici de Montefalconis, Remensis dioecesis, in singulis festivitatibus eorumdem sanctorum, et per octo dies sequentes, visitaverint. Dat. Reate, idibus septembris, anno secundo (*Ibid.*).

Rieti, 13 août 1289.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sancti Johannis Evangelistae Leodiensem, in singulis ejusdem sancti festivitatibus, et per octo dies sequentes, visitaverint. Dat. ut supra (*Ibid.*).

Rieti, 13 août 1289.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam monasterii Beatae Mariae Bellaevallis, Praemostratensis ordinis, Remensis dioecesis, in singulis festivitatibus beatae Mariae, et per octo dies sequentes, visitaverint. Dat. ut supra (*Ibid.*).

Rieti, 17 septembre 1289.

In e. m. eisdem. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui ecclesiam Sancti Juliani Brivatensem, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentem, Claromontensis dioecesis, in festivitatibus beatae Mariae, et sanctorum Juliani et Ferreoli martyrum, per octo dies sequentes, et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae, visitaverint. Dat. Reate, XV kalendas octobris, anno secundo (*Ibid.*).

Rieti, 8 septembre 1289.

In e. m. eisdem. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui cathedralem ecclesiam Terraconensem, in festivitatibus beatae Mariae, sanctae Teclae, in cujus honorem fundata est, et S. Fructuosi martyris, visitaverint. Dat. Reate, VI idus septembris, anno secundo (*Ibid.*).

1297 Rieti, 3 septembre 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 422², f. 201 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit universis vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam monasterii Sancti Marci de Vena, Aesculanae dioecesis, in beatae Mariae et sancti Marci festivitatibus, et per octo dies sequentes, visitaverint.

« Splendor paterne glorie... — Dat. Reate, III nonas septembris, anno secundo. »

1298 Rieti, 1er septembre 1289.

Concessio coemeterii. (Reg. 44, c. 423, f. 201 v°; Lap. du Theil, II, 230.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Bituricensi. « Ex parte dilectorum filiorum .. magistri et fratrum hospitalis pauperum de Exauduno, Bituricensis diocesis, fuit nobis humiliter supplicatum ut, cum ipsi adeo sint ab ecclesia matrice remoti quod, propter viarum discrimina, yemali precipue tempore, corpora fratrum et pauperum dicti hospitalis decedentium ad ipsam ecclesiam nequeunt comode tumulanda deferre, cimiterium capelle, quam habent canonice in hospitali predicto, mandaremus per aliquem benedici. Nos itaque, volentes tibi, qui loci diocesanus existis, in hac parte deferre, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus, si premissis veritas suffragatur, predictis magistro et fratribus, prope cappellam predictam, ad opus fratrum et pauperum predictorum dumtaxat, auctoritate nostra, cimiterium benedicas, sine juris prejudicio alieni. Salvo in omnibus jure ecclesie memorate. Dat. Reate, kalendis septembris, anno secundo. »

1299 Rieti, 23 août 1289.

Collatio beneficii et dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 44, c. 424, f. 201 v°.)

Gaufrido de Bulbone, precentori ecclesie Avinionensis, ordinis S. Benedicti (1). Confirmat litteras quibus Bernardus, Portuensis episcopus, Gaufrido de Bulbone praecentoriam Avinionensis ecclesiae, per promotionem Ravoli de Montiliis ad ejusdem ecclesiae elemosinariam vacantis, cujus redditus valorem annuum quinque librarum turonensium non excedunt, contulit, cumque eo dispensavit ut eam una cum prioratu de Interaquis, ordinis S. Augustini, Avinionensis dioecesis, canonico Avinionensi assignari solito, quem, per mortem Stephani de Andusa vacantem, jam Gaufridus receperat, possidere valeret.

« Licet ea que... — Dat. Reate, X kalendas septembris, anno secundo. »

1300 Rieti, 28 juin 1289.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 425, f. 202 r°; Potth., 22988.)

.. *custodi fratrum minorum Florentino* committit qua-

(1) Dans le corps de la bulle : ordinis S. Augustini.

ıus cum Guidutio Ferrecti de Summifonte et Katerina thoringi dispenset ut, non obstante quarto consanguitatis gradu quo conjuncti sunt, in matrimonio quod m, ignorantes impedimentum esse, contraxerunt, et in o plures filios procrearunt, remanere possint.

« Exhibita nobis dilecti... — Dat. Reate, IIII kalendas ii, anno secundo. »

1301 Rieti, 13 août 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 426, f. 202 r°.)

Carissime in Christo filie Margarete, regine Sicilie illus-. Indulgentiam XL dierum concedit omnibus poenitibus et confessis qui praedicatorem praesente praeta regina audiverint.

« Tua pia desideria... — Dat. Reate, idibus augusti, no secundo. »

1302 Rieti, 13 août 1289.

Remissio debiti. (Reg. 44, c. 426², f. 202 r°.)

Eidem remittit quingentas libras, de summa mille ngentarum librarum quam, pro absolutione voti crusumptae a Martino IIII recepta, solvere debebat.

Ad impendendum tibi... — Dat. ut supra. »

1303 Rieti, 17 août 1289.

omus Dei de Marnanto hospitali Sancti Antonii unitur. g. 44, c. 427, f. 202 r°; Lap. du Theil, II, 225.)

magistro et fratribus hospitalis Sancti Antonii, Viensis diocesis. « Cum a nobis petitur... Sane exhibita is vestra petitio continebat quod venerabilis frater ter .. archiepiscopus Viennensis, diligenter consideis quod domus Dei de Marnanto, in qua ab antiquo ula seu ordo S. Augustini vigere solebat, Viennensis cesis, et archiepiscopo predicto subjecta, per malitiam curiam degentium in eadem, adeo erat debitis obli- quod spes haberi non poterat quod per seipsam ab usmodi posset debitis relevari, ac alias in ipsa domo liter erat religio dissoluta, et neglecta hospitalitas ari inibi consueta, et quod potius per personas hosis vestri quam per alios poterat predicta domus in ius reformari, de consensu sui capituli et omnium rum dicte domus, eandem domum de Marnanto, omnibus juribus et pertinentiis suis, hospitali vestro ordinaria auctoritate univit atque subjecit, illamque ad vos, et per vos ad dictum hospitale, transtulit, ac ipsam vobis et ordini vestro incorporavit, prout in patentibus litteris inde confectis, eorumdem archiepiscopi et capituli sigillis munitis, plenius dicitur contineri. Nos itaque, vestris supplicationibus inclinati, quod super hoc ab eodem archiepiscopo provide factum est, et in alterius prejudicium non redundat, ratum habentes et gratum, id auctoritate apostolica confirmamus... Dat. Reate, XVI kalendas septembris, anno secundo. »

1304 Rieti, 3 août 1289.

Translatio monasterii Loci Benedicti. (Reg. 44, c. 428, f. 202 r°.)

Venerabili fratri .. Conventrensi et Lichefeldensi episcopo mandat quatenus .. abbati et conventui monasterii Loci Benedicti, praedictae dioecesis, qui monasterium suum, propter impetus maris, ad alium locum transferre desiderant, locum de Valeya, eis ab Henrico de Lascy, comite Lincolniensi, oblatum, accipere permittat, et eis hujus loci ecclesiam et capellas, quarum patronus est idem comes, concedat, facultate eis indulta ut, cedente aut decedente rectore, in possessionem ecclesiae veniant.

« Inter ministeria pontificalis... — Dat. Reate, III nonas augusti, anno secundo. »

1305 Rieti, 13 août 1289.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 429, f. 202 v°; Lap. du Theil, II, 231.)

Venerabili fratri .. episcopo Tornacensi committit quatenus cum Jacobo de Ruella, domicello, et nobili muliere Mathilde dicta Radoule, Tornacensis dioecesis, dispenset, ut in matrimonio olim ab ipsis, impedimentum esse ignorantibus, contracto, remanere valeant, quanquam in quarta parentelae linea se contingunt et quondam Maria, prior uxor dicti domicelli, eidem Mathildi simili gradu attinebat.

« Exposita nobis dilecti... — Dat. Reate, idibus augusti, anno secundo. »

1306-1307 Rieti, 20 août 1289.

Dissentio inter monasterium de Villa Sancti Aegidii et alios

religiosos ejusdem villae. (Reg. 44, c. 430, f. 202 v°; Potth. 23063.)

Raymundo, abbati monasterii de Villa Sancti Egidii, ordinis S. Benedicti, Nemausensis diocesis, mandat ut a molestiis guardiano fratrum minorum, praeceptori Templariorum et priori Sancti Johannis Jerosolimitani eorumque fratribus in Villa Sancti Aegidii inferendis desistat.

« Exhibita nobis dilectorum... — Dat. Reate, III kalendas septembris, anno secundo. »

Rieti, 29 août 1289.

In e. m. .. episcopo Ruthenensi mandat ut, nisi Raymundus abstineat a praedictis molestiis, eum coram sede apostolica citet.

« Etsi apostolica sedes... — Dat. Reate, IIII kalendas septembris, anno secundo. »

1308-1312 Rieti, 25 août 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 431, f. 203 r°.)

Dilectis filiis .. rectori et capitulo ecclesie Sancti Georgii martiris de Cela, Brixiensis diocesis. Indulgentiam centum dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam ipsam, in festivitate ejusdem martiris, et per octo dies sequentes, visitaverint.

« Vite perempnis gloria... — Dat. Reate, VIII kalendas septembris, anno secundo. »

Rieti, 25 août 1289.

In e. m. abbatissae et conventui monasterii Sanctae Mariae de La Caritate Pergamensis, ordinis Sanctae Clarae. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam praedicti monasterii, in festivitatibus beatae Mariae et sanctae Clarae, visitaverint. Dat ut supra. (Potth., 23052.)

Rieti, 5 septembre 1289.

In e. m. universis Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui ecclesiam de Sancto Juliano, Massiliensis dioecesis, in festo S. Juliani, visitaverint. Dat. Reate, nonis septembris, anno secundo.

Rieti, 5 août 1289.

In e. m. .. rectori ecclesiae Sancti Angeli de Murro, Firmanae dioecesis. Indulgentiam XL dierum concedit eis qui praedictam ecclesiam, in festivitatibus S. Angeli et S. Andreae apostoli, et per octo dies sequentes, visitaverint. Dat. Reate, nonis augusti, anno secundo.

Rieti, 26 août 1289.

In e. m. .. praeposito et capitulo saecularis ecclesiae Sanctae Caterinae juxta Aquam bellam, Maurianensis dioecesis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui praedictam ecclesiam, in honorem beatae Mariae Magdalenae et beatae Caterinae fundatam, in festivitatibus earundem sanctarum, et per octo dies sequentes, visitaverint. Dat. Reate, VII kalendas septembris, anno secundo.

1313 Rieti, 31 août 1289.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 432, f. 203 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Mutinensi mandat quatenus cum Ildebrandino, nato nobilis viri Opizi, marchionis Estensis, Anconitano, et Alda, nata nobilis viri Tobiae de Rangonibus, Mutinensi civibus, dispenset ut, quanquam tertio et quarto consanguinitatis gradu conjuncti sunt, in matrimonio quod, hujus impedimenti ignari, contraxerunt remanere valeant.

« Dilectus filius Ildebrandinus... — Dat. Reate, II kalendas septembris, anno secundo. »

1314 Rieti, 1er juillet 1289.

Beneficiorum mutatio. (Reg. 44, c. 433, f. 203 v°; Lap. du Theil, II, 233.)

Venerabili fratri .. episcopo Nemausensi. « Lecta coram nobis dilecti filii Guillelmi de Florentiaco, capellani nostri, sacriste Massiliensis, et magistri Petri de Roveria, rectoris ecclesie Sancti Juliani de Aculea, Aquensis diocesis, petitio continebat quod utilitati ecclesiarum ejusdem Sancti Juliani et de Campestro, Nemausensis diocesis, quam, curam animarum habentem, idem Guillelmus cum sacristia ecclesie Massiliensis, cui cura non iminet animarum, ex dispensatione sedis apostolice, retinere canonice asserit, expediret ut idem Guillelmus predictam Sancti Juliani dictusque magister Petrus prefatam de Campestro ecclesias obtinerent. Nos igitur, votis eorum, obtentu venerabilis fratris nostri B., episcopi Portuensis, super hoc apostolicam gratiam implorantis, volentes annuere in hac parte, ac de circumspectione tua plenam in Domino fiduciam obtinentes, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus, cum ab eisdem Guillelmo et magistro Petro super hoc fueris humiliter requisitus, si utilitati earumdem ecclesiarum videris expedire, a Guillelmo ejusdem de Campestro et a magistro Petro predictis ipsius Sancti Juliani ecclesia-

n libera resignatione auctoritate nostra recepta, prefa-
n ecclesiam de Campestro eidem magistro Petro, dic-
n vero ecclesiam Sancti Juliani prefato Guillelmo,
te vel per alium seu alios, conferas et assignes, in-
cens eundem Guillelmum in ejusdem Sancti Juliani,
dictum magistrum Petrum in ipsius de Campestro ec-
siarum corporalem possessionem, et defendens induc-
ac faciens eis de ipsarum fructibus, redditibus et pro-
ıtibus plenarie ac integre responderi. Non obstante...
ɔd idem Guillelmus in Aquensi ecclesia, sub expecta-
ne prebende vacature, auctoritate apostolica, in cano-
um est receptus... Dat. Reate, kalendis julii, anno
undo. »

1315 Rieti, 31 août 1289.

ispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 434, f. 203 v°.)

enerabili fratri .. episcopo Civitatis Castellane mandat
tenus cum Nicolao, nato nobilis viri Mazeti de Burgo,
cti Sepulcri domicello, et Succia, nata nobilis viri
di, castellani loci ejusdem, dispenset ut, non obstante
rto consanguinitatis gradu quo conjuncti sunt, in ma-
ıonio quod, hujus impedimenti ignari, contraxerunt,
n quo plures filios procrearunt, remanere valeant.
Dilectus filius Nicolaus... — Dat. Reate, II kalendas
embris, anno secundo. »

1316 Rieti, 27 août 1289.

issentio inter canonicos et abbatem monasterii Appamia-
. Tholosanae dioecesis. (Reg. 44, c. 435, f. 203 v°.)

enerabili fratri B., episcopo Portuensi. « Dilecti filii
ıardus, abbas, Hugo de Callardo, Maurinus de
ıte lauro, et alii, eisdem Hugoni et Maurino in hac
e adherentes, canonici monasterii Appamiarum,
nis Sancti Augustini, Tholosane diocesis, nobis si-
icare curarunt quod, dudum inter ipsos canonicos,
arte una, et eundem abbatem, ex altera, super eo
l iidem canonici, a monasterio ipso per dictum abba-
, ut dicebant, ejecti, se ad illud restitui;
in illo suppleri numerum, tam canonicorum quam
byterorum et clericorum ac aliorum servitorum se-
rium, ibidem ab antiquo esse solitum, cum ejusdem
asterii ad hoc suppetant facultates;
nonicis quoque predicti monasterii officia seu admi-
ationes illius, et aliquas ecclesias per ipsum abba-
de consensu capituli sui, eis conferri solitas, quas,
uor ex illis dumtaxat exceptis, ipse abbas in usus proprios detinet, assignari, nec amoveri posse per eum ab illis, nisi justa causa, in pleno capitulo ab eisdem abbate et capitulo cognita et probata;

ipsum vero abbatem fore contentum solum illis redditibus et juribus que sui predecessores hactenus receperunt, ceteraque bona ipsius monasterii debere recipi per cellararios communiter electos, qui tam dicto abbati et ejus familie quam canonicis et singulis personis ipsius monasterii providere, juxta morem solitum, de ipsis bonis communibus tenerentur;

et insuper revocari quedam instrumenta, et presertim litteras de novo sigillatas sigillo ipsius capituli, per quas ab eis data dicitur potestas eidem abbati usque ad summam quindecim milium librarum turonensium mutuum contrahendi, et in hoc ipsum monasterium obligandi;

preterea quasdam elemosinas, capitulo, presbyteris et clericis supradictis a Christi fidelibus olim oblatas, ex quibus pro animabus dictorum fidelium certa fiebant officia, et eisdem capitulo, presbyteris et clericis aliqua prestabantur, quasque, ipsis presbyteris et clericis a monasterio ipso ejectis, idem abbas ad manus suas retinet, in statum solitum revocare;

et quod idem abbas de novo non creet canonicos, vel beneficia quelibet non conferat, aut rectores, sive vicarios non presentet ad illa, petebant, orta materia questionis, demum prefati abbas, Hugo, et alii, procurantibus aut tractantibus amicis communibus, ad concordiam, sicut asserunt, devenerunt. Quare suppliciter petebant a nobis ut super hoc apostolice sedis partes adicere de benignitate solita dignaremur. Quocirca fraternitati tue presentium tenore committimus ut, super premissis omnibus, per te vel per alium aut alios, inquirens, de plano, sine strepitu et figura judicii, sollicite veritatem, ordines et disponas, auctoritate nostra, inter abbatem et Hugonem ac alios supradictos, prout secundum Deum eis videris expedire. Contradictores etc. Dat. Reate, VI kalendas septembris, anno secundo. »

1317 Rieti, 23 mai 1289.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 44, c. 436, f. 204 r°; Lap. du Theil, II, 235.)

Venerabili fratri .. episcopo Petragoricensi mandat quatenus cum Gaufrido de Hortiguerio, Petragoricensis dioecesis, dispenset ut, non obstante defectu natalium quem patitur, e soluto genitus et Arnalda de Marsales, cujus maritus, quondam Nicolaus, ab ea divertens, in remotis partibus adeo longam moram contraxerat quod mortuus tenebatur, ad omnes ordines promoveri et unum

beneficium ecclesiasticum, curam animarum non habens, obtinere valeat.

« Presentata nobis dilecti... — Dat. Reate, x kalendas junii, anno secundo. »

1318 Rieti, 28 juillet 1289.

Facultas conferendi beneficia ecclesiastica. (Reg. 44, c. 437, f. 204 r°; Potth. 23019.)

Venerabili fratri G., archiepiscopo Maguntino, facultatem concedit conferendi beneficia ecclesiastica quae in dioecesi Maguntina tanto tempore vacaverunt quod eorum collatio ad sedem apostolicam devoluta est.

« Tuam volentes honorare... — Dat. Reate, v kalendas augusti, anno secundo. »

1319 Rieti, 1er août 1289.

De residentia in beneficiis. (Reg. 44, c. 438, f. 204 r°.)

Eidem mandat quatenus praelatos et clericos suae dioecesis ad residentiam in beneficiis et ad ordines suscipiendos compellat.

« Exhibita nobis tua... — Dat. Reate, kalendis augusti, anno secundo. »

1320 Rieti, 1er août 1289.

Contra eos qui plures administrationes detinent. (Reg. 44, c. 439, f. 204 v°.)

Eidem mandat quatenus contra nonnullos monachos et alias religiosas personas qui singuli plures administrationes, sine dispensatione, retinent officii sui debitum exequatur.

« Ex parte tua... — Dat. ut supra. »

1321-1322 Rieti, 2 septembre 1289.

Collatio beneficii. (Reg. 44, c. 440, f. 204 v°; Lap. du Theil, II, 237.)

Magistro Rufino de Ficecelo, archidiacono in ecclesia Remensi, archidiaconatum quem magister Symon Mattifardi, Parisiensis electus, olim in ecclesia Remensi obtinuit, per liberam resignationem ejusdem Symonis, per G., Sabinensem episcopum, ejus procuratorem ad hoc specialiter constitutum, in manibus papae factam, apud sedem apostolicam vacantem, confert, ac Johannem de Penestre, camerae apostolicae clericum, pro eo per suum annulum de hoc archidiaconatu investit. Non obstante quod idem Rufinus in Remensi et Maceriensi ecclesiis, Remensis dioecesis, canonicatus et praebendas, et quoddam altare seu personatum de Herimuiez, cui cura non imminet animarum, Ambianensis dioecesis, de quo litigat, obtinet.

« Dum conditione et... — Dat. Reate, iiii nonas septembris, anno secundo. »

In e. m. magistro Ranerio de Pisis, notario suo, canonico Belvacensi, .. priori monasterii Sancti Dionisii Remensis, ordinis S. Augustini, et .. archidiacono de Jonisvilla in ecclesia Cathalaunensi mandat quatenus, eundem Rufinum in Remensi ecclesia facientes in archidiaconum recipi, eum in corporalem possessionem archidiaconatus et jurium praedictorum inducant.

1323 Rieti, 13 septembre 1289.

Gilbertus archiepiscopatum Armachanum cedit. (Reg. 44, c. 441, f. 204 v°; Potth. 23079.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Armachano et .. episcopo Clochorensi mandat quatenus Gilberti, electi Cloanensis, quem inimici ejus oculis privarunt, cessionem recipiant, eique de redditibus Cloanensis ecclesiae congruam portionem reservent.

« Ad hoc nos... — Dat. Reate, idibus septembris, anno secundo. »

1324 Rieti, 7 septembre 1289.

De contentione inter episcopum et capitulum Petragoricenses et conventum monasterii Brantholmensis, ex una parte, et Bernardum, Geraudum et Helyam de Malomonte, ex altera. (Reg. 44, c. 442, f. 205 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Engolismensi. « Illa salubris est et apostolico digna favore decisio jurgiorum que intervenit pace mutua inter partes vel pacis intercedentibus honeste conciliat dissidentes. Per hanc enim sincerius caritas vulnerata litigio dispositioni ad quam consensu quis ducitur liberius acquiescit. Audivimus siquidem quod inter venerabilem fratrem nostrum .. episcopum et dilectos filios capitulum Petragoricenses et .. priorem et conventum monasterii Brantholmensis, ordinis S. Benedicti, Petragoricensis diocesis, ex parte una, et dilectos filios Bernardum, qui se asserit abbatem

dicti monasterii, ac magistros Geraudum et Helyam de Malomonte, capellanos nostros, fratres ipsius Bernardi, super eo quod dictus episcopus abbatem ipsum a regimine abbatie dicti monasterii, episcopo predicto, ut asserit ipse, subjecti, ex certis causis, auctoritate ordinaria, amovisse; ac idem Bernardus propter hoc ad dilectum filium nostrum J., tituli Sancte Cecilie presbyterum cardinalem, tunc in illis partibus legatum sedis apostolice, appellasse; dictique Bernardus et conventus medietatem castri et castellanie de Burdelia, predicte diocesis, ad monasterium ipsum spectantium, absque legitimo consensu dictorum prioris et conventus, qui in hoc de jure intervenire debebat, eidem magistro Geraudo reinfeudasse dicitur; quodque episcopus et capitulum prefati eidem magistro Helye, quem dictus legatus, sue legationis auctoritate, in Petragoricensem ecclesiam, ubi canonicorum receptio ad episcopum et capitulum prefatos, ut dicitur, communiter spectat, et in qua non est distinctio prebendarum, mandaverat admitti in canonicum, et sibi de prebenda inibi provideri, super receptione ac provisione hujusmodi se opponunt, ad sedem apostolicam propter hoc predictum capitulum appellantes, dicto Bernardo, qui pro abbate se gerit monasterii memorati, ac capellanis prefatis contrarium asserentibus, super hiis et aliis ista tangentibus et emergentibus ab eisdem, ex altera, graves et diverse sunt exorte materie questionum et scandala in illis partibus maxime suscitata. Nos igitur, more regis pacifici, domini Jesu Christi, cujus, licet immeriti, vices tenemus in terris, cujusque nativitas pacem in illis populo nuntiavit, pacem dari omnibus cupientes, tibi, quem credimus pacis et concordie zelatorem, per apostolica scripta mandamus quatenus, ad ipsum Deum erigens mentem tuam, vocatis qui fuerint evocandi, partes ipsas, juxta infusam tibi gratiam de excelsis, ad concordiam diligenter inducas, ac omnes hujusmodi questiones et singulas dependentes ab eis et illas tangentes, opitulante tibi divina gratia, per amicabilis pacis et compositionis tractatum et ordinationem studeas terminare. Quod si forte in hiis compositionem et ordinationem amicabiles provenire contigerit, eas, postquam a partibus fuerint acceptate, ne questiones ipse in recidive contentionis scrupulum relabantur, auctoritate nostra confirmare procures. Dat. Reate, VII idus septembris, anno secundo. »

1325-1326 Rieti, 23 juillet 1289.

Nicolaus monasterio Sancti Petri Eugubino abbas praeficitur. (Reg. 44, c. 443, f. 205 r°.)

Nicolao, abbati monasterii Sancti Petri Eugubini, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti. Vacante monasterio Sancti Petri Eugubino, per mortem Jacobi, duae electiones, altera de Johanne Bonacursi, altera de Jacobo Compagni celebratae fuerunt, hi vero electi, post appellationem ad sanctam sedem, omne jus, si quod sibi ex electionibus competebat, resignarunt. Postmodum papa eidem monasterio abbatem Barnabam, monachum monasterii Sublacensis, tunc absentem praefecit, hic vero huic provisioni consentire noluit, quare nunc papa Nicolaum, monachum monasterii Sancti Benedicti de Monte Fano, Camerinensis dioecesis, monasterio Sancti Petri abbatem praeficit.

« Licet cunctarum ecclesiarum... — Dat. Reate, x kalendas augusti, anno secundo. »

In e. m. conventui monasterii Sancti Petri Eugubini mandat ut praedicto abbati debitam reverentiam praebeat.

1327-1328 Rieti, 23 juillet 1289.

Bonasius monasterio Sancti Eustachii de Nervisia abbas praeficitur. (Reg. 44, c. 444, f. 205 r°.)

Bonasio, abbati monasterii Sancti Eustachii de Nervisia, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, Tervisine diocesis. Ejus, non obstante defectu quem in aetate patitur, minor viginti et quinque annos natus, electionem ut abbatem monasterii Sancti Eustachii, per mortem Boni vacantis, confirmat.

« Licet ex incumbenti... — Dat. Reate, x kalendas augusti, anno secundo. »

In e. m. conventui ejusdem monasterii mandat ut praefato abbati debitam reverentiam praebeat.

1329 Rieti, 28 août 1289.

Collatio ordinum. (Reg. 44, c. 444², f. 205 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Feltrensi mandat quatenus supradictum Bonasium, diaconum, quando ab eo requisitus fuerit, ad ordinem sacerdotalem promoveat.

« Pridem monasterio Sancti Eustachii... — Dat. Reate, v kalendas septembris, anno secundo. »

1330 Rieti, 9 août 1289.

Dispensatio super defectu aetatis. (Reg. 44, c. 445, f. 206 r°.)

Gilberto de Ver, clerico, nato dilecti filii nobilis viri .. comitis Oxonie, Lincolniensis diocesis. Cum eo, viginti et

quinque annos nato, dispensat super eo quod antea, aetatem legitimam non habens, sine dispensatione, ecclesiam de Habiton, et tertiam partem ecclesiae de Wiathesden, per tres rectores gubernari solitae, Elyensis et Lincolniensis dioecesium, detinuit, eique indulget ut fructus perceptos ex praedictis ecclesiis et tertiam partem ecclesiae de Wiathesden retinere possit.

« Benigno tibi sunt... — Dat. Reate, v idus septembris, anno secundo. »

1331 Rieti, 31 août 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 446, f. 206 r°.)

.. *priori et conventui prioratus Beati Nicolai de Portu, ordinis S. Benedicti, Tullensis diocesis.* Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit visitantibus ecclesiam ejusdem prioratus, in qua, ob beati Nicolai merita, Dominus multa et magna miracula perpetrat, in Translationis S. Nicolai, et quatuor beatae Mariae festivitatibus, per octo dies sequentes, et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae.

« Loca sanctorum omnium... — Dat. Reate, ii kalendas septembris, anno secundo. »

1332 Rieti, 6 septembre 1289.

Petrus, episcopus Agathensis, et Sicardus de Montebruno, nepos ejus, coram sede apostolica citantur. (Reg. 44, c. 447, f. 206 r°; Lap. du Theil, II, 239.)

Dilectis filiis .. sacriste minori Carcassonensis, et magistro Augerio de Aufaniano, canonico Biterrensis ecclesiarum. « Dudum ex parte dilecti filii Bernardi Belini, sacriste Narbonensis, necnon canonici Agathensis ecclesie, nobis extitit intimatum quod idem Bernardus canonicatum et prebendam, quos in eadem ecclesia tunc temporis obtinebat, resignare libere proponebat; unde nos, de circumspectione venerabilis fratris nostri Petri, episcopi Agathensis, plenius confidentes, eidem episcopo per nostras inter alia litteras meminimus mandavisse ut ab eodem Bernardo, cum ab ipso super hoc requisitus esset, dictorum canonicatus et prebende libere resignatione recepta, eos, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, alicui persone ydonee, super quo ipsius episcopi voluimus conscientiam onerare, auctoritate nostra, per se vel per alium, conferre et assignare curaret, ac eum cui episcopus idem illos conferret in ipsorum corporalem possessionem induceret et tueretur inductum, faciens eum ad dictam prebendam in eadem ecclesia Agathensi in canonicum recipi et in fratrem... Verum nominatus episcopus, cujus conscientiam in hujusmodi negotio voluimus onerare, non ignarus quod dilecti filii Raymundus de Planhano, felicis recordationis Honorii pape, predecessoris nostri, et Raymundus de Vodabla, capellani venerabilium fratrum nostrorum B., Portuensis, ac Guillelmus Andreae, nepos B., Paduani episcoporum, nostrarum litterarum auctoritate recepti erant in ea in canonicos, sub expectationibus prebendarum, quibusque per litteras ipsas ad episcopum ipsum Agathensem directas nullum prejudicium voluimus afferri, ut superius est expressum, ab eodem Bernardo canonicatus et prebende predictorum resignatione recepta, canonicatum et prebendam eosdem, pretextu dictarum ultimarum litterarum nostrarum, quarum forma juxta nostrum beneplacitum servata non extitit, hoc sibi carne et sanguine revelante, Sicardo de Montebruno, clerico, nepoti suo, minori quatuordecim annis, de facto, contra justitiam, pro sua contulit voluntate. Nos igitur, nolentes quod hujusmodi provisio de prebenda ipsa in persona predicti Sicardi per eundem episcopum Agathensem taliter de facto presumpta, illi ex eisdem receptis cui prebenda ipsa, secundum sue receptionis ordinem, debebatur de jure, forsitan sit dampnosa, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus vos, vel alter vestrum, episcopum Agathensem et Sicardum prefatos presentialiter, si ad ipsos comode poterit perveniri, alioquin in eorum domiciliis, si qua habent in civitate Agathensi, ac etiam in dicta ecclesia Agathensi, pluribus vobis astantibus et audientibus, publice ac peremptorie ex parte nostra citare curetis ut infra duorum mensium spatium post citationem vestram, idem episcopus per procuratorem ydoneum, prefatus vero Sicardus personaliter, compareant coram nobis, facturi et recepturi super hoc quod justitia suadebit. Diem autem citationis et formam, et quicquid in hac parte duxeritis faciendum, nobis per vestras litteras harum seriem continentes studeatis fideliter intimare. Dat. Reate, viii idus septembris, anno secundo. »

1333 Rieti, 28 août 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 448, f. 206 v°.)

Universis Christi fidelibus per Caturcensem, Petragoricensem et Agennensem civitates et dioceses constitutis. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit eis qui ad reficiendam cathedralem Caturcensem, vetustate consumptam, eleemosynam erogarint.

« Ecclesiarum fabricis manum... — Dat. Reatè, v kalendas septembris, anno secundo. »

1334-1336 Rieti, 5 septembre 1289.

De contentione inter patriarcham Aquilegensem et commune Venetorum. (Reg. 44, c. 449, f. 206 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Tripolitano mandat quatenus ad .. patriarcham Aquilegensem et .. ducem et commune Venetorum, quarumdam terrarum occasione litigentes, se personaliter conferens, eos ad pacem seu treuguas inducat.

« Regis pacifici pacis... — Dat. Reate, nonis septembris, anno secundo. »

In e. m. .. patriarchae Aquilegensi, ut episcopo Tripolitano obtemperet.

In e. m. .. duci, consilio et communi Venetorum.

1337-1338 Rieti, 7 septembre 1289.

Ad Aberdonensem ecclesiam ampliandam. (Reg. 44, c. 450, f. 206 v°; Potth. 23073.)

Venerabili fratri .. episcopo Aberdonensi proventus primi anni omnium beneficiorum ecclesiasticorum quae usque ad triennum in Aberdonensi dioecesi vacabunt, ad ecclesiam cathedralem ampliandam, concedit.

« Gaudemus in Domino... — Dat. Reate, vii idus septembris, anno secundo. »

In e. m. .. archidiacono Moraviensi mandat quatenus hos proventus eidem episcopo assignari faciat.

1339-1340 Rieti, 5 septembre 1289.

Licentia coemeterium proprium habendi. (Reg. 44, c. 451, f. 207 r°; Lap. du Theil, II, 241; Potth. 23070.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Bisuntino. « Ex parte dilectarum in Christo filiarum .. abbatisse et conventus monasterii Sancte Clare de Montagniaco, ordinis Sancte Clare, tue diocesis, fuit nobis humiliter supplicatum ut cimiterium circa capellam seu oratorium monasterii predicti, ad opus ipsarum et familiarium domesticorum earumdem dumtaxat, benedici de benignitate sedis apostolice mandaremus. Volentes igitur tibi, qui loci diocesanus existis, in hac parte deferre, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus, si expedire videris, eis postulata concedas, sine juris prejudicio alieni. Dat. Reate, nonis septembris, anno secundo. »

In e. m. eidem, pro .. abbatissa et conventu monasterii Sanctae Clarae Bisuntini, ordinis Sanctae Clarae.

1341 Rieti, 1er septembre 1289.

Licentia habendi capellam et coemeterium propria. (Reg. 44, c. 452, f. 207 r°; Lap. du Theil, II, 242.)

Venerabili fratri .. episcopo Agennensi mandat quatenus, si ita viderit expedire, .. praeceptori et fratribus hospitalis pratalis Misericordiae de Condomio, Agennensis dioecesis, licentiam concedat habendi capellam, coemeterium et capellanum proprium, sufficienti satisfactione illis quibus per hoc praejudicium fieri posset data.

« Petitio dilectorum filiorum... — Dat. Reate, kalendis septembris, anno secundo. »

1342-1348 Rieti, 13 septembre 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 453, f. 207 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam monasterii Praemostratensis, Laudunensis dioecesis, in beatae Mariae, S. Johannis Baptistae et S. Augustini festivitatibus, et per octo dies sequentes, visitaverint.

« Splendor paterne glorie... — Dat. Reate, idibus septembris, anno secundo. »

In e. m. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam monasterii Beatae Mariae Forestensis, ordinis S. Benedicti, Ambianensis dioecesis, in beatae Mariae et S. Johannis Baptistae festivitatibus, et per octo dies sequentes, visitaverint.

In e. m. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam monasterii Sancti Judoci in Nemore, Praemostratensis ordinis, Ambianensis dioecesis, in beatae Mariae, S. Judoci et S. Augustini festivitatibus, visitaverint.

In e. m. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam monasterii Sancti Flaviani foris portam Reatinam, ordinis Sanctae Clarae, in beatae Mariae, sanctae Clarae et S. Flaviani festivitatibus, et per octo dies sequentes, visitaverint (*En marge*).

In e. m. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam monasterii Sancti Walerici supra mare, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, Ambianensis dioecesis, in beatae Mariae et S. Walerici festivitatibus, visitaverint.

In e. m. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam domus militiae Templi Parisiensis, in beatae Mariae, per octo dies sequentes, et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae, visitaverint.

Rieti, 15 septembre 1289.

In e. m. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Beatae Mariae de Aquamundula, Gaietanae dioecesis, in beatae Mariae et S. Damiani martyris festivitatibus, et per octo dies sequentes, visitaverint. Dat. Reate, XVII kalendas octobris (*En marge.*)

1349 Rieti, 3 septembre 1289.

Transcriptio privilegii. (Reg. 44, c. 454, f. 207 r°.)

Dilectis filiis .. abbati et conventui monasterii Sancti Martini in Monte, Cisterciensis ordinis, Viterbiensis diocesis. Ad supplicationem abbatis et conventus transcribit privilegium eidem monasterio ab Innocentio III concessum, pro eo quod hoc privilegium suam bullam forte perdidit.

« Innocentius episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis Petro, abbati monasterii Sancti Martini de Monte, ejusque fratribus tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis. In perpetuum. Licet monasterium vestrum... — Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, per manum Johannis, Sancte Marie in Cosmidim diaconi cardinalis, sancte romane ecclesie cancellarii, kalendis februarii, indictione XI^a, incarnationis dominice anno M°CC°VI°, pontificatus vero donni Innocentii pape III anno decimo. » (Potth., 2997).

« Privilegium quod felicis... — Dat. Reate, III nonas septembris, anno secundo. »

1350 Rieti, 31 août 1289.

Absolutio observantiae regularis. (Reg. 44, c. 455, f. 208 r°.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Bisuntino. « Significavit nobis nobilis mulier Beatrix, filia quondam Hugonis, comitis Burgundie palatini ac domini Salinensis, quod olim parentes sui eam, tunc infra etatem legitimam constitutam, invitam et renitentem, monasterio de Palma, ordinis S. Benedicti, tue diocesis, tradiderunt, ipsamque duci ad altare ipsius monasterii facientes, ad suscipiendum regularem habitum eandem compulerunt per vim et metum qui cadere poterant in constantem. Et, licet dicta Beatrix, quam cito ad legitimam etatem pervenit, quod taliter factum fuerat erga eam ratum non habens, tibi sue intentionis propositum revelasset, protestans quod contra voluntatem suam in eodem monasterio permanebat et nullatenus volebat effici monialis, tamen, propter metum illatum eidem per nobilem virum Ottonem, comitem Burgundie, fratrem suum, in dicto monasterio per plures annos, in eodem tamen proposito contradictionis, permansit, proponens quam cito posset, dicto metu cessante, de monasterio discedere supradicto, et ad seculum libere remeare, cui etiam interim fuit administratio bonorum ipsius monasterii commendata, que alias commendari personis secularibus consuevit. Quare predicta Beatrix nobis humiliter supplicavit ut, cum ipsa nunquam applicuerit nec applicet animum observantie regulari, ipsam, ne alicujus detractioni subjaceat, decerni propter premissa non teneri ad observantiam regularem, de benignitate apostolica mandaremus. Quia vero nobis non constitit de premissis, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus, inquisita super hiis, super quibus tuam intendimus conscientiam onerare, diligentius veritate, auctoritate nostra statuas circa eam que secundum Deum anime sue saluti videris expedire. Dat. Reate, II kalendas septembris, anno secundo. »

1351-1352 Rieti, 26 août 1289.

Dispensatio residentiae. (Reg. 44, c. 456, f. 208 r°.)

Nobili viro Ottoni, domino de Grandissono, Lausanensis diocesis, indulget ut quatuor ex clericis ejus beneficiorum suorum fructus sine residentia integre percipiant.

« Ut erga sedem... — Dat. Reate, VII kalendas septembris, anno secundo. »

In e. m. .. Lausanensi et .. Bathoniensi episcopis et .. electo Lugdunensi mandat ut praedictos fructus eisdem clericis integre ministrari faciant. Dat. ut supra.

1353 Rieti, 3 septembre 1289.

« Hii sunt articuli exprimentes aliqua de hiis super quibus abbates, priores et conventus monasteriorum S. Benedicti et S. Augustini ordinum, ac rectores ecclesiarum secularium in regno Portugalie, per Bracharensem et alias dioceses, et spetialiter inter Dorium et Minium, constituti, se a baronibus et aliis nobilibus ejusdem regni graves injurias, oppressiones multiplices, immensa gravamina sustinuisse diutius et adhuc quasi continue sustinere queruntur, de quibus quidem arti-

culis faciunt alie nostre tue regie serenitati directe circa hec littere mentionem. » (Reg. 44, c. 457, f. 208 v°.)

Carissimo in Christo filio Dyonisio, regi Portugalie illustri.

« Hii sunt articuli... — Dat. Reate, III nonas septembris, anno secundo. »

1354 Rieti, 3 septembre 1289.

De negotio regni Siciliae. (Reg. 44, c. 457², f. 208 v°, en marge; Potth. 23066.)

Nicolaus etc. Dilectis filiis .. priori predicatorum et .. guardiano minorum fratrum ordinum Ulixbonensibus. Salutem etc. Eis mandat ut litteras apostolicas, quas a Bracharensi episcopo receperint, regi Portugalliae praesentent.

« Carissimo in Christo... — Dat. Reate, III nonas septembris, anno secundo. »

1355 Rieti, 3 septembre 1289.

De eodem negotio. (Reg. 44, c. 458, f. 209 r°; Potth. 23065.)

Eidem. Eum hortatur ut barones et nobiles suos ab oppressionibus et gravaminibus in ecclesiasticos inferendis compescat.

« Pii patris officio... — Dat. Reate, III nonas septembris, anno secundo. »

1356 Rieti, 5 septembre 1289.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 459, f. 209 v°.)

Venerabili fratri .. patriarche Antiocheno et dilecto filio .. archidiacono Januensi committit quatenus cum nobili viro Frederico Cigala et Argentina, nata nobilis viri Leonis Malocelli, civibus Januensibus, dispenset ut, ad sedandas inimicitias inter suos parentes obortas, matrimonium inter se contrahere valeant, quanquam prior uxor Frederici eidem Argentinae quarto consanguinitatis gradu, dum viveret, attinebat.

« Exposita coram nobis... — Dat. Reate, nonis septembris, anno secundo. »

1357 Rieti, 9 septembre 1289.

De pecunia decimae ad subsidium Terrae Sanctae deputatae. (Reg. 44, c. 460, f. 210 r°.)

Venerabili fratri .. patriarche Jerosolimitano, apostolice sedis legato. « Dudum, in nostra presentia constitutus, exponere curavisti quod, tam pro tuis necessariis quam pro ecclesie Jerosolimitane negotiis apud sedem apostolicam expediendis, utiliter te magna expensarum subire onera oportebat; quare nobis humiliter supplicasti ut tibi contrahendi propterea mutuum usque ad quatuor milia librarum turonensium parvorum licentiam concedere dignaremur; nos autem, tuis supplicationibus inclinati, hujusmodi quantitatem pecunie, certis a te restituendam terminis, de pecunia decime Terre Sancte deputate subsidio tibi fecimus mutuari. Cum autem, prout exposita nobis tua petitio continebat, pro clausura civitatis Acconensis, reparatione murorum et fossatorum ipsius, ac etiam pro continua civitatis ejusdem custodia, et machinis ad tuitionem illius necessariis construendis, quibus eadem civitas admodum noscitur indigere, necnon pro nuntiorum sumptibus propter terre ipsius necessitates multiplices ad diversas mundi provintias mittendorum, ac pro redemptionibus captivorum, vel oportunis consolationibus eorumdem, predicta pecunia quamplurimum necessaria sit ad presens, a nobis suppliciter postulasti ut in usus hujusmodi prefatam pecuniam convertendi, prout utilius et melius expedire cognoveris, cum per hoc in ejusdem terre noscatur converti subsidium, tibi licentiam largiremur; nos igitur, ad dicte terre prosperum statum sollicitis studiis intendentes, fraternitati tue quod, infra quadriennium a receptione presentium numerandum, predictam quantitatem pecunie in usus predictos convertere valeas, auctoritate presentium, plenam et liberam concedimus facultatem. Non obstantibus obligationibus, promissionibus, et cautionibus quibuscumque exhibitis, sive factis, et etiam juramento a te forte super hiis prestito, a quibus te presentium auctoritate absolvimus, de restituenda statutis ad hoc terminis pecunia supradicta. Nostre autem intentionis existit ut pecuniam ipsam infra dictum quadriennium in usus convertere studeas memoratos, quodque ad restitutionem vel satisfactionem aliam ipsius pecunie faciendam ex tunc minime tenearis. Dat. Reate, V idus septembris, anno secundo. »

1358 Rieti, 17 septembre 1289.

Facultas exigendi procurationes. (Reg. 44, c. 460², f. 210 r°.)

Eidem facultatem concedit exigendi vel recipiendi, ejus legatione durante, procurationes in pecunia numerata, ei ratione legationis ejusdem debitas, ab archiepiscopis, episcopis, electis, abbatibus, prioribus, decanis,

praepositis, archidiaconis, archipresbyteris et aliis praelatis et personis ecclesiarum et monasteriorum, capitulis et conventibus, etiam si per eum ipsorum loca non visitata fuerint.

« Pridem Jerosolimitana ecclesia... — Dat. Reate, XV kalendas octobris, anno secundo. »

1359 Rieti, 20 août 1289.

De collatione beneficiorum. (Reg. 44, c. 461, f. 210 r°; Lap. du Theil, II, 246; Potth., 23048.)

.. *abbati et conventui monasterii Sancti Dyonisii in Francia, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, Parisiensis diocesis,* indulget ut ad receptionem, in ipsorum monasterio, in monachum et in fratrem, alicujus quatuordecim annis minoris, non teneantur.

« Cum monasterium vestrum... — Dat. Reate, XIII kalendas septembris, anno secundo. »

1360 Rieti, 16 septembre 1289.

Jus pedagii Johanni de Cabilone concessum. (Reg. 44, c. 462, f. 210 r°.)

Nobili viro Johanni de Cabilone, domino de Arlato. « Exhibita nobis tua petitio continebat quod tu, cupiens obviare periculis que mercatoribus et aliis viatoribus, circa castrum tuum et ejus territorium de Joigne commeantibus, per que publica strata dirigitur, contingebant, cum frequenter spoliarentur, quandoque vulnerarentur, et interdum etiam occiderentur, plures, pro hujusmodi viatorum conductu securo, ad custodiam strate ipsius, tuis sumptibus deputasti, te nichilominus ad satisfaciendum ipsis viatoribus de dampnis que inibi eos pati contingeret voluntarie astringendo, nonnullis ex eis quos postmodum ibi dampnificari contigit satisfactione impensa, propter quod carissimus in Christo filius noster Rudolfus, rex Romanorum illustris, sub cujus dictum castrum ditione consistit, diligenter attendens quod hujusmodi custodiam et securitatem de antiquo et consueto in eodem castro pedagio comode prosequi non valebas, dictum pedagium consuetum, prout facti qualitati congruere putavit, augmentans, ipsum taliter augmentatum tibi et posteris tuis in feudum regali provisione concessit, prout in litteris inde confectis dicitur plenius contineri. Licet autem utroque jure, canonico videlicet et civili, sit cautum illa interdicta esse pedagia que non constat antiqua consuetudine introducta, vel imperatorum aut regum auctoritate, vel liberalitate concessa, nec sit dubium quin possint per imperatores et reges pedagia de novo constitui vel etiam augmentari, tu tamen, sollerter attendens quod in omnes imponentes in terris suis nova pedagia in tribus anni sollempnitatibus per sedem apostolicam excommunicationis sententia promulgatur, ad majorem tue conscientie securitatem, humiliter supplicasti tibi et eisdem posteris circa hec ejusdem sedis beneficio provideri. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, tibi et posteris memoratis presentium auctoritate concedimus ut, juxta dictam concessionem memorati regis in prefato de Joigne castro exigendo pedagium, nec concessionis hujusmodi terminos in aliquo excedendo, tu vel ipsi posteri nequaquam propterea excommunicationis sententiam incurratis. Nulli ergo etc. nostre concessionis etc. Dat. Reate, XVI kalendas octobris, anno secundo. »

1361 Rieti, 13 septembre 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 463, f. 210 v°.)

.. *priori et capitulo secularis ecclesie Sancte Lucie Quatuor Portarum de Urbe.* Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui praedictam ecclesiam, quam, nimia vetustate consumptam, dilectus filius magister Johannes Romanutii, ipsius ecclesiae canonicus, litterarum apostolicarum corrector, obtentu perennis retributionis, refecit, in sanctae Luciae festivitatibus, per octo dies sequentes, et a die Passionis usque ad diem Resurrectionis Domini, visitarint.

« Lucia virgo inter... — Dat. Reate, idibus septembris, anno secundo. »

1362 Rieti, 21 août 1289.

De inquisitionis officio. (Reg. 44, c. 464, f. 210 v°.)

Dilectis filiis fratribus ordinis predicatorum inquisitoribus heretice pravitatis in Lombardia et marchia Junuensi deputatis auctoritate apostolica et in posterum deputandis mandat ut constitutiones contra haeriticos ab Innocentio IIII editas, ab Alexandro et Clemente IIII modificationibus ac declarationibus auctas, observent.

« Licet ex omnibus... — Dat. Reate, XII kalendas septembris, anno secundo. »

1363 Rieti, 27 août 1289.

De eodem negotio. (Reg. 44, c. 465, f. 211 r°; Potth., 23053.)

.. *priori provintiali fratrum ordinis predicatorum in Lombardia* mandat ut inquisitionis officium efficaciter prosequi et exequi studeat.

« Licet ex omnibus... — Dat. Reate, vi (1) kalendas septembris, anno secundo. »

1364 Rieti, 27 août 1289.

De eodem negotio. (Reg. 44, c. 466, f. 211 r°.)

Nicolaus etc. Venerabilibus fratribus archiepiscopis, episcopis et dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, ministris, guardianis et aliis ecclesiarum prelatis et rectoribus, necnon et universo clero, tam religiosis cujuscumque professionis et ordinis quam secularibus, per Lombardiam et Januensem marchiam constitutis, salutem etc. Eis mandat quatenus praefatis inquisitoribus assistant.

« Exortis in agro... — Dat. ut supra. »

1365 Rieti, 5 septembre 1289.

Facultas absolvendi ab excommunicationis sententia. (Reg. 44, c. 467, f. 211 r°; Potth., 23069.)

Venerabili fratri Johanni, archiepiscopo Dublinensi, facultatem concedit absolvendi clericos et laicos Dublinensis dioecesis qui, propter ecclesiarum, villarum et aliorum locorum destructionem et spoliationes publicas, excommunicationis sententias incurrerint.

« Lecta coram nobis... — Dat. Reate, nonis septembris, anno secundo. »

1366-1367 Rieti, 13 septembre 1289.

Collatio beneficii. (Reg. 44, c. 468, f. 211 r°.)

Gilberto, nato dilecti filii nobilis viri Roberti de Ver, comitis Oxonie, rectori parrochialis ecclesie de Awelton, Wintoniensis diocesis, parrochialem ecclesiam de Awelton, per obitum quondam magistri Riccardi, notarii apostolici, apud sedem apostolicam mortui, vacantem, cum capellis, juribus et pertinentiis ejusdem, confert, et de ea Willelmum de Hozun, ordinis fratrum praedicatorum, Gilberti nomine, per annulum praesentem investit.

« Quia claritate meritorum... — Dat. Reate, idibus septembris, anno secundo. »

In e. m. Londoniensi et.. Elyensi episcopis, et Berardo de Neapoli, subdiacono et notario apostolico, canonico Parisiensi, mandat ut praedictum Gilbertum in corporalem possessionem ejusdem ecclesiae inducant.

1368 Rieti, 17 septembre 1289.

Dispensatio super defectu ordinum. (Reg. 44, c. 469, f. 211 v°.)

Eidem Gilberto indulget ut, praetextu ecclesiae de Awelton, et tertiae partis de ecclesiae Wothesdon, quae per tres rectores gubernari consuevit, usque ad quadriennium, a die hujus gratiae computandum, in presbyterum promoveri se facere non teneatur.

« Mentis tue probitatis... — Dat. Reate, xv kalendas octobris, anno secundo. »

1369 Rieti, 5 septembre 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 470, f. 211 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam centum dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam de Alassato, in Beatae Mariae honorem constructam, Lemovicensis dioecesis, in festivitatibus ejusdem virginis, visitaverint.

« Gloriosus Deus in... — Dat. Reate, nonis septembris, anno secundo. »

1370 Rieti, 13 septembre 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 470², f. 211 v°, en marge.)

Nicolaus etc. Dilecto filio .. priori prioratus de Mirabello, ordinis S. Augustini, Lingonensis diocesis. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit eis qui ecclesiam praedicti prioratus, Beatae Mariae nomine insignitam, in singulis ejusdem virginis et per octo dies sequentes, visitaverint.

« Gloriosus Deus in... — Dat. Reate, idibus septembris, anno secundo. »

1. Potthast donne [illegible]

1371 Rieti, 18 août 1289.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 471, f. 211 v°; Lap. du Theil, II, 243.)

Venerabili fratri .. episcopo Tholosano committit quatenus cum Rogerio de Maloleone, domicello, et nobili muliere Symona, nata Rogerii Isarii, domini castri de Durbano, Tholosanae dioecesis, dispenset ut in matrimonio cujus sponsalia olim, patientes in aetate defectum et ignorantes impedimentum esse, ad sedandas inimicitias inter parentes ipsorum exortas, contraxerunt, quodque postmodum per carnis copulam consummarunt, remanere valeant, non obstante quarto parentelae gradu quo conjuncti sunt. — Cum praedicti domicellus et Symona hanc parentelam esse cognoverunt, a cohabitatione et carnis commercio abstinuerunt.

« Exhibita nobis dilecti... — Dat. Reate, xv kalendas septembris, anno secundo. »

1372 Rieti, 4 septembre 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 472, f. 212 r°; Lap. du Theil, II, 246.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Turonensi committit quatenus cum Petro dicto Davit, armigero, et Amelina, nata quondam Johannis de Poleyo, militis, Turonensis dioecesis, dispenset ut in matrimonio quod olim, impedimentum esse ignorantes, contraxerunt, et in quo plures filios et filias procrearunt, remanere valeant, non obstante quarto consanguinitatis gradu quo conjuncti sunt.

« Sua nobis dilectus... — Dat. Reate, II nonas septembris, anno secundo. »

1373 Rieti, 4 septembre 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 472², f. 212 r°; Lap. du Theil, II, 247.)

Venerabili fratri .. episcopo Xanctonensi committit quatenus cum Eblone de Rupeforti, milite, et Alitia, nata quondam Theobaldi Zamberti, Xanctonensis dioecesis, dispenset ut in matrimonio olim ab ipsis, impedimentum esse ignorantibus, contracto remanere valeant, quanquam quondam Aynordis, prior uxor praedicti militis, eidem Alitiae in quarto consanguinitatis gradu conjuncta erat.

« Sua nobis dilectus... — Dat. ut supra. »

1374-1375 Rieti, 9 septembre 1289.

Licentia testandi. (Reg. 44, c. 473, f. 212 r°.)

Johanni, rectori ecclesie Sancte Praxedis Tudertine, capellano dilecti filii nostri fratris M., tituli Sancti Laurentii in Damaso presbyteri cardinalis.

« Quia presentis vite... — Dat. Reate, v idus septembris, anno secundo. »

Rieti, 1er septembre 1289.

In e. m. Frederico, episcopo Ferrariensi. Dat. Reate, kalendis septembris, anno secundo (*En marge*).

1376 Rieti, 13 septembre 1289.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 44, c. 474, f. 212 r°; Lap. du Theil, II, 249.)

Bernardo de Brugeriis, capellano venerabilis fratris nostri B., episcopi Portuensis, quocum jam dispensatum est ut, non obstante defectu natalium quem patitur, e soluto genitus et soluta, ad omnes ordines promoveri, et beneficium ecclesiasticum, etiam curam animarum habens, suscipere posset, quique, post hujusmodi dispensationem, ecclesiam de Pellisano, curam animarum habentem, et ecclesiam Sanctae Trinitatis de Insula, sine cura, Aquensis et Cavallicensis dioecesium, recepit, rursus indulget ut, non obstante eodem defectu, personatum vel dignitatem, dignitate episcopali excepta, suscipere valeat.

« Illegitime genitos quos... — Dat. Reate, idibus septembris, anno secundo. »

1377 Rieti, 13 septembre 1289.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 44, c. 474², f. 212 v°; Lap. du Theil, II, 248.)

Johanni de Veyraco, clerico Lemovicensis diocesis, quocum jam a Clemente papa dispensatum est ut, non obstante defectu natalium quem patitur, e soluto genitus et soluta, ad omnes ordines promoveri et ecclesiasticum beneficium, sine cura, obtinere posset, rursus indulget ut beneficium vel dignitatem, etiam si curam habeant animarum, dignitate episcopali excepta, recipere valeat.

« Ad faciendum tibi... — Dat. ut supra. »

1378 Rieti, 5 septembre 1289.

Privilegium jurisdictionis. (Reg. 44, c. 475, f. 212 v°; Lap. du Theil, II, 251.)

.. *decano et capitulo ecclesie Parisiensis* indulget ut extra dioecesim Parisiensem, super eis quae infra illam dioecesim habeant, nequeant per litteras apostolicas, de indulto hujusmodi mentionem non facientes, ad judicium evocari. Praesentibus post quinquennium non valituris.

« Devotionis vestre supplicationibus... — Dat. Reate, nonis septembris, anno secundo. »

1379 Rieti, 5 septembre 1289.

Privilegium jurisdictionis. (Reg. 44, c. 475², f. 212 v°; Lap. du Theil, II, 252.)

Eisdem indulget ut ipsi et homines eorum de corpore, super eis quae infra Parisiensem dioecesim habeant, extra illam dioecesim nequeant per apostolicas litteras, de indulto hujusmodi mentionem non facientes, ad judicium evocari. Praesentibus post quinquennium non valituris.

« Efficax vestre devotionis... — Dat. ut supra. »

1380 Rieti, 13 septembre 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 476, f. 212 v°.)

.. *abbatisse et conventui monasterii Sancte Marie de Cantus, ordinis S. Benedicti, Terracinensis diocesis.* Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit eis qui ecclesiam praedicti monasterii, in honorem Beatae Mariae constructam, in festivitatibus ejusdem virginis visitaverint.

« Splendor paterne glorie... — Dat. Reate, idibus septembris, anno secundo. »

1381-1382 Rieti, 16 septembre 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 476², f. 212 v°.)

.. *rectori et fratribus hospitalis Sancte Marie de Capis de loco Pontiroli, Mediolanensis diocesis.* Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam praedicti hospitalis, in honorem Beatae Mariae constructam, in festivitatibus ejusdem virginis, S. Johannis Baptistae, S. Johannis Evangelistae, apostolorum Petri et Pauli et S. Pancratii, et per octo dies sequentes, visitaverint.

« Licet is de... — Dat. Reate, xvi kalendas octobris, anno secundo. »

Rieti, 5 septembre 1289.

In e. m. .. abbati et conventui monasterii Beatae Mariae de burgo Dolensi, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, Bituricensis dioecesis. Indulgentiam centum dierum concedit eis qui ecclesiam praedicti monasterii, in beatae Mariae festivitatibus, et per octo dies sequentes, visitaverint. Dat. Reate, nonis septembris, anno secundo.

1383 Rieti, 13 septembre 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 477, f. 212 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam xl dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui .. rectori et fratribus hospitalis leprosorum Sancti Angeli de Marmoribus, Spoletanae dioecesis, manum caritatis porrexerint.

« Quoniam ut ait... — Dat. Reate, idibus septembris, anno secundo. »

1384 Rieti, 13 septembre 1289.

Licentia testandi. (Reg. 44, c. 478, f. 213 r°.)

Venerabili fratri Roderico, archiepiscopo Terraconensi.

« Quia presentis vite... — Dat. Reate, idibus septembris, anno secundo. »

1385-1386 Rieti, 13 septembre 1289.

De debitis Terraconensis ecclesiae solvendis. (Reg. 44, c. 478², f. 213 r°.)

Eidem concedit fructus, redditus et proventus primi anni omnium ecclesiasticorum beneficiorum, etiam si patronatus et dignitates existant, et curam habeant animarum, quae usque ad triennium in dioecesi Terraconensi vacare contigerit, in solutionem debitorum Terraconensis ecclesiae convertendos.

« Quia debitorum onera... — Dat. ut supra. »

In e. m. .. archiepiscopo Yspalensi, .. episcopo Tyrasonensi et .. decano ecclesiae Tutelanae, Tyrasonensis dioecesis, mandat quatenus eidem archiepiscopo praedictos fructus et redditus ministrari faciant (*En marge*).

1387 Rieti, 8 septembre 1289.

Facultas dispensandi super irregularitatibus. (Reg. 44, c. 479, f. 213 r°.)

Eidem facultatem concedit dispensandi cum quibusdam clericis qui interdictum, cui regnum Aragonum suppositum est, non servarint, divinis officiis se immiscendo.

« Sunt oves per... — Dat. Reate, vi idus septembris, anno secundo. »

1388 Rieti, 13 septembre 1289.

Facultas absolvendi ab excommunicationis sententia. (Reg. 44, c. 479², f. 213 v°.)

Eidem auctoritatem concedit absolvendi clericos concubinarios, concubinis prorsus abjectis, et dispensandi cum eisdem clericis qui, juris ignari, ordines susceperunt et divina celebrarunt; suspensis per biennium qui scienter ordines susceperunt et officia celebrarunt.

« Exhibita nobis tua... — Dat. Reate, idibus septembris, anno secundo. »

1389 Rieti, 12 septembre 1289.

De tractatu pacis inter Carolum, regem Siciliae, et Alfonsum, regem Aragonum. (Reg. 44, c. 480, f. 213 r°.)

Nicolaus etc. Ad perpetuam rei memoriam. Omnes conventiones inter Alfonsum, regem Aragonum, Edwardum, regem Angliae, et Carolum, regem Siciliae, habitas cassat, regesque Angliae et Siciliae a juramentis quae in his pactis praestiterunt absolvit (1).

« Non sine grandi... — Dat. Reate, ii idus septembris, anno secundo. »

1390-1394 Rieti, 24 septembre 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 481, f. 216 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam monasterii Sancti Martini Laudunensis, ordinis Praemonstratensis, in festivitatibus beatae Mariae et SS. Augustini et Martini confessorum, et per octo dies sequentes, visitaverint.

« Splendor paterne glorie... — Dat. Reate, viii kalendas octobris, anno secundo. »

Rieti, 22 septembre 1289.

In e. m. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam monasterii Sancti Luciani Belvacensis, ordinis S. Benedicti, in festivitatibus beatae Mariae et S. Luciani martyris, visitaverint. Dat. Reate, x kalendas octobris, anno secundo (*En marge*).

Rieti, 22 septembre 1289.

In e. m. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam monasterii Sancti Cornelii Compendiensis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, in festivitatibus beatae Mariae et S. Cornelii visitaverint. Dat. Reate, x kalendas octobris, anno secundo.

Rieti, 22 septembre 1289.

In e. m. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam monasterii Fiscanensis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, Rothomagensis dioecesis, in festivitatibus beatae Mariae et S. Petri, et in prima die dominica post Pentecosten. Dat. ut supra.

Rieti, 17 septembre 1289.

In e. m. .. abbati et conventui monasterii Virziliacensis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, Eduensis dioecesis. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam praedicti monasterii, in qua corpus beatae Mariae Magdalenae, cujus nomine insignita est, requiescit, in festivitate ejusdem sanctae et translationis et transmutationis corporis ejus in idem monasterium sollempnitatibus, visitaverint. Dat. Reate, xv kalendas octobris, anno secundo. (Potth., 23083.)

1395 Rieti, 28 août 1289.

Capella Sancti Laurentii de Piscinula de Urbe Jacobo Cinthii Guidonis commendatur. (Reg. 44, c. 481², f. 216 r°.)

Jacobo Cinthii Guidonis, canonico ecclesie Sancte Cecilie in Transtiberim de Urbe, capellam Sancti Laurentii de Piscinula de Urbe, nunc vacantem, commendat, donec de capella ipsa per sedem apostolicam aliter ordinatum fuerit.

« Constringit in mente... — Dat. Reate, v kalendas septembris, anno secundo. »

(1) [illegible] le traité de paix qu'on lit plus haut [illegible] et celui qu'a publié Rymer dans les *Foedera*, [illegible] I, [illegible], 27-29.

1396 Rieti, 5 septembre 1289.

Gerardus, prior Camaldulensis monasterii, coram sede apostolica citatur. (Reg. 44, c. 482, f. 216 r°; Potth., 23068.)

Venerabili fratri .. episcopo Ariminensi mandat quatenus Gerardum, priorem monasterii Camaldulensis, per priorem soliti gubernari, Aretinae dioecesis, qui monasteria Sancti Petri ad Vincula et Sancti Sepulchri de burgo Sancti Sepulchri, S. Benedicti et Camaldulensis ordinum, Ravennatis et Civitatis Castelli dioecesium, et quaedam alia loca, sedi apostolicae immediate subjecta, occupavit, citet ut infra unum mensem coram sede apostolica compareat.

« Clamore valido revelante... — Dat. Reate, nonis septembris, anno secundo. »

1397 Rieti, 17 septembre 1289.

Contra detentores bonorum basilicae Sancti Pauli extra muros Urbis. (Reg. 44, c. 483, f. 216 r°.)

Dilectis filiis nobilibus viris senatoribus Urbis. Eos rogat ut quosdam nobiles et alios cives romanos et districtus Urbis, qui bona basilicae Sancti Pauli violenter occupant, ea .. abbati et conventui basilicae restituere compellant.

« Tanto universi christicole... — Dat. Reate, xv kalendas octobris, anno secundo. »

1398 Rieti, 13 septembre 1289.

Licentia communicandi cum Siculis. (Reg. 44, c. 484, f. 216 v°.)

Dilecto filio nobili viro .. duci et communi Venetorum indulget ut Siciliam ire et Siculis participare possint, ita quod, praetextu hujus participationis, excommunicationis sententiam non incurrant, dummodo arma, ferrum, lignamina, vel alia per quae fideles impugnari possint, non deferant, et nullum alias consilium, auxilium seu favorem Siculis aut Jacobo, filio Petri regis Aragonum, impendant.

« Olim per sedem... — Dat. Reate, idibus septembris, anno secundo. »

1399 Rieti, 1er septembre 1287.

De debitis Ferrariensis ecclesiae solvendis. (Reg. 44, c. 485, f. 216 v°.)

Venerabili fratri Frederico, episcopo Ferrariensi, indulget ut fructus, redditus et proventus primi anni beneficiorum ecclesiasticorum ad suam collationem, electionem vel praesentationem spectantium, quae usque ad triennium vacare contigerit, ad exonerationem debitorum ecclesiae Ferrariensis, percipere valeat.

« Circa quarumlibet ecclesiarum... — Dat. Reate, kalendis septembris, anno secundo. »

1400 Rieti, 9 septembre 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 486, f. 216 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo et dilecto filio capitulo Paduanis. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam Paduanam, in festivitatibus beatae Mariae, in cujus honorem constructa est, visitaverint.

« Loca sanctorum omnium... — Dat. Reate, v idus septembris, anno secundo. »

1401 Rieti, 13 septembre 1289.

Licentia audiendi vel celebrandi officia in locis interdictis. (Reg. 44, c. 487, f. 217 r°.)

Venerabili fratri Roderico, archiepiscopo Terraconensi, indulget ut, non obstante interdicto cui regnum Aragonum suppositum est, in provincia sua celebrare vel facere celebrari divina valeat; praesentibus post quinquennium non valituris.

« Inducti sinceritatis tue... — Dat. Reate, idibus septembris, anno secundo. »

1402 Rieti, 26 septembre 1289.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 488, f. 217 r°.)

Nobili viro Johanni, nato dilecti filii nobilis viri Guillelmi, marchionis Montisferrati, et dilecte in Christo filie Blance, nate carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Sicilie illustris. Cum eis dispensat ut, non obstante quarto consanguinitatis gradu quo conjuncti sunt, inter se matrimonium contrahere valeant.

« Etsi inter illos ... — Dat. Reate, vi kalendas octobris, anno secundo. »

1403-1405 Rieti, 12 septembre 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 489, f. 217 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam Sancti Honorati Parisiensem, in festivitate ejusdem sancti, per octo dies sequentes, et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae, visitaverint.

« Sanctorum meritis inclita... — Dat. Reate, II idus septembris, anno secundo. »

Rieti, 26 septembre 1289.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sancti Laurentii de Faysulis, Beneventanae dioecesis, in festo ejusdem sancti, et per octo dies sequentes, visitaverint. Dat. Reate, VI kalendas octobris, anno secundo (*En marge*).

Rieti, 13 septembre 1289.

In e. m. .. abbati et capitulo saecularis ecclesiae Sanctorum Cosmae et Damiani de Trebis, Anagninae dioecesis. Indulgentiam centum dierum concedit eis qui capellam Sancti Blasii, praedictae ecclesiae subjectam, in festivitatibus beatae Mariae, S. Blasii et sanctae Luciae, et per octo dies sequentes, visitaverint.
Dat. Reate, idibus septembris, anno secundo. »

1406 Rieti, 31 août 1289.

Terminatur contentio inter abbatem monasterii Cluniaci et priores quorumdam prioratuum Cluniacensium. (Reg. 44, c. 490, f. 217 r°.)

Nicolaus etc. Ad perpetuam rei memoriam. Confirmat instrumentum quo Matthaeus, tituli Sancti Laurentii in Damaso, Hugo, tituli Sanctae Sabinae presbyteri cardinales, Benedictus, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconus cardinalis, Guillelmus, Mauziacensis abbas, et Albertus, prior Sancti Lupi, Cluniacensis ordinis, arbitri, controversiam inter abbatem Cluniaci, ex una parte, et Stephanum, de Crispeyo, Petrum, de Lenthona, Robertum, de Nongento, Guidonem, de Sancto Gelasio, Guillelmum, de Sancto Theobaldo, et Guiozardum, de Flabeyo prioratuum priores, monachos Cluniacensis ordinis, ex altera, ratione reformationis statutorum Cluniacensis ordinis existentem, terminarunt. Hujus autem instrumenti tenor hic est :

« In nomine Domini. Amen. Dudum religiosi viri... — Acta sunt hec Reate, in hospitio supradicti domini » Mathei cardinalis, presentibus venerabilibus in » Christo patribus dominis Bernardo, Tripolitano, » Philippo, Firmano, Guilielmo, Mimatensi, et Bernardo, Paduano episcopis, ac venerabilibus viris dominis Jacobo de Ravingeyo, electo Virdunensi, » Angelo, domini pape notario, Johanne, abbate Claromontensi, et Johanne de Savingneyo, canonico Cenomanensi, necnon Petro de Montetolello, clerico et » notario prefati domini Hugonis cardinalis, et nonnullis » aliis testibus, sub anno Domini a Nativitate MCCLXXXVIIII, » indictione secunda, pontificatus sanctissimi patris » domini Nicolai pape IIII anno secundo, die vicesimo » mensis augusti. Et ego Angelus Berardi, dictus Ricius, » civis Tudertinus, apostolice sedis auctoritate et nunc » prefati domini fratris Mathei cardinalis notarius, predictis arbitriis, deffinitionibus, ordinationibus et pronuntiationibus, necnon revocationibus et restitutionibus ac emologationi et confirmationi suprascriptis, » prout superius recitantur, interfui et ea omnia, de » predictorum dominorum cardinalium ac etiam fratris » Guillelmi, abbatis Mauziacensis, et magistri Alberti, » prioris Sancti Lupi, spetiali mandato, et rogatus a dictis » partibus, scripsi et publicavi et in principio meo solito » signo signavi. »

« Circa statum monasterii... — Dat. Reate, II kalendas septembris, anno secundo. »

1407 Rieti, 17 septembre 1289.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 44, c. 491, f. 220 v°.)

Magistro Hugoni Sampsonis, diacono, juris civilis professori, rectori ecclesie de Byrkyn, Eboracensis diocesis. Cum eo dispensat ut, non obstante defectu natalium quem patitur, e subdiacono et soluta genitus, personatum vel dignitatem ecclesiasticam, etiam curam animarum habentem, recipere valeat. Jam cum eodem dispensarat Martinus ut ad omnes ordines promoveri et suscipere beneficium ecclesiasticum valeret.

« Quanquam contra natos... — Dat. Reate, XV kalendas octobris, anno secundo. »

1408 Rieti, 20 septembre 1289.

Jus ingredi monasteria. (Reg. 44, c. 492, f. 220 v°.)

Carissime in Christo filie Helisabeth, regine Portugalie et Algarbii illustri. « Pium arbitramur et... indulgemus ut monasterium Alcobatie, Cisterciensis ordinis, Ulix-

bonensis diocesis, associatis tibi mulieribus tuis obsequiis deputatis, ita dumtaxat quod septennarium numerum non excedant, causa devotionis, intrare libere valeas, ter in anno, dummodo tu et eedem mulieres non pernoctetis neque comedatis ibidem... Dat. Reate, XII kalendas octobris, anno secundo. »

1409 Rieti, 20 septembre 1289.

Licentia eligendi confessorem proprium. (Reg. 44, c. 493, f. 221 r°.)

Nobili mulieri Sibilie, comitisse Sabaudie.
« Benigno tibi sunt... — Dat. ut supra. »

1410 Rieti, 22 septembre 1289.

De procurationibus legatis et nuntiis sedis apostolicae praestandis. (Reg. 44, c. 494, f. 221 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Urbevetano mandat ut pro quota parte justum sit ut praelati et clerici ecclesiarum Civitatis Castellanae, Ortanae et Nepesinae civitatum et dioecesium episcopo et clero civitatis et dioecesis Sutrinae, in procurationibus legatis et nuntiis sedis apostolicae praestandis, adjungantur videat et statuat.
« Exhibita nobis venerabilis... — Dat. Reate, x kalendas octobris, anno secundo. »

1411 Rieti, 1er octobre 1289.

De beneficio in ecclesia Lincolniensi Riccardo de Socwellis conferendo. (Reg. 44, c. 495, f. 221 r°.)

... archidiacono Middelsexie in ecclesia Londoniensi.
« Sua nobis venerabilis frater noster .. episcopus Lincolniensis petitione monstravit quod, cum magister Riccardus de Socwellis, rector ecclesie de Bekeley, Lincolniensis diocesis, olim super receptione et provisione sibi facienda in ecclesia Lincolniensi de canonicatu et prebenda, si tunc vacarent ibidem, vel quam primum ad id se facultas offerret, ad .. de Sancto Albano et .. de Waltham monasteriorum abbates, Lincolniensis et Londoniensis diocesium primo, et postmodum ad magistros Giffridum de Vezano, in Anglia commorantem, Cameracensis, et Robertum de Lavalle, Aurelianensis ecclesiarum canonicos, felicis recordationis Martini pape, predecessoris nostri, sub certis formis litteras impetrasset, idem magister Robertus [illegible] procedebat in hujusmodi provisionis negotio, prout ex forma predictarum litterarum sibi et dicto magistro Giffrido directarum poterat, ut dicebat, eidem episcopo, ad quem prebendarum collatio, et capitulo ejusdem ecclesie, ad quos receptio canonicorum in dicta ecclesia pertinet, sub pena excommunicationis et suspensionis ex arrupto, mandavit ut dictum magistrum Riccardum in predicta Lincolniensi ecclesia reciperent in canonicum et in fratrem, eique stallum in choro et locum in capitulo assignarent, inhibens ei nichilominus ne idem episcopus prebendam quam primo in dicta Lincolniensi ecclesia vacare contingeret conferret alicui, neque decanus et capitulum prefati aliquem reciperent ad eandem, cum dictus magister Robertus de illa dicto magistro Riccardo, ut asserebat, intenderet providere. Cumque idem episcopus ab hujusmodi mandatis, inhibitionibus et processibus dicti magistri Roberti ad sedem apostolicam appellasset, pie memorie Honorius papa IIII, predecessor noster, nos, tunc in minori officio constitutos, in causa hujusmodi appellationis et negotii principalis ad sedem eandem legitime devoluta dedit partibus auditorem. Verum lite coram nobis, adhuc in eodem minori officio constitutis, legitime contestata, nos, postmodum promoti ad summi apostolatus officium, dilecto filio nostro J., Sancte Marie in Via lata diacono cardinali, causam hujusmodi duximus committendam. Postmodum autem magistro Lanfranco de Pergamo, procuratore dicti episcopi, petente ab eodem cardinali ut eidem magistro Riccardo ac executoribus suis predictis inhiberet ne, causa predicta pendente, aliquid in ipsius episcopi prejudicium innovaret, idem cardinalis, auditis et plenius intellectis que ipsius episcopi, et magister Cursus de Sancto Geminiano, dicti magistri Riccardi procuratores, coram eo super hoc dicere ac proponere voluerunt, procuratoribus predictis et per eos utrique parti inhibuit ne alterutra partium predictarum, causa predicta pendente, in (1) jurisdictionis ipsius cardinalis derogationem innovare vel attemptare presumant. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus inhibitionem hujusmodi predicti cardinalis, in locis in quibus expedire videris, publicare procures, ac nichilominus predictis executoribus, ex parte nostra, inhibeas ne, causa predicta coram eodem cardinali pendente, aliquid in ipsius episcopi prejudicium innovare vel attemptare presumant, eos, si necesse fuerit, quod ab hujusmodi presumptione desistant, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Dat. Reate, kalendis octobris, anno secundo. »

(1) Ms. [illegible]

1412 Rieti, 25 septembre 1289.

Johannes Cerarius et Michael Scissoris, clerici Cenomanenses, coram sede apostolica citantur. (Reg. 44, c. 496, f. 221 r°; Lap. du Theil, II, 253; Potth. 23090.)

Dilectis filiis .. archidiacono Sicalonie, .. cantori, ac Roberto de Cortenai, canonico Aurelianensibus, ad instantiam .. guardiani et fratrum minorum Cenomanensium, mandat quatenus quosdam clericos infrascriptos, si eos per famam publicam, vel indaginem non sollemnem, culpabiles invenerint, citent ut infra trium mensium spatium coram sede apostolica compareant. Magister enim Johannes, dictus Cerarius, et Michael, filius Michaelis Scissoris, clerici Cenomanenses, habitum fratrum minorum arripuerunt, dictusque Michael primo, necnon et quidam ribaldus postmodum, habitum ipsum induentes, non solum per plateas et vicos civitatis Cenomanensis, coram populo sic induti discurrere, sed etiam habitum ipsum per tabernas et alia loca omnino inhonesta die noctuque deferre, idemque Michael cum quodam alio clerico, veste muliebri, quae Filiarum De vulgariter dicitur, indutus, assiludere praesumpserunt; fratresque minoris ordinis incessanter omnimodo diffamant et offendunt.

« Insolens et effrenis... — Dat. Reate, vii kalendas octobris, anno secundo.

1413-1424 Rieti, 17 septembre 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 497, f. 221 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam de Brinonia, Aquensis dioecesis, in festivitatibus Beatae Mariae et S. Salvatoris, in quorum honorem constructa est, visitaverint.

« Vite perempnis gloria... — Dat. Reate, xv kalendas octobris, anno secundo. »

Rieti, 13 septembre 1289.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Regensem (*sic*), in qua caput S. Maximi confessoris et reliquiae S. Blasii et Sanctae Teclae martyrum sunt, in festivitatibus eorumdem sanctorum visitaverint. Dat. Reate, idibus septembris, anno secundo.

Rieti, 17 septembre 1289.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Diensem in festivitatibus Beatae Mariae visitaverint. Dat. Reate, xv kalendas octobris, anno secundo.

Rieti, 15 septembre 1289.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Beatae Mariae de Falcono, Ebredunensis dioecesis, in festivitatibus Beatae Mariae, et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae, visitaverint. Dat. Reate, xvii kalendas octobris, anno secundo.

Rieti, 22 septembre 1289.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam monasterii Sancti Mauri Virdunensis, ordinis S. Benedicti, in festivitatibus S. Johannis Baptistae, in cujus honorem constructa est, beatae Mariae, et S. Mauri, per octo dies sequentes, et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae, visitaverint. Dat. Reate, x kalendas octobris, anno secundo.

Rieti, 13 septembre 1289.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam monasterii de Sancto Michaele, ordinis S. Benedicti, Virdunensis dioecesis, in festivitatibus S. Michaelis, beatae Mariae, et per octo dies sequentes, visitaverint. Dat. Reate, idibus septembris, anno secundo.

Rieti, 22 septembre 1289.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui capellam hospitalis Beatae Mariae de Pontemontonis, Tullensis dioecesis, in festivitatibus beatae Mariae, et in anniversario die dedicationis ejusdem capellae, visitaverint. Dat. Reate, x kalendas octobris, anno secundo. (*En marge.*)

Rieti, 24 septembre 1289.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Beatae Mariae Gratianopolitanam, ordinis S. Augustini, in festivitatibus beatae Mariae visitaverint. Dat. Reate, viii kalendas octobris, anno secundo. (*Ibid.*)

Rieti, 24 septembre 1289.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sancti Andreae apostoli Gratianopolitanam, in festivitate ejusdem apostoli, et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae, visitaverint. Dat. ut supra. (*Ibid.*)

Rieti, 21 septembre 1289.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Beati Theoderici prope Balsegiam, Mimatensis dioecesis, in festivitate ejusdem sancti visitaverint. Dat. Reate, xi kalendas octobris, anno secundo. (*Ibid.*)

Rieti, 1er octobre 1289.

In e. m. Indulgentiam centum dierum concedit eis qui capellam Beatae Radegundis de Cuzayo, Bituricensis dioecesis, in festivitatibus beatae Mariae et sanctae Radegundis visitaverint. Dat. Reate, kalendis octobris, anno secundo. (*Ibid.*)

Rieti, 13 septembre 1289.

In e. m. Indulgentiam centum dierum concedit eis qui ecclesiam Beatae Mariae Magdalenae Virdunensem, in festivitate ejusdem sanctae, per octo dies sequentes, et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae, visitarint. Dat. Reate, idibus septembris, anno secundo. (*Ibid.*)

1425 Rieti, 16 septembre 1289.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 44, c. 498, f. 222 r°; Lap. du Theil, II, 255.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Auxitano et dilectis filiis .. preposito de Viantio in ecclesia Albiensi. « Dudum dilecto filio Ysarno de Sancto Paulo, canonico et cancellario ecclesie Tholosane, ordinis S. Augustini, accepimus exponente, quod bone memorie B., Tholosanus episcopus, diligenter attendens quod cancellaria ipsius ecclesie nullos redditus annexos habebat, quodque cancellarius Tholosanus, qui est pro tempóre, ad quem jurisdictio studii Tholosani pertinet, circa exercendam jurisdictionem ipsam et defensionem jurium jurisdictionis ejusdem non modica subire habet onera expensarum, sibique hujusmodi occasione per episcopum et prepositum Tholosanos, ac alios etiam, de beneficiis sive redditibus provisiones congrue consueverunt assignari, partem suam episcopalem proventuum, ab eo in ecclesia Sancti Jacobi de Vilario, Tholosane diocesis, percipi solitam, eidem cancellario libere assignavit. Venerabilis quoque frater noster H., Tholosanus episcopus, quasdam partes proventuum et redditum quas idem episcopus in Sancti Petri de Cambono, de Fenolheto et de Sancto Lupo ecclesiis, predicte diocesis, obtinebat, concessit eidem, ac insuper .. abbas monasterii Clusini, ordinis S. Benedicti, prioratum Sancti Petri de Vernosulis, prefate diocesis, ad idem monasterium pertinentem, duxit, de sui prelati licentia, eidem nichilominus conferendum, idemque cancellarius prioratum et partes easdem per multos annos tenuit et possedit, et adhuc possidet pacifice et quiete; petente itaque memorato cancellario (1), cum ipse, ob premissa onera, et etiam juxta decentiam sui status, cum de nobilibus illarum partium originem traxerit, magnas expensas habeat necesse subire, sibi per hoc a nobis misericorditer provideri. Nos... cancellariam, prioratum et partes predictas, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, valeat, quandiu vixerit, insimul licite retinere, ex certa scientia duximus indulgendum... Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus... non permittatis ipsum super predictis cancellaria, prioratu et partibus eorumque juribus et pertinentiis, contra hujusmodi concessionis nostre tenorem, ab aliquibus indebite molestari... Dat. Reate, xvi kalendas octobris, anno secundo. »

(1) Ms. ut

1426 Rieti, 26 septembre 1289.

Ad Ruthenensis ecclesiae constructionem. (Reg. 44, c. 499, f. 222 r°; Lap. du Theil, II, 257.)

Venerabili fratri .. episcopo et dilectis filiis capitulo Ruthenensibus fructus, redditus et proventus primi anni omnium beneficiorum ad ipsorum collationem et praesentationem spectantium, quae usque ad triennium in civitate et dioecesi Ruthenensi vacare contigerit, concedit, convertendos in fabricam Ruthenensis ecclesiae, quae « quasi totaliter corruit, suorum parietum compage nocturno tempore subito dissoluta, quamque opere sumptuoso de novo construere inceperunt. »

« Gaudemus in Domino... — Dat. Reate, vi kalendas octobris, anno secundo. »

1427 Rieti, 22 septembre 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 500, f. 222 v°; Lap. du Theil, II, 259.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo et dilectis filiis capitulo Senonensibus. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit visitantibus ecclesiam Senonensem, Sancti Stephani protomartyris nomine insignitam, in festivitate et in inventione ipsius martyris, per octo dies sequentes, et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae.

« Inter sacra certamina... — Dat. Reate, x kalendas octobris, anno secundo. »

1428 Rieti, 12 septembre 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 501, f. 222 v°; Lap. du Theil, II, 260.)

Decano et capitulo Virdunensibus. Indul-

gentiam unius anni et XL dierum concedit visitantibus ecclesiam Virdunensem, in honorem beatae Mariae constructam, in quatuor beatae Mariae festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae.

« Gloriosus Deus in... — Dat. Reate, II idus septembris, anno secundo. »

1429 Rieti, 20 septembre 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 501², f. 222 v°.)

.. rectori et clerico ecclesie Sancti Salvatoris in Pesulis de Sorraca de Urbe. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui praedictam ecclesiam, et capellam Sanctae Mariae, juxta ecclesiam eandem sitam, in festivitatibus beatae Mariae et beatae Luciae, et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae, visitaverint.

« Salvator omnium Deus... — Dat. Reate, XII kalendas octobris, anno secundo. »

1430 Rieti, 20 septembre 1289.

Alienatio bonorum Reatinae ecclesiae. (Reg. 44, c. 502, f. 222 v°; Potth. 23084.)

Dilectis filiis .. ministro provintiali Romane provintie ac .. custodi, .. guardiano et conventui fratrum domus S. Francisci Reatine, ordinis minorum. Confirmat instrumenta quibus Donadeus Matthaei, praepositus, et capitulum, videlicet Neapolio, Berardus Johannis Matthaei, Jacobus Raynaldi, Jacobus Symonis, Petrus Romanus, Jacobus Eleotherii Matthaei, Pandulphus Theodomarii, Johannes Bonimagni et Andreas Petri Renaldi Fatuculi, canonici ecclesiae Sancti Angeli Reatinae, praedictis fratribus sex mensuras terrae vulgariter *Junctae* appellatae vendiderunt.

« Religionis vestre meretur... — Dat. Reate, XII kalendas octobris, anno secundo. »

1431 Rieti, 28 septembre 1289.

Facultas conferendi praebendam. (Reg. 44, c. 503, f. 224 r°; Lac. de Theil, II, 261.)

Venerabili fratri .. episcopo Noviomensi facultatem concedit recipiendi et faciendi recipi in ecclesia Noviomensi unum clericum in canonicum et in fratrem et providendi ei de praebenda.

« Spetialis devotio quam... — Dat. Reate, IIII kalendas octobris, anno secundo. »

1432 Rieti, 17 septembre 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 504, f. 224 r°.)

Dilectis filiis .. priori et capitulo sancte patriarchalis basilice salvatoris nostri Lateranensis. Indulgentiam omnibus vere poenitentibus et confessis qui praedictam basilicam, quam Constantinus construxit et S. Silvester ad honorem salvatoris nostri et ejus praedecessoris et discipuli dedicavit, in ejusdem basilicae et usque ad octavas, et basilicarum apostolorum Petri et Pauli dedicationum anniversariis, et singulis beatae Mariae et S. Johannis Baptistae, S. Johannis Evangelistae, S. Laurentii, Natalis, Epiphaniae, Ascensionis Domini et Pentecosten festivitatibus... etc., trium annorum et trium quadragesimarum Romanis, quinque Tuscis, Apulis et Lombardis, septem transmontanis et maria transeuntibus; aliasque indulgentias visitantibus eandem basilicam in aliis festivitatibus concedit.

« Sancti et sancte... — Dat. Reate, XV kalendas octobris, anno secundo. »

1433 Rieti, 13 septembre 1289.

Remittit iter ad limina. (Reg. 44, c. 505, f. 224 v°.)

Venerabili fratri Didaco, episcopo Cartaginensi.

« Devotionis affectus quem... — Dat. Reate, idibus septembris, anno secundo. »

1434-1445 Rieti, 24 septembre 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 506, f. 224 v°; Potth., 23088.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam monasterii quod de Custodia Beatae Mariae virginis nuncupatur, prope Blesis, ordinis sanctae Clarae, Carnotensis dioecesis, certis diebus visitaverint.

« Splendor paterne glorie... — Dat. Reate, VIII kalendas octobris, anno secundo. »

Rieti, 1er octobre 1289.

In e. m. eadem. Eundem indulgentiam concedit pro

ecclesia Sancti Vincentii Pergamensi. Dat. Reate, kalendis octobris, anno secundo (*En marge*).

Rieti, 27 septembre 1289.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit pro ecclesia Sancti Leonardi Nigellensi, Noviomensis dioecesis. Dat. Reate, v kalendas octobris, anno secundo.

Rieti, 27 septembre 1289.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit pro ecclesia monasterii Sancti Petri Lobiensis, ordinis S. Benedicti, Cameracensis dioecesis. Dat. ut supra.

Rieti, 24 septembre 1289.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit pro ecclesia fratrum minorum Parisiensi. Dat. Reate, VIII kalendas octobris, anno secundo (POTTH., 23089).

Rieti, 20 septembre 1289.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit pro ecclesia Wigorniensi, in honorem Beatae Mariae constructa.

« Licet is de... — Dat. Reate, XII kalendas octobris, anno secundo. »

Rieti, 27 septembre 1289.

In e. m. .. guardiano et fratribus ordinis minorum Laudensibus. Eandem indulgentiam concedit pro praedictorum fratrum ecclesia, in honorem Sancti Nicolai constructa.

« Licet is de... — Dat. Reate, v kalendas octobris, anno secundo. » (POTTH., 23094.)

Rieti, 1er octobre 1289.

In e. m. universis Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis. Eandem indulgentiam concedit pro ecclesia Sancti Alexandri majoris Pergamensi.

« Loca sanctorum omnium... — Dat. Reate, kalendis octobris, anno secundo. » (*En marge*).

Sainte-Marie-Majeure, 24 novembre 1289.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit pro ecclesia monasterii Sanctae Agathae Papiensis, ordinis Sanctae Clarae.

« Splendor paterne glorie... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, VIII kalendas decembris, anno secundo. » (*Ibid.*; POTTH., 33120.)

Sainte-Marie-Majeure, 8 décembre 1289.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit pro ecclesia Sancti Gaudentii Novariensi. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, VI idus decembris, anno secundo (*Ibid.*).

Sainte-Marie-Majeure, 8 décembre 1289.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit pro ecclesia Sancti Ambrosii de Vemema, Novariensis dioecesis (*Ibid.*).

Sainte-Marie-Majeure, 13 janvier 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit pro ecclesia monasterii Sanctae Katerinae Januensis, ordinis Sanctae Clarae. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus januarii, anno secundo. (*Ibid.*; POTTH., 23159.)

1446-1447 Rieti, 25 septembre 1289.

Collatio beneficii. (REG. 44, c. 507, f. 225 r°.)

Philippo, nato dilecti filii nobilis viri Roberti de Ver, comitis Oxonie, rectori parrochialis ecclesie de Awelton, Wintoniensis diocesis. Mortuo magistro Riccardo, notario papae, rectore ecclesiae de Awelton, hanc papa Gilberto, clerico, germano Roberti de Ver, contulit, ejusque nomine Willelmum de Hozum, ordinis fratrum praedicatorum, de ea investivit, sed jam Gilbertus mortuus erat; nunc igitur papa eandem ecclesiam Roberto de Ver confert, ejusque nomine magistrum Johannem, decanum Baiocensem, romanae ecclesiae vicecancellarium, de ea investit.

« Illos precipue prosequi... — Dat. Reate, VII kalendas octobris, anno secundo. »

In e. m. .. Londoniensi et .. Elyensi episcopis et Berardo de Neapoli, subdiacono et notario suo, canonico Parisiensi, mandat ut praedictum Philippum in corporalem ecclesiae de Awelton possessionem inducant.

1448 Rieti, 25 septembre 1289.

Dispensatio super defectu aetatis et ordinum. (REG. 44, c. 508, f. 225 r°.)

Philippo de Ver, clerico, nato dilecti filii nobilis viri .. comitis Oxonie, Lincolniensis diocesis. Ei, viginti et tres annos nato, indulget ut fructus ecclesiae de Hodeleye, quos adhuc, quanquam in ordinibus et aetate defectum patiens, percepit, licite retinere possit.

« Benigno tibi sunt... — Dat. ut supra. »

1449 Rieti, 27 [illegible]

Dispensatio [illegible] (REG. [illegible], c. 508, f. 225 r°.)

Eidem indulget ut, praetextu ecclesiarum de Hodleye et

de Awelton, usque ad quinquennium in presbyterum promoveri se facere non teneatur.

« Meritis tue probitatis... — Dat. Reate, v kalendas octobris, anno secundo. »

1450 Rieti, 13 septembre 1289.

De translatione sedis episcopalis Carthaginensis ad castrum Murtiae. (Reg. 44, c. 509, f. 225 v°.)

.. *abbati de Benefazam, Cisterciensis, et .. priori de Porta Celi, Cartusiensis ordinum, monasteriorum, Dertusensis et Valentine diocesium,* mandat, quod jam episcopo Dertusensi et praedicto abbati mandaverat Nicolaus III, qui id non fecerunt, ut inquirant de supplicatione qua episcopus et capitulum Cartaginenses facultatem transferendi sedem Cartaginensem ad castrum Murtiae, in eadem dioecesi, propter Agarenorum et alias injurias, poscunt.

« Accedit matris ecclesie... — Dat. Reate, idibus septembris, anno secundo. »

1451 Rieti, 23 septembre 1289.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 510, f. 225 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Wygorniensi committit quatenus cum Waltero de Bellocampo et Alitia, nata Radulfi de Touny, dispenset ut in matrimonio quod olim, ignorantes se quarto consanguinitatis gradu conjunctos esse, contraxerunt, et in quo plures filios procrearunt, remanere possint.

« Exposita dilecti filii... — Dat. Reate, viii kalendas octobris, anno secundo. »

1452 Rieti, 27 septembre 1289.

Episcopo Morinensi mandat ut subditos suos severius castiget. (Reg. 44, c. 511, f. 226 r°; Lat. in Theil, II, 263.)

Venerabili fratri .. episcopo Morinensi. « Exigit pastoralis officii debitum ut circa tuorum subditorum correctionem debitam sollerter invigiles et attente vigilando labores. Nuper siquidem ex parte nobilis viri .. comitis Atrebatensis gravis querela fuit exposita coram nobis, quod nonnulli clerici, in terra quam in tua diocesi obtinet commorantes, non metuentes per campum licentie lascivire, nec suam cum adulteris ponere portionem, aliena bona rapiunt, manus suas humano sanguine polluunt, et ad alias iniquitates extendunt, que redundant in ecclesiastici opprobrium ordinis, sècularibus personis pariunt scandalum, et sunt pernitiosa exemplo, et, ut effugiant virgam debite discipline, ad diversa loca se transferunt clanculo, relicto habitu clericali, ac etiam, cum interdum aliquos ex talibus tuo contingit carceri mancipari, illos, non sine notabili negligentia, habire permittis impunes, propter quod in eadem terra presumptiones talium invalescunt per impunitatem eis incentivo prestito delinquendi. Cum igitur hec, si veritati concurrant, tanto vehementius nos perturbent quanto illa plenius obvia ecclesiastice honestati et in te pontificali honori conspicimus derogare, ac propterea nolentes illa conniventibus oculis pertransire, fraternitatem tuam rogamus attente per apostolica scripta mandantes quatenus, considerans diligenter quod in superioribus culpam constituit neglecta correctio subditorum, ad horum correctionem sic consurgas sollicitus et attentus quod tuorum subditorum maxime in dicta terra presumentium tam iniqua compescatur temeritas, prefati comitis mentem ex hiis procella turbationis quassatam reconcilies castigationis remedio diligentis, ita quod in populo de cetero pretextu similium nullum scandalum oriatur, vel suscitetur occasio murmurandi, nec in hiis aliud remedium exigatur, tuque in custodia crediti tibi gregis apud Deum pastor vigilans comproberis; nosque diligentiam tuam in hac parte invenisse dignam laudibus gaudeamus. Dat. Reate, v kalendas octobris, anno secundo. »

1453 Rieti, 25 août 1289.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 44, c. 512, f. 226 r°.)

Venerabili fratri Roberto, Bathoniensi et Wellensi episcopo. Eum purgat macula quam ex receptione beneficiorum ultra numerum in dispensatione praefixum recepit; dummodo fructus et redditus illicite perceptos competentibus ecclesiis restituat.

« Exhibita nobis tua... — Dat. Reate, viii kalendas septembris, anno secundo. »

1454 Rieti, 22 septembre 1289.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 513, f. 226 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Venetensi committit quatenus cum Pagano, domino Malastredi, Venetensis diocesis, et Guildart, nata quondam Gaufridi, domini de

Nouet, Corisopitensis dioecesis, dispenset ut in matrimonio quod olim, ignorantes quondam Haugomarum, militem, priorem virum ejusdem Guildert (*sic*), Pagano quarto consanguinitatis gradu conjunctum fuisse, contraxerunt remanere valeant.

« Exposita nobis dilecte... — Dat. Reate, x kalendas octobris, anno secundo. »

1455 Rieti, 17 septembre 1289.

Facultas absolvendi ab excommunicationis sententia. (Reg. 44, c. 514, f. 226 r°.)

Venerabili fratri Roderico, archiepiscopo Terraconensi, concedit facultatem absolvendi clericos qui pro violenta injectione manuum in personas ecclesiasticas excommunicationis sententias incurrerint, et dispensandi cum eis qui, absolutione non obtenta, per juris ignorantiam, divina officia celebrarint, cum eis vero qui hoc scienter fecerint post biennii suspensionem dispensandi.

« Ut eo gratiosior... — Dat. Reate, xv kalendas octobris, anno secundo. »

1456-1459 Rieti, 18 août 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 514², f. 226 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam centum dierum concedit eis qui ecclesiam Lemovicensem, in honorem Sancti Stephani protomartyris constructam, in festivitatibus ejusdem sancti, et per octo dies sequentes, visitaverint.

« Loca sanctorum omnium... — Dat. Reate, xv kalendas septembris, anno secundo. »

Rieti, 18 août 1289.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sancti Juniani, Lemovicensis dioecesis, in ejusdem sancti et S. Andreae apostoli festivitatibus visitaverint. Dat. ut supra (Potth., 23047).

Rieti, 22 septembre 1289.

In e. m. .. episcopo, decano et capitulo Ispalensibus. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit eis qui Ispalensem ecclesiam in beatae Mariae et sanctorum Leandri et Ysidori festivitatibus visitaverint. Dat. Reate, x kalendas octobris, anno secundo.

Rieti, 1er octobre 1289.

In e. m. .. rectori ecclesiae Sancti Andreae Tudertinae. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit eis qui praedictam ecclesiam in sancti Andreae festivitatibus visitaverint. Dat. Reate, kalendis octobris, anno secundo (*En marge*).

1460 Rieti, 27 septembre 1289.

Facultas conferendi beneficia. (Reg. 44, c. 514², f. 226 v°.)

Venerabili fratri Garsie, archiepiscopo Ispalensi, facultatem concedit conferendi omnia beneficia ecclesiastica quae in Ispalensi dioecesi tanto tempore jam vacaverint quod eorum collatio ad sedem apostolicam devoluta sit.

« Speciali prosequi tuam... — Dat. Reate, v kalendas octobris, anno secundo. »

1461 Rieti, 3 octobre 1289.

Monasterium Sanctae Mariae Montis Lucii Perusinum sub sua protectione suscipit. (Reg. 44, c. 515, f. 226 v°; Potth., 23097.)

.. abbatisse monasterii Sancte Marie Montis Lucii Perusini, ejusque sororibus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis in perpetuum.

« Religiosam vitam eligentibus... — Dat. Reate, per manum magistri Johannis, decani Baiocensis, sancte romane ecclesie vicecancellarii, v nonas octobris, indictione tertia, Incarnationis dominice anno m.cc.lxxxviiii, pontificatus vero donni Nicolai pape IIII anno secundo. »

1462 Rieti, 13 septembre 1289.

Facultas absolvendi ab excommunicationis sententia. (Reg. 44, c. 516, f. 227 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Castellano mandat quatenus Venetos qui excommunicationem pro participatione cum Siculis incurrerint absolvat, si hanc absolutionem petierint.

« Sua nobis dilectus... — Dat. Reate, idibus septembris, anno secundo. »

1463-1468 Rieti, 17 septembre 1289

Licentia testandi. (Reg. 44, c. 517, f. 227 v°. Lap. de [illegible], II, 265.)

Venerabili fratri Raymundo, episcopo Petragoricensi.

« Quia presentis vite... — Dat. Reate, xv kalendas octobris, anno secundo. »

Rieti, 23 août 1289.

In e. m. Giraudo, episcopo Vasionensi. Dat. Reate, x kalendas septembris, anno secundo.

Rieti, 23 août 1289.

In e. m. Petro, episcopo Sistaricensi.

Rieti, 26 septembre 1289.

In e. m. Guillelmo, episcopo Autissiodorensi. Dat. Reate, vi kalendas octobris, anno secundo.

Rieti, 5 août 1289.

In e. m. Petro, episcopo Tyrasonensi. Dat. Reate, nonis augusti, anno secundo.

Rieti, 17 septembre 1289.

In e. m. J., archiepiscopo Nicosiensi. Dat. Reate, xv kalendas octobris, anno secundo (*En marge*).

1469 Rieti, 17 septembre 1289.

Facultas absolvendi ab excommunicationis sententia. (Reg. 44, c. 518, f. 227 v°.)

Venerabili fratri Petro, episcopo Tyrasonensi, facultatem concedit absolvendi quosdam clericos Tyrasonensis dioecesis qui pro violenta injectione manuum in personas ecclesiasticas excommunicationis sententias incurrerunt, et dispensandi cum eis qui sic legati, non in contemptu clavium, divina officia celebrarint.

« Cum nonnulli clerici... — Dat. ut supra. »

1470 Rieti, 1er août 1289.

Remittit iter ad limina. (Reg. 44, c. 518², f. 227 v°.)

Eidem.

« Tue merita sinceritatis... — Dat. Reate, kalendis augusti, anno secundo. »

1471 Rieti, 1er août 1289.

Eadem facultas. (Reg. 44, c. 519, f. 227 v°.)

Eidem concedit ut absolvere clericos concubinos Tyrasonensis dioecesis, remotis mulieribus, ab excommunicationis sententia, dispensare cum eis qui sic legati, sed juris ignari, divina officia celebrarint, cum eis vero qui scienter, sed non in contemptu clavium, divina celebrarint, post biennii suspensionem dispensare possit.

« Devotionis tue sinceritas... — Dat. ut supra. »

1472 Rieti, 1er août 1289.

Licentia audiendi vel celebrandi divina officia in locis interdictis. (Reg. 44, c. 519², f. 228 r°.)

Eidem indulget ut quandiu interdicto regnum Aragoniae subjacuerit in eodem regno divina officia celebrare aut facere celebrari per unum ex capellanis suis possit.

« Inducti tue sinceritatis... — Dat. ut supra. »

1473 Rieti, 21 septembre 1289.

Episcopo Mimatensi ecclesiam, « in cujus territorio vinum crescat », concedit. (Reg. 44, c. 520, f. 228 r°; Lap. du Theil, II, 267.)

Venerabili fratri Guillelmo, episcopo Mimatensi. « Ad hoc nos... Cum igitur, sicut nobis exponere curavisti, ecclesia Mimatensis, sita in frigida regione, vini defectum non modicum patiatur, nos, tuis supplicationibus inclinati, volentes tibi gratiam facere spetialem, ut unam ecclesiam parrochialem tue diocesis, ad collationem tuam libere pertinentem, in cujus territorio vinum crescat, cedente vel decedente ipsius ecclesie rectore, usibus mense tue, cum omnibus redditibus, proventibus, juribus ac pertinentiis suis, applicare et in tuos usus proprios convertere valeas, tibi auctoritate presentium duximus concedendum... Dat. Reate, xi kalendas octobris, anno secundo. »

1474 Rieti, 21 septembre 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 520², f. 228 r°; Lap. du Theil, II, 268.)

Venerabili fratri .. episcopo et dilectis filiis capitulo ecclesie Mimatensis. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit visitantibus ecclesiam Mimatensem, in singulis beatae Mariae et sanctae crucis, in quarum honorem eadem ecclesia constructa est, et sanctorum Privati, Fredaldi, Firmani martyrum, et Ylerii confessoris, quorum corpora in ea requiescunt, festivitatibus, et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae.

« Licet is de... — Dat. ut supra. »

1475-1480 Rieti, 27 septembre 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 521, f. 228 r°; Potth., 23092.)

.. *guardiano et fratribus ordinis minorum de Brixia.* Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit eis qui ecclesiam de Brixia, in S. Francisci honorem constructam, in hujus sancti et beatae Mariae festivitatibus visitaverint.

« Splendor paterne glorie... — Dat. Reate, v kalendas octobris, anno secundo. »

Rieti, 27 septembre 1289.

In e. m. .. abbatissae et conventui monasterii Beatae Mariae de Petriolo Brixiensis, ordinis Sanctae Clarae. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam ejusdem monasterii in beatae Mariae et sanctae Clarae festivitatibus visitaverint. Dat. ut supra. (Potth., 23093.)

Rieti, 30 septembre 1289.

In e. m. .. abbatissae et conventui monasterii Sancti Petri de Messema, ordinis Cisterciensis, Januensis dioecesis. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam praedicti monasterii in S. Petri festivitatibus visitaverint. Dat. Reate, ii kalendas octobris, anno secundo.

Rieti, 7 octobre 1289.

In e. m. universis Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis. Indulgentiam centum dierum concedit eis qui ecclesiam Beatae Mariae Majoris Ferentinam in beatae Mariae festivitatibus visitaverint. Dat. Reate, nonis octobris, anno secundo.

Rieti, 25 octobre 1289.

In e. m. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit eis qui ecclesiam monasterii Sancti Johannis juxta Ambianis, ordinis Praemonstratensis, in beatae Mariae et S. Johannis Baptistae festivitatibus visitaverint. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, viii kalendas novembris, anno secundo.

Rieti, 12 octobre 1289.

In e. m. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sancti Severini confessoris de Cresciaco, Ambianensis dioecesis, in sancti Severini et beatae Mariae festivitatibus visitaverint. Dat. Reate, iiii idus octobris, anno secundo (*En marge*).

1481 Rieti, 22 septembre 1289.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 44, c. 522, f. 228 v°.)

Alvaro Pelagii, clerico Ispalensi. Cum eo dispensat super defectu natalium quem patitur, e conjugato nobili genitus et soluta, ut ad minores ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, sine cura, suscipere valeat.

« Etsi geniti ex... — Dat. Reate, x kalendas octobris, anno secundo. »

1482 Rieti, 30 septembre 1289.

De contentione inter Albertinum de Ostiolo, Continum de Trivultio et Guiffredinum Marinonum, ratione praebendae in ecclesia de Bollate, Mediolanensis dioecesis (Reg. 44, c. 523, f. 228 v°.)

..*abbati monasterii Sancti Vincentii Mediolanensis.* « Petitio dilecti filii Albertini de Ostiolo, clerici Mediolanensis, nobis exhibita continebat quod, vacante olim in ecclesia de Bollate, Mediolanensis diocesis, per obitum quondam Mathei Bruxatoris, ipsius ecclesie canonici, quadam prebenda, venerabilis frater noster .. archiepiscopus Mediolanensis illam Guifredino Marinono, clerico Mediolanensi, duxit auctoritate litterarum sedis apostolice, ut dicitur, conferendam, propter quod Continus de Trivultio, clericus Mediolanensis, qui super provisione sibi facienda de aliquo ecclesiastico beneficio spectante ad collationem vel presentationem .. prepositi et capituli ecclesie supradicte ad certos executores apostolicas litteras impetrarat, asserens prebendam ipsam spectare ad eum, ad sedem apostolicam appellavit, et tam in appellationis hujusmodi quam negotii principalis causa, que inter ipsos Continum, Guifredinum et Albertinum eundem, in prebenda ipsa se jus habere dicentem, et quoscumque alios vertebatur, seu verti posset, felicis recordationis Martinus papa, predecessor noster, magistrum Rainerum de Viterbio, capellanum nostrum, dedit eisdem partibus auditorem, et eo se ad partes alias transferente, pie memorie Honorius papa, predecessor noster, dilecto filio magistro Nicolino de Camilla, sedis apostolice capellano, in eo statu in quo erat coram dicto magistro R., audiendam commisit et fine debito terminandam. Demum dictorum Contini, Guiffredini ac Albertini procuratoribus coram eodem auditore comparentibus, et pro parte dicti Albertini oblato libello, et per eosdem dictorum Albertini, Contini et Guifredini procuratores lite contestata super illo, et de veritate dicenda prestito juramento, ac per eosdem dictorum Guifredini et Albertini procuratores factis positionibus, et ad eas responsionibus subsecutis, ac eodem ipsius Guifredini procuratore coram Nicolino proponente predicto quod Guifredinus ipse nondum etatis sue decimum annum attigerat, dictus Nicolinus, hujusmodi exceptionem ad-

mittens, et considerans quod processus in dicto negotio habitus et habendus cum procuratore ipsius minoris, quem ipse minor sine sui curatoris consensu, vel alias legitime in suis causis procuratorem constituerat, robur forsitan non haberet, supersedit negotio memorato. Et nichilominus, eodem romana curia recedente, nos prefatum negotium venerabili fratri nostro B., Portuensi episcopo, commisimus terminandum. Nolentes itaque hujusmodi negotium occasione predicta quomodolibet impediri, sed illud apud sedem ipsam potius terminari volentes, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus, per te vel per alium seu alios, ipsum Guifredinum ex parte nostra peremptorie citare procures, ac postmodum hoc ad patris sui, si vivat, vel aliquorum illi propinquorum producens notitiam, patrem eundem seu propinquos monere procures ut eidem Guifredino super hoc cautius providentes, infra unius mensis spatium post citationem et insinuationem hujusmodi per legitimam personam ad hoc ydoneam, prout expedit, cum actis, juribus et munimentis suis, causam predictam contingentibus, coram nobis compareat, justam, dante Domino, sententiam recepturus. Alioquin prefatus episcopus, de spetiali mandato nostro, facto sibi vive vocis oraculo, per eum hujusmodi cause procuratione prestita ad prelibatum negotium prosequendum, in ipso juxta formam de illo sibi factam a nobis procedere non omittet. Diem vero citationis et formam et quicquid inde feceris per tuas litteras harum seriem continentes studeas nobis fideliter intimare. Dat. Reate, II kalendas octobris, anno secundo. »

1483 Rieti, 30 septembre 1289.

De electione Caterinae de Barris, abbatissae monasterii de Paraclito. (Reg. 44, c. 524, f. 228 v°; Lap. du Theil, II, 269.)

Venerabili fratri .. episcopo Parisiensi. Vacante monasterio monialium de Paraclito, ordinis S. Benedicti, Trecensis dioecesis, per mortem Mariae, .. priorissa et conventus, post diversos tractatus, per viam procedentes compromissi, omnes, septem dumtaxat exceptis, in quatuor ejusdem monasterii moniales compromiserunt, concessa eis providendi de abbatissa monasterio supradicto, usque ad consumptionem cujusdam candelae, propter hoc ibidem accensae, plena potestate. Quibus compromissariis secedentibus in partem, Isabellis de Grancia, una ex eis, sua et collegarum suarum vice, Caterinam de Barris, ejusdem monasterii monialem, adhuc candela durante, abbatissam elegit, eademque Caterina huic electioni consensit. Sed Agnes de Megrigiis, una ex septem praedictis, asserens se a sex aliis electam esse, electioni Caterinae se opposuit; hac vero causa ad sedem apostolicam legitime devoluta, papa J., Sanctae Mariae in Via lata diaconum cardinalem, dedit partibus auditorem, qui postmodum quae coram ipso in hac causa habita fuerant papae exposuit. Hic ergo electionem Agnetis tanquam non canonicam cassavit. Cum autem quaedam fuerint tam in personam praefatae Caterinae quam in formam ipsius electionis objecta, ac de hiis apud sedem apostolicam non possit plene liquere, episcopo Parisiensi mandat quatenus, in inquisitione diligenter facta, si electionem canonicam et personam idoneam invenerit, electionem confirmet et Caterinae munus consecrationis impendat; alioquin, electione cassata, monasterio de persona idonea per canonicam electionem provideri studeat.

« Dudum monasterio monialium... — Dat Reate, II kalendas octobris, anno secundo. »

1484-1498 Rieti, 17 septembre 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 525, f. 229 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui ecclesiam monasterii Sancti Dionysii Remensis, ordinis S. Augustini, in sancti Dionysii festivitatibus visitaverint.

« Vite perempnis gloria... — Dat. Reate, XV kalendas octobris, anno secundo. »

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Beatae Mariae Jotrensem, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentem, ordinis S. Benedicti, Meldensis dioecesis, in beatae Mariae festivitatibus visitaverint.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sanctorum Tymothei et Apolinaris Remensem in eorumdem sanctorum festivitatibus visitaverint.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam .. prioris et fratrum hospitalis de Dei Merito, juxta Remis, ordinis S. Augustini, in S. Bernardi, in cujus honorem constructa est, festivitate visitaverint.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam monasterii Sancti Geromari de Flaiaco, ordinis S. Benedicti, Belvacensis dioecesis, in sancti Geromari festivitate visitaverint.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam monasterii Sancti Petri apostoli Remensis, ordinis S. Benedicti, in sancti Petri festivitatibus visitaverint.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam monasterii Sancti Petri ad Montes Catha-

launensis, ordinis S. Benedicti, in sancti Petri festivitatibus visitaverint.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam monasterii Sancti Petri apostoli de Calmis, ordinis S. Benedicti, Senonensis dioecesis, in sancti Petri festivitatibus visitaverint.

Rieti, 22 septembre 1289.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam monasterii de Cella Paduani, ordinis Sanctae Clarae, in honorem beatae Mariae constructam, in beatae Mariae, S. Antonii et sanctae Clarae festivitatibus visitaverint. Dat. Reate, x kalendas octobris, anno secundo. (Potth., 23085.)

Rieti, 13 septembre 1289.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sancti Salvatoris Metensem, in die dedicationis basilicae Sancti Salvatoris, et in beatae Mariae festivitatibus, visitaverint. Dat. Reate, idibus septembris, anno secundo (*En marge*).

Rieti, 22 septembre 1289.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sancti Benedicti Parisiensem, in sancti Benedicti festivitate visitaverint. Dat. Reate, x kalendas octobris, anno secundo. (*Ibid.*)

Rieti, 28 septembre 1289.

In e. m. .. magistrae et sororibus claustri Beginarum Insulensis, Tornacensis dioecesis. Indulgentiam centum dierum concedit eis qui hujus claustri ecclesiam, in honorem Sanctae Elisabet fundatam, in ejusdem sanctae festivitate visitaverint. Dat. Reate, IIII kalendas octobris, anno secundo. (*Ibid.*)

Rieti, 26 septembre 1289.

In e. m. .. abbati et conventui monasterii Sancti Eligii Noviomensis. Indulgentiam centum dierum concedit eis qui eorum ecclesiam in sancti Eligii festivitate visitaverint. Dat. Reate, VI kalendas octobris, anno secundo. (*Ibid.*)

Rieti, 1er octobre 1289.

In e. m. .. magistro et fratribus hospitalis Leprosorum Sancti Silvestri in pede Canalis, Soranae dioecesis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui hujus hospitalis ecclesiam in S. Silvestri et beatae Mariae festivitatibus visitaverint. Dat. Reate, kalendis octobris, anno secundo. (*Ibid.*)

Rieti, 7 octobre 1289.

In e. m. .. praeposito et capitulo ecclesiae Sancti Johannis de Celano, Marsicanae dioecesis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui eorum ecclesiam in sanctorum Johannis Baptistae et Johannis Evangelistae festivitatibus visitaverint. Dat. Reate, nonis octobris, anno secundo. (*Ibid.*)

1499 Rieti, 22 septembre 1289.

Remittit iter ad limina. (Reg. 44, c. 526, f. 229 v°.)

Venerabili fratri Garsie, archiepiscopo Ispalensi, indulget ut non bienniis sed trienniis limina apostolorum visitare teneatur.

« Personam tuam eo... — Dat. Reate, x kalendas octobris, anno secundo. »

1500 Rieti, 22 septembre 1289.

Ad solutionem debitorum Ispalensis ecclesiae. (Reg. 44, c. 526², f. 229 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Tyrasonensi et dilecto filio .. magistro scolarum ecclesie Ispalensis, ac Alfonso Roderici, canonico Segobiensi, mandat quatenus Garsiae, archiepiscopo Ispalensi, fructus, redditus et proventus primi anni omnium beneficiorum ecclesiasticorum quae in Ispalensi dioecesi usque ad triennium vacare contigerit, in solutionem debitorum Ispalensis ecclesiae convertendos, ministrari faciant.

« Grandis affectus quem... — Dat. ut supra. »

1501 Rieti, 22 septembre 1289.

De eodem negotio. (Reg. 44, c. 526³, f. 229 v°, en marge.)

Nicolaus etc. Venerabili fratri Garsie, archiepiscopo Ispalensi, salutem etc. Ei indulget ut fructus, redditus et proventus primi anni omnium beneficiorum ecclesiasticorum, quae usque ad triennium vacare in Ispalensi dioecesi contigerit, percipere possit, ad solutionem debitorum Ispalensis ecclesiae.

« Grandis affectus quem... — Dat. Reate, x kalendas octobris, anno secundo. »

1502-1503 Rieti, 5 octobre 1289.

Dispensatio residentiae. (Reg. 44, c. 527, f. 229 v°.)

Carissimo in Christo filio Eduardo, regi Anglie illustri, indulget ut decem clerici ejus fructus, redditus et pro-

ventus beneficiorum suorum, per octo annos, cum ea integritate percipere valeant cum qua eos perciperent si personaliter residerent.

« Celsitudinem regiam spetiali... — Dat. Reate, III nonas octobris, anno secundo. »

In e. m. .. Lincolniensi et .. Bathoniensi episcopis mandat quatenus eosdem redditus et proventus praedictis clericis integre ministrari faciant. Dat. ut supra.

1504 Rieti, 6 octobre 1289.

Concessio capellae et coemeterii. (Reg. 44, c. 528, f. 229 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Menevensi mandat quatenus Willelmo de Valentiis, comiti de Pembrach, qui in villa sua de Tenebit, Menevensis dioecesis, hospitale ad opus pauperum et infirmorum construxit et dotavit, facultatem construendi in eodem hospitali capellam, habendi capellanum proprium in ea, et coemeterium juxta eam ad opus fratrum, pauperum et infirmorum hospitalis benedicendi concedat.

« Ex parte dilecti... — Dat. Reate, II nonas octobris, anno secundo. »

1505 Rieti, 26 septembre 1289.

Concessio coemeterii. (Reg. 44, c. 529, f. 230 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Sagiensi mandat quatenus .. decano et capitulo ecclesiae Omnium Sanctorum de Mauritania, Sagiensis dioecesis, facultatem tribuat habendi coemeterium in proprio fundo ipsius ecclesiae ad opus clericorum ac laicorum servientium ecclesiae inibi decedentium.

« Dilecti filii .. decanus... — Dat. Reate, VI kalendas octobris, anno secundo. »

1506 Rieti, 22 septembre 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 529², f. 230 r°.)

.. abbatisse et conventui monasterii Sancti Thome Januensis, ordinis S. Benedicti. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui ecclesiam praedicti monasterii in Sancti Thomae festivitatibus visitaverint.

« Licet is de... — Dat. Reate, X kalendas octobris, anno secundo. »

1507-1509 Rieti, 7 octobre 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 530, f. 230 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui ecclesiam cathedralem Morinensem, Beatae Mariae vocabulo insignitam, in beatae Mariae et sancti Johannis Baptistae festivitatibus visitaverint.

« Virga venustissima et... — Dat. Reate, nonis octobris, anno secundo. »

Rieti, 11 octobre 1289.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam cathedralem Reatinam, in honorem beatae Mariae dedicatam, in ejusdem virginis festivitatibus et anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint. Dat. Reate, V idus octobris, anno secundo.

Rieti, 3 octobre 1289.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam cathedralem Ambianensem, in honorem beatae Mariae dedicatam, in ejusdem virginis et sanctorum Firmini martyris et Firmini confessoris festivitatibus visitaverint. Dat. Reate, V nonas octobris, anno secundo.

1510 Rieti, 26 septembre 1289.

De quotidianis distributionibus in ecclesia Sancti Benedicti Parisiensi. (Reg. 44, c. 531, f. 230 r°; Lap. du Theil, II, 271.)

Venerabili fratri .. episcopo Parisiensi. « Significarunt nobis dilecti filii capitulum ecclesie Sancti Benedicti Parisiensis quod distributiones cotidiane ipsius ecclesie, que dantur canonicis residentibus et deservientibus in eadem, sunt adeo tenues et exiles quod aliqui ex ipsis canonicis, propter tenuitatem ipsarum distributionum, in dicta ecclesia non curant personaliter residere, propter quod ecclesia ipsa sepius defectum patitur in divinis. Quare pro parte ipsius capituli fuit nobis humiliter supplicatum ut eis, in augmentum dictarum distributionum, percipiendi fructus, redditus et proventus primi anni prebendarum canonicorum dicte ecclesie decedentium, et eos in usum distributionum hujusmodi convertendi, licentiam de benignitate sedis apostolice concedere curaremus. Nos itaque, de circumspectione tua plenam in Domino fiduciam obtinentes, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus eidem capitulo auctoritate nostra hujusmodi concedas licentiam, si videris expedire. Ita tamen quod per hoc apostolica auctoritate

receptis in dicta ecclesia et prebendas expectantibus vacaturas nullum prejudicium generetur... Dat. Reate, VI kalendas octobris, anno secundo. »

1511-1516 Rieti, 4 octobre 1289.

Robertus, archiepiscopus Compostellanus, consecratur. (Reg. 44, c. 532, f. 231 r°.)

Venerabili fratri Roderico, archiepiscopo Compostellano. Ei, ab Honorio IIII archiepiscopo Compostellanae ecclesiae praefecto, munus consecrationis, non obstantibus objectionibus contra eum a quibusdam Compostellanis canonicis factis, impendit.

« Olim felicis recordationis... — Dat. Reate, IIII nonas octobris, anno secundo. »

In e. m. .. decano et capitulo Compostellanis mandat ut praedicto archiepiscopo debitam reverentiam praebeant.

In e. m. clero Compostellanae civitatis et dioecesis.

In e. m. populo Compostellanae civitatis et dioecesis.

In e. m. suffraganeis ecclesiae Compostellanae.

In e. m. .. regem Castellae et Legionis rogat ut eidem archiepiscopo regium favorem praebeat.

1517 Rieti, 30 septembre 1289.

Immunitates capitulo Parisiensi conceduntur. (Reg. 44, c. 533, f. 231 r°; Lap. du Theil, II, 272.)

.. *decano et capitulo ecclesie Parisiensis.* « Desideriis vestris in hiis effectu benivolo libenter annuimus que vobis pro futura speramus. Hinc est quod nos, vestris supplicationibus inclinati, ut de blado, vino, lana, pannis, lignis, lapidibus et aliis que pro usu vestro emere vos oportet, vinagia, roagia, pedagia vel exactiones alias, que ab aliis secularibus exiguntur, nulli solvere teneamini, vobis auctoritate presentium indulgemus. Nulli ergo etc. nostre concessionis etc. Dat. Reate, II kalendas octobris, anno secundo. »

1518 Rieti, 20 août 1289.

Ecclesia de Huygnehvis ecclesiae Sancti Pauli de Sancto Dionysio in Francia conceditur. (Reg. 44, c. 533, f. 231 r°; Lap. du Theil, II, 273.)

Dilecto filio capitulo ecclesie Sancti Pauli de Sancto Dyonisio in Francia, Parisiensis diocesis. Confirmat actum quo quondam Matthaeus, abbas monasterii Sancti Dionysii, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, Parisiensis dioecesis, ad quem pertinet in ecclesia Sancti Pauli collatio praebendarum, cum consensu sui conventus, capellam de Huygnehvis, Cameracensis dioecesis, in qua iidem abbas et conventus jus patronatus habent, .. episcopi Cameracensis postmodum accedente consensu, ecclesiae Sancti Pauli, in augmentum quinque praebendarum ejusdem ecclesiae, quae multo exiliores aliis erant, concessit.

« Cum a nobis... — Dat. Reate, XIII kalendas septembris, anno secundo. »

1519 Rieti, 27 septembre 1289.

Privilegium monasterio Fiscanensi concessum. (Reg. 44, c. 534, f. 231 r°; Lap. du Theil, II, 275; Potth., 23091.)

.. *abbati et conventui monasterii Fiscanensis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, Rothomagensis diocesis*, indulget ut per litteras apostolicas vel legatorum sedis apostolicae, in quibus Rothomagensis archiepiscopus vel officialis ejus, aut aliquis de Rothomagensi ecclesia judex aut executor datus fuerit, nullatenus conveniri possint. Idem indultum eidem monasterio jam concesserant Alexander, ad instar Innocentii IIII, usque ad decennium, et postmodum Clemens, usque ad triennium.

« Petitio vestra nobis... — Dat. Reate, V kalendas octobris, anno secundo. »

1520-1521 Rieti, 22 septembre 1289.

Ad reparationem monasterii Sancti Huberti in Ardenna. (Reg. 44, c. 535, f. 231 r°.)

.. *abbati et conventui monasterii Sancti Huberti in Ardenna, ordinis S. Benedicti, Leodiensis diocesis*, concedit fructus, redditus et proventus primi anni omnium beneficiorum ecclesiasticorum, ad collationem vel praesentationem eorum spectantium, quae usque ad triennium vacare contigerit, ad reparationem monasterii eorum, quod incensum fuit.

« Vestre meritis religionis... — Dat. Reate, X kalendas octobris, anno secundo. »

In e. m. .. abbati monasterii Beatae Mariae Mosomensis, Remensis dioecesis, .. cantori, et magistro Godino de Marvilla, canonico ecclesiae Sancti Johannis Leodiensis, mandat quatenus eosdem fructus et redditus

praedictis abbati et conventui integre ministrari faciant.

« Dilectorum filiorum .. abbatis... — Dat. ut supra. »

1522 Rieti, 1er octobre 1289.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 44, c. 536, f. 231 vo.)

Magistro Roberto de Forda, canonico ecclesie Suwellensis, Eboracensis diocesis, quocum jam dispensatum est ut, non obstante defectu natalium quem patitur, e soluto natus et soluta, ad omnes ordines promoveri et unum beneficium ecclesiasticum recipere valeret, indulget ut plura beneficia ecclesiastica percipere possit.

« Merita tue devotionis... — Dat. Reate, kalendis octobris, anno secundo. »

1523-1524 Rieti, 26 septembre 1289.

Bonusjohannes monasterio Sancti Laurentii in Campo abbas praeficitur. (Reg. 44, c. 537, f. 231 vo.)

Bonojohanni, abbati monasterii Sancti Laurentii in Campo, ordinis S. Benedicti, Fanensis diocesis. Vacante monasterio Sancti Laurentii in Campo per promotionem F. ad Fanensem episcopatum, prior et conventus, per viam compromissi procedentes, in Penestrinum episcopum compromiserunt, qui Bonumjohannem, tunc abbatem monasterii Sancti Gerentii Callensis, elegit. Hanc electionem papa confirmat.

« Desideria mentis nostre... — Dat. Reate, vi kalendas octobris, anno secundo. »

In e. m. .. priori et conventui monasterii Sancti Laurentii in Campo, ut praedicto abbati reverentiam debitam praebeant.

1525 Rieti, 1er octobre 1289.

Fundatio monasterii sororum Sanctae Clarae. (Reg. 44, c. 538, f. 231 vo.)

Venerabili fratri Berengario, episcopo Lodovensi, constituendi in ecclesia Sancti Stephani de Goriano monasterium sororum ordinis Sanctae Clarae, idque dotandi de bonis propriis et de bonis ecclesiae, facultatem concedit.

« Cum sicut ex... — Dat. Reate, kalendis octobris, anno secundo. »

1526 Rieti, 27 septembre 1289.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 44, c. 539, f. 231 vo.)

Venerabili fratri .. episcopo Corisopitensi committit quatenus cum Guillelmo dicto Boffit, clerico Corisopitensi, quocum jam a Nicolao III dispensatum est ut, non obstante defectu natalium quem patitur, e soluto natus et soluta, ad omnes ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum recipere valeret, rursus dispenset ut dignitatem, excepta episcopali, aut personatum obtinere possit.

« Accedens ad presentiam... — Dat. Reate, v kalendas octobris, anno secundo. »

1527 Rieti, 4 octobre 1289.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 44, c. 540, f. 232 ro.)

Nicolao de Sancto Victore, clerico terre monasterii Casinensis. Cum eo dispensat ut, non obstante defectu natalium quem patitur, e presbytero natus et soluta, ad minores ordines promoveri et beneficium sine cura obtinere valeat.

« Etsi geniti ex... — Dat. Reate, iiii nonas octobris, anno secundo. »

1528-1532 Rieti, 7 octobre 1289.

Robertus Pergamensi ecclesiae episcopus praeficitur. (Reg. 44, c. 541, f. 232 ro.)

Venerabili fratri Roberto, episcopo Pergamensi. Vacante ecclesia Pergamensi per obitum Guiscardi, capitulum duas electiones, unam de Roberto, tunc archidiacono, alteram de quondam Johanne, tunc praepositio Pergamensis ecclesiae, celebravit. Causa autem ad sedem apostolicam devoluta, obiit Johannes et Robertus jus sibi ex electione competens resignavit. Hunc vero papa ecclesiae Pergamensi episcopum praeficit.

« Ad universalis ecclesie... — Dat. Reate, nonis octobris, anno secundo. »

In e. m. capitulo ecclesiae Pergamensis mandat ut eidem episcopo debitam obedientiam praebeat.

In e. m. clero civitatis et dioecesis Pergamensis.

In e. m... potestatem, consilium et commune civitatis Pergamensis rogat ut eidem episcopo favorabiliter assistant.

In e. m. universis vassallis ecclesiae Pergamensis mandat ut eidem episcopo consueta servitia exhibeant.

1533-1537 Rieti, 26 septembre 1289.

Ildibrandinus ecclesiae Aretinae episcopus praeficitur. (Reg. 44, c. 542, f. 232 v°.)

Venerabili fratri Ildibrandino, episcopo Aretino. Eum, tunc canonicum ecclesiae Aretinae, eidem ecclesiae, per obitum Guillelmi vacanti, episcopum praeficit.

« In supreme dignitatis... — Dat. Reate, VI kalendas octobris, anno secundo. »

In e. m. capitulo Aretino mandat ut eidem episcopo debitam obedientiam praebeat.

In e. m. clero civitatis et dioecesis Aretinae.

In e. m. populo civitatis et dioecesis Aretinae.

In e. m. universis vassallis ecclesiae Aretinae, ut eidem episcopo consueta servitia exhibeant.

1538-1539 Rieti, 5 septembre 1289.

Clerum villae de Gandavo a ballivo et scabinis tuetur. (Reg. 44, c. 543, f. 232 v°; Potth., 23071.)

Dilectis filiis universis clericis ville de Gandavo, Tornacensis diocesis. « Petitio vestra nobis exhibita continebat quod.. ballivus, .. subballivus et scabini ville de Gandavo, Tornacensis diocesis, non attendentes quod laicis in clericos et personas ecclesiasticas nulla est attributa potestas, vos diversis exactionibus et collectis, molestiis et injuriis opprimere propria temeritate presumunt, contra canonicas sanctiones; nam iidem ballivus, suballivus et scabini, pretextu cujusdam indebite exactionis seu assisie per ipsos omnibus habitatoribus ejusdem ville imposite, tam de frumento, vino et aliis victualibus quam pannis, lana et omnibus humanis victui et usibus oportunis, que ad opus vestrum vestreque familie emere vos contingit, certas pecunie quantitates a vobis, contra justitiam, exigunt et extorquent, nec hiis contenti, nonnunquam alias pecuniarum summas sine aliqua rationabili causa vobis de novo imponunt, illas a vobis temere auferendo, et, si quando vos hujusmodi pecuniam ipsis non solvitis, prout etiam non tenemini nec debetis, dicti ballivus, subballivus, scabini, seu eorum satellites, de mandato ipsorum, domos vestras violenter infringere, ac non solum bona vestra inventa inibi occupare, verum etiam vos interdum, ausu sacrilego, capere ac ignominiose tractare, captivare et captos detinere attemptant, in proprie salutis interitum et derogationem ecclesiastice libertatis, alias etiam vos variis injuriis et gravaminibus afficere multipliciter non verentur. Quare fuit nobis ex parte vestra humiliter supplicatum ut apostolicum super hoc adhibere presidium, per quod a tot gravaminibus, injuriis et pressuris, que vobis per predictos ballivum, subballivum, scabinos et eorum satellites, ut premittitur, jugiter irrogantur, respirare possitis, paterna sollicitudine curaremus. Nos igitur, volentes predictis gravaminibus et injuriis juxta officii nostri debitum obviare, auctoritate apostolica districtius inhibemus ne prefati ballivus, subballivus, scabini et satellites hujusmodi gravamina, injurias seu molestias vobis de cetero contra predictas sanctiones taliter inferre presumant. Nulli ergo etc. nostre inhibitionis etc. Dat. Reate, nonis septembris, anno secundo. »

In e. m. .. officiali Tornacensi mandat quatenus non permittat clericos de Gandavo a ballivis, subballivis et scabinis molestari.

« Petitio dilectorum filiorum... — Dat. ut supra. »

1540 Rieti, 1er octobre 1289.

Domui Vallis viridis licentiam permutandi quasdam possessiones suas concedit. (Reg. 44, c. 544, f. 233 r°; Lap. du Theil, II, 277.)

.. *penitentiario ecclesie Parisiensis* mandat ut inquirat de opportunitate petitionis qua .. prior et conventus domus Vallis viridis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, Cartusiensis ordinis, licentiam poscunt permutandi quasdam possessiones suas, nimis distantes, cum aliis possessionibus ad prioratum Sanctae Mariae de Campis, ordinis S. Benedicti, Parisiensis dioecesis, spectantibus.

« Ex parte dilectorum... — Dat. Reate, kalendis octobris, anno secundo. »

1541 Rieti, 8 octobre 1289.

Dispensatio super irregularitate. (Reg. 44, c. 544², f. 233 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Wintoniensi committit ut cum Valentino, presbytero, monacho monasterii Sancti Swythini Wyntoniensis, ordinis S. Benedicti, olim priore ejusdem monasterii, dispenset super irregularitate quam olim se, tunc excommunicatum, divinis immiscendo, contraxit.

« Exhibita nobis ex... — Dat. Reate, VIII idus octobris, anno secundo. »

1542 Rieti, 9 octobre 1289.

De visitationis officio. (Reg. 44, c. 545, f. 233 r°; Lap. du Theil, II, 278.)

Venerabili fratri Raymundo, episcopo Petragoricensi, indulget ut per alias personas visitationis officium exercere et procurationes in victualibus recipere possit.

« Habet in nobis... — Dat. Reate, vii idus octobris, anno secundo. »

1543-1546 Rieti, 29 septembre 1289.

Robertus monasterio Sanctae Crucis de Waltham abbas praeficitur. (Reg. 44, c. 546, f. 233 r°.)

Fratri Roberto, abbati monasterii Sancte Crucis de Waltham, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Augustini, Londoniensis diocesis. Vacante monasterio Sanctae Crucis de Waltham, prior et conventus electionem abbatis faciendam Roberto, Henrico de Templo, Baldrico, Henrico, Riccardo, Jacobo et Johanni, canonicis ejusdem monasterii, commiserunt, quorum compromissariorum sex in eundem Robertum concorditer consenserunt. Hanc igitur electionem, per B., episcopum Portuensem, H., Sanctae Sabinae presbyterum, et Petrum, Sancti Eustachii diaconum cardinales, examinatam, papa confirmat.

« Pastoralis officii nobis... — Dat. Reate, iii kalendas octobris, anno secundo. »

In e. m. .. priori et conventui monasterii Sanctae Crucis de Waltham mandat ut eidem abbati debitam obedientiam praebeant.

In e. m. .. universis vassallis ejusdem monasterii.

In e. m. .. regem Angliae rogat ut eundem abbatem auxilio suo fulciat.

« Ad fovendum in... — Dat. ut supra. »

1547 Rieti, 28 août 1289.

Inquisitionis officium Venetiis. (Reg. 44, c. 547, f. 233 v°. Potth., 23057.)

Dilecto filio nobili viro .. duci, consilio et communi Venetorum. « Accedentes ad apostolicam sedem dilectos filios nobiles viros Marcum dictum Bembo et Nicolaum Quirici, nuntios et scindicos, seu procuratores vestros, solita benignitate recepimus, et tam que coram nobis ex parte vestra proponere voluerunt quam que continebantur in procuratoriis seu in instrumentis super eorum scindicatu confectis attente audivimus et intelleximus diligenter. Porro prefati scindici, juxta sue commissionis tenorem in negotio procedentes, pro vobis et nomine vestro firmiter promiserunt quod inquisitoribus pravitatis heretice, ad ipsorum officium efficaciter exequendum, tu, fili dux, absque ulla requisitione, consilii oportunum auxilium, cum ab eis requisitus extiteris, exhibebis, quodque depones pecuniam penes aliquem in Venetiis a vobis communiter inquisitorum ipsorum nomine deputatum; ita quod, quandocumque inquisitores prefati pro ejusdem executione officii pecunia indigebunt, alibi pecuniam querere non cogantur, prout in instrumento publico super hujusmodi promissione confecto plenius et seriosius continetur. Nos autem, devotionem in hac parte vestram et quantum sit vobis cordi negotium fidei experiri volentes, universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes quatenus, pro divina et apostolice sedis ac nostra reverentia, promissionem eandem, nomine, ut premittitur, vestro factam, sic devote, sollicite ac efficaciter adimplere curetis, impendendo inquisitoribus ipsis super exequendo eorum officio consilium, favorem et auxilium oportunum, ut exinde a Domino premium et a nobis digne commendationis titulum consequi valeatis, nec oporteat, si secus fieret, per apostolice sedis providentiam aliud in hac parte remedium adhiberi. Tenores autem procuratoriorum predictorum presentibus fecimus annotari, qui tales sunt :

« In Dei nomine. Amen. Anno ejusdem Nativi-
» tatis mcclxxxviii, die quarto augusti, secunde in-
» dictionis. Ex tenore hujusmodi publici instrumenti
» appareat manifeste quod illustri domino Johanne Dan-
» dulo, Dei gratia, Venetiarum, Dalmatie atque Chroa-
» tie duce, domino quarte partis et dimidie totius imperii
» Romanie existente, cum suo minori et majori et ge-
» nerali consilio et communi Venetiarum ad voces pre-
» conias et sonum campanarum more solito congregatis,
» capta fuit pars et ordinatum et firmatum per ipsum
» dominum ducem et per predicta consilia quod domi-
» nus dux habeat a majori consilio plenam auctoritatem,
» et ab eodem consilio fuit eidem concessa dandi solus
» auxilium inquisitoribus pro officio heretice pravitatis
» exercendo in Venetiis, quandocumque ab ipsis inqui-
» sitoribus fuerit requisitus, sine alterius requisitione
» consilii. Item quod deponatur pecunia penes aliquem
» deputatum in Venetiis per commune ad nomen inqui-
» sitorum, ita quod, quandocumque inquisitores indige-
» rent pecunia pro officio, quod non oporteret eos alio
» perquirere nisi istum sic deputatum, qui teneatur et
» debeat, quando requisierint, sibi dare, et recipiat pro

» communi Veneto omnem utilitatem et proventus, qui » ex officio provenirent. In cujus rei fidem et evidentiam » pleniorem dictus dominus dux mandavit de predictis » instrumentum publicum per me Martinum Ravignani, » notarium et ducatus Venetiarum scribam, fieri, et sua » bulla plumbea communiri. Actum Venetiis, in ducali » palatio. Ego Martinus Ravignani, imperiali auctoritate » notarius, et ducatus Venetiarum scriba, hiis omnibus » interfui et de mandato dicti domini ducis scripsi et in » publicam formam redegi. »

Item :

« In Dei nomine. Amen. Anno ejusdem Nativitatis MCCLXXXVIIII, die quarto augusti, secunde indictionis. Illustris dominus Johannes Dandulus, Dei » gratia Venetiarum, Dalmatie atque Chroatie dux, » dominus quarte partis et dimidie totius imperii Romanie, de voluntate atque expresso consensu sui minoris » et majoris consilii et communis Venetiarum, ad sonum campanarum et voces preconias more solito » congregatorum, et ipsa consilia et homines ipsorum » consiliorum cum eodem domino duce simul, vice ac » nomine communis Venetiarum, fecerunt, constituerunt et ordinaverunt suos nuntios, scindicos et procuratores nobiles viros Marcum Bembo et Nicolaum » Quirini, ambaxiatores fideles dicti domini ducis in » curia domini pape, licet absentes, et quemlibet eorum » in solidum, ita quod non sit potior conditio occupantis, et quod, si unus eorum inceperit, alter possit prosequi et complere, ad offerendum, promittendum et » firmandum nomine communis Venetiarum domino » summo pontifici et venerabilibus patribus sancte romane ecclesie cardinalibus, vel aliquibus eorum, vel » aliis quibuscumque videbitur, quod dominus dux solus » dabit auxilium inquisitoribus heretice pravitatis pro » inquisitionis officio exercendo in Venetiis, quandocumque ab ipsis inquisitoribus fuerit requisitus, sine » alterius requisitione consilii. Item quod deponetur » pecunia penes aliquem deputatum in Venetiis per » commune Venetiarum ad nomen inquisitorum, ita » quod, quandocumque inquisitores indigerent pecunia » pro officio, quod non oporteat eos alio perquirere nisi » istum sic deputatum, qui teneatur et debeat, quando » requisierint, sibi dare, et recipiat pro communi Venetiarum omnem utilitatem et proventus qui ex officio » provenirent. Promittentes firmum et ratum habere » quicquid fecerint, vel alter eorum fecerit de predictis, » sub obligatione bonorum communis Venetiarum. In » cujus rei fidem et evidentiam pleniorem dominus dux » mandavit et dicti de consilio rogaverunt per me Martinum Ravignani, notarium infrascriptum, fieri hoc publicum instrumentum, quod dominus dux mandavit » sua bulla plumbea communiri. Actum Venetiis, in ducali palatio, presentibus magistro Tanto, cancellario, » Rustichino Benentendi, Ziliolo de Xanino et Gusmerio de Madonio, notariis et ducatus Venetiarum scribis. » Ego Martinus Ravignani, imperiali auctoritate notarius et ducatus Venetiarum scriba, predictis omnibus » interfui et de mandato dicti domini ducis scripsi et rogatu predictorum in publicam formam redegi. »

Dat. Reate, v kalendas septembris, anno secundo. »

1548 Rieti, 27 septembre 1289.

Licentia conferendi beneficia. (Reg. 44, c. 548, f. 234 r°.)

Venerabili fratri Garsie, archiepiscopo Ispalensi. « Clara tue devotionis... Hinc est quod nos, tuis devotis supplicationibus benignum impartientes assensum, ut si, postquam ad Yspalensis ecclesie regimen es assumptus, beneficia ecclesiastica, etiam si personatus et dignitates existant et curam habeant animarum, vacaverunt, vel medio tempore quo ad ecclesiam ipsam accedes forte vacabunt, etiam si antequam beneficia ipsa conferre posses laberetur semestre tempus quod tibi ad conferendum beneficia eadem a canonibus indulgetur, quod beneficia ipsa, prout alias ad tuum spectat officium, infra aliud semestris temporis spatium, a fine primi decursi temporis circa vacationem singulorum beneficiorum hujusmodi computandum, quod cum priori tempore computari nolumus, personis tamen ydoneis hac vice conferre libere valeas fraternitati tue auctoritate tibi presentium indulgemus. Nulli ergo etc. nostre concessionis etc. Dat. Reate, v kalendas octobris, anno secundo. »

1549 Rieti, 27 septembre 1289.

Facultas absolvendi excommunicatos. (Reg. 44, c. 549, f. 234 r°; Lap. du Theil, II, 279.

Venerabili fratri Ademaro, episcopo Cracoviensi, concedit ut clericos suae dioecesis qui pro violenta injectione manuum in personas ecclesiasticas vel pro manifesta cohabitatione cum mulieribus sententiam excommunicationis incurrerint absolvere, et cum eis qui sic legati, divinis se immiscendo, irregularitatem contraxerint, dispensare possit.

« Ex parte tua... — Dat. ut supra. »

1550-1554 Rieti, 4 octobre 1289.

Raymundus Ebredunensi ecclesiae archiepiscopus praeficitur. (Reg. 44, c. 550, f. 234 r°; Lap. du Theil, II, 281.)

Venerabili fratri Raymundo, archiepiscopo Ebredunensi. Vacante Ebredunensi ecclesia per obitum Guillelmi, capitulum, per viam compromissi procedens, Jacobo Raymundi, praeposito Sistaricensi et canonico ecclesiae Ebredunensis, providendi eidem ecclesiae de archiepiscopo potestatem commisit; idemque Jacobus Guillelmum Abrivati, sacristam ejusdem ecclesiae, elegit, sed nonnulli canonici, videlicet Guillelmus, praepositus, Johannes, archidiaconus, Guillelmus Chamosii, Durandus de Fraxeneria, Oddo de Vigintimilio, Ebredunus Martini et Johannes Rialoni, electioni hujusmodi, utpote de persona indigna, ut dicebant, scienter facte, consentire recusantes, et asserentes electionem ad se devolutam esse, tribus ex se ipsis providendi ipsi ecclesiae potestatem concesserunt, qui compromissarii Raymundum, tunc Vapincensem episcopum, postularunt. Cumque postmodum pro hujusmodi negotio praedicti sacrista et Raymundus ad sedem apostolicam accessissent, idem sacrista renuntiavit omni juri sibi ex electione competenti, postulationem vero de Raymundo, utpote a minore parte capituli factam, papa non admisit, sed postea eundem Raymundum Ebredunensi ecclesiae archiepiscopum praefecit, eique per M., Sanctae Mariae in Porticu, J., Sanctae Mariae in Via lata, et B., Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconos cardinales, palleum exhiberi fecit.

« Desideria mentis nostre... — Dat. Reate, IIII nonas octobris, anno secundo. »

In e. m. .. praeposito et capitulo Ebredunensibus mandat ut eidem archiepiscopo debitam obedientiam praebeant.

In e. m. populo civitatis et dioecesis Ebredunensis.

In e. m. universis vassallis ecclesiae Ebredunensis mandat ut eidem archiepiscopo solita fidelitatis juramenta et servitia praestent.

In e. m. universis episcopis suffraganeis Ebredunensis ecclesiae.

1555 Rieti, 7 octobre 1289.

Jaromarus ecclesiae Caminensi episcopus praeficitur. (Reg. 44, c. 551, f. 234 v°.)

Venerabilibus fratribus .. Zverinensi et .. Lubicensi episcopis mandat ut de litteratura, vita, et conversatione Jaromari, nati Wizlavi, principis Rivanorum, quem, in minoribus ordinibus constitutum, et viginti et septem annos vix natum, capitulum ecclesiae Caminensis, per obitum Hermanni vacantis, per Johannem, decanum, Johannem, cantorem, Johannem de Warborch et Fredericum, canonicos, compromissarios suos, episcopum postulavit, inquirant; hancque postulationem, si ita expediens viderint, admittant et a Jaromaro juramentum accipiant.

« Ex incumbenti nobis... — Dat. Reate, nonis octobris, anno secundo. »

1556 Rieti, 5 septembre 1289.

De contentione inter abbatem monasterii Cluniacensis et quosdam priores prioratuum ejusdem monasterii. (Reg. 44, c. 552, f. 235 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Cabilonensi et dilectis filiis .. de Sancto Lupo, de Ceranto et .. de Longavilla prioratuum prioribus, Rothomagensis et Belvacensis, ac .. decano ecclesie Belnensis, Eduensis diocesium, mandat ut, ad Cluniacense monasterium personaliter accedentes, de contentione inter Stephanum, de Crispeyo, Petrum, de Lantona, Robertum, olim de Nongento, Guidonem, de Sancto Gelasio, Guillelmum, de Sancto Theobaldo, et Guizardum, de Flabeyo prioratuum priores, ex una parte, et abbatem, ex altera, ex eo orta quod ad sedem apostolicam praedicti priores denuntiaverunt quaedam statuta in monasterio non observari, sine figura judicii inquirant, corrigendo et reformando ibidem tam in capite quam in membris.

« Inter cetera nostre... — Dat. Reate, nonis septembris, anno secundo. »

1557 Rieti, 9 octobre 1289.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 44, c. 553, f. 235 v°.)

Lupo Martini, decano ecclesie Tirasonensis, quocum jam dispensatum est ut, non obstante defectu natalium quem patitur, e soluto natus et soluta, ad omnes ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum obtinere posset, indulget ut ad episcopalem seu archiepiscopalem dignitatem assumi valeat.

« Virtutum merita grandia... — Dat. Reate, VII idus octobris, anno secundo. »

1558-1562 Rieti, 7 octobre 1289.

Dominicus Ulixbonensi ecclesiae episcopus praeficitur. (Reg. 44, c. 554, f. 235 v°.)

Venerabili fratri Dominico, episcopo Ulixbonensi. Vacante Ulixbonensi ecclesia per mortem Stephani, alii ex canonicis Dominicum, tunc Elborensem episcopum, postularunt, alii vero Petrum, canonicum Colimbriensem, elegerunt. Hoc vero negotio ad sedem apostolicam devoluto, Petrus electionem suam prosequi neglexit, eamque papa cassavit et nunc Dominicum ecclesiae Ulixbonensi episcopum praeficit.

« Inter alias sollicitudines... — Dat. Reate, nonis octobris, anno secundo. »

In e. m. capitulo ecclesiae Ulixbonensis mandat ut eidem episcopo debitam obedientiam praebeat.

In e. m. clero civitatis et dioecesis Ulixbonensis.

In e. m. populo civitatis et dioecesis Ulixbonensis.

In e. m. .. regem Portugalliae rogat ut eundem episcopum protegat.

« Ad fovendum in... — Dat. ut supra. »

1563 Rieti, 7 octobre 1289.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 555, f. 236 r°; Lap. du Theil, II, 285.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Senonensi committit ut cum nobili viro Goffrido de Miliaco, milite, et nobili muliere Margarita, nata quondam Johannis de Cecchiniaco, militis, dispenset ut in matrimonio olim ab ipsis contracto, in quo filiam procrearunt, remanere valeant, quanquam Goffridus Margaretae quarto et Margareta Goffrido tertio affinitatis gradibus conjuncti sunt.

« Exhibita nobis dilecti... — Dat. Reate, nonis octobris, anno secundo. »

1564 Rieti, 7 octobre 1289.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 555², f. 236 v°; Lap. du Theil, II, 286.)

Dilectis filiis .. decano et .. officiali Tullensibus committit ut cum Symone quondam Nicolai dicti Guiot (1) et Helvide, nata quondam Terrici dicti Ramponnel, civibus Tullensibus, dispenset ut in matrimonio quod olim, impedimentum esse ignorantes, contraxerunt, et in quo plures filios procrearunt, remanere valeant, non obstante quarto consanguinitatis gradu quo conjuncti sunt.

« Petitio dilecti filii... — Dat. Reate, nonis octobris, anno secundo. »

1565 Rieti, 11 octobre 1289.

Ad sustentationem G., Regini archiepiscopi. (Reg. 44, c. 556, f. 236 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Penestrino, apostolice sedis legato, mandat ut de fructibus et proventibus ecclesiarum cathedralium vel aliarum vacantium in regno Siciliae citra Farum, usque ad certam summam, G., archiepiscopo Regino, donec ad ecclesiam suam redire poterit, provideat.

« Exposita nobis venerabilis... — Dat. Reate, v idus octobris, anno secundo. »

1566-1576 Rieti, 1er octobre 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 557, f. 236 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam centum dierum concedit eis qui ecclesiam Beatae Mariae Medii monasterii Bituricensis, in singulis beatae Mariae et S. Fulgentii, cujus corpus in eadem ecclesia requiescit, festivitatibus, et per octo dies sequentes, visitaverint.

« Vite perempnis gloria... — Dat. Reate, kalendis octobris, anno secundo. »

Rieti, 9 octobre 1289.

In e. m. eisdem. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit eis qui ecclesiam domus leprosorum Aversanae, in honorem beatae Mariae Magdalenae constructam, in singulis sanctae Mariae Magdalenae et beatae Mariae virginis festivitatibus, et per octo dies sequentes, visitaverint. Dat. Reate, vii idus octobris, anno secundo.

Rieti, 14 octobre 1289.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sancti Wulfranni in Abbatisvilla, Ambianensis dioecesis, in sancti Wulfranni et quatuor beatae Mariae virginis festivitatibus, et per octo dies sequentes, visitaverint. Dat. Reate, ii idus octobris, anno secundo.

Rieti, 7 octobre 1289.

In e. m. eisdem. Indulgentiam centum dierum concedit eis qui ecclesiam Beguinarum Parisiensem, in honorem Sanctae Katerinae constructam, in festivitate ejus-

dem sanctae et per octo dies sequentes visitaverint. Dat. Reate, nonis octobris, anno secundo.

Rieti, 5 novembre 1289.

In e. m. eisdem. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui ecclesiam Sancti Laurentii Florentinam, in ejusdem sancti et sanctae Concordiae, cujus corpus in eadem requiescit, et per octo dies sequentes visitaverint. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis novembris, anno secundo.

Rieti, 8 novembre 1289.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam monasterii Sancti Quirici, prope civitatem Lucanam, romane ecclesie immediate subjecti, in festo sancti Quirici et per octo dies sequentes visitaverint. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, VI idus novembris, anno secundo (*En marge*).

Rieti, 8 novembre 1289.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sancti Lucae extra muros Venafranam in festo sancti Lucae et per octo dies sequentes visitaverint. Dat. ut supra (*Ibid.*).

Rieti, 17 novembre 1289.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sancti Martini de Cadomo, Bajocensis dioecesis, in sancti Martini et sancti Johannis Baptistae festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, XV kalendas decembris, anno secundo (*Ibid.*).

Rieti, 13 novembre 1289

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sancti Severini Burdegalensem et capellam Sancti Stephani, juxta eam positam, in sanctorum Amandi, Severini et Fortis, quorum corpora, cum multis aliorum sanctorum corporibus, in ea requiescunt, et sanctorum Stephani et Martialis festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus novembris, anno secundo.

Rieti, 22 novembre 1289.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sancti Georgii prope Dycavim, Pictavensis dioecesis, in festo ejusdem sancti et per octo dies sequentes visitaverint. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, X kalendas decembris, anno secundo.

Rieti, 5 décembre 1289.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sancti Pauli Lugdunensem in sancti Pauli festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis decembris, anno secundo.

1577 Rieti, 14 octobre 1289.

Maria monasterio Sanctae Mariae de Pinu priorissa praeficitur. (Reg. 44, c. 558, f. 237 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Paduano mandat ut electionem Mariae, cantricis et monialis monasterii Sanctae Mariae de Pinu prope suburbium civitatis Ferrariensis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Augustini, ad ejusdem monasterii regimen confirmet.

« Sua nobis dilecte... — Dat. Reate, II idus octobris, anno secundo. »

1578 Rieti, 26 septembre 1289.

Facultas reconciliandi per alios loca benedicta. (Reg. 44, c. 559, f. 237 r°.)

Venerabili fratri Guillelmo, episcopo Autisiodorensi, facultatem concedit reconciliandi per decanos rurales, presbyteros, cum aqua a se benedicta, ecclesias et coemeteria effusione sanguinis vel seminis violata.

« Habet in nobis... — Dat. Reate, VI kalendas octobris, anno secundo. »

1579 Rieti, 26 septembre 1289.

Tabellionatus officium. (Reg. 44, c. 560, f. 237 r°.)

Eidem facultatem creandi duos tabelliones concedit.

« Ex parte tua... — Dat. Reate, VI kalendas octobris, anno secundo. »

1580 Rieti, 1er octobre 1289

Contra detentores bonorum monasterii Sancti Sebastiani de Urbe. (Reg. 44, c. 561, f. 237 v°.)

Venerabili fratri B., episcopo Portuensi, mandat ut detentores possessionum monasterii Sancti Sebastiani de Urbe, Cisterciensis ordinis, ad restituendas easdem pos-

sessiones et ad satisfaciendum pro damnis et injuriis cogat.

« Dignum est ut... — Dat. Reate, kalendis octobris, anno secundo. »

1581 Rieti, 11 octobre 1289.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 44, c. 561², f. 237 v°.)

Eustachio, diacono, custodi altaris Sancti Johannis Baptiste in ecclesia Cardonensi, Treverensis diocesis, indulget ut, non obstante defectu natalium quem patitur, e diacono et maritata natus, in susceptis ministrare ordinibus, ad alios promoveri, beneficium obtinere et jam obtentum retinere valeat.

« Libenter obviamus animarum... — Dat. Reate, v idus octobris, anno secundo. »

1582 Rieti, 12 septembre 1289.

Statuta Cluniacensis ordinis. (Reg. 44, c. 562, f. 237 v°; Potth., 23077.)

Dilectis filiis .. abbati Cluniaci ejusque coabbatibus, prioribus et conventibus universis Cluniacensis ordinis. Statuta Gregorii IX, pro reformatione monachorum congregationis Cluniacensis, temperat.

« Regis pacifici pacis... — Dat. Reate, II idus septembris, anno secundo. »

1583 Sainte-Marie-Majeure, 28 octobre 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 563, f. 240 r°.)

.. abbatisse et conventui monasterii Sancte Agnetis de Urbe, ordinis S. Benedicti. Indulgentiam unius anni et XL dierum eis qui praedicti monasterii ecclesiam in sanctae Agnetis festivitatibus visitaverint, eis vero qui ad eandem a domenica Septuagesimae usque ad octavas Resurrectionis Domini accesserint indulgentiam trium annorum et trium quadragenarum concedit.

« Gratia spiritus sancti... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, v kalendas novembris, anno secundo. »

1584 Rieti, 26 octobre 1289.

Studium generale apud Montempessulanum instituitur. (Reg. 44, c. 564, f. 240 v°; Lap. du Theil, II, 287; Potth., 23101.)

Dilectis filiis doctoribus et scolaribus universis apud Montempesulanum, Magalonensis diocesis, commorantibus, tam presentibus quam futuris. « Quia sapientia que... Cum autem locus Montispesulani celebris plurimum et famosis aptus valde pro studio, consideratis diligenter ejus conditionibus, dinoscatur, nos, utilitati publice quamplurimum expedire credentes, ut in loco ipso cultores sapientie inserantur, fructum desideratum, largiente scientiarum domino, in tempore producturi, auctoritate presentium indulgemus ut in dicto loco sit deinceps studium generale, in quo magistri doceant et scolares libere studeant et audiant in quavis licita facultate. Et si qui processu temporis in eodem studio fuerint qui, scientie bravio assecuto, sibi docendi licentiam, ut alios licentius erudere valeant, petierint, impertiri sancximus ut in jure canonico et civili necnon et in medicina et artibus examinari possint ibidem, et in eisdem facultatibus dumtaxat titulo magisterii decorari, statuentes ut, quotiens aliqui ad magisterium fuerint promovendi, presententur .. episcopo Magalonensi, loci diocesano, qui fuerit pro tempore, vel ei quem ad hoc idem episcopus duxerit deputandum, qui, magistris facultatis illius in qua examinatio facienda fuerit de universitate vestra in eodem studio presentibus convocatis, eos, gratis et difficultate quacumque sublata, de scientia, facundia, modo legendi et aliis que in promovendis ad doctoratus officium requiruntur examinare studeant diligenter, et illos quos ydoneos repererint, petito secrete magistrorum eorumdem consilio, quod consilium in ipsorum consulentium dispendium vel jacturam revelari quomodolibet, sub divine maledictionis interminatione, districtissime prohibemus, approbent et admittant, eisque petitam licentiam largiantur, alios minus ydoneos penitus repellendo, postpositis omnino gratia, odio vel favore. Ceterum ne, vacante Magalonensi ecclesia, contingat promoveri volentes ad magisterium impediri, volumus ut, cum in ipsa ecclesia tres esse archidiaconi asserantur, majori presenti vel, eo in remotis agente vel forsitan prepedito, secundo vel, illis prepeditis aut absentibus, tertio promovendi hujusmodi vacationis tempore presententur, qui eos examinent et examinatos approbent vel reprobent, secundum modum in episcopo pretaxatum. Illi autem qui in loco prefato examinati et approbati fuerint ac docendi licentiam obtinuerint, ut est dictum, ex tunc, absque examinatione vel approbatione alia, regendi et docendi ubique plenam et liberam habeant facultatem, nec a quoquam valeant prohiberi. Sane, ut rite in pre-

fatis examinationibus procedatur, precipimus ut magistri legere in eodem studio cupientes, antequam incipiant, prestent publice juramentum quod ipsi vocati ad examinationes easdem venient, nisi fuerint legitime impediti, ac gratis, sine difficultate, odio et favore postpositis, dabunt examinatori fidele consilium qui de examinatis vel ut digni approbari debeant aut ut indigni merito reprobari. Qui vero juramentum hujusmodi prestare noluerint, nec ad legendum nec ad examinationes easdem, nec etiam ad aliqua universitatis vestre comoda vel beneficia ullatenus admittantur... Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, VII kalendas novembris, anno secundo. »

1585 Rieti, 7 octobre 1289.

De decima Terrae Sanctae subsidio in Anglia ordinata. (Reg. 44, c. 565, f. 240 v°; Potth., 23099.)

Carissimo in Christo filio Eduardo, regi Anglie illustri, respondet ad ea quae ipse rex per nuntios suos pontifici de tempore passagii ultramarini et de decima Terrae Sanctae subsidio in Angliae et Scotiae regnis et in terris Walliae et Hiberniae collecta et colligenda exposuit.

« Copiosus in misericordia... — Dat. Reate, nonis octobris, anno secundo. »

1586 Rieti, 28 octobre 1289.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 566, f. 241 v°; Lap. du Tr., II, 289.)

Venerabili fratri .. episcopo Eduensi committit quatenus cum nobili viro Johanne, domino de Frollesio, Eduensis dioecesis, et nobili muliere Agnete, domina de Expeyssia, dispenset ut in matrimonio quod olim, impedimentum esse ignorantes, contraxerunt, et in quo prolem procrearunt, remanere valeant, quanquam quondam Guillelmus, dominus de Expeyssia, prior maritus Agnetis, Johanni quarto consanguinitatis gradu conjunctus erat.

« Significarunt nobis dilectus... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, V kalendas novembris, anno secundo. »

1587 Rieti, 7 octobre 1289.

Compromis inter episcopum Cathalaunensem et comitem Campaniae. (Reg. 44, c. 567, f. 241 v°.)

Venerabili fratri Johanni, episcopo Cathalaunensi. « Petitio tua nobis exhibita continebat quod felicis recordationis Alexander papa IIII, predecessor noster, .. episcopo Cathalaunensi, ejus nomine non expresso, concessit quasdam apostolicas litteras in forma subscripta, que de verbo ad verbum talis est :

« Alexander, episcopus servus servorum Dei. Venerabili fratri .. episcopo Cathalaunensi, salutem et apostolicam benedictionem... »

Alexander, ad instar Innocentii IIII, inhibet ne abbas et conventus monasterii Sancti Memmii Cathalaunensis contra episcopum Cathalaunensem vel ejus officiales, in contestationibus, comitem Campaniae vel ejus ballivos invocent.

« Inspeximus litteras felicis... — Dat. Anagnie, V kalendas julii, pontificatus nostri anno primo. »

Cumque nuper abbas et conventus memorati monasterii Sancti Memmii, contra inhibitionem pie memorie Innocentii pape IIII, predecessoris nostri, contentam in prescriptis litteris dicti predecessoris Alexandri, et premissam ejusdem predecessoris Alexandri approbationem temere venientes, sententias et penas expressas in approbatis per dictum predecessorem Alexandrum ejusdem predecessoris Innocentii litteris incurrissent, tu hoc fecisti per tuam civitatem et diocesim, sicut ad te spectare asseris, publice nuntiari, abbate autem et conventu prefatis ad carissimum in Christo filium nostrum Philippum, regem Francorum illustrem, comitatum Campanie, ratione carissime in Christo filie nostre .. regine Francie, consortis sue, tenentem ad presens, et propter hoc ad te pertinere dictam custodiam asserentem, recursum habentibus, idem rex, te non vocato nec monito seu aliquatenus requisito, quamvis in illis partibus presens esses, omnia bona tua et ejusdem Cathalaunensis ecclesie capi fecit. Et licet tu ipsum super hoc humiliter adieris, sibi processum tuum circa hec habitum recusando et justum, prout poteras, ostendendo, ipse tamen inter alia tibi dixit quod amicus ejus esse non posses quandiu eum circa memorati monasterii custodiam taliter ipse dires (*sic*) seu etiam molestares. Tu vero, attente considerans quod ejusdem regis turbatio tibi et eidem ecclesie tue gravis esse potest admodum et dampnosa, quodque si etiam, ea non vitata, murum te pro domo Domini velles opponere in premissis, tamen te ac ipsam ecclesiam de jure tueri non posses, pro eo quod, cum prefate littere dicti predecessoris Innocentii sint amisse, littere memorati predecessoris Alexandri de ipsis sufficientem fidem non faciunt, quanquam faciant mentionem, libenter, de consilio peritorum, eligeres in hiis per viam pacis et concordie, absque juris tui et ecclesie predicte lesione, cum memorato rege transire, super quo ad majorem tue conscien-

tie securitatem concedi tibi a nobis licentiam postulasti. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, volentes tibi et ejusdem ecclesie obviare dispendiis et indempnitatibus precavere, fraternitati tue ut, habito diligenti pleno et exacto consilio cum peritis, Deum timentibus et diligentibus veritatem, ac zelantibus bonum statum et comodum Cathalaunensis ecclesie memorate, ipsi ecclesie juxta peritorum ipsorum consilium in hiis utiliter valeas providere auctoritate presentium duximus concedendum, proviso ut quod in hac parte feceris in dampnum vel prejudicium ejusdem ecclesie non redundet. Dat. Reate, nonis octobris, anno secundo. »

1588-1594 Sainte-Marie-Majeure, 25 octobre 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 568, f. 242 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit eis qui cathedralem ecclesiam Tornacensem, Beatae Mariae vocabulo insignitam, in hujus virginis et Sanctae Crucis festivitatibus visitaverint.

« Licet is de ... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, viii kalendas novembris, anno secundo. »

Sainte-Marie-Majeure, 30 octobre 1289.

In e. m. Eandem indulgentiam concedit eis qui cathedralem ecclesiam Noviomensem, in beatae Mariae, S. Eligii et translationis hujus sancti festivitatibus visitaverint. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, iii kalendas novembris, anno secundo.

Sainte-Marie-Majeure, 9 novembre 1289.

In e. m. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam monasterii Sancti Richarii in Pontivo, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, Ambianensis dioecesis, in beatae Mariae festivitatibus visitaverint. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, v idus novembris, anno secundo (*En marge*).

Sainte-Marie-Majeure, 5 novembre 1289.

In e. m. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam monasterii Sanctae Trinitatis de Cadomo, ordinis S. Benedicti, Bajocensis dioecesis, in beatae Mariae festivitatibus et prima die dominica post Pentecosten visitaverint. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis novembris, anno secundo (*ibid.*).

Sainte-Marie-Majeure, 22 septembre 1289.

In e. m. .. rectori ecclesiae Sancti Martini de Dompno Martino, Tullensis dioecesis. Eandem indulgentiam concedit eis qui hanc ecclesiam in sancti Martini festivitatibus visitaverint. Dat. Reate, x kalendas octobris, anno secundo (*ibid.*).

Sainte-Marie-Majeure, 1er novembre 1289.

In e. m. Roderico, archiepiscopo Terraconensi. Indulgentiam centum dierum concedit eis qui Terraconensem ecclesiam in beatae Mariae, sanctae Teclae et S. Fructuosi martyris festivitatibus visitaverint. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, kalendis novembris, anno secundo (*ibid.*).

Sainte-Marie-Majeure, 5 novembre 1289.

In e. m. universis Christi fidelibus etc. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit eis qui ecclesiam Sanctae Mariae Impensulis de Sugio, Gaietanae dioecesis, in beatae Mariae festivitatibus visitaverint. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis novembris, anno secundo (*ibid.*).

1595 Rieti, 10 octobre 1289.

Facultas reconciliandi ecclesias et coemeteria. (Reg. 44, c. 569, f. 242 v°.)

.. *abbati et conventui monasterii Fiscanensis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, Rothomagensis diocesis,* indulget ut ecclesias, capellas aut coemeteria eorum, si ea seminis aut sanguinis effusione violari contigerit, abbas per se, aut per quem maluerit episcopum, aut, necessitate urgente, per alium presbyterum, aqua prius ab episcopo benedicta, reconciliare possit.

« Religionis vestre cui... — Dat. Reate, vi idus octobris, anno secundo. »

1596-1597 Rieti, 5 octobre 1289.

Collatio beneficii et dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 44, c. 570, f. 242 v°.)

Hugoni de Lauduno, subdiacono nostro, canonico ecclesie Vivariensis. Ei, regis Siciliae clerico, B., episcopi Portuensis capellano, personatum seu dignitatem in Vivariensi ecclesia reservat et cum eo dispensat ut hoc beneficium una cum ecclesia de Sancto Mauritio et ecclesia de Malentio, alterae subjecta, quas possidet, retinere valeat.

« Placentes nobilitatis et... — Dat. Reate, iii nonas octobris, anno secundo. »

In e. m. .. episcopo Aptensi, .. archidiacono Aureliacensi in Claromontensi ecclesia et .. praeposito Avinionensis ecclesiae mandat ut praedicta personatum vel dignitatem eidem Hugoni conferant. Dat. ut supra.

1598 Rieti, 3 octobre 1289.

De contentione inter Sodorensem episcopum et monasterium Sanctae Columbae de Y. (Reg. 44, c. 571, f. 243 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Ergadiensi mandat ut .. episcopum Sodorensem, qui jurisdictionem ordinariam in monasterio Sancti Columbae de Y., ordinis S. Benedicti, Sodorensis dioecesis, usurpavit, licet idem monasterium ad romanam ecclesiam nullo mediante pertineat, « prout etiam in libro censuali ecclesiae romanae liquido reperitur, » moneat ut ab hac usurpatione desistat, alioquin eum assignet coram sede apostolica.

« Ad audientiam nostram... — Dat. Reate, v nonas octobris, anno secundo. »

1599 Rieti, 13 septembre 1289.

Monasterio Sancti Petri de Blazilia tribuuntur redditus quorumdam prioratuum. (Reg. 44, c. 572, f. 243 r°; Lap. du Theil, II, 290.)

Venerabili fratri .. episcopo Claromontensi. « Sua nobis dilecte in Christo filie .. abbatissa et conventus monasterii Sancti Petri de Blazilia, ordinis S. Benedicti, tue diocesis, petitione monstrarunt quod, cum monasterium ipsum plures prioratus in predicta ac prioratum de Terondels in Ruthenensi diocesibus habeat, qui consueverant hactenus per moniales ejusdem monasterii gubernari, contingit sepius, faciente humani generis inimico, quod monialibus ipsis ad hujusmodi regimina deputatis discurrentibus per curias principum et potentum pro negotiis prioratuum eorumdem, occasione hujusmodi et etiam more quam in eisdem prioratibus contrahunt multotiens inhonesta et illicita inibi, proh pudor! committuntur, in offensam Dei, religionis opprobrium et jacturam et scandalum plurimorum. Quare nobis humiliter supplicarunt ut, ad hoc quod divini cultus augmentum in monasterio supradicto residentibus ibi omnibus monialibus amplietur, et scandali hujusmodi de cetero materia totaliter subtrahatur, amovendi moniales predictas a prioratibus et deputandi redditus et proventus prioratuum predictorum ad usus communis mense ipsarum, que est satis tenuis et exilis, licentiam sibi concedere misericorditer dignaremur. Nos itaque, de circumspectione tua plenam in Domino fiduciam obtinentes, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus eisdem abbatisse et conventui, si utilitati ejusdem monasterii expedire videris, vice nostra concedas hujusmodi licentiam postulatam... Dat. Reate, idibus septembris, anno secundo. »

1600 Sainte-Marie-Majeure, 4 novembre 1289.

Ad solutionem debitorum monasterii Sanctae Crucis de Waltham. (Reg. 44, c. 573, f. 243 r°.)

Dilectis filiis .. abbati et conventui monasterii Sancte Crucis de Waltham, ordinis S. Augustini, Londoniensis diocesis, indulget ut per quinquennium fructus et redditus ecclesiae de Lamburne, ejusdem dioecesis, in qua jus patronus habent, cedente vel decedente rectore, percipere valeant, ad solvenda debita monasterii.

« Favor vestre religionis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, II nonas novembris, anno secundo. »

1601 Sainte-Marie-Majeure, 4 novembre 1289.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 44, c. 573², f. 243 r°.)

.. abbati monasterii Sancte Crucis de Waltham, ordinis S. Augustini, Londoniensis diocesis, facultatem concedit dispensandi cum fratribus Roberto de Cornubia, Roberto de Sancta Ositha, Jacobo de Waltham et Ricardo de Borham, presbyteris, canonicis hujus monasterii, ut, non obstante defectu natalium, in susceptis ministrare ordinibus et ad dignitates seu abbatias praedicti ordinis assumi valeant, dummodo de incestu, adulterio, aut e regulari vel presbytero geniti non sint.

« Ut te Deo... — Dat. ut supra. »

1602-1605 Rieti, 8 octobre 1289.

Ad solutionem debitorum Tirasonensis et Barchinonensis ecclesiarum. (Reg. 44, c. 574, f. 243 r°.)

Venerabili fratri Petro, episcopo Tirasonensi, fructus, redditus et proventus primi anni omnium beneficiorum quae in Tirasonensi dioecesi usque ad triennium vacabunt, ad solutionem debitorum Tirasonensis ecclesiae convertendos, concedit.

« Quia debitorum onera... — Dat. Reate, VIII idus octobris, anno secundo. »

In e. m. .. episcopo Caesaraugustano et .. sacristae ecclesiae Terraconensis mandat quatenus eidem episcopo eosdem fructus et proventus ministrari faciant. Dat. ut supra.

Rieti, 15 septembre 1289.

In e. m. Bernardo, episcopo Barchinonensi, concedit fructus, redditus et proventus primi anni omnium beneficiorum quae in Barchinonensi dioecesi usque ad triennium vacabunt, ad solutionem debitorum ecclesiae convertendos, concedit. Dat. Reate, XVII kalendas octobris, anno secundo.

In e. m. Dalmatio de Monte Olivo, decano, Bernardo de Rippis, sacristae Terraconensis, et Raymundo de Nagera, praecantori Barchinonensis ecclesiarum, mandat ut eidem episcopo praedictos fructus et proventus ministrari faciant. Dat. ut supra.

1606 Rieti, 8 octobre 1289.

Permutatio possessionum inter episcopum Eduensem et Flavigniacense monasterium (Reg. 44, c. 575, f. 243 v°; Lap. du Theil, II, 292.)

Venerabili fratri .. episcopo Matisconensi et dilecto filio .. abbati monasterii Sancti Martini Eduensis. « Exposita nobis venerabilis fratris nostri Hugonis, Eduensis episcopi, petitio continebat quod episcopalis sedes Eduensis et monasterium Flavigniacense, ordinis S. Benedicti, Eduensis diocesis, nonnullas possessiones et jurisdictiones in Flavigniacensi et de Allisia villis, ejusdem diocesis, insimul seu permixtim obtinere noscuntur, ex quarum permixtione seu communione multe contentiones, rixe et injurie, verbera quoque gravia, pluraque homicidia retroactis temporibus evenerunt. Hujusmodi quoque occasione prefatum monasterium per nonnullos amicos bone memorie Gerardi, predecessoris sui episcopi Eduensis, nocturno tempore, fractum extitit violenter et bonis inventis inibi spoliatum, monachis et personis pluribus, tunc temporis in illo manentibus, graviter vulneratis; propter quod nobilis vir .. dux Burgundie domum episcopalem Eduensem, non sine multorum sumptuum quantitate constructam, et in eadem villa de Flavigniaco consistentem, fecit totaliter destrui aliaque dampna gravia irrogari. Cum autem prefatum monasterium prioratum de Cholchis habere noscatur in diocesi supradicta, in quo tres tantum monachi resident cum priore, ac idem episcopus, de sui capituli, dictusque abbas, de sui conventus consensibus, intendant in hac parte hoc modo videlicet permutare, ut quicquid sedes predicta in villis eisdem et hospitali de Nayleyo, prefate diocesis, obtinet, dominio feudi, quod in villa Flavigniacensi predicta sedes eadem noscitur obtinere, ac visitatione, correctione et aliis juribus episcopalibus in villis aliis et locis ipsis dumtaxat exceptis, monasterium habeat memoratum, ac idem prioratus, amotis totaliter ab eo priore ac monachis prelibatis, ad mensam pertineat supradictam, ut per hoc inter episcopum et capitulum et abbatem et conventum eosdem cujusvis questionis seu contentionis materia futuris temporibus subtrahatur, ac idem episcopus in prioratu predicto loco prioris et monachorum predictorum clericos instituere seculares, ac etiam prebendas fundare duodecim in eodem, episcopus ipse nobis humiliter supplicavit ut sibi cum eodem abbate, predictorum ad hoc capituli et conventus accedente consensu, permutationem hujusmodi facere valeat, ac monachos a prioratu amovere predicto et seculares instituere clericos in eodem, si permutationem ipsam provenire contigerit, licentiam sibi concedere dignaremur. Volentes itaque per vos plenam habere certitudinem in hac parte, gerentes quoque de vestre discretionis industria fiduciam in Domino spetialem, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus, ad loca predicta personaliter accedentes, et habentes pre oculis solum Deum, super hiis et an utrique noscatur ecclesie dicta permutatio expedire inquiratis per viros ydoneos plenius veritatem, et quod inveneritis et senseritis super illis nobis plene seriatim et distincte per vestras litteras seriem continentes presentium intimetis. Dat. Reate, VIII idus octobris, anno secundo. »

1607-1608 Rieti, 8 novembre 1289.

Tabellionatus officium. (Reg. 44, c. 576, f. 244 r°; Lap. du Theil, II, 294.)

Symoni dicto de Coquina, clerico in minoribus ordinibus constituto, Ambianensis diocesis, tabellionatus officium, ad quod per magistros Matthaeum, protonobilissimum cantorem ecclesiae Carnotensis, et Raynerium de Casulis, canonicum Vulteranum, capellanos papae, examinatores super hoc deputatos, idoneus judicatus est, concedit.

« Ne contractuum memoria... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, VI idus novembris, anno secundo. »

Rieti, 7 novembre 1289.

In e. m. pro Guillelmo de Aysereyo, clerico in minoribus ordinibus constituto, Lingonensis dioecesis. Dat. ibidem, VII idus novembris, anno secundo.

1609 Rieti, 9 octobre 1289.

Facultas absolvendi ab excommunicationis sententia. (Reg. 44, c. 577, f. 244 r°.)

Venerabili fratri Alberto, episcopo Yporiensi, facultatem concedit absolvendi clericos Yporiensis dioecesis qui excommunicationis sententias auctoritate constitutionum synodialium generaliter promulgatarum incurrerint, et dispensandi cum eis qui, sic ligati, per ignorantiam, divina celebrarint.

« Ut eo gratior... — Dat. Reate, VII idus octobris, anno secundo. »

1610 Rieti, 9 octobre 1289.

Eadem facultas. (Reg. 44, c. 577², f. 244 r°.)

Eidem similem facultatem concedit in favorem clericorum qui pro violentiis in personas ecclesiasticas excommunicationem incurrerint.

« Ut eo gratior... — Dat. ut supra. »

1611 Rieti, 9 octobre 1289.

Remittit iter ad limina. (Reg. 44, c. 578, f. 244 r°.)

Eidem.

« Ex parte tua... — Dat. ut supra. »

1612 Rieti, 9 octobre 1289.

In subsidium Yporiensis episcopi. (Reg. 44, c. 578², f. 244 r°.)

Clero civitatis et diocesis Yporiensis. Eum hortatur ut Alberto, episcopo Yporiensi, juxta singulorum facultates, subsidium impendat, pro expensis ab eo in suis apud sedem apostolicam negotiis factis.

« Significavit nobis venerabilis... — Dat. ut supra. »

1613 Rieti, 22 septembre 1289.

Filii cujusdam haeretici ad publica officia restituuntur. (Reg. 44, c. 579, f. 244 r°; Potth., 23086.)

Fratribus Bartholomeo et Caro, inquisitoribus heretice pravitatis in Tuscia, mandat ut judicem Ildebrandinum et Guastinium, filios quondam Jacobi de castro Radicophani, et Misciotum, filium Ildebrandini, non obstante Jacobi haeresi, ad officia publica et honores restituant.

« Petitio dilectorum filiorum... — Dat. Reate, X kalendas octobris, anno secundo. »

1614 Rieti, 26 septembre 1289.

Dispensatio super defectu ordinum. (Reg. 44, c. 580, f. 244 r°; Lap. du Theil, II, 295.)

Venerabili fratri Guillelmo, episcopo Autisiodorensi, facultatem concedit dispensandi cum quatuor clericis ipsius obsequiis insistentibus, et beneficia ecclesiastica in civitate vel dioecesi Autissiodorensi habentibus, ut per biennium superiores ordines recipere non teneantur.

« Magne devotionis affectum... — Dat. Reate, VI kalendas octobris, anno secundo. »

1615-1616 Sainte-Marie-Majeure, 6 novembre 1289.

Ad solutionem debitorum Lugdunensis ecclesiae. (Reg. 44, c. 581, f. 244 v°.)

Beraldo, electo Lugdunensi, fructus et redditus beneficiorum ecclesiasticorum quae in Lugdunensi dioecesi per quinquennium vacabunt, etiam in ecclesiis ubi nec canonicorum numerus certus nec distinctio praebendarum est, et propter hoc, cedente vel decedente beneficiato, praebenda ejus inter alios beneficiatos dividitur, concedit, convertendos in solutionem debitorum Lugdunensis ecclesiae.

« Te nuper significante... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, VIII idus novembris, anno secundo. »

In e. m. .. Matisconensi et Augustensi episcopis, et Bertrando, archidiacono Agennensi, mandat ut praedictos fructus et redditus Beraldo assignari faciant.

« Nuper significante nobis... — Dat. ut supra. »

1617 Sainte-Marie-Majeure, 2 novembre 1289.

Facultas exercendi per alios jus visitationis. (Reg. 44, c. 581², f. 244 v°.)

Venerabili fratri Raymundo, episcopo Petragoricensi, indulget ut visitationis jus per alium exercere, et a personis quae hactenus procurationem integram exhibere

consueverant, usque ad quinquaginta solidos turonensium parvorum, ab aliis vero minus, procurationes recipere possit.

« Grandis tue devotionis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, IIII nonas novembris, anno secundo. »

1618 Rieti, 24 septembre 1289.

In subsidium quorumdam Portugalliae episcoporum. (Reg. 44, c. 582, f. 244 v°.)

Venerabilibus fratribus episcopis ac dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis et aliis ecclesiarum prelatis, rectoribus, canonicis et clericis per regnum Portugalie constitutis. Eos hortatur ut .. archiepiscopo Bracharensi et .. Colimbriensi, .. Silvensi et .. Lamecensi episcopis, juxta suas facultates, subsidium impendant, pro expensis in defensionem libertatis et jurium ecclesiarum Portugalliae factis.

« Si lex Christi... — Dat. Reate, VIII kalendas octobris, anno secundo. »

1619-1620 Rieti, 24 septembre 1289.

Facultas absolvendi ab excommunicationis sententia. (Reg. 44, c. 583, f. 245 r°.)

Venerabili fratri Tellio, archiepiscopo Bracharensi, concedit ut clericos suae dioecesis qui, archiepiscopi vel ejus vicariorum mandatis non obedientes, excommunicationis sententiam incurrerint, absolvere, et cum eis qui, sic ligati, divina celebrarint, dispensare possit.

« Favoris nostri provenire... — Dat. ut supra. »

In e. m. Johanni, episcopo Lamecensi.

1621-1622 Rieti, 25 septembre 1289.

Eadem facultas. (Reg. 44, c. 584, f. 245 r°.)

Venerabili fratri Tellio, archiepiscopo Bracharensi. Eandem facultatem concedit in favorem clericorum concubinorum.

« Exhibita nobis tua... — Dat. Reate, VII kalendas octobris, anno secundo. »

In e. m. Johanni, episcopo Lamecensi.

1623 Sainte-Marie-Majeure, 13 novembre 1289.

De alienatione possessionum hospitalis Sancti Spiritus in Saxia de Urbe. (Reg. 44, c. 585, f. 245 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Firmano et dilecto filio .. priori ecclesie Lateranensis mandat quatenus, .. magistro et fratribus hospitalis Sancti Spiritus in Saxia de Urbe licentiam vendendi quasdam possessiones in diversis locis, usque ad valorem decem vel novem milium florenorum auri, et ex pretio, adjecta quadam pecuniae quantitate, castrum quod dicitur Sancta Puppa et medietatem castri seu castellarii Cubita vulgariter nuncupati, Sutrinae dioecesis, emendi petentibus, ad haec possessiones et castra personaliter accedant et de hujusmodi venditionis et emptionis utilitate inquirant.

« Dilecti filii .. magister... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus novembris, anno secundo. »

1624 Rieti, 20 septembre 1289.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 44, c. 586, f. 245 r°.)

Johanni de Scardeburg, canonico Herefordensi, clerico dilecte in Christo filie nobilis mulieris Alianore, matris carissimi in Christo filii nostri Eduardi, regis Anglie illustris, indulget ut, ecclesia de Stanton, Elyensis dioecesis, quam commendatam hactenus tenuit, dimissa, unum aliud beneficium recipere et cum ecclesia de Sistan, Lincolniensis dioecesis, et canonicatu et praebenda in ecclesia Herefordensi licite retinere valeat. Dummodo de fructibus ecclesiae de Stanton in utilitatem ejusdem ecclesiae congruam portionem exhibeat.

« Apostolice sedis benignitas... — Dat. Reate, XII kalendas octobris, anno secundo. »

1625 Sainte-Marie-Majeure, 5 novembre 1289.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 587, f. 245 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Pampilonensi committit quatenus cum Johanne dicto Corbaram de Lehet, et Viracha, dicta Vellaz, Pampilonensis dioecesis, dispenset ut in matrimonio quod, non ignorantes se quarto consanguinitatis gradu conjunctos esse, sed quia Viracha ad id coacta est et Johannes, propter juventutem nimiam, non existimabat impedimentum esse, ad sedandas inter progenitores inimicitias et ad instantiam .. regis Castellae et .. gubernatoris regni Navarrae, contraxerunt, et in

quo plures filios et filias procrearunt, remanere valeant.

« Exposita coram nobis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis novembris, anno secundo. »

1626 Sainte-Marie-Majeure, 12 novembre 1289.

Ad constructionem Claromontensis ecclesiae. (Reg. 44, c. 588, f. 245 v°; Lap. du Theil, II.)

Venerabili fratri .. episcopo et dilectis filiis capitulo Claromontensibus proventus et fructus primi anni beneficiorum ecclesiasticorum secularium quae usque ad quinquennium in Claromontensi dioecesi vacabunt, ad constructionem ecclesiae Claromontensis convertendos, concedit.

« Consurgit in nobis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, II idus novembris, anno secundo. »

1627 Sainte-Marie-Majeure, 12 novembre 1289.

De eodem negotio. (Reg. 44, c. 588², f. 245 v°, en marge.)

In e. m. dilectis filiis .. abbati secularis de Artona et .. decano de Hermenco, Claromontensis diocesis, ac .. cantori Morinensis ecclesiarum mandat quatenus eosdem fructus, redditus et proventus praefatis episcopo et capitulo ministrari faciant.

« Consurgit in nobis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, II idus novembris, anno secundo. »

1628 Rieti, 15 octobre 1289.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 44, c. 589, f. 246 r°.)

Cinthio Romani Cinthii de Pinea, canonico Capuano, quocum jam ab Honorio IIII dispensatum est ut, non obstante defectu natalium quem patitur, e soluto natus et soluta, ad omnes ordines promoveri et beneficium obtinere valeret, indulget ut personatum vel dignitatem, excepta dignitate episcopali, recipere valeat.

« Meritis tue devotionis... — Dat. Reate, idibus octobris, anno secundo. »

1629 Rieti, 15 octobre 1289.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 44, c. 590, f. 246 r°.)

.. abbati monasterii Clarevallis, Cisterciensis ordinis, Mediolanensis diocesis, committit quatenus cum Antonio, presbytero, ejusdem monasterii monacho, dispenset ut, non obstante defectu natalium quem patitur, e clerico in minoribus ordinibus constituto natus et conjugata, in susceptis ordinibus ministrare et ad administrationes seu officia ordinis sui assumi valeat.

« Regularis ordinis professoribus... — Dat. ut supra. »

1630 Sainte-Marie-Majeure, 6 novembre 1290.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 591, f. 246 r°.)

Venerabilibus fratribus .. episcopo et dilectis filiis capitulo Verulanis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui praedictorum ecclesiam, apostoli Andreae nomine insignitam, in sanctorum Andreae, Blasii et Demetrii et beatae Mariae Jacobi, quorum corpora in eadem ecclesia requiescunt, festivitatibus visitaverint.

« Apostolorum gloria inter... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, VIII idus novembris, anno secundo. »

1631-1632 Sainte-Marie-Majeure, 5 novembre 1289.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 592, f. 246 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Florentino committit quatenus cum Ghino, nato quondam Carinani de Villanova, et nobili muliere Talana, nata quondam Bindi Baschiere, civibus Florentinis, dispenset ut in matrimonio quod olim, ignorantes quarto consanguinitatis gradu se conjunctos esse, ad sedandas inimitias inter progenitores ortas, contraxerunt, et in quo prolem procrearunt, remanere valeant.

« Significarunt nobis dilectus... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis novembris, anno secundo. »

In e. m. eidem. Eandem dispensationem concedit pro Danizo, nato Bindi Baschiere, et Telda, nata quondam Carinani de Villanova, qui filiam procrearunt.

1633 Sainte-Marie-Majeure, 9 novembre 1289.

Margarita de Montibus monasterio Farensi abbatissa praeficitur. (Reg. 44, c. 593, f. 246 v°.)

Dilecte in Christo filie Margarete, abbatisse monasterii Farensis, ordinis Sancti Benedicti, Meldensis diocesis. « Ea que judicio etc. usque communiri. Sane petitio tua no-

bis exposita continebat quod dudum, monasterio Farensi abbatisse regimine destituto, due electiones, una videlicet de te, et alia de Beatrice de Actiaco, dicti monasterii monialibus, fuerunt a monialibus predicti monasterii ad illius regimen abbatie in discordia celebrate. Hujusmodi autem electionum negotio, per appellationem Hermengardis de Suessione ac Johanne de Crispeyo, ejusdem monasterii monialium, que, ne tu eligereris in abbatissam ipsius monasterii, contra te obiciendo crimina, ad sedem apostolicam appellarant, ad predictam sedem legitime devoluto, nos in prefato negotio dilectum filium nostrum J., Sancte Marie in Via lata diaconum cardinalem, dedimus partibus auditorem. Cumque nominatus cardinalis, postquam sibi constitit per producta negotium ipsum apud eandem sedem per dictam appellationem legitime devolutum fuisse, ac apud eam tractari et terminari debere, prefatam Beatricem et eas que sua crederent interesse pluries et peremptorie ad procedendum in dicto negotio in audientia publica citari faceret, ut est moris, nuliusque pro ipsis in statuto ad hoc eis termino et post etiam expectatis diutius compareret, idem cardinalis Beatricem et alias predictas, prout erant, reputavit merito contumaces, et lite super oblato libello coram eo pro parte tua, in quo inter alia petebatur electionem de te factam tanquam canonicam confirmari, ac hujusmodi electionem presumptam de Beatrice predicta cassari in contumatiam partis adverse, habita pro legitime contestata, et a Johanne de Ancona, procuratore tuo in dicto negotio, per te de veritate dicenda juramento recepto, idem cardinalis, cognitis ipsius negotii seu cause meritis, et juris ordine per omnia observato, prius a nobis petita et obtenta licentia de sententia in dicta causa seu negotio proferenda, et citatis partibus ad ipsam sententiam audiendam, presente dicto Johanne, et altera parte absente, per contumatiam hujusmodi, electionem de te factam, quia invenit eam canonicam et de persona ydonea canonice celebratam, sententialiter confirmavit; electione ipsius Beatricis tanquam non canonica penitus irritata, prout in instrumento publico inde confecto, ipsius cardinalis sigillo munito, plenius continetur. Nos igitur, tuis supplicationibus inclinati, hujusmodi sententiam dicti cardinalis provide latam, ratam et gratam habentes, eam auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patronicio communimus, tenorem ipsius instrumenti de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, qui talis est :

« In nomine Domini. Dudum monasterio Farensi, ordinis Sancti Benedicti, Meldensis diocesis, vacante per » liberam resignationem Haonisis, olim abbatisse ipsius » monasterii, factam in manibus bone memorie domini » Johannis, Meldensis episcopi, et ab episcopo ipso re- » ceptam, due electiones in eodem monasterio, una de » quondam Johanna, priorissa de Gumba, Senonensis » diocesis, et alia de quondam Helisaudi, monialibus » dicti monasterii, in discordia celebrate fuerunt; inter » quas super dictis electionibus questione suborta, et » inter eas aliquandiu litigato, utraque ipsarum electa- » rum, dicta questione pendente, viam universe carnis » intravit, quibus ecclesiastice traditis sepulture, prio- » rissa et conventus dicti monasterii, die ad eligendum » prefixa, et ad ipsam diem vocatis personis que fuerant » evocande, predicta die statuta adveniente, ipsam diem » communi consensu prorogaverunt et continuaverunt » in diem proximo subsequentem, in quo die prorogato » pulsata campana ad capitulum congregandum, et ipso » capitulo congregato, presentibus omnibus qui debue- » runt, voluerunt et potuerunt comode interesse, placuit » universis et singulis ad provisionem ipsius monasterii » per viam scrutinii procedere, assumptis et electis octo » personis que secreto et sigillatim scrutarentur vota » cunctorum et ea in scriptis redigerent et mox in » communi publicarent, que persone, secedentes in par- » tem, diligenter, secreto et sigillatim scrutate sunt » vota cunctorum et ea in scriptis redacta incontinenti » in communi publicarunt. Prius tamen quam hujusmodi » foret scrutinium publicatum, Hemengardis de Sues- » sione et Johanna de Crispeio, moniales ipsius monas- » terii, contra Margaretam, monialem et thesaurariam » ipsius monasterii, ne eligeretur in abbatissam dicti » monasterii, objectis ei quibusdam criminibus in scrip- » tis, ad sedem apostolicam appellarunt, et cum essent » in universo octuaginta sex persone in electione vocem » habentes, ex quibus sex vocibus suis renuntiaverunt » expresse, publicato scrutinio, apparuit et constitit vota » eligentium in diversas fuisse divisa, quadraginta et » octo ex eis in predictam Margaretam, thesaurariam, et » quibusdam ex reliquis in Beatricem de Actiaco, mo- » niales dicti monasterii, dirigentibus vota sua; et post » hujusmodi publicationem collatione secuta, discretus » vir frater Robertus, prior Sancti Eusebii Autisiodo- » rensis, unus ex scrutatoribus predictis, de mandato et » voluntate omnium personarum que consenserant in » dicto scrutinio, ipsam (1) Margaritam elegit in abba- » tissam monasterii supradicti, et magister Johannes » Felicii de Trecis, canonicus Belnensis, Trecensis dio- » cesis, de voluntate et mandato cunctarum personarum » que consenserant in scrutinio in dictam Beatricem, » elegit in abbatissam monasterii memorati, quibus

(1) M[illegible]

» electionibus sollempniter publicatis, utraque predicta-
» rum electarum electioni de se facte consensit. Cumque
» postmodum predictarum appellationis et electionum
» negotium sanctissimo patri et domino nostro domino
» Nicolao, divina providentia sacrosancte romane et
» universalis ecclesie summo pontifici in pleno consis-
» torio fuisset expositum, idem summus pontifex cau-
» sam appellationis et negotii principalis dictarum elec-
» tionum nobis, Jacobo, miseratione divina Sancte
» Marie in Via lata diacono cardinali, audiendam com-
» misit oraculo vive vocis. Comparentibus itaque coram
» nobis ad primam citationis facte in dicto negotio in
» audientia publica diem Johanne de Ancona, dicte
» Margarite thesaurarie, et Margarite de Gemilliaco,
» Margarite Lapollicene et Agnetis de Sacro Portu, elec-
» tricum ejusdem Margarite thesaurarie, et Mathia
» Theatina, ejusdem Beatricis procuratoribus, et eorum
» mandatis exhibitis, idem Mathias, priusquam amplius
» in causa ipsa procederet, ex quibusdam rationabilibus
» causis renuntiavit procurationi predicte sibi a dicta
» Beatrice commisse, cujus renuntiationem, post exhibi-
» tum ab eo supradicte appellationis publicum instru-
» mentum, ex causis predictis duximus admittendum;
» citatis itaque ad causam predictam in audientia pu-
» blica primo, secundo, tertio, et quarto, peremptorie, ut
» est moris, Beatrice predicta et electricibus suis, et
» omnibus qui sua crederent interesse, et in eadem au-
» dientia notificata renuntiatione predicta, et ad quem-
» libet actum in eadem audientia peremptorie citationi-
» bus subsecutis, idem Johannes de Ancona, procurator,
» ad probandum quod causa predicta esset ad curiam
» devoluta, litteras, instrumenta et acta produxit, utens
» quantum ad hunc articulum instrumento appellationis
» prefate, et dicens quod quantum ad hoc probandum
» ipse pro parte sua illud producebat et pro producto
» haberi volebat, ac libellum in causa obtulit et dedit
» continentie talis :

» In nomine Domini. Amen. Coram vobis, reverendo
» patre domino Jacobo, Sancte Marie in Via lata diacono
» cardinali, in negotio infrascripto a domino papa audi-
» tore concesso, petit Johannes de Ancona, prout reli-
» giosarum mulierum domine Margarite de Montibus,
» monialis et thesaurarie monasterii Farensis, ordinis
» Sancti Benedicti, Meldensis diocesis, electe in abba-
» tissam ejusdem monasterii, et sororum Margarite de
» Gemilliaco, Margarite Lappollichene et Agnetis de
» Sacro Portu, monialium ejusdem monasterii, et eli-
» gentium dictam dominam Margaritam de Montibus
» procuratorio nomine, ipsarum electionem predictam
» auctoritate apostolica confirmari, cum sit canonica et
» de persona ydonea fuerit canonice celebrata, et ipsa
» electa predicte electioni de se facte consenserit infra
» tempus a jure statutum, et electionem in abbatissam
» ejusdem monasterii de facto attemptatam de Beatrice
» de Atiaco, que se dicit monialem dicti monasterii,
» tanquam minus canonicam et minus canonice attemp-
» tatam, et de persona inhabili et indigna, eadem aucto-
» ritate cassari et irritari, seu cassam et irritam nuntiari,
» et maxime petit dictam B. pronuntiari privatam omni
» jure, si quod sibi quesitum fuit ex electione predicta,
» cum non servaverit constitutionem. Cupientes... Salvo
» jure etc.

» Factis autem citationibus in audientia prefata ad
» dicendum et opponendum contra litteras, acta et in-
» strumenta predicta, et ad dandum omnes exceptiones
» dilatorias et declaratorias judicii, quia per prefatam
» appellationem et instrumenta, litteras et acta predicta
» constitit nobis causam eandem fore ad romanam
» curiam devolutam, et in ea tractandam, et fine debito
» terminandam in contumaciam memorate partis, ad hoc
» in audientia predicta peremptorie citate ad litis con-
» testationem, quantum cum dicto Johanne procuratore
» presente potuimus, processimus et litem habuimus
» pro contestata super libello in negotio supradictis. Lite
» igitur taliter in dicto negotio contestata, et in contu-
» matiam dicte partis ad quemlibet infrascriptorum ac-
» tuum citate legitime, juramento de veritate dicenda a
» dicto Johanne procuratore prestito, ac datis per eum
» articulis, et super ipsis articulis testibus productis et
» examinatis, et exhibitis instrumentis, munimentis,
» actis et litteris per eundem Johannem, de vita, mori-
» bus et fama dicte Margarite etiam ex officio nostro
» quesivimus diligenter. Et deinde, publicatis testibus et
» terminis peremptoriis ad dicendum et obiciendum
» contra personas et dicta testium ac acta, litteras et
» instrumenta predicta in sepefata audientia prefixis
» parti predicte, que contra ipsos testes et predicta
« instrumenta, acta et litteras nichil penitus dixit,
» objecit seu allegavit, prefixo etiam eidem parti
» termino in eadem audientia ad producendum et exhi-
» bendum in causa ipsa litteras, acta, munimenta et
» omnia instrumenta, demum in eadem causa in contu-
» matiam dicte partis ad hoc legitime citate cum dicto
» Johanne de Ancona procuratore presente conclusimus
» et habuimus pro concluso. Nos itaque, cardinalis pre-
» dictus, petita et obtenta super prefatis causa et negotio
» a memorato domino nostro summo pontifice pronun-
» tiandi licentia, visis et plene discussis litteris, actis,
» instrumentis et testibus in causa predicta productis, et
» statu ac actis ipsius cause et processu coram nobis ha-

» bito super ea per nos et alios de mandato nostro dili-
» gentius recensitis, quia per ea que in dicta causa sunt
« habita constat et liquet nobis supradictam electionem
» de prenominata Margarita thesauraria factam fore a
» majori et saniori parte dicti capituli sive conventus
» et de persona ydonea canonice celebratam, habito con-
» silio sapientum et nobiscum deliberatione plenaria,
» Christi nomine invocato, presente dicto Johanne de
» Ancona procuratore, et adversa parte prima, secunda
» et tertia peremptoria citatione ad hodiernam diem de
» spetiali mandato dicti domini nostri ad sententiam
» audiendam in audientia sepefata citata legitime et
» contumaciter absente, electionem ipsam, auctoritate
» predicti domini nostri summi pontificis, in hiis scriptis
» per hanc nostram sententiam diffinitivam sententia-
» liter confirmamus, et electionem supradictam attemp-
» tatam de prefata Beatrice, tanquam a minori parte
» presumptam, cassamus et irritamus, et cassam et irri-
» tam nuntiamus. Lata, lecta et recitata fuit sententia
» predicta per nos, cardinalem prefatum, Reate, in
» hospitio nostro, anno Domini MCCLXXXVIIII, indic-
» tione tertia, pontificatus domini Nicolai IIII anno
» secundo, die lune, tertia die mensis octobris, presente
» Johanne de Ancona, procuratore predicto, et pre-
» sentibus et rogatis testibus discretis viris Giffrido de
» Placentia, canonico Tornacensi, Jacobo de Labro,
» canonico Reatino, Tuctiomanno, archipresbytero Pis-
» toriensi, et Johanne de Rocca, canonico Sancte Marie
» Majoris de Urbe, capellanis nostris, et Georgio de In-
» terampne ac Gaffrido de Ambella, procuratoribus in
» romana curia, et Rogerio, nato Nicali Rubei, militis, de
» Zagarolo, et Petro Ascibilis, notario de Setia. In quo-
» rum omnium testimonium et cautelam presens instru-
» mentum, per infrascriptum notarium de mandato
» nostro confectum, sigilli nostri fecimus appensione
» muniri. Et ego Johannes dictus Parlator de Setia,
» apostolice sedis auctoritate judex et notarius, et nunc
» predicti domini Jacobi cardinalis notarius, prolationi,
» lectioni et recitationi suprascripte sententie per eun-
» dem dominum cardinalem prolate rogatus interfui,
» et sententiam ipsam de mandato dicti domini cardina-
» lis scripsi, publicavi et signo meo signavi. »

« Nulli ergo etc. nostre confirmationis etc. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, v idus novembris, anno secundo. »

1634 Rieti, 17 novembre 1289.

De decima regi Franciae concessa. (Reg. 44, c. 594, f. 247 r°; Lap. du Theil, II, 299.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Rothomagensi et .. episcopo Autisiodorensi mandat quatenus personas dioecesium pro parte in imperio consistentium, quae se ad solutionem decimae Philippo, regi Francorum, pro negotio regni Aragoniae concessae non teneri praetendunt, ad eandem solutionem compellant, sicut Martinus papa clarae memoriae Philippo, regi Francorum, dictum negotium prosequenti, concessit.

« Ut carissimus in... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XV kalendas decembris, anno secundo. »

1635-1636 Rieti, 28 octobre 1289.

Ad constructionem Eduensis ecclesiae. (Reg. 44, c. 595, f. 247 r°; Lap. du Theil, II, 301.)

Venerabili fratri .. episcopo et dilecto filio capitulo Eduensibus fructus, redditus et proventus primi anni omnium beneficiorum ecclesiasticorum quae usque ad triennium in civitate et dioecesi Eduensi vacare contigerit concedit, convertendos in fabricam cathedralis ecclesiae Eduensis, quam, vetustate consumptam, praedecessor ejusdem episcopi et idem capitulum opere sumptuoso reaedificare inceperunt.

« Vestre devotionis merita... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, V kalendas novembris, anno secundo. »

In e. m. .. abbati monasterii de Sancta Margarita, Eduensis dioecesis, et .. priori Sancti Simphoriani Eduensis mandat quatenus eisdem episcopo et capitulo praedictos fructus et redditus per triennium integre ministrari faciant.

« Merita devotionis venerabilis... — Dat. ut supra. »

1637 Rieti, 28 octobre 1289.

Permutationes possessionum inter Eduensem episcopum et monasterium Flavigniacense. (Reg. 44, c. 596, f. 247 v°; Lap. du Theil, II, 303.)

Venerabili fratri .. episcopo Matisconensi et dilecto filio .. abbati monasterii Sancti Martini Eduensis mandat quatenus inquirant de opportunitate petitionis qua .. episcopus et capitulum Eduenses licentiam poscunt commu-

tandi feuda, possessiones, jura et jurisdictiones quae Eduensis ecclesia in villa de Flavigniaco, castro de Gleves et nonnullis aliis locis Eduensis, Cabilonensis et Lingonensis dioecesium obtinent, cum aliis feudis, possessionibus, juribus et jurisdictionibus eidem ecclesiae utilioribus, ad Robertum, ducem Burgundiae, et monasterium Flavigniacense, ordinis S. Benedicti, pertinentibus.

« Venerabilis frater noster... — Dat. ut supra. »

1638 Sainte-Marie-Majeure, 12 novembre 1289.

Collatio beneficiorum. (Reg. 44, c. 597, f. 248 r°.)

Venerabili fratri Johanni, archiepiscopo Eboracensi, concedit facultatem recipiendi et faciendi recipi duos clericos, alterum in Eboracensi, alterum in Suwellensi, Eboracensis dioecesis, ecclesiis, in canonicos, ac providendi utrique eorum de praebenda.

« Tuam volentes honorare... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, II idus novembris, anno secundo. »

1639-1640 Sainte-Marie-Majeure, 7 novembre 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 598, f. 248 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui cathedralem ecclesiam Claromontensem, in honorem Beatae Mariae constructam, in ejusdem virginis festivitatibus visitaverint.

« Virga venustissima et... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, VII idus novembris, anno secundo. »

Sainte-Marie-Majeure, 13 décembre 1289.

In e. m. .. episcopo, .. archipresbytero et capitulo Urbevetanis. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Urbevetanam, in honorem Beatae Mariae constructam, in ejusdem virginis festivitatibus, et capellam Sancti Constantii, eidem ecclesiae contiguam, in hujus sancti festivitatibus et in anniversariis diebus dedicationum earumdem ecclesiae et capellae visitaverint. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus decembris, anno secundo (*En marge*).

1641-1642 Sainte-Marie-Majeure, 23 octobre 1289.

Felicitas monasterio Romaricensi abbatissa praeficitur. (Reg. 44, c. 599, f. 248 r°.)

Dilecte in Christo filie Felicitati dicte Lorete, abbatisse monasterii Romaricensis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, Tullensis diocesis. Vacante monasterio Romaricensi, ordinis S. Benedicti, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinente, Tullensis dioecesis, per obitum Agnetis, .. decana et conventus, per viam scrutinii, cujus scrutatrices Isabella de Grangiis, Johanna dicta Sibilla et Clementia de Chais fuerunt, processerunt et, votis publicatis, decana quondam Margaritam, sacristam, et Joheta de Bergues, monialis, Felicitatem dictam Loretam, monialem, in discordia elegerunt. Negotio vero ad sedem apostolicam devoluto, Martinus papa Gervasium, Sancti Martini presbyterum cardinalem, partibus auditorem dedit, coram quo magister Warricus, rector ecclesiae de Cusincuria, procurator Felicitatis, et magister Johannes de Mediavalle, canonicus ecclesiae Sancti Pauli Leodiensis, procurator Margaritae, libellos suos praesentarunt (1). Verum interea Margarita mortua est, et Agnes de Costa et Catherina, nata F., ducis Lothoringiae, Felicitati se opposuerunt easque ad prosecutionem negotii Honorius papa admisit. Deinde Honorio papa et postmodum Gervasio cardinali mortuis, Nicolaus papa Bernardum, episcopum Portuensem, Gervasio subrogavit, qui electionem Felicitatis confirmavit. Hujus autem confirmationis instrumentum hoc est :

« In nomine Domini. Amen. Dudum monasterio » Romaricensi... — Lata autem, lecta, recitata et pro- » nuntiata fuit presens sententia per supradictum do- » minum B, episcopum Portuensem, pro tribunali » sedentem, Reate, in camera ipsius domini Por- » tuensis, anno Domini MCCLXXXVIIII, indictione ter- » tia, pontificatus predicti domini Nicolai pape IIII » anno secundo, mense septembris, die lune, vice- » sima sexta ejusdem. Presentibus viris venerabili- » bus et discretis dominis Guillelmo, electo Carcasso- » nensi, Bernardo Laguisselli, archidiacono Aureliaci » in ecclesia Claromontensi, Guillelmo de Mandagoto, » archidiacono Uticensi, et Raymundo de Planhano, ca- » merario ipsius domini Portuensis, capellanis, Bonac- » curso de Podio Bonici ac pluribus aliis testibus ad hoc » vocatis spetialiter et rogatis. Et ego, predictus Nico- » laus de Pontecurvo, publicus apostolice sedis auctori-

(1) Dans le libelle de Jean de Mediavalle, Felicité est appelée : *Felicitas dicta Dame Lore de Dombaile.*

» tate notarius, qui prolationi, lectioni, recitationi et » pronuntiationi dicte sententie necnon et aliis in causa » predicta coram eodem domino Portuensi actis et acti- » tatis presens fui, et ipsius mandato ac ad dictorum pro- » curatorum instantiam sententiam ipsam propria manu » scripsi et in publicam formam redegi, et presens publi- » cum instrumentum, dicti domini Portuensis sigillo pen- » denti munitum, meo signo signavi. »

Hoc instrumentum praesentibus litteris papa confirmat.

« Ea que judicio... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, x kalendas novembris, anno secundo. »

In e. m. .. decano Bisuntinae, .. archidiacono de Liverio et Therrico de Bouc, canonico Tullensis ecclesiarum, mandat ut praedictam sententiam exequi faciant et Felicitati munus benedictionis impendant.

« Petitio dilecte in... — Dat. ut supra. »

1643 Rieti, 5 novembre 1289.

Ad solutionem debitorum monasterii Sancti Sequani. (Reg. 44, c. 600, f. 249 r°.)

Dilectis filiis .. Sancti Martini, Eduensis, et .. de Sancto Rigaudo, Matisconensis diocesium, monasteriorum abbatibus mandat quatenus redditus et proventus monasterii Sancti Sequani, ordinis S. Benedicti, Lingonensis dioecesis, prioratuum et membrorum ejus colligant, et tenui de illis abbati, conventui et personis in eis servientibus portione servata, residuum in solutionem debitorum ejusdem monasterii convertant.

« Ad nostram noveritis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis novembris, anno secundo. »

1644-1647 Sainte-Marie-Majeure, 9 novembre 1289.

Dispensatio super defectu ordinum. (Reg. 44, c. 601, f. 249 r°.)

Guillelmo de Luda, archidiacono Dunelmensi. Cum eo, thesaurario regis Angliae, dispensat ut ratione beneficiorum quae detinet usque ad triennium ad sacerdotium promoveri non teneatur.

« Ad faciendum tibi... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, v idus novembris, anno secundo. »

Sainte-Marie-Majeure, 5 novembre 1289.

In e. m. Eandem dispensationem Gerardo de Wyppens, Ottonis de Grandisono nepoti, canonico Eboracensi, concedit. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis novembris, anno secundo.

In e. m. eidem Guillelmo de Luda, sed ubi dicitur triennium quinquennium dici opportet (*En marge*).

In e. m. eidem Gerardo de Wyppens, sed ubi dicitur triennium quinquennium dici debet (*Ibid.*).

1648-1649 Sainte-Marie-Majeure, 5 novembre 1289.

Eadem dispensatio. (Reg. 44, c. 602, f. 249 v°.)

Guillelmo de Estravayco, canonico Wellensi, Ottonis de Grandisono nepoti.

« Ad faciendum tibi... — Ut in proxima superiori. »

In e. m. eidem Guillelmo de Estravayco, sed ubi triennium dicitur quinquennium dici opportet.

1650 Sainte-Marie-Majeure, 13 novembre 1289.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 603, f. 249 v°; Potth., 23115.)

.. *custodi fratrum minorum Velletrensi* committit quatenus cum nobili viro Petro Nicolai Angeli et nobili muliere Margarita, nata quondam Thomasii Frederici de Velletro, dispenset ut, non obstante quarto consanguinitatis gradu quo conjuncti sunt, ad sedandas inimicitias inter consanguineos, matrimonium contrahere possint.

« Ex parte communis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus novembris, anno secundo. »

1651 Sainte-Marie-Majeure, 27 septembre 1289.

De expensis a Margarita de Chaula in prosecutionem electionis suae ad abbatiam Jotrensis monasterii factis. (Reg. 44, c. 604, f. 249 v°; Lap. du Theil, II.)

.. *decano ecclesie Parisiensis.* « Petitio dilecte in Christo filie Margarite de Chaula, monialis monasterii Jotrensis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, Meldensis diocesis, nobis exhibita continebat quod dudum, monasterio ipso per obitum quondam Aylidis, ejusdem monasterii abbatisse, vacante, alique moniales predicti monasterii quondam Falcam, ejusdem monasterii monialem, in abbatissam ipsius monasterii minus canonice elegerunt. Cumque predicte moniales, que Falcam ipsam elegerant, a felicis recordationis Martino papa, predecessore nostro, tunc in minori officio constituto, et in illis partibus apostolice sedis legato, peterent electionem hujusmodi confirmari, ac eadem Margareta et nonnullis aliis predicti monasterii monialibus,

eidem M. in hac parte adherentibus, confirmationi dicte electionis et contra predictam Falcam crimina opponentibus et defectus, orta quoque inter Margaretam et adherentes ejus predictas, ex parte una, et Falcam et electrices ejusdem F. super hoc, ex altera, materia questionis, ac lite in causa ipsa coram dicto legato legitime contestata, idem legatus tandem expensas que in prosecutione dicte cause faciende iminebant utrique parti de bonis ipsius monasterii, exigente justitia, ministrandas fore decrevit, illasque utrique partium earumdem in certa summa pecunie pro die qualibet provida moderatione taxavit. Quare predicta Margareta nobis humiliter supplicavit ut, cum eidem Margarete de expensis quas fecit in prosecutione dicte cause, que per novem annos dicitur duravisse, non fuerit satisfactum, ac propter hoc coacta fuerit contrahere grandia onera debitorum, pro quibus se adhuc obligatam fore pretendit, dictaque Falca, causa ipsa pendente, decederet, ac de abbatissa ipsi monasterio sit provisum, providere sibi et ejus creditoribus in hac parte de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque, dignum reputantes et equum ut eadem Margareta et per consequens creditores ipsius de predictis debitis, que predicta Margareta, causam ipsam et utilitatem dicti monasterii utiliter prosequendo, dicitur taliter contraxisse, serventur indempnes, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus, si est ita, .. abbatissam et conventum dicti monasterii quod predictas expensas eidem Margarete, pro debitorum ipsorum etiam satisfactione prestanda, juxta hujusmodi taxationem, de bonis dicti monasterii, ut tenentur, cum integritate persolvant, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compellas. Non obstante si eisdem abbatisse et conventui a sede apostolica sit indultum quod ad solutionem aliquorum debitorum minime teneantur et ad id compelli, quodque interdici, suspendi vel excommunicari non possint, per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam de [illegible] mentionem. Dat. Reate, v kalendas octobris, anno secundo. »

1652-1655 Sainte-Marie-Majeure, 5 novembre 1289.

De quibusdam prioratibus Cluniacensis ordinis prioribus restituendis. (Reg. 44, c. 605, f. 250 r°.)

Carissimo in Christo filio E., regi Anglie illustri. Eum rogat ut prioratum de Lentona, Cluniacensis ordinis, Eboracensis dioecesis, Petro de Suvriaco, cui, cum de eo quod [illegible] Gregorio IX [illegible] in Cluniacensi ordine non observarentur ad sedem apostolicam appellasset, abbas Cluniacensis monasterii et diffinitores capituli generalis Renaudum, monachum, substituerunt, restitui faciat.

« Ad tuam, fili... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis novembris, anno secundo. »

In e. m. Philippo, regi Franciae, pro Stephano, priore de Crispeyo, Silvanectensis dioecesis, cui, eadem de causa, Pontius, praepositus ecclesiae Sancti Petri de Fortiano, Gerundensis dioecesis, substitutus est.

In e. m. eidem regi, pro Guillelmo, priore Sancti Theobaldi de Vitriaco, Cathalaunensis dioecesis, cui Anselmus de Brestes, monachus, substitutus est.

In e. m. eidem regi, pro Guidone de Perais (1), priore de Sancto Gelasio, Pictavensis dioecesis, cui Guillelmus de Pierresine, monachus, substitutus est.

1656-1657 Sainte-Marie-Majeure, 5 novembre 1289.

De eodem negotio. (Reg. 44, c. 606, f. 250 v°.)

Dilectis filiis .. abbati Cluniaci ejusque coabbatibus, et diffinitoribus capituli generalis, ac .. majori et .. claustrali prioribus, necnon et dominis in ordine Cluniacensi mandat quatenus Stephano, de Crispeyo, Petro, de Lenthona, Roberto, olim de Nongento, Guidoni, de Sancto Gelasio, Guillelmo, de Sancto Theobaldo, et Guichardo, de Flabeyo prioratuum prioribus, Jocerando de Says, hostellario et hebdomadario majoris missae, et Stephano de Brueria, Cluniacensis monasterii monachis, prioratus, administrationes et mansiones, Roberto excepto, restituant.

« Pridem diligentius attendentes... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis novembris, anno secundo. »

In e. m. .. episcopo Cabilonensi et .. de Sancto Lupo, Belvacensis, et .. de Longavilla, Rothomagensis, prioribus, ac .. decano ecclesiae Belnensis, Eduensis dioecesium, mandat ut praedictos priores et monachos in corporalem possessionem prioratuum, administrationum et mansionum eorum reducere faciant.

1658 Sainte-Marie-Majeure, 13 novembre 1289.

Translatio loci fratrum minorum de Placentia. (Reg. 44, c. 607, f. 250 v°; Potth., 23116.)

Dilectis filiis .. ministro provinciali provintie Bononiensis ac .. guardiano et fratribus domus ordinis fratrum mi-

(1) [illegible]

norum de Placentia licentiam concedit vendendi locum quem Placentiae habent et pretium in aedificium novum convertendi.

« Ex parte vestra... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus novembris, anno secundo. »

1659-1660 Sainte-Marie-Majeure, 2 novembre 1289.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 608, f. 251 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Theatino committit quatenus cum Thoma de Grandinato et Gisolda, nata Jannis de Chiaronco (*sic*), militis, dispenset ut in matrimonio quod, ignorantes se quarto consanguinitatis gradu conjunctos esse, contraxerunt remanere valeant.

« Exposita nobis ex... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, iiii nonas novembris, anno secundo. »

In e. m. eidem episcopo, pro Gentile de Grandinato et Sophya, nata Jannis de Claranco (*sic*).

1661 Sainte-Marie-Majeure, 13 novembre 1289.

Dispensatio super defectu oculi. (Reg. 44, c. 609, f. 251 r°.)

Theoderico de Rosut, clerico Leodiensis diocesis. Cum eo dispensat ut, non obstante defectu oculi, in subdiaconatum promoveri et ecclesiasticum beneficium obtinere possit.

Cum praedictus Theodericus, tunc minus novem annos natus, duo scolares ad trochos infra claustrum Sancti Pauli Leodiensis ludentes adspiceret, « quidam baculus, ab altero dictorum scolarium versus eosdem trochos emissus, cadens in terram, tandem ex violentia casus » in ejus oculum dexterum casualiter resilivit, propter quod oculus perditus fuit.

« Dignum est ut... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus novembris, anno secundo. »

1662 Sainte-Marie-Majeure, 13 novembre 1289.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 610, f. 251 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Albensi committit quatenus cum Jacobo de Aralio et Richa, nata Ferrarii de Galiceto, dispenset ut in matrimonio quod olim, ignorantes se quarto consanguinitatis gradu conjunctos esse, contraxerunt, et in quo plures filios procrearunt, remanere possint.

« Petitio dilecti filii... — Dat. ut supra. »

1663 Sainte-Marie-Majeure, 4 novembre 1289.

De matrimonio Sanctii, regis Castellae et Legionis. (Reg. 44, c. 611, f. 251 r°; Potth., 23103.)

Carissimo in Christo filio Sanctio, regi Castelle ac Legionis illustri, gratulatur de foederibus pacis quae inter eum et Philippum, regem Franciae, reformata esse, ab Aria, archidiacono de Salnes in ecclesia Compostellana, et fratribus Gundisalvo ac Nicolao, ordinis minorum, ejus nuntiis, audivit; sed ei super dispensatione matrimonii quod cum nobili muliere sibi tertio consanguinitatis gradu conjuncta contraxit nunc respondere non potest.

« Venientes ad apostolicam... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, ii nonas novembris, anno secundo. »

1664-1680 Sainte-Marie-Majeure, 13 novembre 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 612, f. 251 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit eis qui ecclesiam .. guardiani et fratrum minorum Sistaricensem in beatae Mariae et sanctorum Petri et Pauli, Francisci et Antonii festivitatibus visitaverint.

« Vite perempnis gloria... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus novembris, anno secundo. »

In e. m. pro ecclesia .. guardiani et fratrum minorum Vapincensium.

In e. m. pro ecclesia .. guardiani et fratrum minorum de Montepesulano, Magalonensis dioecesis.

Sainte-Marie-Majeure, 11 novembre 1289.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sancti Lupi Cathalaunensem in S. Lupi festo visitaverint. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, iii idus novembris, anno secundo.

Sainte-Marie-Majeure, 20 novembre 1289.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sanctae Margaritae de Marassio, Januensis dioecesis, visitaverint. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, xii kalendas decembris, anno secundo.

Sainte-Marie-Majeure, 12 novembre 1289.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sancti Johannis de Alesto, Nemausensis dioecesis, in beatae Mariae, sanctorum Johannis Baptistae et Johannis Evangelistae et Petri et Pauli, in quorum honorem ecclesia ipsa per Gelasium secundum

dedicata fuit, festivitatibus visitaverint. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, II idus novembris, anno secundo. »

Sainte-Marie-Majeure, 10 novembre 1289.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sancti Angeli de Campobasso, Bojanensis dioecesis, in beati Michaelis archangeli festivitatibus visitaverint. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, IIII idus novembris, anno secundo.

Sainte-Marie-Majeure, 10 novembre 1289.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sancti Bartholomaei Bojanensem in beatae Mariae et S. Bartholomaei festivitatibus visitaverint. Dat. ut supra.

Sainte-Marie-Majeure, 22 novembre 1289.

In e. m. eisdem. Indulgentiam centum dierum concedit eis qui ecclesiam Sanctae Mariae de Alba, et capellam Sancti Petri ejusdem loci, ad eandem ecclesiam spectantem, Marsicanae dioecesis, in beatae Mariae et S. Petri festivitatibus visitaverint. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, X kalendas decembris, anno secundo.

Sainte-Marie-Majeure, 3 décembre 1289.

In e. m. eisdem. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui ecclesiam Sancti Nicolai in Carcere Tulliano de Urbe, in sancti Nicolai festivitate, et in anniversario die dedicationis et stationis ejusdem ecclesiae, visitaverint. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, III nonas decembris, anno secundo (*En marge*).

Sainte-Marie-Majeure, 18 décembre 1289.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam cathedralem Atrebatensem in beatae Mariae festivitatibus visitaverint. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, XV kalendas januarii, anno secundo (*En marge*).

Sainte-Marie-Majeure, 9 décembre 1289.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sanctorum Cornelii et Cipriani, Fabiani et Sebastiani de castro Subertii, Lodovensis dioecesis, in eorumdem sanctorum festivitatibus visitaverint. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, V idus decembris, anno secundo (*Ibid.*).

Sainte-Marie-Majeure, 17 novembre 1289.

In e. m. eisdem. Indulgentiam centum dierum concedit eis qui ecclesiam Sancti [illegible] Caturcensem in festo Inventionis ejusdem sancti visitaverint. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, XV kalendas decembris, anno secundo (*Ibid.*).

Sainte-Marie-Majeure, 18 décembre 1289.

In e. m. eisdem. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui ecclesiam monasterii Sancti Eligii Noviomensis, ordinis S. Benedicti, in festo sancti Eligii, et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae, visitaverint. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, XV kalendas januarii, anno secundo (*Ibid.*).

Sainte-Marie-Majeure, 5 décembre 1289.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesias Sancti Deodati et Sanctae Mariae de Sancto Deodato, quae sibi ad invicem unitae sunt, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentes, Tullensis dioecesis, in beatae Mariae et sancti Deodati festivitatibus, et in anniversario die dedicationis earumdem ecclesiarum, visitaverint. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis decembris, anno secundo (*Ibid.*).

Sainte-Marie-Majeure, 12 novembre 1289.

In. e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam cathedralem Bituricensem, in beatae Mariae, S. Johannis Baptistae, sanctorum Petri et Pauli, Stephani, et Guillelmi confessoris, « cujus corpus in ecclesia ipsa honorifice dicitur collocatum, » festivitatibus visitaverint. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, II idus novembris, anno secundo (*Ibid.*).

Sainte-Marie-Majeure, 13 décembre 1289.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam cathedralem Nannetensem, in sanctorum Petri et Pauli, in quorum honorem constructa est, et sanctorum Clari et Felicis, ejusdem ecclesiae quondam pontificum, festivitatibus visitaverint. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus decembris, anno secundo (*Ibid.*).

1681 Sainte-Marie-Majeure, 13 novembre 1289.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 613, f. 252 r°.)

Venerabilibus fratribus .. Sleswicensi et .. Razburgensi episcopis committit quatenus cum Waldemaro, duce Datiae, et Elizabet, nata quondam Johannis, ducis Saxoniae, dispenset ut, non obstante quarto consanguinitatis gradu quo conjuncti sunt, in matrimonio quod olim, ad sedandas guerras inter progenitores suos, contraxerunt, remanere valeant.

« Exhibita nobis dilecti... — Dat. Rome, apud Sanc-

tam Mariam Majorem, idibus novembris, anno secundo. »

1682 Sainte-Marie-Majeure, 13 novembre 1289.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 44, c. 614, f. 252 r°.)

Magistro Radulpho de Halton, rectori ecclesie de Derton, Eboracensis diocesis. Cum eo dispensat ut una cum ecclesia de Derton ecclesiam de Halton, Lincolnensis dioecesis, recipere et retinere valeat.

« Virtutum merita quibus... — Dat. ut supra. »

1683 Sainte-Marie-Majeure, 20 novembre 1289.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 44, c. 615, f. 252 r°.)

Martino Petri, cantori ecclesie Elborensis, capellano nostro, quocum dispensavit Honorius IIII ut, praeter canonicatum, praebendam et cantoriam quae in Elborensi, et prestimonia quae in aliis ecclesiis obtinebat, unum aliud beneficium recipere posset, quique ecclesiam Sanctae Mariae de Almondà, Ulixbonensis dioecesis, recepit, indulget ut, dimissa praedicta cantoria, vel ecclesia de Almonda, aliud beneficium recipere valeat.

« Sedes apostolica personarum... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XII kalendas decembris, anno secundo. »

1684 Sainte-Marie-Majeure, 30 octobre 1289.

Facultas conferendi beneficia. (Reg. 44, c. 616, f. 252 r°.)

Venerabili fratri Roderico, Terraconensi archiepiscopo, concedit facultatem conferendi dignitates, personatus, praebendas aliaque beneficia quae in dioecesi Terraconensi tanto tempore vacaverint quod eorum ad sedem apostolicam collatio devoluta sit.

« Volentes tuam honorare... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, III kalendas novembris, anno secundo. »

1685 Sainte-Marie-Majeure, 30 octobre 1289.

Dispensatio super irregularitate. (Reg. 44, c. 616², f. 252 r°.)

Eidem concedit facultatem dispensandi cum clericis dioececis Terraconensis super irregularitate quam vinculo excommunicationis vel suspensionis ligati, aut per saltum aut sine licentia, ordines recipientes et in eis ministrantes, contraxerint.

« Ut eo gratiosior... — Dat. ut supra. »

1686 Sainte-Marie-Majeure, 13 octobre 1289.

Facultas absolvendi ab excommunicationis sententia. (Reg. 44, c. 616³, f. 252 v°.)

Eidem concedit facultatem absolvendi clericos Terraconensis dioecesis qui interdictum, cui regnum Aragonum suppositum est, non servarint, divinis officiis se immicendo et quondam Petro, regi Aragonum, favendo.

« In nostra proposuisti... — Dat. Reate, III idus octobris, anno secundo. »

1687 Sainte-Marie-Majeure, 13 novembre 1289.

Dispensatio super contractione digiti. (Reg. 44, c. 617, f. 252 v°.)

Magistro Johanni de Diteneshale, clerico, Dunelmensis diocesis. Cum eo dispensat ut ecclesiasticum beneficium recipere et ad omnes ordines promoveri valeat, quanquam ei, in annis teneris, os annularis digiti manus sinistrae, frigore tumefactum, imperitia chirurgici dislocatum est, et inde digitus ipse aliquamtulum decurtatus est.

« Ad exauditionis gratiam... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus novembris, anno secundo. »

1688 Sainte-Marie-Majeure, 13 novembre 1289.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 44, c. 617², f. 252 v°.)

Magistro Johanni de Diteneshale, acolito, Dunelmensis diocesis. Cum eo dispensat ut, non obstante defectu natalium quem patitur, ex acolyto genitus et soluta, ad omnes ordines promoveri et ecclesiasticum beneficium recipere, excepta episcopali dignitate, valeat.

« Illegitime genitos quos... — Dat. ut supra. »

1689 Sainte-Marie-Majeure, 12 novembre 1289.

Ecclesiae Callensi monasterium Sancti Geruntii Callense annectitur. (Reg. 44, c. 618, f. 252 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo et dilectis filiis capitulo Callensibus. Callensi ecclesiae monasterium Sancti Geruntii Callense, ordinis S. Benedicti, per translationem Bonijohannis ad monasterium Sancti Laurentii de Campo, ejusdem ordinis, Fanensis dioecesis, vacans, cum omnibus juribus, immunitatibus', possessionibus, vineis, nemoribus et pertinentiis ejus, inter ecclesiam et sedem episcopalem dividendis, annectit.

« Inter alias sollicitudines... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, II idus novembris, anno secundo. »

1690-1691 Sainte-Marie-Majeure, 13 novembre 1289.

Modus romanus in officiis celebrandis conceditur. (Reg. 44, c. 619, f. 253 r°.)

.. *ministre et sororibus domus Sancti Nazarii de Oprono, ordinis S. Augustini, Mediolanensis diocesis*, indulget ut modum romanae ecclesiae, quem hactenus in celebratione divinorum observare consueverunt, servare valeant, non obstante Mediolanensi archiepiscopo, qui eis modum Mediolanensem imponere vult.

« Religionis vestre meretur... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus novembris, anno secundo. »

Sainte-Marie-Majeure, 1er février 1289.

In e. m. .. ministrae et sororibus Sanctae Agnetis in civitate Mediolanensi, juxta portam Vercellensem, ordinis S. Augustini. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, kalendis februarii, anno secundo. (*En marge*).

1692 Sainte-Marie-Majeure, 9 novembre 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 620, f. 253 r°; Lap. du Theil, II, 307.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui cathedralem ecclesiam Beatae Mariae Ebredunensem in singulis beatae Mariae et S. Marcellini, ejusdem ecclesiae patroni, festivitatibus, per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes, et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae, visitaverint.

« Virga venustissima et... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, V idus novembris, anno secundo. »

1693-1695 Sainte-Marie-Majeure, 9 novembre 1289.

Facultas testandi. (Reg. 44, c. 620², f. 253 r°; Lap. du Theil, II, 308.)

Venerabili fratri Raymundo, archiepiscopo Ebredunensi, qui ordinem fratrum praedicatorum professus est.

« Quia presentis vite... — Dat. ut supra. »

Sainte-Marie-Majeure, 5 décembre 1289.

In e. m. Hugoni, episcopo Tholosano, qui ordinem S. Augustini professus est. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis decembris, anno secundo.

Rieti, 7 octobre 1289.

In e. m. Henrico, archiepiscopo Burdegalensi, qui ordinem fratrum minorum professus est. Dat. Reate, nonis octobris, anno secundo.

1696 Sainte-Marie-Majeure, 8 novembre 1289.

Absolutio juramenti. (Reg. 44, c. 621, f. 253 r°; Lap. du Theil, II, 309 v°.)

Venerabili fratri Henrico, archiepiscopo Burdegalensi. Eum absolvit a juramento de solvendis et non repetendis usuris praestito mercatoribus a quibus pecuniam mutuo recepit.

« Laudabili zelo et... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, VI idus novembris, anno secundo. »

1697 Rieti, 10 octobre 1289.

Facultas conferendi beneficia. (Reg. 44, c. 621², f. 253 r°.)

Eidem licentiam concedit conferendi beneficia ecclesiastica quae in civitate et dioecesi Burdegalensi tanto tempore vacaverint quod eorum collatio ad sedem apostolicam devoluta sit.

« Ut benevolentiam spetialem... — Dat. Reate, VI idus octobris, anno secundo. »

1698 Rieti, 5 octobre 1289.

Traditio pallei. (Reg. 44, c. 622, f. 253 v°; Lap. du Theil, II, 311.)

Eisdem palleum per M., Sanctae Mariae in Porticu, et

B., Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconos cardinales, palleum exhiberi facit.

« Militanti ecclesie disponente... — Dat. Reate, III nonas octobris, anno secundo. »

1699 Rieti, 7 octobre 1289.

Privilegium Burdegalensi archiepiscopo concessum. (Reg. 44, c. 623, f. 253 v°; Lap. du Theil, II, 312.)

Eidem. « Tue meritis devotionis... ut statuta, si qua in civitate, diocesi ac provintia Burdegalensi in prejudicium ipsius ecclesie sunt edita, possis tam nostra auctoritate quam tua, prout justum fuerit, revocare, liberam tibi auctoritate presentium concedimus facultatem... Dat. Reate, nonis octobris, anno secundo. »

1700 Rieti, 7 octobre 1289.

Facultas habendi altare portatile. (Reg. 44, c. 623², f. 253 v°; Lap. du Theil, II, 312 v°.)

Eidem.

« Devotionis tue precibus... — Dat. ut supra. »

1701 Rieti, 7 octobre 1289.

Facultas reconciliandi per alium ecclesias et coemeteria. (Reg. 44, c. 623³, f. 253 v°; Lap. du Theil, II, 313.)

Eidem.

» Exigentibus tue devotionis... — Dat. ut supra. »

1702 Rieti, 7 octobre 1289.

Facultas missam celebrandi vel audiendi antequam illucescat dies. (Reg. 44, c. 624, f. 253 v°; Lap. du Theil, II, 314.)

Eidem.

« Devotionis tue precibus... — Dat. ut supra. »

1703 Rieti, 7 octobre 1289.

Facultas absolvendi ab excommunicationis sententia. (Reg. 44, c. 624², f. 253 v°. Lap. du Theil, II, 314 v°.)

Eidem facultatem concedit absolvendi viginti clericos suae dioecesis ab excommunicationis sententia quam pro violenta manuum injectione in personas ecclesiasticas incurrerint, et dispensandi cum eis qui sic ligati irregularitatem contraxerint.

« Ut eo gratiosior... — Dat. ut supra. »

1704 Rieti, 7 octobre 1289.

Contra moniales simoniacas. (Reg. 44, c. 624³, f. 253 v°; Lap. du Theil, II, 315 v°.)

Eidem facultatem concedit procedendi contra moniales suae dioecesis quae in monasteriis per simoniam receptae sint, et contra personas quae eas receperint, « secundum statuta concilii generalis, edita contra alias personas que ante ipsum per pravitatem symoniacam fuerunt recepte, pecunia taliter recepta, si eas amoveri contigerit, in utilitatem locorum ad que transmisse fuerint, ne sint onerose locis hujusmodi, convertenda, et eis que receperunt ipsas ad restitutionem illius... compellendis. »

« Sicut te intimante... — Dat. ut supra. »

1705 Rieti, 7 octobre 1289.

Contra usurarios. (Reg. 44, c. 625, f. 253 v°; Lap. du Theil, II, 316 v°.)

Eidem. « Petitio tua nobis exhibita continebat quod nonnulli usurarii tue civitatis et diocesis, cum in infirmitatibus gravibus detinentur, ut eis sacramenta ecclesiastica non negentur, et ecclesiasticam propter hoc effugiant disciplinam, omnia bona sua in restitutionem deputant usurarum, sed restituti postmodum sanitati, usuras hujusmodi restituere indebite contradicunt. Ne igitur dicti usurarii de sua malitia se comodum gaudeant reportasse, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus, si est ita, usurarios ipsos ad restitutionem hujusmodi faciendam, monitione premissa, per penam in Lateranensi concilio contra usurarios editam, appellatione remota, compellas. Dat. ut supra. »

1706 Rieti, 7 octobre 1289.

Tabellionatus officium. (Reg. 44, c. 62[illegible], f. 254 r°; Lap. du Theil, II, 317.)

Eidem facultatem concedit conferendi uni personae tabellionatus officium.

« Ne contractuum memoria... — Dat. Reate, nonis octobris, anno secundo. »

1707 Sainte-Marie-Majeure, 28 novembre 1289.

De collatione beneficiorum. (Reg. 44, c. 626, f. 254 r°; Lap. du Theil, II; Potth., 23124.)

Venerabili fratri .. episcopo et dilectis filiis .. decano et capitulo Bajocensibus indulget ut de beneficiis ecclesiasticis, ad collationem, electionem seu praesentationem ipsorum spectantibus, nulli, nisi nato de legitimo matrimonio, per litteras de defectu natalium et praesenti indulto mentionem non facientes provideri possit. »

« Devotionis vestre sinceritas... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, IIII kalendas decembris, anno secundo. »

1708 Sainte-Marie-Majeure, 22 novembre 1289.

Contra detentores bonorum monasterii Sancti Anastasii de Urbe. (Reg. 44, c. 627, f. 254 r°.)

Dilecto filio Nepoleoni, Sancti Adriani diacono cardinali, mandat quatenus, vocatis qui fuerint evocandi, de plano, sine strepitu et figura judicii, nobiles, milites et laicos de Urbe et circumpositae regionis, qui possessiones monasterii Sancti Anastasii de Urbe, Cisterciensis ordinis, occupent, et .. abbatem et conventum monasterii molestent, per censuras ecclesiasticas, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis, eas praedicto monasterio restituere, et de violentiis et injuriis satisfacere cogant.

« Dignum est ut... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, x kalendas decembris, anno secundo. »

1709 Sainte-Marie-Majeure, 22 novembre 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 627², f. 254 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et quadraginta dierum concedit eis qui ecclesiam monasterii Sancti Anastasii de Urbe, Cisterciensis ordinis, in beatae Mariae, sanctorum Vincentii et Anastasii, S. Pauli et Conversionis hujus, et Nativitatis S. Johannis Baptistae festivitatibus visitaverint.

« Ante thronum divine... — Dat. ut supra. »

1710 Sainte-Marie-Majeure, 10 novembre 1289.

Ad solutionem debitorum monasterii de Sancto Sequano. (Reg. 44, c. 628, f. 254 v°.)

.. *Sancti Martini, Eduensis, et.. de Sancto Rigando, Matisconensis diocesium, monasteriorum abbatibus.* « Significarunt nobis dilecti filii Lante Agolantis, Bandinus Ammannati, Nesius Bartholomei, Jacobus Agolantis, et alii eorum socii, de societate Amannatorum de Pistorio, cives et mercatores Pistorienses, quod nuper ad audientiam nostram perlato quod Guillelmus, abbas, et quondam abbates monasterii de Sancto Sequano, ordinis S. Benedicti, Lingonensis diocesis, una cum conventu ejusdem monasterii, monasterium ipsum in magnis et multis pecuniarum summis diversis creditoribus diversarum partium obligarant, quarum nonnulle presertim, per usurariam pravitatem extorte, in utilitatem monasterii non cesserant memorati, et quod predictum monasterium propter debita hujusmodi adeo premebatur quod ad irreparabilem desolationem deveniret nisi cito per sedem apostolicam succurreretur eidem, quodque dictorum creditorum aliqui pro se super hiis contra eos diffinitivas obtinuerant sententias auctoritate apostolica promulgari, et quod abbates et conventus nominati cum aliquibus ex dictis creditoribus diversas compositiones, datis super hoc litteris et fidejussoribus, penis adjectis, interpositis juramentis, satisfactione dampnorum et interesse premissa, et confectis exinde nichilominus publicis instrumentis, factis renuntiationibus quoad impetratas et impetrandas litteras apostolicas, executoribus etiam sive judicibus super premissis a sede apostolica deputatis, et nonnullis processibus habitis per eosdem, in enormem ipsius monasterii lesionem, erant inire coacti; nos, de circumspectione vestra plenam in Domino fiduciam obtinentes, vobis per nostras sub certa forma mandavimus litteras ut universos redditus et proventus monasterii memorati ac prioratuum et membrorum ejus, a quibuscumque detinerentur, vos vel alter vestrum, per vos vel per alium aut alios, fideliter colligere studeretis, et tenui de illis abbati et conventui supradictis ac personis in membris ipsis servientibus, pro sua sustentatione, portione servata, totum residuum redditum et proventuum predictorum in solutionem debitorum hujusmodi, usuris omnino cessantibus, et premissis nequaquam obstantibus, convertere studeretis, satisfaciendo per ordinem creditoribus supradictis, secundum quod potiores jure inveniretis eosdem, non permittentes eos interim super alia solutione facienda, per quascumque litteras apostolicas, sub quacumque forma verborum obtentas, coram predictis vel aliquibus aliis judicibus seu executoribus indebite molestari. Molestatores et contradictores, necnon proventuum, domorum et aliorum redditum et possessionum detentores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Verum quia, eodem Guillelmo abbate exponente

dudum felicis recordationis Honorio pape, predecessori nostro, quod, tam pro suis necessariis quam pro ipsius monasterii negotiis, apud sedem predictam tunc expediendis, utiliter eum subire oportebat magna opera expensarum, ac supplicante dicto predecessori ut ad summam duorum milium librarum turonensium mutuum contrahendi, sub certis modis et formis, sine quibus creditores se putabat invenire non posse, sibi licentiam largiretur, nominatus Lante, suo et aliorum sociorum suorum predictorum nomine, prefato Guillelmo abbati, cui nominatus predecessor noster, nolens quod pro ipsarum expensarum defectu idem G. abbas indigentiam pateretur, vel quod inexpedita eadem negotia remanerent, ipsius precibus inclinatus, dicto G. abbati contrahendi mutuum propter hoc usque ad predictam summam duorum milium librarum turonensium, nomine suo et ipsius monasterii, ac se ipsum et successores suos abbates dicti monasterii et ipsum monasterium ac sua et eorumdem bona mobilia et immobilia, presentia et futura, usque ad summam hujusmodi, propterea creditoribus obligandi, per suas sub certa forma litteras concesserat facultatem, propter hoc duo milia librarum turonensium mutuavit, certis super satisfactione ipsis prestanda de predictis libris per alias sub certa forma ipsius predecessoris litteras executoribus deputatis, nominati mercatores dubitabant posse satisfactionem eis de predicta pecunia statutis ad hoc terminis faciendam per predictas vobis super hoc directas litteras retardari; quare predicti mercatores nobis humiliter supplicarunt ut providere ipsis in hac parte de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, volentes mercatores ipsos indempnes in hac parte benignius preservare, discretioni vestre in virtute obedientie per apostolica scripta districte precipiendo mandamus quatenus universos redditus et proventus monasterii memorati ac prioratuum et membrorum ejus, a quibuscumque detineantur, vos vel alter vestrum, per vos vel per alium aut alios, fideliter colligatis, et tenui de illis abbati et conventui supradictis et personis in membris ipsis servientibus, pro sustentatione sua, ut premittitur, portione servata, de residuo redditiuum et proventuum predictorum ante omnia nominatis mercatoribus de pecunia seu debitis in quibus tam idem abbas quam prefatum monasterium et ejus bona predictis mercatoribus per prefatas litteras ipsius predecessoris obligata fore noscuntur, juxta illarum tenorem, sine diminutione qualibet, satisfacere, usuris omnino cessantibus, procuretis; ad satisfactionem aliorum debitorum dicti monasterii de reliquo redditiuum et proventuum predictorum nichilominus procedatis, juxta priorem a nobis super hoc traditam vobis formam. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, IIII idus novembris, anno secundo. »

1709 Rieti, 3 octobre 1289.

Alienatio possessionum monasterii Sancti Eugenii. (Reg. 44, c. 629, f. 255 v°.)

.. *archidiacono ecclesie Senensis* mandat quatenus si possessiones quas .. abbas et conventus monasterii Sancti Eugenii de monasterio prope Senas, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, permutare cupiunt, valorem ducentarum librarum usualis monetae non excedant, et si possessiones cum quibus iidem abbas et conventus suas permutare intendant eidem monasterio magis utiles esse possint, inquirant.

« Ex parte dilectorum... — Dat. Reate, V nonas octobris, anno secundo. »

1710 Sainte-Marie-Majeure, 28 novembre 1289.

Absolutio voti crucis sumptae. (Reg. 44, c. 630, f. 255 r°; Potth., 23122.)

Venerabili fratri .. Bathoniensi et Wellensi episcopo committit ut, cum Eadmundus, frater Eduardi, Angliae regis, infra promissum terminum votum proficiscendi in succursum Terrae Sanctae exequi nequiverit, eum et illos qui similia vota fecerint a perjurii reatu absolvat.

« Petitio dilecti filii... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, IIII kalendas decembris, anno secundo. »

1711 Sainte-Marie-Majeure, 29 novembre 1289.

Monasterio de Valleregali ecclesia de Wenh conceditur. (Reg. 44, c. 631, f. 255 r°.)

.. *abbati et conventui monasterii de Valleregali, Cisterciensis ordinis, Conventrensis et Lichefeldensis diocesis*, ad rogationem E., regis Angliae, indulget ut ecclesiam de Wenh, ejusdem dioecesis, in qua jus patronatus habent, cedente vel decedente rectore, cum dioecesani assensu, retinere valeant, reservata de ecclesiae proventibus perpetuo vicario congrua portione.

« Religiosorum votis libenter... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, III kalendas decembris, anno secundo. »

1712 Sainte-Marie-Majeure, 29 novembre 1289.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 44, c. 632, f. 255 r°.)

Petro de Sabaudia, canonico Saresbiriensi. Cum eo, consideratione E., regis Angliae, consanguinei ejus, dispensat ut praeter canonicatum et praebendam Saresbiriensis ecclesiae unum aliud beneficium obtinere valeat, quanquam viginti quinque annos nondum natus sit.

« Habet in nobis... — Dat. ut supra. »

1713 Sainte-Marie-Majeure, 29 novembre 1289.

Licentia ingrediendi monasterium. (Reg. 44, c. 633, f. 255 r°.)

Nobili mulieri Beatrici, uxori dilecti filii nobilis viri Johannis de Grelliaco, Gebennensis diocesis, indulget ut monasterium de Bonomonte, Cisterciensis ordinis, Gebennensis dioecesis, cum quinque matronis honestis, devotionis causa, bis in anno ingredi valeat, dummodo in monasterio non edat nec pernoctet.

« Pium arbitramur et... — Dat. ut supra. »

1714-1719 Sainte-Marie-Majeure.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 633², f. 255 r°; Potth., 23131.)

.. *guardiano et conventui domus fratrum minorum Lucane.* Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit eis qui predictae domus ecclesiam, in honorem beatae Mariae Magdalenae constructam, in ejusdem sanctae festivitate visitaverint.

« Licet is de... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem... anno secundo (1). »

In e. m. .. guardiano et conventui domus fratrum minorum Pistoriensis, pro ecclesia eorum, in honorem beatae Mariae Magdalenae constructa.

Sainte-Marie-Majeure, 5 décembre 1289.

In e. m. .. abbatissae et conventui monasterii Sancti Martini extra muros Verulani, ordinis S. Benedicti. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam hujus monasterii, in honorem S. Martini constructam, in ejusdem sancti et beatae Mariae festivitatibus visitaverint. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis decembris, anno secundo (*En marge*).

Sainte-Marie-Majeure, 13 décembre 1289.

In e. m. universis Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam fratrum minorum de Alexandria, Aquensis dioecesis, in S. Antonii et sanctae Agnetis festivitatibus et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus decembris, anno secundo (*Ibid.*; Potth., 23144).

Sainte-Marie-Majeure, 28 novembre 1289.

In e. m. .. episcopo et capitulo Nemausensibus. Eandem indulgentiam concedit eis qui Nemausensem ecclesiam, in honorem beatae Mariae constructam, in ejusdem virginis festivitatibus et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, iiii kalendas decembris, anno secundo (*Ibid.*).

Sainte-Marie-Majeure, 21 décembre 1289.

In e. m. universis Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam monasterii Sancti Vedasti Atrebatensem, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, in S. Vedasti et S. Benedicti festivitatibus visitaverint. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, xii kalendas januarii, anno secundo (*Ibid.*).

1720 Sainte-Marie-Majeure, 20 novembre 1289.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum et defectu aetatis. (Reg. 44, c. 634, f. 255 v°.)

Guillelmo Brunelli, preposito ecclesie Wellensis. Cum eo, viginti et tres annos nato, consideratione nobilis viri Odonis de Grandisono, dispensat ut praeposituram Wellensis ecclesiae et ecclesiam de Westerham, Roffensis dioecesis, quas minor natus viginti annos recepit et sine dispensatione tenuit, una cum canonicatibus et praebendis quae in Lichefeldensi, Saresbiriensi, Landavensi, Menevensi et Sancti Audomari, Morinensis dioecesis, ecclesiis possidet, retinere possit.

« Merita tue probitatis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, xii kalendas decembris, anno secundo. »

1721 Sainte-Marie-Majeure, 22 novembre 1289.

Dispensatio residentiae et super defectu ordinum. (Reg. 44, c. 634², f. 255 v°.)

Guillelmo Brunelli, rectori ecclesie de Westerham, Roffensis diocesis, indulget ut usque ad quinquennium, disci-

1 Pas d'autre date, celle-ci comme Potth., 23131, est arbitraire.

plinis scolasticis insistens, ad residentiam in ecclesia de Westerham, Roffensis dioecesis, et ad suscipiendum ordinem sacerdotalem non teneatur.

« Laudabili desiderio tuo... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, x kalendas decembris, anno secundo. »

1722 Sainte-Marie-Majeure, 22 octobre 1289.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 635, f. 255 v°; Potth., 23100.)

.. *priori predicatorum et .. guardiano minorum de Figiaco fratrum ordinum, Caturcensis diocesis*, committit quatenus cum Johanne, nato quondam Petri Hebrardi, et Prasina, nata quondam magistri Rigaldibelli de Figiaco, Caturcensis dioecesis, dispenset ut in matrimonio quod olim, ignorantes quondam Guillelmum Boquerii, uxorem Prasinae, Petro quarto consanguinitatis gradu conjunctum fuisse, contraxerunt, remanere valeant.

« Exhibita nobis dilecti... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, xi kalendas novembris, anno secundo. »

1723 Sainte-Marie-Majeure, 13 novembre 1289.

Monasterium Sancti Nazarii de Opreno sub Petri protectione suscipitur. (Reg. 44, c. 636, f. 255 v°.)

.. *ministre et sororibus domus Sancti Nazarii de Opreno, ordinis S. Augustini, Mediolanensis diocesis.*

« Sacrosancta romana ecclesia... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus novembris, anno secundo. »

1724 Sainte-Marie-Majeure, 13 novembre 1289.

Pro Beradesca, haeretici patris filia. (Reg. 44, c. 637, f. 255 v°.)

Dilecte in Christo filie Beradesce, mulieri Reatine. Confirmat venditionem qua Thomas, archipresbyter ecclesiae Sancti Johannis Reatinae a Petro de Monaldensibus de Urbeveteri, tunc potestate civitatis Reatinae, bona quondam Oddonis Thomae et Thomae ejus filii, patris Beradescae, haereticorum, ab inquisitoribus confiscata, empsit, et concessionem qua idem archipresbyter praefatae Beradescae illa bona dotem dedit. Praeterea cum Beradesca dispensat ut, non obstante paterni erroris macula, omnes actus legitimos exercere et ad quamcumque legitimam successionem admitti valeat.

« Libenter hiis gratie... — Dat. ut supra. »

1725 Sainte-Marie-Majeure, 21 novembre 1289.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 638, f. 256 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Lausanensi et dilecto filio .. guardiano minorum Lausanensi mandat quatenus cum nobili viro Aymone, nato quondam Guillelmi de Gresiaco, Gebennensis dioecesis, et nobili muliere Beatrice, nata quondam Gerodi de Turre, Sedunensis dioecesis, dispenset ut in matrimonio quod, ignorantes se tertio et quarto consanguinitatis gradu conjunctos esse, contraxerunt et in quo plures filios procrearunt, remanere valeant.

« Petitio dilecti filii... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, xi kalendas decembris, anno secundo. »

1726 Sainte-Marie-Majeure, 20 novembre 1289.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 44, c. 639, f. 256 r°.)

Venerabili fratri Roberto, Bathoniensi et Wellensi episcopo. Eum purgat a macula quam, beneficiis receptis ultra numerum pro quo cum ipso dispensatum fuerat, antequam ad episcopalem dignitatem vocaretur, contraxit; ita tamen ut collectoribus decimae Terrae Sanctae subsidio concedendae in Anglia, infra octo menses post receptionem praesentium, sexcentas marchas sterlingorum assignet.

« Exhibita nobis tua... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, xii kalendas decembris, anno secundo. »

1727 Sainte-Marie-Majeure, 1er décembre 1289.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 44, c. 640, f. 256 r°.)

Johanni Martini, canonico Ulixbonensi, obtentu Jacobi, Sanctae Mariae in Via lata diaconi cardinalis, et consideratione Dionysii, regis Portugalliae, cujus clericus et consiliarius est, cum eo dispensat ut, praeter ecclesiam Sancti Michaelis de Avoo, curam animarum habentem, Colimbriensis dioecesis, canonicatus et praebendas in Ulixbonensi, Colimbriensi et Lamecensi ecclesiis, et quaedam prestimonia, sine cura, in diversis ecclesiis,

unum aliud beneficium, cum cura vel sine, recipere possit.

« Etsi propter ambitiones... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, kalendis decembris, anno sscundo. »

1728 Sainte-Marie-Majeure, 13 novembre 1289.

Translatio altaris. (Reg. 44, c. 641, f. 256 v°.)

.. *decano et capitulo ecclesie Sancti Albani Namurcensis, Leodiensis diocesis*, facultatem concedit transferendi, prout expedire viderint, altare quod Cornelius papa propriis manibus in honorem Sanctae Crucis consecravit, supra quod eis a sede apostolica concessum est ut in tempore interdicti sollempnia celebrare possint, quodque nunc, ecclesia ampliata, in medio fere chori, visitantibus et deservientibus obstans, remansit.

« Pia desideria devotorum... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus novembris, anno secundo. »

1729 Rieti, 17 septembre 1289.

Licentia eligendi confessorem proprium. (Reg. 44, c. 642, f. 256 v°; Potth., 23081.)

Venerabili fratri Johanni, archiepiscopo Nicosiensi.

« Benigno tibi sunt... — Dat. Reate, xv kalendas octobris, anno secundo. »

1730 Sainte-Marie-Majeure, 13 novembre 1289.

Licentia audiendi officia interdicti tempore. (Reg. 44, c. 642², f. 256 v°; Lap. du Theil, II, 319.)

Dilecto filio nobili viro Guidoni de Leviis, domino Mirapiscis, et dilecte in Christo filie nobili mulieri Ysabelli, uxori ejus, Tolosane diocesis.

« Ut erga sedem... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus novembris, anno secundo. »

1731 Sainte-Marie-Majeure, 5 novembre 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 643, f. 256 v°.)

.. *priori et capitulo ecclesie Sancte Cecilie de Urbe.* Indulgentiam duorum annorum et totidem quadragenarum concedit eis qui hanc ecclesiam in sanctae Ceciliae et sanctorum Urbani, Tiburtii, Valeriani et Maximi festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint.

« Sicut virgula fumi... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis novembris, anno secundo. »

1732-1733 Sainte-Marie-Majeure, 9 novembre 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 644, f. 257 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et quadraginta dierum concedit eis qui cathedralem ecclesiam Ulixbonensem, in honorem beatae Mariae constructam, in ejusdem virginis et S. Vincentii martyris, cujus corpus ibidem requiescit, festivitatibus visitaverint.

« Virga venustissima et... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, v idus novembris, anno secundo. »

Sainte-Marie-Majeure, 22 novembre 1289.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Beatae Mariae Novae Viterbiensem, in beatae Mariae festivitatibus, et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae, visitaverint. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, x kalendas decembris, anno secundo (*En marge*).

1734 Sainte-Marie-Majeure, 5 novembre 1289.

Facultas conferendi beneficia. (Reg. 44, c. 645, f. 257 r°; Lap. du Theil, II, 320.)

Venerabili fratri Hugoni, episcopo Tholosano, facultatem concedit conferendi ecclesias suae dioecesis, curam animarum habentes, quarum rectores se in presbyteros promoveri non fecerint, quaeque tanto tempore vacaverint quod eorum collatio ad sedem apostolicam devoluta sit.

« Tue merita sinceritatis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis novembris, anno secundo. »

1735 Sainte-Marie-Majeure, 29 novembre 1289.

De jure visitationis. (Reg. 44, c. 646, f. 257 r°; Potth., 23123.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Armachano et .. episcopo Mindensi. « Per vestras nobis litteras intimastis quod, cum tu, frater archiepiscope, tuam novissime provintiam

visitando, ad Midensem diocesim, subjectam tibi jure metropolitico, accessisses, ut in illa visitationis officium exerceres, pretendebas per rectores, vicarios et capellanos dicte diocesis de notoriis excessibus visitandorum secreto et singillatim te debere ac posse inquirere, cum id expedire videres, te vero, frater episcope, pro te tuisque subditis e contrario asserente, videlicet quod non in secreto et singillatim, sed clericis cujuslibet decanatus insimul congregatis, in communi et publico super hujusmodi a te archiepiscopo queri debeat ab eisdem, inter vos exinde hesitatio est exorta, super quo sedem apostolicam consulere voluistis. Verum, quia per felicis recordationis Innocentium papam IIII, predecessorem nostrum, qualiter metropolitani suas provintias visitantes contra notorios criminosos procedere debeant et punire eosdem est statutum, quod unde timor abest ibi non est aliquatenus trepidandum, vobis taliter respondemus : quod tu, archiepiscope, hujusmodi officium in tua provintia exercendo, in locis tibi metropolitico jure subjectis notoria crimina, que examinatione non egent, punire potes et debes, prout tibi dictum statutum et alii super hoc editi a sacris patribus canones indicabunt. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, III kalendas decembris, anno secundo. »

1736-1737 Sainte-Marie-Majeure, 5 décembre 1289.

Dispensatio residentiae. (Reg. 44, c. 647, f. 257 r°.)

Carissimo in Christo filio Eduardo, regi Anglie illustri, cui jam concessit ut decem clerici, ejus obsequiis insistentes, fructus, redditus et proventus beneficiorum suorum, quanquam in eis non resideant, percipiant, eandem pro viginti clericis per decem annos concessionem largitur.

« Meminimus nuper tibi... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis decembris, anno secundo. »

In e. m. .. archiepiscopo Burdegalensi, .. Bathoniensi et Wellensi episcopo, et .. archidiacono Agennensi mandat quatenus eosdem fructus et redditus viginti clericis per decennium integre ministrari faciant. Dat. ut supra.

1738-1739 Sainte-Marie-Majeure, 5 décembre 1289.

Dispensatio residentiae. (Reg. 44, c. 647², f. 257 v°.)

Carissime in Christo filie A., regine Anglie illustri, indulget ut decem clerici ejus, citra mare Anglicanum in ejus obsequiis insistentes, fructus et redditus beneficiorum suorum per quinquennium integre percipiant.

« Ex tue magnitudinis... — Dat. ut supra. »

In e. m. praedictis executoribus, ut in executoria clericorum regis.

1740 Sainte-Marie-Majeure, 17 novembre 1289.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 44, c. 648, f. 257 v°.)

Alfonso, scolari, nato carissimi in Christo filii nostri .. regis Portugalie illustris. Cum eo dispensat ut, non obstante defectu natalium quem patitur, e conjugato genitus et soluta, postquam clericali caractere insignitus fuerit, ad omnes ordines promoveri et ecclesiasticum beneficium, cui tamen cura animarum non immineat, obtinere valeat.

« Sensus hominis proni... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XV kalendas decembris, anno secundo. »

1741 Sainte-Marie-Majeure, 17 novembre 1289.

Dispensatio super defectu natalium et pluralitate beneficiorum. (Reg. 44, c. 649, f. 257 r°.)

Johanni dicto de Bomout, canonico ecclesie Sancti Pauli Leodiensis, quocum jam a Clemente dispensatum est ut, non obstante defectu natalium quem patitur, ex acolito genitus et soluta, ad omnes ordines promoveri et ecclesiasticum beneficium, sine cura, obtinere valeret, indulget ut ecclesiasticum beneficium, etiam si dignitas et personatus, et in cathedrali vel collegiata ecclesia sit, et curam animarum habeat, recipere, et canonicatus et praebendas, sine cura, quae in Sancti Petri Leodiensi, Andavensi et Beatae Mariae de Molham, Leodiensis dioecesis, ecclesiis obtinet, retinere valeat.

« Quia divina misericordia... — Dat. ut supra. »

1742-1743 Sainte-Marie-Majeure, 3 novembre 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 649², f. 257 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui ecclesiam Sancti Martini in Burgo Ambianensem in S. Martini confessoris, S. Quintini et S. Thomae Canthuariensis festivitatibus, et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae, visitaverint.

« Ante thronum divine... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, III nonas decembris, anno secundo. »

Sainte-Marie-Majeure, 3 janvier 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam monasterii Sancti Stephani de Fossanova, Cisterciensis ordinis, Terracinensis dioecesis, in beatae Mariae et S. Stephani festivitatibus, die Veneris sancto, et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae, visitaverint. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, III nonas januarii, anno secundo (*En marge*).

1744-1750 Sainte-Marie-Majeure, 26 novembre 1289.

Gaufridus de Launcello Vapincensi ecclesiae episcopus praeficitur. (Reg. 44, c. 650, f. 258 r°.)

Gaufrido de Launcello, electo Vapincensi. Eum, tunc ecclesiae Aptensis praepositum, ecclesiae Vapincensi, per translationem .. ad Ebredunensem archiepiscopatum vacanti, episcopum praeficit.

« Ad universalis ecclesie... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, VI kalendas decembris, anno secundo. »

In e. m. .. decano et capitulo Vapincensibus mandat quatenus eidem electo debitam obedientiam praebeant.

In e. m. clero civitatis et dioecesis Vapincensis.

In e. m. populo civitatis et dioecesis Vapincensis.

In e. m. universis ecclesiae Vapincensis vassallis.

Sainte-Marie-Majeure, 19 décembre 1289.

In e. m. Gaufrido, episcopo Vapincensi, munus consecrationis impendit. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, XIIII kalendas januarii, anno secundo.

In e. m. .. decano et capitulo Vapincensis ecclesiae.

1751 Sainte-Marie-Majeure, 9 novembre 1289.

Facultas dispensandi super irregularitate. (Reg. 44, c. 651, f. 258 r°.)

Raymondo, archiepiscopo Ebredunensi, facultatem concedit dispensandi cum presbyteris et clericis Ebredunensis dioecesis qui, excommunicati et suspensi, divinis se immiscendo, irregularitatem contraxerint.

« Ex parte tua... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, V idus novembris, anno secundo. »

1752 Sainte-Marie-Majeure, 13 novembre 1289.

Licentia habendi altare portatile. (Reg. 44, c. 651², f. 258 r°; [illegible] II.)

Nobili mulieri Ysabelle de Marliaco, domine Mirapiscis, Tholosane diocesis, indulget ut capellanus ejus altare portatile habere, super quo, in domo ejusdem Ysabellae, quae propter infirmitatem corporis ad ecclesiam adire commode non potest, divina celebret, valeat.

« Devotionis affectus quem... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus novembris, anno secundo. »

1753 Sainte-Marie-Majeure, 11 novembre 1289.

Collatio prioratuum Cistercensium. (Reg. 44, c. 652, f. 258 v°.)

Diffinitoribus generalis capituli Cluniacensis mandat quatenus prioratus de Rillat, de Morac, Sancti Mederii, de Gaianis, de Artas, de Tanaio, de Firmitate super Alerium, de Laudona, de Rompont, de Bova, de Agneto, de Autolio et alios Cluniacensis ordinis, diversarum dioecesium, qui tanto tempore jam vacarint quod eorum collatio ad sedem apostolicam devoluta sit, personis ejusdem ordinis conferant, quibuslibet detentoribus ab eisdem amotis.

« Cum sicut intelleximus... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, III idus novembris, anno secundo. »

1754 Sainte-Marie-Majeure, 2 novembre 1289.

Dispensatio super defectu ordinum. (Reg. 44, c. 653, f. 258 v°.)

Dithmaro de Parchen, diacono Zwerinensis diocesis, indulget ut ad restitutionem fructuum ecclesiae de Parchen, quam sine dispensatione retinuit, licet se intra annum presbyterum recipi non fecerit, dimissa ecclesia, non teneatur.

« Benigno sunt tibi... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, IIII nonas novembris, anno secundo. »

1755 Sainte-Marie-Majeure, 13 décembre 1289.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 654, f. 258 v°.)

.. *preposito et .. penitentiario ecclesie Ambianensis* committit quatenus cum nobili viro Johanne de Warannis, Ambianensis dioecesis, et Margareta, relicta quondam Matthaei de Roya, militis, Noviomensis dioecesis, dispensent ut, etiamsi quondam Agnes, prior uxor Johannis, quarto et tertio consanguinitatis gradu Margaretae conjuncta esset, tamen, ad sedandas inimicitias inter

consanguineos obortas, matrimonium inter se contrahere valeant.

« Exposita nobis dilecti... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus decembris, anno secundo. »

1756 Sainte-Marie-Majeure, 3 décembre 1289.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 44, c. 655, f. 258 v°.)

Guillelmo de Hemenricurt, clerico Leodiensis diocesis. Cum eo dispensat ut, non obstante defectu natalium quem patitur, e soluto genitus et soluta in quarto consanguinitatis gradu conjunctis, ad omnes ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, curam non habens, obtinere valeat.

« Solet apostolice sedis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, III nonas decembris, anno secundo. »

1757 Sainte-Marie-Majeure, 20 novembre 1289.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 44, c. 656, f. 258 v°.)

Octaviano, canonico monasterii Sancti Augustini de Ressano, ordinis S. Augustini, Pisane diocesis, quocum jam a Martino IIII dispensatum est ut, non obstante defectu natalium quem patitur, e subdiacono genitus et soluta, in susceptis ordinibus ministrare et ad regulares administrationes sui ordinis assumi valeret, indulget ut praelaturas et dignitates ejusdem ordinis recipere possit.

« Tue probitatis merita... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XII kalendas decembris, anno secundo. »

1758 Sainte-Marie-Majeure, 11 décembre 1289.

De prioratu de Lentona Petro de Siviriaco restituendo. (Reg. 44, c. 657, f. 259 r°.)

Carissimo in Christo filio E., regi Anglie illustri. Eum rogat ut prioratum de Lentona, Cluniacensis ordinis, Eboracensis dioecesis, procuratori Petri de Siviriaco assignari faciat. Hic enim in curia romana donec electus Cluniacensis ad confirmationem electionis suae postulandam veniat remanebit.

« Pridem ad notitiam... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, III idus decembris, anno secundo. »

1759 Sainte-Marie-Majeure, 2 décembre 1289.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 658, f. 259 r°; Potth., 23126.)

.. *custodi fratrum minorum Terraconensi* committit quatenus cum nobili viro Guillelmo de Tenza, Dertusensis dioecesis, et nobili muliere Berengaria, nata quondam Guillelmi de Montechano, Ilerdensis dioecesis, dispenset ut in matrimonio quod olim, ignorantes se quarto consanguinitatis gradu conjunctos esse, ad sedandas inter progenitores inimicitias, contraxerunt, remanere valeant.

« Exhibita nobis dilecti... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, IIII nonas decembris, anno secundo. »

1760 Sainte-Marie-Majeure, 1er décembre 1289.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 658², f. 259 r°.)

Venerabili fratri .. patriarche Antiocheno committit quatenus cum nobili viro Manuele de Camilla, cive Januensi, et Caracosa, nata quondam Jacobi de Grimaldis, dispenset ut in matrimonio quod olim, ignorantes quondam Sorleum Cicalam, civem Januensem, priorem Caracosae maritum, Manueli quarto consanguinitatis gradu conjunctum fuisse, contraxerunt, remanere valeant.

« Petitio dilecti filii... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, kalendis decembris, anno secundo. »

1761 Sainte-Marie-Majeure, 5 décembre 1289.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 44, c. 659, f. 259 r°.)

Petro dicto Amico, canonico ecclesie Ovetensis. Dispensationem renovat quam ei, tunc portionario ecclesiae Salamantinae, Johannes papa XXI concessit ut, non obstante defectu natalium quem patitur, e presbytero genitus et soluta, quoslibet personatus seu dignitates obtinere valeret, episcopali dignitate excepta. Mortuo papa Johanne, litterae dispensationis bullari nequiverant.

« Solet apostolice sedis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis decembris, anno secundo. »

1762 Sainte-Marie-Majeure, 3 décembre 1289.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 44, c. 660, f. 259 v°.)

Radulpho de Alamant, rectori ecclesie de Ystonacantelup,

Wigorniensis diocesis, merito Oddonis de Grandisono, indulget ut ecclesiam de Ystonacantelup, quam cum canonicatu et praebenda in Gebennensi ecclesia sine dispensatione detinuit, et fructus ex ea perceptos licite retinere possit, dummodo valorem fructuum per unum annum ex eadem ecclesia perceptorum in utilitatem perpetuam ejusdem ecclesiae convertat.

« In hiis que... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, III nonas decembris, anno secundo. »

1763-1770 Sainte-Marie-Majeure, 2 décembre 1289.

Licentia testandi. (Reg. 44, c. 661, f. 259 v°; Potth., 23128.)

Venerabili fratri Willelmo, episcopo Brechinensi.

« Quia presentis vite... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, IIII nonas decembris, anno secundo. »

Sainte-Marie-Majeure, 13 décembre 1289.

In e. m. Johanni, episcopo Agennensi. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus decembris, anno secundo.

Sainte-Marie-Majeure, 1er décembre 1290.

In e. m. Rambotto, episcopo Camerinensi. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, kalendis decembris, anno secundo (Potth., 23125).

Sainte-Marie-Majeure, 13 janvier 1290.

In e. m. G., episcopo Vapincensi. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus januarii, anno secundo.

Sainte-Marie-Majeure, 4 janvier 1290.

In e. m. Percivallo de Lavania, subdiacono et capellano papae, archidiacono Bochungamiae (1) in ecclesia Lincolniensi. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, II nonas januarii, anno secundo.

Sainte-Marie-Majeure, 23 janvier 1290.

In e. m. Geraldo, episcopo Lectorensi. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, X kalendas februarii, anno secundo (*En marge*).

Sainte-Marie-Majeure, 23 janvier 1290.

In e. m. Guillelmo, episcopo Gratianopolitano. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, X kalendas februarii, anno secundo (*Ibid.*).

Sainte-Marie-Majeure, 13 février 1290.

In e. m. Guillelmo, episcopo Dignensi. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem; idibus februarii (1), anno secundo (*Ibid.*).

(1) On peut lire aussi *Bochungamiae*.

1771 Sainte-Marie-Majeure, 11 décembre 1289.

Prioratus de Grandisono augetur. (Reg. 44, c. 662, f. 260 r°; Lap. du Theil, II, 326.)

Venerabili fratri .. episcopo Gebennensi. « Petitio dilectorum filiorum .. abbatis et conventus monasterii Case Dei, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, Claromontensis diocesis, nobis exhibita continebat quod ipsi dudum, provide attendentes quod de Praelas et Sancti Germani, Bisuntine diocesis, ac Sancti Laurentii juxta Matisconem prioratuum, eidem monasterio subjectorum, redditus et proventus erant adeo tenues et exiles quod in aliquo ipsorum de suis redditibus non nisi unus monachus dicti monasterii poterat commorari, ac prioratu (2) eorum de Grandisono, Lausanensis diocesis, cui dilectus filius nobilis vir Otto, dominus castri de Grandisono, propter devotionis affectum quem gerebat ad prioratum et monasterium supradicta, de bonis suis mobilibus et immobilibus propter hoc donationes fecerat spetiales, divinum cultum cupiens summis desideriis adaugeri, inter alia ordinarunt ut in eodem prioratu de Grandisono tredecim monachi, computato priore, assumendi pro tempore de conventu dicti monasterii, perpetuo debeant commorari, ut devotas inibi exhibeant Deo laudes; et ut predicti monachi cum competenti et honesta familia, tam ad percipiendum vite necessaria quam ad supportandum ejusdem prioratus de Grandisono alia onera et expensas, redditus habeant competentes, de Praelas, Sancti Germani et Sancti Laurentii prioratus predictos, cum omnibus fructibus, juribus et pertinentiis suis, eidem prioratui de Grandisono, et ecclesiam de Giaco, dicte Lausanensis diocesis, curam animarum habentem, et quicquid prior prioratus Vallistranverse, monasterio predicto subjecti, in ipsius, de Giaco et de Concissa ecclesiarum parrochiis, similem curam habentium, quas idem prior Vallistranverse in usus proprios tunc canonice obtinebat, cujus quidem prioratus de Valletransversa priori abbas et conventus prefati annuum redditum quatuordecim solidorum Lausanensis monete, quos dictus prior Vallistranverse percipere debet ab eodem nobili et ejus successoribus, reservarunt, et pro aliis ei et suo prioratui sic subtractis recompensa-

(1) Potth. 23127 date cette lettre du 2 décembre.

(2) Il manque probablement dans cette phrase, qui présente une lacune évidente, quelque participe à l'ablatif, se rapportant à *prioratu*.

tionem congruentem fecerunt, in perpetuum nichilominus liberaliter concedendo, in predictis prioratibus et eorum quolibet visitatione, correctione et aliis omnibus eidem abbati secundum statuta sui ordinis regulariter et spiritualiter debitis ac procurationibus etiam dicto abbati et ejus successoribus, censibus quoque et usuagiis cellarariis, sacristis et aliis officialibus seu ministerialibus dicti monasterii in prioratibus predictis, eis ab antiquo debitis, in posterum reservatis, ita quod in dictis prioratibus sic unitis ad mandatum dicti prioris de Grandisono pro tempore existentis in divinis per seculares presbyteros seu vicarios debeat deserviri; ita tamen quod secundum statum predictorum prioratuum et ecclesiarum prefati prioratus et ecclesie debitis obsequiis non fraudentur et animarum cura in eis nullatenus negligatur, prout in patentibus litteris inde confectis plenius dicitur contineri. Quare dicti abbas et conventus nobis humiliter supplicarunt ut quod super hoc provide factum est robur faceremus firmitatis debitum obtinere. Quia vero de facto et facti circumstantiis notitiam non habemus, fraternitati tue, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, per apostolica scripta mandamus quatenus, consideratis diligenter circumstantiis universis que circa predicta et eorum singula fuerint attendende, si id secundum Deum tam monasterii quam prioratuum predictorum utilitati videris expedire, super quo tuam intendimus conscientiam onerare, illud auctoritate apostolica studeas infirmare. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, III idus decembris, anno secundo. »

1772 Sainte-Marie-Majeure, 10 décembre 1289.

De statutis capitulo generali Cluniacensi praesentandis. (Reg. 44, c. 663, f. 260 r°; Lap. du Theil, II, 328.)

Venerabili fratri .. episcopo et dilecto filio .. decano Belnensis ecclesie, Eduensis diocesis. « Ad statum pacificum et tranquillum Cluniacensis ordinis paternis studiis intendentes, quamplura statuta pro reformatione ipsius tam in capite quam in membris edidimus, a vobis ex parte nostra in generali ordinis prelibati capitulo presentanda. Volumus igitur et per apostolica vobis scripta mandamus quatenus statuta ipsa, que vobis duximus dirigenda, eidem capitulo, quamprimo illud celebrari contigerit, studeatis ex parte nostra sollicite presentare, nobis quam devote quamque reverenter ab eodem capitulo recipi statuta memorata contigerit, et alia que super hoc notificanda videritis, per vestras litteras plenius et seriosius intimando. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, IIII idus decembris, anno secundo. »

1773 Sainte-Marie-Majeure, 9 décembre 1289.

Ad solutionem debitorem Ferrariensis ecclesiae. (Reg. 44, c. 663², f. 260 r°.)

Dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis et aliis ecclesiarum prelatis et clericis per Ferrariensem civitatem et diocesim constitutis. Eos hortatur ut Frederico, Ferrariensi episcopo, debitis oppresso, subveniant.

« Si lex Christi... — Dat Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, v idus decembris, anno secundo. »

1774 Sainte-Marie-Majeure, 13 décembre 1289.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 664, f. 260 r°.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Toletano committit quatenus cum Petro Gundisalvi, dicto Camenonis, milite, et Columba Didaci, civibus Toletanis, dispenset ut in matrimonio quod olim, ignorantes Agnetem, priorem Petri uxorem, Columbae tertio consanguinitatis gradu conjunctam fuisse, contraxerunt, et in quo filios procrearunt, remanere valeant.

« Exhibita nobis dilecti... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus decembris, anno secundo. »

1775-1776 Sainte-Marie-Majeure, 13 décembre 1289.

Exemptio decimarum. (Reg. 44, c. 665, f. 260 v°; Potth., 23143.)

Universis prioressis et conventibus monasteriorum sororum inclusarum ordinis S. Augustini secundum instituta et sub cura fratrum ordinis predicatorum viventibus indulget ut de fructibus, redditibus et proventibus suis ecclesiasticis decimam pro negotio Aragoniae, Valentiae et Siciliae regnorum a sede apostolica deputatam solvere non teneantur.

« Devotionis augmentum vobis... — Dat. ut supra. »

In e. m. pro universis abbatissis et conventibus monasteriorum ordinis Sanctae Clarae.

1777-1782 Sainte-Marie-Majeure, 13 décembre 1289.

Jacobus Virdunensi ecclesiae episcopus praeficitur. (Reg. 44, c. 666, f. 260 v°; Lap. du Theil, II, 329.)

Dilecto filio Jacobo, electo Virdunensi. Vacante Virdunensi ecclesia per obitum Henrici, duae electiones, altera

videlicet de Jacobo, tunc archidiacono Tullensi, altera de Johanne de Asperomonte, Virdunensi canonico, in discordia celebratae fuerunt. Earum vero electionum negotio ad sedem apostolicam per appellationem devoluto, uterque electorum omni juri sibi competenti renuntiavit; unde papa eundem Jacobum ecclesiae Virdunensi episcopum praeficit.

« Rationis oculis et... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus decembris, anno secundo. »

In e. m. .. decano et capitulo ecclesiae Virdunensis mandat quatenus eidem electo debitam obedientiam praebeant.

In e. m. clero civitatis et dioecesis Virdunensis.

In e. m. .. magistro, scabinis et populo Virdunensibus.

In e. m. universis ecclesiae Virdunensis vassallis.

In e. m. R., regem Romanorum, rogat ut, praedicto electo regalia concedens, ei regium favorem praebeat.

« Ad fovendum in... — Dat. ut supra. »

1783-1787 Sainte-Marie-Majeure, 15 décembre 1289.

Bonifatius Sedunensi ecclesiae episcopus praeficitur. (Reg. 44, c. 667, f. 261 r°; Lap. du Theil, II, 333.)

Bonifatio, electo Sedunensi. Vacante ecclesia Sedunensi per obitum bonae memoriae Petri, duae electiones, altera videlicet de Aymone de Quarto, praeposito ecclesiae Lausanensis, altera de quondam magistro Johanne de Legibus, canonico Aurelianensi, per capitulum in discordia celebratae fuerunt. Earum vero electionum negotio ad sedem apostolicam devoluto, Johannes durante processu mortuus est et Aymo juri sibi competenti renuntiavit; unde papa Bonifatium, capellanum suum, ecclesiae Sedunensi episcopum praeficit.

« Ammonet nos injuncti... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XVIII kalendas januarii, anno secundo. »

In e. m. capitulo ecclesiae Sedunensis mandat quatenus eidem electo debitam obedientiam praebeat.

In e. m. clero civitatis et dioecesis Sedunensis.

In e. m. populo civitatis et dioecesis Sedunensis.

In e. m. universis ecclesiae Sedunensis vassallis.

1788 Sainte-Marie-Majeure, 23 décembre 1289.

Ad sustentationem Strongulensis episcopi. (Reg. 44, c. 668, f. 261 r°.)

Venerabili fratri B., episcopo Penestrino apostolice sedis legato, mandat quatenus .. Strongulensi episcopo, praesentium latori, cujus ecclesiae bona totaliter a Chatelanis consumpta sunt, quaedam beneficia infra suae legationis terminos conferat.

« Movet nos excitatque... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, X kalendas januarii, anno secundo. »

1789-1790 Sainte-Marie-Majeure, 13 décembre 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 669, f. 261 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Eis qui ecclesiam .. prioris et fratrum heremitarum, ordinis S. Benedicti, sitam in via Salaria, in coemeterio Priscillae et Basillae, prope Urbem, visitaverint in festo S. Saturnini martyris, in cujus honorem eadem ecclesia constructa est, et singulis dominicis diebus majoris quadragesimae unius anni et quadraginta dierum, singulis vero diebus ejusdem quadragesimae XL dierum indulgentiam concedit.

« Loca sanctorum omnium... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus decembris, anno secundo. »

Sainte-Marie-Majeure, 28 août 1289.

In e. m. .. abbati et conventui monasterii Sancti Petri Eugubini, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui eorum ecclesiam in beatae Mariae, S. Petri apostoli et S. Benedicti confessoris festivitatibus visitaverint. Dat. Reate, V kalendas septembris, anno secundo.

1791 Sainte-Marie-Majeure, 20 décembre 1289.

Locus fratrum Poenitentiae Jesu Christi ecclesiae Bajocensi venditur. (Reg. 44, c. 670, f. 261 v°.)

.. *decano ecclesie Lexoviensis.* « Significavit nobis venerabilis frater noster .. episcopus Bajocensis ut, cum domus seu locus fratrum ordinis Penitentie Jesu Christi de Cadomo, Bajocensis diocesis, sint valde sibi oportuni pro necessariis, utilitatibus et commoditatibus ecclesie Bajocensis, et quod verisimiliter presumitur quod locus ipse in brevi ab ipsis fratribus deseretur et in libera dispositione sedis apostolice, juxta tenorem constitutionis a felicis recordationis Gregorio papa X, predecessore nostro, super hoc in generali concilio Lugdunensi edite, remanebit, prefatus episcopus nobis humiliter supplicavit

ut locum ipsum, cum domibus et pertinentiis suis, pro quo justum pretium solvere est paratus, sibi concedere dignaremur. Ipsius itaque episcopi supplicationibus inclinati, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus predictum locum, cum domibus et pertinentiis suis, eidem episcopo, suo et ejusdem ecclesie nomine, auctoritate nostra vendas pro pretio competenti, ac, fratribus dicti loci cedentibus vel decedentibus, predictum episcopum, aut alium pro eo, in loci, domorum et pertinentiarum ejus predictorum corporalem possessionem eadem auctoritate inducas et defendas inductum. Contradictores etc. Pretium autem quod ex venditione dicti loci receperis facias in aliquo tuto loco, nostro et ecclesie romane nomine, sine diminutione deponi, in subsidium Terre Sancte aut alias, juxta tenorem constitutionis ejusdem, integraliter convertendum. Volumus autem quod super venditione et depositione hujusmodi pro singulis vero hujusmodi contractuum facias fieri duo similia publica instrumenta, de quibus duo penes te retinere, reliqua autem duo nobis mittere, necnon et a quantitate ipsius pretii et locum ubi dicta pecunia deponetur et coram quibus et quicquid super hoc feceris nobis per tuas litteras harum seriem continentes intimare fideliter non omittas. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XIII kalendas januarii, anno secundo. »

1792 Sainte-Marie-Majeure, 20 novembre 1289.

Dispensatio super defectu ordinum. (Reg. 44, c. 671, f. 261 v°.)

Nicolao, presbytero, rectori ecclesie de Templons, Leodiensis diocesis, confirmat instrumentum quo Matthaeus, Sancti Laurentii in Damaso cardinalis, cum praedicto Nicolao dispensavit ut ecclesiam de Templons, curam habentem, pro qua infra annum presbyterum se promoveri non fecit, retinere valeret, dummodo partem fructuum illicite perceptorum in aliquam ipsius ecclesiae utilitatem converteret. Tenor autem instrumenti hic est :

« Frater Matheus, miseratione divina tituli Sancti » Laurentii in Damaso presbyter cardinalis, dilecto in » Christo Nicolao, presbytero, rectori ecclesie de Tem- » plons, Leodiensis diocesis, salutem in Domino. Expo- » sita per nos... — Dat. Rome, VIII idus novembris, pon- » tificatus donni Nicolai IIII anno secundo. »

« Licet ea que... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XII kalendas decembris, anno secundo. »

1793 Sainte-Marie-Majeure, 1er décembre 1289.

Dispensatio super defectu residentiae et ordinum. (Reg. 44, c. 672, f. 262 r°.)

Radulpho de Alamant, rectori ecclesie de Ystonacantelup, Wigorniensis diocesis, merito Oddonis de Grandisono, indulget ut in ecclesia de Ystonacantelup, cujus perpetuus vicarius est, residere et presbyteratus ordinem suscipere per quinquennium non teneatur.

« Merita tue devotionis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, kalendis decembris, anno secundo. »

1794 Sainte-Marie-Majeure, 23 décembre 1289.

Ad collectionem decimae regi Siciliae concessae. (Reg. 44, c. 672², f. 262 r°; Lap. du Theil, II.)

Venerabili fratri Gaufrido, episcopo Vapincensi. « Dudum collectionem decime carissimo in Christo filio nostro Carolo, regi Sicilie illustri, pro suis suique regni necessitatibus, in Aquensi, Ebredunensi, Tarantasiensi et Arelatensi provintiis, nonnullis terris dictarum provintiarum exceptis, per certi temporis spatium a nobis sub certa forma concesse, ac etiam auditionem seu receptionem computi a venerabili fratre nostro .. archiepiscopo Arelatensi et aliis collectoribus decime concesse hactenus clare memorie C., regi Sicilie, patri regis ejusdem, in comitatibus Provintie et Forchalquerii, tibi, tunc ecclesie Aptensis preposito, per nostras litteras, tuo in eis expresso nomine, duximus committendas. Cum autem facte per nos concessionis decime dicto regi nondum tempus effluxerit neque hujusmodi computum a collectoribus receperis memoratis, fraternitati tue presentium auctoritate committimus tibi nichilominus injungentes quatenus super premissis et aliis omnibus hujusmodi negotium decimarum tangentibus in nostris diversis tibi missis et concessis litteris expresse contentis procedere studeas juxta earundem nostrarum continentias litterarum. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, X kalendas januarii, anno secundo. »

1795-1796 Sainte-Marie-Majeure, 1er décembre 1289.

Collatio beneficii et dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 44, c. 673, f. 262 r°.)

Gerardo de Wippens, canonico Eboracensi, merito Oddonis de Grandisono, avunculi ejus, personatum vel dig-

nitatem in Eboracensi ecclesia reservat cumque eo dispensat ut id beneficium una cum de Waddington, Lincolniensis, intitulata, et de Creystok, Carleolensis dioecesium, commendata, ecclesiis, canonicatu et praebenda in Eboracensi et canonicatu in Lichefeldensi ecclesiis sub expectatione prebendae tenere possit.

« Habet fidedignorum assertio... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, kalendis decembris, anno secundo. »

In e. m. .. Bathoniensi et Wellensi et .. Eliensi episcopis et .. electo Lugdunensi mandat quatenus, praedictam reservationem ad archiepiscopi, decani et capituli Eboracensium notitiam producentes, eadem personatum vel dignitatem Gerardo reservent aut conferant. Dat. ut supra.

1797-1798 Sainte-Marie-Majeure, 1er décembre 1289.

Collatio beneficii et dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 44, c. 673², f. 262 vo.)

Guillelmo de Estanayco, canonico Lincolniensi, canonicatum et praebendam in Lincolniensi ecclesia reservat, cumque eo dispensat ut ea cum canonicatibus et praebendis in Wellensi et Sancti Mauritii de Lamkadok, Menovensis dioecesis, ecclesiis, ecclesia de Grenestede, Cicestrensis dioecesis, et ecclesia parrochiali de Lampadanaur, praebendae Sancti Mauritii annexa, retinere valeat.

« Habet fidedignorum assertio... — Dat. ut supra. »

In e. m. .. Bathoniensi et Wellensi episcopo, .. electo Lugdunensi et .. archidiacono Richemundiae in ecclesia Eboracensi mandat ut praedictum Guillelmum in Lincolniensi ecclesia recipi faciant in canonicum et in fratrem. Dat. ut supra.

1799-1800 Sainte-Marie-Majeure, 22 décembre 1289.

Collatio beneficii et dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 44, c. 674, f. 263 ro.)

Radulfo de Alamant, canonico Bajocensi, merito P., Bajocensis episcopi, canonicatum et praebendam in Bajocensi ecclesia reservat, cumque eo dispensat ut ea una cum canonicatibus et praebendis in Lausanensi et Gebennensi ecclesiis, ecclesia de Ystonacantelup et annua pensione in ecclesia de Wouflens, Lausanensis dioecesis, retinere valeat.

« Venerabilis frater noster... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XI kalendas januarii, anno secundo. »

In e. m. .. electo et Hugoni de Cabilone, canonico Lugdunensibus, et magistro Johanni de Roclosis, canonico ecclesiae Sancti Sepulcri de Cadomo, Bajocensis dioecesis, mandat ut eundem Radulfum in praedicta Bajocensi ecclesia recipi faciant in canonicum et ei praebendam conferant vel reservent. Dat. ut supra.

1801-1802 Sainte-Marie-Majeure, 13 décembre 1289.

Collatio beneficii. (Reg. 44, c. 674², f. 263 ro.)

Petro, nato nobilis viri Galcheri de Rupeforti, vicecomitis Carnotensis, canonico Lingonensi, ad instantiam M., Sancti Laurentii in Damaso presbyteri cardinalis, et Mariae, relictae quondam Philippi, regis Francorum, personatum vel dignitatem in Lingonensi ecclesia concedit, quanquam, viginti annos natus, nondum ad legitimam aetatem pervenit.

« Quia nobilitate generis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus decembris, anno secundo. »

In e. m. .. decano Autisiodorensi, .. capicerio Pictavensi et .. officiali Cathalaunensi mandat quatenus eundem Petrum in corporalem possessionem personatus vel dignitatis in ecclesia Lingonensi inducant.

« Quia dilectus filius... — Dat. ut supra. »

1803-1808 Sainte-Marie-Majeure, 3 décembre 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 675, f. 263 ro; Potth., 23130.)

.. *guardiano et fratribus domus ordinis fratrum minorum de Vallamonita, Brixiensis diocesis.* Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui ecclesiam praedictae domus in sanctorum Francisci et Antonii, sanctae Clarae et sancti Petri apostoli festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint.

« Licet is de... — Dat. Rome ut supra, III nonas decembris, anno secundo. »

In e. m. .. guardiano et fratribus ordinis minorum de Gargnano, Brixiensis dioecesis. Eandem indulgentiam concedit pro praedictorum fratrum ecclesia, in honorem Sancti Francisci constructa (Potth., 23129).

Sainte-Marie-Majeure, 12 décembre 1289.

In e. m. .. episcopo et capitulo Agathensibus. Eandem ecclesiam concedit pro Agathensi ecclesia, Sancti Ste-

phani nomine insignita. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, II idus decembris, anno secundo.

Sainte-Marie-Majeure, 4 décembre 1289.

In e. m. universis Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis. Eandem indulgentiam concedit pro capella in honorem Sancti Petri apostoli constructa in ecclesia nova Narbonensi. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, II nonas decembris, anno secundo.

Sainte-Marie-Majeure, 9 janvier 1290.

In e. m. .. guardiano et fratribus ordinis minorum de Canturio, Mediolanensis dioecesis. Eandem indulgentiam concedit pro praedictorum fratrum ecclesia, in honorem Sancti Francisci constructa. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, V idus januarii, anno secundo (POTTH., 23155).

Sainte-Marie-Majeure, 21 janvier 1290.

In e. m. .. praeposito et capitulo ecclesiae Sanctorum Gervasii et Prothasii de Grogonzola, Mediolanensis dioecesis. Eandem indulgentiam concedit pro ecclesia sancti Herasmi prope Grogonzolam, praedictae ecclesiae subjecta. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, XII kalendas februarii, anno secundo.

1809 Sainte-Marie-Majeure, 13 décembre 1289.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum et defectu ordinum. (REG. 44, c. 675[2], f. 263 v°.)

Octoni de Chauvent, decano ecclesie de Sesiriaco, Gebennensis diocesis, merito Octonis de Grandisono, indulget ut decanatum ecclesiae de Sesiriaco, Gebennensis dioecesis, curam habentem, et ecclesias de Haffhunte, de Tuwrinten, Wyntoniensis et Eboracensis dioecesium, curam habentes, quae insimul, sine dispensatione, per plures annos detinuit, eorum fructus percipiens, nec se infra annum in presbyterum promoveri faciens, licite retinere valeat, dummodo de fructibus perceptis quadraginta marchas sterlingorum in utilitatem earumdem ecclesiarum convertendas restituat.

« Desideriis tuis in... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus decembris, anno secundo. »

1810 Sainte-Marie-Majeure, 13 décembre 1289.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (REG. 44, c. 676, f. 263 v°.)

Valtero de Languethon, rectori ecclesie Sancti Michaelis super Wyre, Eboracensis diocesis, clerico carissimi in Christo filii nostri E., regis Anglorum illustris. Ei, merito Octonis de Grandisono, indulget ut, praeter ecclesiam Sancti Michaelis super Wyre, curam habentem, unum aliud beneficium ecclesiasticum, etiam cum cura, obtinere possit.

« Etsi pretermitti non... — Dat. ut supra. »

1811 Sainte-Marie-Majeure, 20 décembre 1289.

De alienatione possessionum hospitalis Sancti Spiritus in Saxia de Urbe. (REG. 44, c. 677, f. 263 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Firmano et dilecto filio .. priori Lateranensi mandat quatenus fratribus hospitalis Sancti Spiritus in Saxia de Urbe licentiam de qua in cap. DLXXXV (1) fit mentio concedant.

« Dilecti filii .. magister... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XIII kalendas januarii, anno secundo. »

1812 Sainte-Marie-Majeure, 13 décembre 1289.

Facultas redimendi decimas. (REG. 44, c. 678, f. 263 v°.)

Dilecto filio capitulo ecclesie Gebennensis facultatem concedit redimendi decimas de manibus laicorum in parrochiis ecclesiarum Gebennensis civitatis et dioecesis, rectoribus ecclesiarum et .. Gebennensi episcopo consentientibus, ita tamen ut easdem decimas restituant quandocumque sibi a rectoribus de redemptionis pretio satisfactum fuerit.

« Affectu benivolo sunt... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus decembris, anno secundo. »

1813 Sainte-Marie-Majeure, 13 décembre 1289.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (REG. 44, c. 679, f. 263 v°.)

Henrico de Craneburn, archidiacono Landavensi, capellano dilecti filii nostri B., Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconi cardinalis, merito praedicti cardinalis, de novo ecclesias de Essemere, Saresbiriensis, et de Estleche, Wigorniensis dioecesium, quas una cum archidiaconatu Landavensi sine dispensatione recepit et retinuit, si nulli alii debeantur nec in eis jus patronatus ad laicum spectet, confert.

« In nostra proposuisti... — Dat. ut supra. »

1 Num. 1623

1814 Sainte-Marie-Majeure, 21 décembre 1289.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 680, f. 264 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Sabinensi mandat quatenus cum Androtio, filio Nicolai Johannis, et Philippa Angeli Dopnici, civibus Romanis, dispenset ut, quanquam quarto consanguinitatis gradu conjuncti sint, ad sedandas inimicitias inter progenitores exortas, matrimonium contrahere valeant.

« Ex parte dilecti... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XII kalendas januarii, anno secundo. »

1815 Sainte-Marie-Majeure, 3 décembre 1289.

De contentione inter Leodiensem episcopum et quasdam communitates Leodiensis dioecesis. (Reg. 44, c. 681, f. 264 r°.)

Dilectis filiis .. abbati monasterii Sancte Genovefe ac .. decano et .. cantori Parisiensibus. « Dilecti filii civitatis Leodiensis et Hoyensis, Sancti Trudonis et Tungrensis oppidorum seu villarum magistri, scabini, jurati, consules et universitates, Leodiensis diocesis, nobis significare curarunt quod venerabilis frater noster J., Leodiensis episcopus, qui in civitate ac villis prefatis jurisdictionem temporalem se habere pretendit, ad gravamina ipsorum aspirans, in synodo quam nuper in Leodiensi ecclesia celebravit quedam statuta, auctoritate propria, de novo edidit, per que libertates, frankitie, jura, privilegia, leges, usus et consuetudines laudabilia, in civitate ac oppidis seu villis prefatis circa eos et eorum quelibet observata irrefragabiliter a longis retroactis temporibus, enervantur, ipsisque generaliter et singulariter grave dispendium iminet et prejudicium generatur, nec hiis contentus, in civitate, oppidis seu villis prefatis contra libertates et alia premissa consuetudines novas inducere et eis diversa inferre gravamina pro sua voluntate presumit. Quare magistri, scabini, jurati, consules et universitates predicti nobis humiliter supplicarunt ut, cum ipsi, propter potentiam dicti episcopi, non possint suam in illis partibus super hoc justitiam obtinere, providere ipsis in hac parte de benignitate sedis apostolice dignaremur, facientes eis super premissis apud sedem eandem justitie plenitudinem exhiberi. Nos igitur, nolentes eisdem universitatibus in suo jure deesse, qui sumus in illo singulis debitores, discretioni vestre, de utriusque partis procuratorum assensu, per apostolica scripta districte precipiendo mandamus quatenus, partibus apud Parisius convocatis, audiatis causam et eam infra sex mensium spatium post receptionem presentium judicio vel, si de partium ipsarum voluntate processerit, concordia terminare curetis. Facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem etc. Non obstante constitutione de duabus dietis edita in concilio generali. Alioquin causam ipsam ex tunc, instructam vel non instructam, remittatis ad ipsius sedis examen, prefixo eisdem partibus termino peremptorio competenti quo, cum omnibus actis, juribus et munimentis suis dictam causam contingentibus, per se vel per procuratores ydoneos, apostolico se conspectui representent, facture et recepture super hoc quod justitia suadebit. Diem vero remissionis et prefixionis hujusmodi et quicquid super hoc duxeritis faciendum nobis per vestras litteras harum seriem continentes studeatis fideliter intimare. Quod si non omnes etc. duo vestrum etc. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, III nonas decembris, anno secundo. »

1816 Sainte-Marie-Majeure, 8 décembre 1289.

De jure visitationis in monialium monasteriis. (Reg. 44, c. 682, f. 264 r°; Potth., 23133.)

Dilectis filiis .. magistro et prioribus ordinis fratrum predicatorum. Confirmat litteras quibus Innocentius papa IIII fratribus ordinis praedicatorum visitationis officium in monialium monasteriis eis commissis concessit. Tenor praedictarum litterarum hic est :

« Innocentius episcopus, servus servorum Dei. Dilectis filiis magistro et prioribus ordinis fratrum predicatorum, salutem et apostolicam benedictionem. Licet olim quibusdam... — Dat. Lugduni, II nonas aprilis, pontificatus nostri anno quarto. » (Potth. 12055).

« Tenorem quarumdam litterarum ... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, VI idus decembris, anno secundo. »

1817 Rieti, 19 septembre 1289.

Rodericus Compostellanae ecclesiae archiepiscopus praeficitur. (Reg. 44, c. 683, f. 264 v°.)

Ad perpetuam rei memoriam. Cum olim Honorius IIII ecclesiae Compostellanae, cujus tunc vacantis Martinus IIII provisionem sedi apostolicae reservaverat, archiepiscopum Rodericum, tunc priorem provincialem fratrum praedicatorum in Ispania, praefecisset hicque, a decano et capitulo, clero et vassallis receptus, pacificam administrationem ecclesiae gessisset, quidam ex capitulo, sub decani et capituli nomine, eum quampluribus redditibus et juribus archiepiscopalibus spoliarunt; cum-

que dictus episcopus, post Honorii mortem, ad sedem apostolicam munus consecrationis et palleum petiturus venisset, nonnulli ex canonicis Compostellanis, huic petitioni se opponentes, coram sede apostolica comparuerunt; sed Nicolaus papa, non diffiniendo super eis quae a partibus proposita fuere, munus consecrationis, palleum et possessionem integram jurium et bonorum archiepiscopalium Roderico tribui adversariosque ejus ad accusationem, si voluerint, admitti jussit.

« Olim felicis recordationis... — Dat. Reate, XIII kalendas octobris, anno secundo. »

1818 Sainte-Marie-Majeure, 13 décembre 1289.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 684, f. 264 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Alatrino committit quatenus cum Blasio Petri et Palma Nicolai de Vico, Alatrinae dioecesis, dispenset ut matrimonium quod olim, ignorantes se quarto consanguinitatis gradu conjunctos esse, contraxerunt, et in quo plures filios procrearunt, remanere valeant.

« Exhibita nobis dilecti... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus decembris, anno secundo. »

1819 Sainte-Marie-Majeure, 10 décembre 1289.

Licentia alienandi bona fratrum Poenitentiae Jesu Christi de Perpiniano. (Reg. 44, c. 685, f. 265 r°. Lap. du Theil, II, 358.)

Venerabili fratri .. episcopo Elnensi. « Exhibita nobis dilectorum filiorum .. prioris et fratrum Penitentie Jesu Christi de Perpiniano, Elnensis diocesis, petitio continebat quod ipsi, ante revocationem sui ordinis, a diversis creditoribus, causa emendi quandam terram extra locum eorum positam, et pro quibusdam eorum necessitatibus, quandam pecunie summam mutuo receperunt. Quare nobis humiliter supplicarunt ut, cum ipsi ab eisdem creditoribus multipliciter super eadem pecunia impetantur, nec habeant unde creditoribus possint satisfacere supradictis, providere in hac parte misericorditer dignaremur. Nos itaque, eorumdem prioris et fratrum supplicationibus inclinati, fraternitati tue, de qua plenam in Domino fiduciam gerimus, vendendi predictam terram et ipsius pretium in solutionem debitorum hujusmodi convertendi, non obstante constitutione felicis recordationis Gregorii pape X, predecessoris nostri, edita in generali concilio Lugdunensi, liberam auctoritate presentium concedimus facultatem. Volumus tamen ut residuum, si quod fuerit de pecunia quam inde receperis, debitis predictis solutis, nomine nostro et ecclesie romane, deponas penes aliquos, de quibus tibi videbitur expedire, et super hujusmodi deposito fieri facias publicum instrumentum, quod nobis quantotius mittere non postponas. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, IIII idus decembris, anno secundo. »

1820 Sainte-Marie-Majeure, 5 décembre 1289.

Alienatio possessionum Urbevetani episcopatus. (Reg. 44, c. 686, f. 265 r°.)

.. *abbati monasteri Sancti Severi prope Urbemveterem* mandat quatenus episcopo Urbevetano licentiam concedat mutandi vel vendendi quasdam possessiones sedis episcopalis.

« Petitio venerabilis fratris... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis decembris, anno secundo. »

1821 Sainte-Marie-Majeure, 23 décembre 1289.

Licentia exercendi per alios jus visitationis. (Reg. 44, c. 687, f. 265 r°; Lap. du Theil, II, 339.

Fortanerio, archidiacono de Ultra Dordonia in ecclesia Petragoricensi

« Exigentibus tue devotionis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, X kalendas januarii, anno secundo. »

1822-1825 Sainte-Marie-Majeure, 27 novembre 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 688, f. 265 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui cathedralem ecclesiam Beatae Mariae Parisiensem in beatae Mariae et S. Johannis Baptistae festivitatibus et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint.

« Virga venustissima et... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, V kalendas decembris, anno secundo. »

In e. m. pro cathedrali ecclesia Beatae Mariae Silvanectensi.

Sainte-Marie-Majeure, 27 novembre 1289.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis

qui capellam domus Dei Beatae Mariae Parisiensis in beatae Mariae festivitatibus et in anniversario die dedicationis ejusdem capellae visitaverint.

« Licet sanctorum omnium... — Dat. ut supra » (*En marge*).

Rieti, 7 octobre 1289.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui collegiatam ecclesiam Antwerpi, Cameracensis dioecesis, Beatae Mariae vocabulo insignitam, in ejusdem virginis festivitatibus et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint. Dat. Reate, nonis octobris, anno secundo (*En marge*).

1826-1849 Sainte-Marie-Majeure, 27 novembre 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 688, f. 265 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui ecclesiam Sanctae Nutricis Remensem in festo hujus sanctae et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint.

« Vite perempnis gloria... — Dat. ut supra. »

In e. m. pro ecclesia Sancti Frambaldi Silvanectensi.

In e. m. pro ecclesia Sancti Gervasii in Gravia Parisiensi.

In e. m. pro ecclesia monasterii Sancti Remigii Remensis, ordinis S. Benedicti.

In e. m. pro ecclesia Sancti Vincentii Silvanectensi, ordinis S. Augustini.

In e. m. pro ecclesia Sanctorum Tymothei et Apolinaris Remensi.

In e. m. pro ecclesia monasterii Sancti Remigii Silvanectensis, ordinis S. Benedicti.

In e. m. pro ecclesia Sancti Reguli Silvanectensi.

In e. m. pro ecclesia monasterii Sancti Nicasii Remensis, ordinis S. Benedicti.

In e. m. pro ecclesia monasterii Sancti Maglorii Parisiensis, ordinis S. Benedicti.

In e. m. pro capella Beatae Mariae castri de Varenna, Remensis dioecesis.

Sainte-Marie-Majeure, 10 décembre 1289.

In e. m. pro ecclesia .. abbatissae et sororum monasterii Brugensis, ordinis Sanctae Clarae, Tornacensis dioecesis. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, IIII idus decembris, anno secundo (Potth., 23136).

Sainte-Marie-Majeure, 18 novembre 1289.

In e. m. pro parrochiali ecclesia Sancti Andreae Lodovensi. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, XIIII kalendas decembris, anno secundo.

Sainte-Marie-Majeure, 5 décembre 1289.

In e. m. pro ecclesia Sancti Gengulphi Tullensi. Dat. Romae, ut supra, nonis decembris, anno secundo.

Sainte-Marie-Majeure, 13 décembre 1289.

In e. m. pro ecclesia Beati Nicolai Ulixbonensi. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus decembris, anno secundo.

Sainte-Marie-Majeure, 28 décembre 1289.

In e. m. pro ecclesia Sancti Nicolai de Vascellis Viterbiensi. Eandem indulgentiam concedit eis qui hanc ecclesiam in sancti Nicolai et translationis ejusdem festivitatibus et in anniversario die dedicationis ecclesiae visitaverint. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, V kalendas januarii, anno secundo.

Sainte-Marie-Majeure, 13 décembre 1289.

In e. m. .. archipresbytero et capitulo ecclesiae Sanctae Agathae super Suburam de Urbe. Eandem indulgentiam concedit eis qui hanc ecclesiam, in honorem sanctae Agatae et sancti Sebastiani constructam, in eorumdem sanctorum festivitatibus et in anniversario die dedicationis ejus visitaverint. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus decembris, anno secundo.

Sainte-Marie-Majeure, 9 décembre 1289.

In e. m. universis Christi fidelibus etc. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Beatae Mariae de Gratiaco, Bituricensis dioecesis, in beatae Mariae festivitatibus et in anniversio die dedicationis visitaverint. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, vidus decembris, anno secundo.

Sainte-Marie-Majeure, 13 décembre 1289.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam .. prioris et fratrum ordinis praedicatorum Lucanam in beatae Mariae, in cujus honorem constructa est, festivitatibus visitaverint.

« Sanctorum meritis inclita... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus decembris, anno secundo. »

Sainte-Marie-Majeure, 11 janvier 1290.

In e. m. eisdem. Indulgentiam centum dierum concedit eis qui ecclesiam Sancti Petri apostoli de Ulmo Viterbiensem in S. Petri festivitatibus et in anniversario die dedicationis visitaverint.

« Sanctorum meritis inclita... — Dat. ibidem, III idus januarii, anno secundo. »

Sainte-Marie-Majeure, 18 décembre 1289.

In e. m. .. rectori ecclesiae Sancti Nicolai de Alacrimonte, Rothomagensis dioecesis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui eandem ecclesiam in sancti Nicolai festivitatibus visitaverint.

« Sanctorum meritis inclita... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XV kalendas januarii, anno secundo. » (*En marge*).

Sainte-Marie-Majeure, 9 décembre 1289.

In e. m. universis Christi fidelibus etc. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Beati Ylarii Pictavensem, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentem, in beatae Mariae et Sancti Ylarii festivitatibus et in anniversario die dedicationis visitaverint.

« Vite perempnis gloria... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, V idus decembris, anno secundo. » (*Ibid.*).

Sainte-Marie-Majeure, 13 décembre 1289.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sancti Frontonis Petragoricensem, in sancti Frontonis et sanctorum Frontazii et Memorii, quorum corpora in eadem ecclesia requiescunt, festivitatibus et in anniversario die dedicationis visitaverint. Dat Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus decembris, anno secundo. (*Ibid.*).

Sainte-Marie-Majeure, 13 janvier 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sanctorum Laurentii et Damasi, quae titulus cardinalatus est et in qua sanctorum Damasi et Boni, Mauri ac sociorum martyrum corpora, et S. Laurentii et S. Johannis Baptistae reliquiae requiescunt, in eorundem sanctorum festivitatibus et in anniversario die dedicationis visitaverint.

« Loca sanctorum omnium... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus januarii, anno secundo. » (*Ibid.*).

1850-1854 Sainte-Marie-Majeure, 21 décembre 1289.

Michael Ovetensi ecclesiae episcopus praeficitur. (Reg. 44, c. 689, f. 266 r°.)

Michaeli, electo Ovetensi. Eum, tunc abbatem saecularem de Sancto Quiriaco in ecclesia Burgensi, Ovetensi ecclesiae, per obitum Peregrini, apud sedem apostolicam decessi, vacantis, episcopum praeficit.

« Dum incumbentia nobis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XII kalendas januarii, anno secundo. »

In e. m. capitulo ecclesiae Ovetensis mandat ut eidem electo debitam obedientiam praebeat.

In e. m. populo civitatis et dioecesis Ovetensis.

In e. m. universis ecclesiae Ovetensis vassallis.

In e. m. S., regem Castellae et Legionis, hortatur ut praedicto electo regium favorem praebeat.

« Occurrit nobis de... — Dat. ut supra. »

1855 Sainte-Marie-Majeure, 18 décembre 1289.

Tabellionatus officium. (Reg. 44, c. 690, f. 266 r°; Lap. du Theil, II, 340.)

Geraldo Fageti, clerico Mimatensi, in minoribus ordinibus constituto, ad instantiam Guillelmi, episcopi Mimatensis, officium tabellionatus concedit.

« Ne contractuum memoria... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XV kalendas januarii, anno secundo. »

1856-1857 Sainte-Marie-Majeure, 15 décembre 1290.

Ad Wigorniensem ecclesiam reficiendam. (Reg. 44, c. 691, f. 266 r°.)

Venerabili fratri G., episcopo Wigorniensi, qui ecclesiam Wigorniensem et quaedam aedificia ejusdem ecclesiae reficere curavit, fructus, redditus et proventus primi anni omnium beneficiorum ecclesiasticorum quae usque ad triennium in sua civitate et dioecesi vacarint concedit.

« Devotionis meritis quam... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XVIII kalendas januarii, anno secundo. »

In e. m. .. Bathoniensi et Wellensi episcopo et .. archidiacono de Estriding in ecclesia Eboracensi mandat quatenus praedictos fructus et redditus episcopo Wigorniensi per triennium integre ministrari faciant. Dat. ut supra.

1858-1859 Sainte-Marie-Majeure, 5 décembre 1289.

Dispensatio residentiae (Reg. 44, c. 692, f. 266 v°; Lap. du Theil, II, 341.)

Venerabili fratri Hugoni, episcopo Eduensi. « Volentes tuam in... Quod quatuor clerici tui, tuis obsequiis continue

insistentes, quos infra mensem post receptionem presentium duxeris exprimendos, possint per quinquennium fructus, redditus et proventus beneficiorum suorum omnium cum ea integritate percipere, cotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, cum qua illos perciperent si in locis in quibus ea obtinent personaliter residerent... indulgemus... Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis decembris, anno secundo. »

In e. m. .. abbati monasterii Sancti Stephani Divionensis, Lingonensis dioecesis, et .. priori Sancti Symphoriani Eduensis mandat quatenus eisdem clericis proventus et redditus beneficiorum eorumdem per quinquennium ministrari faciant.

« Volentes personam venerabilis... — Dat. ut supra. »

1860 Sainte-Marie-Majeure, 23 décembre 1289.

Licentia exercendi per alios visitationis officium (Reg. 44, c. 693, f. 266 v°; Lap. du Theil, II, 343.)

Venerabili fratri Hugoni, episcopo Eduensi.

« Habet in nobis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, x kalendas januarii, anno secundo. »

1861 Sainte-Marie-Majeure, 1er décembre 1289.

Ad correctionem quorumdam monasteriorum. (Reg. 44, c. 693², f. 266 v°; Lap. du Theil, II, 344.)

Venerabili fratri .. episcopo Eduensi. « Ad audientiam nostram, te significante, pervenit quod nonnulli religiosi et moniales monasteriorum et locorum Sanctorum Benedicti et Augustini ordinum tue civitatis et diocesis, jure tibi diocesano subjectorum, postposita observantia regulari, nec in refectoriis eorumdem monasteriorum comedunt, nec dormiunt in ipsorum dormitoriis in communi cum aliis eorum fratribus et sororibus, ut tenentur, sed potius, ut lascivius agant in eisdem monasteriis, in diversas diverticulas commorantur ac extra eadem monasteria nimis inhoneste passim discurrunt, pro ipsorum libito voluntatis, proprium, licet administrationem non habeant, dampnabiliter retinendo, contra ipsorum ordinum instituta, in animarum suarum periculum, obprobrium ipsius observantie ac scandalum plurimorum. Cum autem eorumdem religiosorum abbates seu priores ac earumdem monialium abbatisse in corrigendo religiosos et moniales hujusmodi se exhibeant, prout asseris, negligentes, nos, plenam gerentes de tua circumspectione fiduciam, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus, si est ita, circa correctionem religiosorum et monialium predictorum et resignationem hujusmodi proprii in prelatorum suorum manibus faciendam, in monasteriorum et locorum predictorum comoda convertendi, prout eorum saluti ac utilitati monasteriorum et locorum, secundum Deum, expedire cognoveris, libere officii tui debitum exequaris. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, kalendis decembris, anno secundo. »

1862-1863 Sainte-Marie-Majeure, 9 décembre 1289.

Redditus beneficiorum vacantium Dublinensi archiepiscopo ceduntur. (Reg. 44, c. 694, f. 267 r°.)

Venerabili fratri Johanni, archiepiscopo Dublinensi, cujus redditus guerris diminuti sunt, consideratione Odonis de Grandisono, facultatem concedit percipiendi fructus, redditus et proventus primi anni omnium beneficiorum ecclesiasticorum quae usque ad triennium in civitate vel dioecesi Dublinensi vacare contigerit, dummodo ad collationem vel praesentationem exemptorum non pertineant.

« Cum sicut ex... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, v idus decembris, anno secundo. »

In e. m. .. episcopo et .. majori et .. de Kelnen archidiacono Mindensibus, ut eidem archiepiscopo praedictos redditus, fructus et proventus per triennium integre ministrari faciant. Dat. ut supra.

1864-1865 Sainte-Marie Majeure, 9 décembre 1289.

Ad solutionem debitorum Lausanensis ecclesiae. (Reg. 44, c. 694², f. 267 r°.)

Venerabili fratri Guillelmo, episcopo Lausanensi, cujus redditus guerris et invasionibus diminuti sunt, consideratione Odonis de Grandisono, facultatem concedit percipiendi, ad solutionem debitorum Lausanensis ecclesiae, fructus, redditus et proventus primi anni omnium beneficiorum ecclesiasticorum quae usque ad triennium in civitate vel dioecesi Lausanensi vacaverint.

« Cum sicut ex... — Dat. ut supra. »

In e. m. .. electo Lugdunensi, .. thesaurario Bisuntino et Rodulpho de Sancto Jorio, canonico Gebennensi, ut praedicto episcopo eosdem fructus et proventus integre ministrari faciant.

1866 Sainte-Marie-Majeure, 13 décembre 1289.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 44, c. 695, f. 267 r°.)

Alfonso Fernandi, canonico ecclesie Lucensis, juris canonici professori, quocum olim jam dispensatum est super defectu natalium quem patitur, ex acolito genitus et soluta, ut ad omnes ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum obtinere valeret, indulget ut ad ecclesiasticum personatum vel dignitatem, episcopali dignitate excepta, assumi valeat.

« Apostolice sedis benignitas... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus decembris, anno secundo. »

1867 Sainte-Marie-Majeure, 13 décembre 1289.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 44, c. 695², f. 267 r°.)

Dilecto filio .. electo Ovetensi mandat quatenus cum Menendo Fernandi, scolare Ovetensis dioecesis, dispenset ut, non obstante defectu natalium quem patitur, e soluto genitus et soluta in quarto consanguinitatis gradu conjunctis, ad omnes ordines promoveri et ecclesiasticum beneficium obtinere valeat.

« Accedens ad presentiam... — Dat. ut supra. »

1868 Sainte-Marie-Majeure, 28 décembre 1289.

Ad solutionem debitorum Lugdunensis ecclesiae (Reg. 44, c. 696, f. 267 v°; Lap. du Theil, II, 345.)

B., electo Lugdunensi, concedit ut cum loca civitatis, dioecesis et provinciae suae visitaverit procurationes in pecunia, in solutionem debitorum ecclesiae Lugdunensis convertendas, recipere valeat.

« Considerantes magne devotionis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, v kalendas januarii, anno secundo. »

1869 Sainte-Marie-Majeure, 9 novembre 1289.

Facultas conferendi beneficia. (Reg. 44, c. 696², f. 267 v°; Lap. du Theil, II, 346; Potth., 23109.)

.. preposito et capitulo ecclesie Albiensis, ordinis S. Augustini. « Ad audientiam nostram pervenit quod in Albiensi ecclesia quoddam officium perpetuum, *Cameraria* vulgariter appellatum, quod modicos habet fructus, ac Sancti Stephani, Sancti Juliani, Sancte Marie de Castroveteri, Sancti Petri de Buxo, Sancti Claudii de Caslutio, Sancti Vincentii de Causato, Sancti Medardi de Audihlaco, Sancti Petri de Lior, Sancte Marie de Ladrechi parrochiales ecclesie, Albiensis civitatis et diocesis, consueta canonicis dicte Albiensis ecclesie assignari, quorum collatio ad vos alias pertinere dicitur, tanto tempore jam vacarunt quod ad sedem apostolicam est earum collatio secundum Lateranensis statuta concilii legitime devoluta. Nos igitur, animarum saluti parrochianorum dictarum ecclesiarum parrochialium et utilitati earumdem ecclesiarum, ne officium et ecclesie parrochiales prefata vacationis diutine dispendia patiantur, providere volentes, ac de circumspectione vestra gerentes in Domino fidutiam pleniorem, conferendi camerariam et ecclesias parrochiales predictas canonicis dicte ecclesie Albiensis quos ad hoc ydoneos esse videritis, prout conferri consueverunt, non obstantibus hujusmodi lapsu temporis aut si persona cui camerariam predictam contuleritis alias beneficiata existat, liberam vobis concedimus auctoritate presentium facultatem. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, v idus novembris, anno secundo. »

1870-1872 Sainte-Marie-Majeure, 13 décembre 1289.

Blasius Segobiensi ecclesiae episcopus praeficitur. (Reg. 44, c. 697, f. 267 v°.)

Venerabili fratri Blasio, episcopo Segobiensi. Vacante Segobiensi ecclesia per translationem Roderici ad Terraconensem archiepiscopatum, apud sedem apostolicam factam, papa hujus ecclesiae provisionem sibi reservavit, sed .. decanus et capitulum, hujus reservationis ignari, Blasium, tunc archidiaconum Segobiensem, episcopum elegerunt et hanc electionem .. archiepiscopus Toletanus, metropolitanus loci, confirmavit; Blasius vero, ubi praedictam reservationem cognovit, ad sedem apostolicam venit et omni juri sibi ex electione acquisito renuntiavit, sed papa, ejus electione et confirmatione cassatis, eum nunc Segobiensi ecclesiae episcopum praeficit.

« Est nostre sollicitudinis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus decembris, anno secundo. »

In e. m. .. decano et capitulo ecclesiae Segobiensis mandat ut eidem episcopo debitam obedientiam praebeant.

In e. m. Santium, regem Castellae et Legionis, hortatur ut eidem episcopo regium favorem praebeat.

« Occurrit nobis de... — Dat. ut supra. »

1873-1879 Sainte-Marie-Majeure, 22 décembre 1289.

Fernandus ecclesiae Legionensi episcopus praeficitur. (Reg 44, c. 698, f. 268 r°.)

Fernando, electo Legionensi. Vacante Legionensi ecclesia, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinente, per obitum Martini, capitulum M., Astoricensem episcopum, postulavit, sed papa, hac postulatione non admissa, provisionem ecclesiae sibi reservavit et nunc Fernandum, tunc abbatem saecularis ecclesiae de Caveis Rubeis, Burgensis dioecesis, Legionensi ecclesiae episcopum praeficit.

« Dum incumbentia nobis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XI kalendas januarii, anno secundo. »

In e. m. .. decano et capitulo ecclesiae Legionensis mandat ut eidem electo debitam obedientiam praebeat.

In e. m. clero civitatis et dioecesis Legionensis.

In e. m. populo civitatis et dioecesis Legionensis.

In e. m. universis Legionensis ecclesiae vassallis.

In e. m. .. regem Castellae et Legionis hortatur ut eidem electo regium favorem exhibeat.

« Occurrit nobis de... — Dat. ut supra. »

Sainte-Marie-Majeure, 1er janvier 1290.

In e. m. Fernandum episcopum Legionensem consecrat.

« Dudum Legionensi ecclesia... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, kalendis januarii, anno secundo. » (*En marge*).

1880 Sainte-Marie-Majeure, 19 décembre 1289.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 699, f. 268 r°; Potth., 23147.)

Venerabili fratri .. episcopo Streginensi mandat, ad instantiam M., regis Swetiae et Gothorum, ut cum nobili viro Rorico Birgheri, Upsalensis dioecesis, et Halgha Anundi, praedicti regis consanguinea, dispenset ut matrimonium contrahere valeant, licet quarto consanguinitatis gradu conjuncti sint et quondam Magnus Regnaldi, maritus Halghae, eodem gradu Rorico attineret.

« Cum summus pontifex... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XIIII kalendas januarii, anno secundo.

1881 Sainte-Marie-Majeure, 5 janvier 1291.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 700, f. 268 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui ecclesiam Sancti Petri de Nigella, Noviomensis dioecesis, in Sancti Petri festivitatibus et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint.

« Ante thronum divine... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis januarii, anno secundo. »

1882-1883 Sainte-Marie-Majeure, 28 décembre 1289.

Ad solutionem decimae pro regno Siciliae. (Reg. 44, c. 701, f. 268 v°.)

Nicolaus etc. Venerabili fratri .. episcopo Signino, collectori decime regni Sicilie negotio concesse in Campania et Maritima ac civitate et diocesi Reatina ac aliis certis partibus deputate mandat quatenus de proventibus de quibus .. abbas et conventus monasterii Fossae Novae, Cisterciensis ordinis, Terracinensis dioecesis, in partibus Campaniae solvere decimam tenentur, juxta tenorem declarationis factae, secundum existimationem competentem, certam ei pro totali solutione hujus decimae quantitatem imponat, annis singulis persolvendam.

« Dilecti filii .. abbas... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, V kalendas januarii, anno secundo. »

In e. m. eidem pro abbate et conventu monasterii Casemari, Cisterciensis ordinis, Verulanae dioecesis.

1884 Sainte-Marie-Majeure, 19 décembre 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 702, f. 268 v°; Potth., 23146.)

.. primicerio et capitulo ecclesie Sancti Marci de Venetiis, Castellane diocesis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui praedictam ecclesiam in Sancti Marci et Ascensionis Domini festivitatibus et per octo dies sequentes, quadraginta vero dierum eis qui eam in singulis diebus visitaverint.

« Inter sanctorum agmina... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XIIII kalendas januarii, anno secundo. »

1885 Sainte-Marie-Majeure, 4 janvier 1290.

Collatio beneficiorum. (Reg. 44, c. 703, f. 268 v°.)

.. abbati Westimonasterii et magistris Renaldo de Brandano, Sancti Pauli Londoniensis, ac Giffrido de Vezano, Cameracensis ecclesiarum canonicis, mandat quatenus fructus, redditus et proventus ecclesiarum de Wessinton,

de Brinton et de Hyrecestre, Dunelmensis et Lincolniensis dioecesium, ministrari faciant Guillelmo, episcopo Imlacensi, cui Honorius papa, propter paupertatem et debita ecclesiae Imlacensis, praedictas ecclesias, quas Guillelmus promotionis suae tempore possidebat, ad biennium et Nicolaus ad alterum biennium reservavit.

« Grandis affectus quem... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, II nonas januarii, anno secundo. »

1886-1887 Sainte-Marie-Majeure, 25 novembre 1289.

Licentia testandi. (Reg. 44, c. 704, f. 269 r°.)

Venerabili fratri J., episcopo Tusculano.

« Quoniam fragilitatis humane... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, VII kalendas decembris, anno secundo. »

Sainte-Marie-Majeure, 9 février 1290.

In e. m. Johanni, tituli Sanctae Ceciliae presbytero cardinali. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, V idus februarii, anno secundo.

1888 Sainte-Marie-Majeure, 18 décembre 1289.

Facultas absolvendi ab excommunicationis sententia. (Reg. 44, c. 705, f. 269 r°; Lap. du Theil, II, 347.)

.. *abbati monasterii Fiscanensis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, Rothomagensis diocesis*, licentiam concedit absolvendi, in locis praedicti monasterii jurisdictioni subjectis, eos qui pro violenta injectione manuum in personas ecclesiasticas excommunicationis sententiam incurrerint.

« Religionis honestate vite... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XV kalendas januarii, anno secundo. »

1889 Sainte-Marie-Majeure, 17 décembre 1289.

Licentia permutandi possessiones monasteriorum Sancti Spiritus de Magella et de Pulsano. (Reg. 44, c. 706, f. 269 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Penestrino, apostolice sedis legato, mandat quatenus .. abbatibus et conventibus Sancti Spiritus de Magella, Theatinae, et de Pulsano, Sipontinae dioecesium, monasteriorum, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentium, ordinis S. Benedicti, permutationem faciendi licentiam concedat, scilicet ut monasterium de Vallebona, praedicti ordinis, Theatinae dioecesis, monasterio de Pulsano subjectum, monasterio S. Spiritus subjiciatur, et monasterium Sancti Antonini, Capo Jovis, ejusdem ordinis, Valvensis dioecesis, subjectum, monasterio Sancti Spiritus, monasterio de Pulsano subjiciatur.

« Significaverunt nobis dilecti... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XVI kalendas januarii, anno secundo. »

1890 Sainte-Marie-Majeure, 18 décembre 1289.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 707, f. 269 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Haberstadensi committit quatenus cum nobili viro Octone, comite Aschariae ac principe Inanehalt, et nobili muliere Hedewige, germana ducis Urezlaniae, Halberstadensis dioecesis, dispenset ut in matrimonio quod olim, scientes quondam Hinricum, lantgravium Turingae, priorem virum Hedewigis, in quarta consanguinitatis linea Octoni attinuisse, contraxerunt, et in quo plures filios et filias procrearunt, remanere valeant.

« Exhibita nobis dilecti... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XV kalendas januarii, anno secundo. »

1891 Sainte-Marie-Majeure, 12 décembre 1289.

Bonacursus se hospitali Sancti Peregrini de Alpibus abdicat. (Reg. 44, c. 708, f. 269 v°.)

.. *abbati monasterii de Guamo, Lucane diocesis, .. priori Sanctorum Johannis et Reparate, ac .. guardiano ordinis fratrum minorum Lucanis.* Dudum exponentibus Aldebrando, presbytero, Geminiano, Parmesano et aliis fratribus hospitalis Sancti Peregrini de Alpibus, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, Lucanae dioecesis, quod Bonacursus, abbas, hospitalis bona dilapidaret, papa praedictis abbati, priori et guardiano mandavit ut de hoc inquirerent; tunc Bonacursus se abdicaturum regimine hospitalis proposuit. Quare papa praedictis mandat ut hanc abdicationem recipiant, alium rectorem eligi faciant et œconomum seu procuratorem, qui interim bona hospitalis procuret, constituant.

« Exponentibus nobis dudum... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, II idus decembris, anno secundo. »

1892 Sainte-Marie-Majeure, 13 décembre 1289.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 44, c. 709, f. 270 r°; Potth., 23140.)

Nicolao de Clara, presbytero, archidiacono Dublinensi. Cum eo, merito Odonis de Grandisono, dispnesat ut archidiaconatum Dublinensem et ecclesias de Loxondi, Midensis, et de Rathymegan, Darensis dioecesium, quas sine dispensatione apostolica insimul detinuit, licite possidere valeat, dummodo de fructibus perceptis centum marchas sterlingorum in utilitatem praedictorum archidiaconatus et ecclesiarum convertat.

Benigno tibi sunt... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus decembris, anno secundo. »

1893-1894 Sainte-Marie-Majeure, 1er décembre 1289.

Licentia construendi capellam. (Reg. 44, c. 710, f. 270 r°; Lap. du Theil, II, 349.)

Venerabili fratri .. episcopo Morinensi. « Ex parte dilecti filii nobilis viri Johannis de Cornu, tue diocesis, nobis extitit humiliter supplicatum ut construendi capellam in fundo proprio, in qua perpetuo per capellanum proprium serviatur, pro cujus sustentatione paratus est de bonis propriis sufficientes redditus assignare, ita tamen quod sibi suisque heredibus jus remaneat patronatus, licentiam concedere dignaremur. Nos itaque tibi, qui loci diocesanus existis, in hac parte deferre volentes, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus eidem nobili, facienti quod offert, postulata concedas, si expedire videris, et eorum quibus ex hoc prejudicium fieret accedat assensus. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, kalendis decembris, anno secundo. »

In e. m. eidem episcopo, pro nobili viro Gualterio Bone, de Lamprenesse, Morinensis dioecesis.

1895 Sainte-Marie-Majeure, 10 janvier 1290.

Contentio inter monasterium Cistercii et monasterium Montis Acuti. (Reg. 44, c. 711, f. 270 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo et dilectis filiis abbati monasterii Sancti Petri Perusinis. Abbates monasteriorum .. de Bellavalle et .. de Thela, Cisterciensis ordinis, questi sunt de eo quod, licet monasterium Cistercii per quinquaginta annos et amplius monasterium Montis Acuti, Cisterciensis ordinis, « veluti filiam spetialem » tenuerit, tamen frater Egidius, qui pro ejusdem monasterii Montis Acuti abbate se gerit, et nonnulli de ejus conventu, a monasterii Cistercii obedientia se subtrahentes, monasteriumque suum basilicae Principis apostolorum de Urbe subjacentes de facto, cum de jure non possent, visitatores nuper per abbatem Cistercii mandatos recipere recusarunt. Quare papa praedictis episcopo et abbati mandat ut fratrem Egidium, fratrem Petrum, quondam abbatem, et fratrem Balduinum, transmontanum, et sex alios de conventu monasterii Montis Acuti citent, ut infra viginti dierum spatium coram sede apostolica compareant.

« Etsi Deo... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, III idus januarii, anno secundo. »

1896 Sainte-Marie-Majeure, 4 janvier 1290.

Licentia alienandi possessiones monasterii Sanctae Mariae Vallispontis. (Reg. 44, c. 712, f. 270 v°.)

.. abbati monasterii Sancti Petri Perusini, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis Sancti Benedicti, committit quatenus .. abbati et conventui monasterii Sanctae Mariae Vallispontis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, licentiam largiatur liberandi nonnullos homines de corpore et vassallos a dominio et praestatione, et mutandi quasdam terras et possessiones cum quibusdam molendino, terris et possessionibus aliis.

« Exhibita nobis dilectorum... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, II nonas januarii, anno secundo. »

1897 Sainte-Marie-Majeure, 5 janvier 1290.

Tabellionatus officium. (Reg. 44, c. 713, f. 270 v°.)

Venerabili fratri Gaufrido, episcopo Vapincensi, facultatem concedit conferendi uni personae tabellionatus officium.

« Ne contractuum memoria... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis januarii, anno secundo. »

1898 Sainte-Marie-Majeure, 5 janvier 1290.

Remittit iter ad limina. (Reg. 44, c. 713², f. 270 v°.)

Eidem.

« Ex parte tua... — Dat. ut supra. »

1899 Sainte-Marie-Majeure, 5 janvier 1290.

Ad subsidium episcopi Vapincensis. (Reg. 44, c. 714, f. 271 r°.)

Clero civitatis et diocesis venerabili fratri nostro G., episcopo, et ecclesie Vapincensibus subjectis. Eos rogat ut suo episcopo subsidium, quisque secundum facultates suas, impendant.

« Significavit nobis venerabilis... — Dat. ut supra. »

1900 Sainte-Marie-Majeure, 5 janvier 1290.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 714², f. 271 r°.)

Venerabili fratri G., episcopo, et dilecto filio capitulo Vapincensibus. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam Vapincensem, in honorem Beatae Mariae constructam, in ejusdem virginis et sanctorum Arnulphi et Arugii festivitatibus visitaverint.

« Virga venustissima et... — Dat. ut supra. »

1901 Sainte-Marie-Majeure, 10 décembre 1289.

Locus fratrum de Poenitentia Jesu Christi Virdunensis fratribus militiae Templi venditur. (Reg. 44, c. 715, f. 271 r°; Lap. du Theil, II, 350.)

.. *abbati monasterii de Bello Prato, Cisterciensis ordinis, Tullensis diocesis.* « Significarunt nobis dilecti filii .. magister et fratres domus militie Templi Jerosolimitani quod ipsi in civitate Virdunensi domum non obtinent, in qua valeant commorari, et quod locus quem fratres de Penitentia Jesu Christi in civitate predicta obtinent in brevi ab ipsis fratribus deseretur et in libera dispositione sedis apostolice, juxta tenorem constitutionis a felicis recordationis Gregorio papa X, predecessore nostro, super hoc in generali concilio Lugdunensi edite, remanebit; propter quod prefati magister et fratres nobis humiliter supplicarunt ut locum ipsum, cum domibus et pertinentiis suis, pro quo justum pretium solvere sunt parati, sibi concedere dignaremur. Ipsorum itaque supplicationibus inclinati, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus, si tibi constiterit de premissis, super quibus omnibus tuam in hac parte intendimus conscientiam onerare, predictum locum, cum domibus et pertinentiis, [illegible] residentibus supradicta cedentibus vel decedentibus, dictis magistro et fratribus, recepto prius ab eis pro eo eodem pretio competenti, auctoritate nostra concedas, dictumque pretium in aliquo tuto loco nomine nostro et ecclesie romane deponas, et super venditione ac depositione hujusmodi confici facias duo publica instrumenta, quorum alterum penes te retineas, reliquum vero fideliter nobis transmittas. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, iiii idus decembris, anno secundo. »

1902 Sainte-Marie-Majeure, 30 octobre 1289.

Collatio beneficiorum. (Reg. 44, c. 716, f. 271 r°.)

Venerabili fratri Roderico, Terraconensi archiepiscopo, facultatem concedit conferendi beneficia ecclesiastica quae in dioecesi Terraconensi tanto tempore vacaverint quod ad sedem apostolicam eorum collatio devoluta sit.

« Volentes tuam honorare... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, iii kalendas novembris, anno secundo. »

1903 Sainte-Marie-Majeure, 4 janvier 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 717, f. 271 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Florentino committit quatenus cum Accurso, nato quondam Bencivenni, et Rayneria, filia quondam Nieri de Tignano, Florentinae dioecesis, dispenset ut, quanquam quarto consanguinitatis gradu conjuncti sint, ad sedandas inter genitores inimicitias, matrimonium contrahere valeant.

« Ex parte dilecti... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, ii nonas januarii, anno secundo. »

1904 Sainte-Marie-Majeure, 13 décembre 1289.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 44, c. 718, f. 271 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Camerinensi committit, ad petitionem .. abbatis et conventus monasterii Sanctae Crucis de Tripudio, ordinis S. Benedicti, Camerinensis dioecesis, quatenus cum Jacobo de Saxoferrato, presbytero, monacho ejusdem monasterii, dispenset ut, non obstante defectu natalium quem patitur, e presbytero genitus et soluta, in susceptis ordinibus ministrare et ad regulares administrationes sui ordinis dumtaxat assumi valeat.

« Regularis ordinis professoribus... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus decembris, anno secundo. »

1905 Sainte-Marie-Majeure, 29 décembre 1289.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 44, c. 718², f. 271, en marge.)

Nicolaus, etc. Dilecto filio .. abbati monasterii Casenove, Cisterciensis ordinis, Pennensis diocesis, committit quatenus cum Francisco de Luco, presbytero, monacho monasterii Casaenovae, dispenset ut, non obstante defectu natalium quem patitur, e presbytero genitus et soluta, in susceptis ordinibus ministrare et ad regulares administrationes sui ordinis dumtaxat assumi valeat.

« Regularis ordinis professoribus... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, IIII kalendas januarii, anno secundo. »

1906 Sainte-Marie-Majeure, 10 janvier 1290.

Ad solutionem decimae pro Terrae Sanctae subsidio. (Reg. 44, c. 719, f. 271 v°; Potth., 23157.)

Carissimo in Christo filio E., regi Anglie illustri. Statuit ut, cum in Angliae et Scotiae regnis et Ybernia et Wallia diversae reddituum et proventuum ecclesiasticorum extimationes fiant, juxta justum eorum valorem decima persolvatur.

« Nuper celsitudini regie... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, IIII idus januarii, anno secundo. »

1907-1912 Sainte-Marie-Majeure, 28 décembre 1289.

Laurentius Gradensi ecclesiae patriarcha praeficitur. (Reg. 44, c. 720, f. 271 v°.)

Venerabili fratri Laurentio, patriarche Gradensi. Vacante Gradensi ecclesia per obitum Guidonis, capitulum elegit Bonifatium, ordinis praedicatorum, quo electioni non consentiente, capitulum suae ecclesiae provisionem ad sanctam sedem remisit. Quare papa Laurentium Gradensi ecclesiae patriarcham praeficit.

« Rationis oculis intuentes... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, V kalendas januarii, anno secundo. »

In e. m. capitulo Gradensi mandat ut eidem patriarchae debitam obedientiam praebeat.

In e. m. clero civitatis et dioecesis Gradensis.

In e. m. populo civitatis et dioecesis Gradensis.

In e. m. universis suffraganeis ejusdem ecclesiae.

In e. m. .. ducem et commune Venetorum rogat ut eidem favorem suum praebeant.

1913 Sainte-Marie-Majeure, 27 décembre 1289.

Traditio pallei. (Reg. 44, c. 720, f. 271 v°.)

Venerabili fratri Laurentio, patriarche Gradensi, per Matthaeum, Sanctae Mariae in Porticu diaconum cardinalem, palleum assignat.

« Cum palleum insigne... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, VI kalendas januarii, anno secundo. »

1914-1917 Sainte-Marie-Majeure, 2 janvier 1290.

Robertus monasterio Caesariensi abbas praeficitur. (Reg. 44, c. 721, f. 272 r°; Lap. du Theil, II, 355.)

Roberto, abbati monasterii Cesariensis, ordinis S. Benedicti, Bajocensis diocesis. Vacante monasterio Caesariensi per obitum Thomae, duae in eo electiones a monachis, altera videlicet de Henrico, priore monasterii Sancti Fromundi Constantiensis, altera de Thoma, priore monasterii de Duobus Gemellis, Bajocensis dioecesis, in discordia celebratae fuerunt. Negotio vero electionum ad sedem apostolicam devoluto, uterque electorum juri sibi competenti renuntiavit. Unde papa Robertum, tunc monachum monasterii Cluniacensis, olim priorem de Nogento Retrodi, capellanum suum, monasterio Caesariensi abbatem praeficit.

« Cura pastoralis officii... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, IIII nonas januarii, anno secundo. »

In e. m. .. priori et conventui monasterii Caesariensis, ordinis S. Benedicti, Bajocensis dioecesis, mandat quatenus eidem abbati debitam obedientiam praebeant.

In e. m. universis vassallis monasterii Caesariensis.

In e. m. .. regem Franciae rogat quatenus eidem abbati regium favorem tribuat.

« Occurrit nobis... — Dat. ut supra. »

1918-1921 Sainte-Marie-Majeure, 12 décembre 1289.

Recanatensi ecclesiae dignitas episcopalis restituitur, eique Salvus episcopus praeficitur. (Reg. 44, c. 722, f. 272 r°; Potth., 23139.)

Venerabili fratri Salvo, episcopo Racanatensi. Recanatensi ecclesiae, ab Urbano papa episcopali dignitate privatae, hanc restituit, eique Salvum, ordinis praedicatorum professorem, episcopum praeficit.

« Quoniam humana conditio... — Dat. Rome, apud

Sanctam Mariam Majorem, II idus decembris, anno secundo. »

In e. m. capitulo Recanatensi mandat quatenus eidem episcopo debitam obedientiam praebeat.

In e. m. clero civitatis et dioecesis Recanatensis.

In e. m. populo civitatis et dioecesis Recanatensis.

1922 Sainte-Marie-Majeure, 5 janvier 1290.

Azo, abbas monasterii Sanctae Mariae Florentini, confirmatur (Reg. 44, c. 723, f. 272 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Vicentino, in spiritualibus in partibus Romaniole vicario nostro. Ei mandat quatenus Azoni, monacho monasterii Sanctae Mariae Florentini, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, post Deodati mortem, abbati electo, munus benedictionis impendat.

« Exhibita nobis dilectorum... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis januarii, anno secundo. »

1923 Sainte-Marie-Majeure, 5 janvier 1290.

Facultas exercendi per alios visitationis officium. (Reg. 44, c. 724, f. 272 v°.)

Venerabili fratri G., episcopo Vapincensi.

« Exigentibus tue devotionis... — Dat. ut supra. »

1924 Sainte-Marie-Majeure, 5 janvier 1290.

Facultas conferendi beneficia ecclesiastica. (Reg. 44, c. 724², f. 272 v°.)

Eidem facultatem concedit conferendi beneficia ecclesiastica quae in civitate et dioecesi Vapincensi tanto tempore vacaverint quod ad sedem apostolicam collatio eorum devoluta sit.

« Ut eo gratior... — Dat. ut supra. »

1925 Sainte-Marie-Majeure, 5 janvier 1290.

Facultas conferendi beneficia ecclesiastica. (Reg. 44, c. 725, f. 273 r°.)

Eidem facultatem concedit recipiendi et faciendi recipi in ecclesia Vapincensi, in qua receptio canonicorum et collatio praebendarum ad ipsum et ad .. decanum et capitulum Vapincenses communiter pertinet, duas personas idoneas in canonicos et in fratres, et providendi utrique de praebenda.

« Tuam volentes honorare... — Dat. ut supra. »

1926 Sainte-Marie-Majeure, 5 janvier 1290.

Facultas absolvendi ab excommunicationis sententia. (Reg. 44, c. 725², f. 273 r°.)

Eidem facultatem concedit absolvendi clericos qui pro violentiis in personas ecclesiasticas excommunicationem incurrerint et dispensandi cum eis qui, sic legati, divina officia celebrarint aut se ad ordines promoveri fecerint.

« Ut eo gratiosior... — Dat. ut supra. »

1927-1928 Sainte-Marie-Majeure, 2 janvier 1290.

Monasterium Beatae Mariae de Nazareth magistro et priori provinciali praedicatorum committitur. (Reg. 44, c. 726, f. 273 r°.)

.. priorisse et sororibus monasterii Beate Marie de Nazareth Massiliensis.

« Apostolice sedis dignitas... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, IIII nonas januarii, anno secundo. »

In e. m. .. magistro et .. priori provinciali Provinciae ordinis fratrum praedicatorum mandat quatenus praemissa implere curent.

1929 Sainte-Marie-Majeure, 3 janvier 1290.

Exemptio decimarum. (Reg. 44, c. 726², f. 273 v°.)

.. priorisse et conventui sororum inclusarum Beate Marie de Nazareth Massiliensis, secundum instituta et sub cura fratrum predicatorum viventium, ordinis S. Augustini, indulget ut de nutrimentis animalium suorum nulli decimas solvere teneantur.

« Meritis vestre religionis... — Dat. ibidem, III nonas januarii, anno secundo. »

1930 Sainte-Marie-Majeure, 23 décembre 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 727, f. 273 v°; Lap. du Theil, II, 357.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis.

Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui ecclesiam Sancti Hildeverti de Gornayo, Rothomagensis dioecesis, in qua ejusdem sancti corpus requiescit et frequenter miracula perpetrantur, in dominica qua cantatur « Judica me » et duabus praecedentibus diebus, in quibus praedicti sancti caput ostenditur, et in ejusdem sancti translationis festivitate visitaverint.

« Splendor paterne glorie... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, X kalendas januarii, anno secundo. »

1931 Sainte-Marie-Majeure, 23 décembre 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 727², f. 273 v°; Lap. du Theil, II, 358.)

.. *rectori ecclesie Sancte Marie de Villafranca, Petragoricensis diocesis.* Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui ecclesiam de Villafranca, Beatae Mariae vocabulo insignitam, in singulis ejusdem virginis festivitatibus visitaverint.

« Gloriosus Deus in... — Dat. ut supra. »

1932-1933 Sainte-Marie-Majeure, 15 janvier 1290.

Ad solutionem debitorum Vapincensis ecclesiae. (Reg. 44, c. 728, f. 273 v°; Lap. du Theil, II, 359.)

Venerabili fratri .. episcopo Vapincensi fructus, redditus et proventus primi anni omnium beneficiorum ecclesiasticorum quae usque ad biennium in Vapincensi dioecesi vacaverint, convertendos in solutionem debitorum Vapincensis ecclesiae, concedit.

« Circa quarumlibet ecclesiarum... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XVIII kalendas februarii, anno secundo. »

In e. m. .. Aquensis et .. Regensis ecclesiarum praepositis mandat ut eosdem fructus et redditus episcopo integre ministrari faciant.

1934 Sainte-Marie-Majeure, 10 janvier 1290.

Ad solutionem decimae in Terrae Sanctae subsidium. (Reg. 44, c. 729, f. 273 v°; Potth., 23158.)

Carissimo in Christo filio E., regi Anglie illustri, nuntiat suae intentionis esse ut in collectione decimae per personas ab apostolica sede deputandas ita procedatur ut scandala evitari possint.

« Gerentes cordi negotium... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, IIII idus januarii, anno secundo. »

1935 Sainte-Marie-Majeure, 18 décembre 1290.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 44, c. 730, f. 274 r°.)

Nicolao dicto Chello, clerico Fesulane diocesis, quocum jam dispensatum est ut ad omnes ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum recipere valeret, non obstante defectu natalium quem patitur, e clerico in minoribus ordinibus constituto et soluta genitus, rursus indulget ut personatum vel dignitatem recipere possit.

« Merita tue devotionis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XV kalendas januarii, anno secundo. »

1936 Sainte-Marie-Majeure, 15 janvier 1290.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 44, c. 731, f. 274 r°.)

Magistro Reginaldo de Sancto Albano, rectori ecclesie de Chelhuthe, Londoniensis diocesis, indulget ut praeter ecclesiam de Chelhuthe, cujus proventus tredecim librarum sterlingorum annuum valorem vix excedunt, unum aliud beneficium recipere valeat.

« Licet ne quis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XVIII kalendas februarii, anno secundo. »

1937 Sainte-Marie-Majeure, 24 novembre 1289.

De contentione inter Petrum de Comite de Vallemontone et Bogonem de Clara, ratione ecclesiae de Colevich. (Reg. 44, c. 732, f. 274 r°.)

Magistro Giffredo de Vezano, canonico Cameracensi, nuntio nostro in Anglia. Vacante praebenda per promotionem Willelmi de Lacornera ad episcopatum Saresbiriensem, Giffredus de Vezano eam Petro, nato nobilis viri Adenulphi de Comite de Vallemontone, cui papa canonicatum et praebendam, annui valoris non minoris quam quinquaginta marcharum sterlingorum, in Lichefeldensi ecclesia reservaverat, contulit, et ejus procuratorem, Nicolaum de Trebis, camerarium et notarium papae, in corporalem possessionem ejusdem praebendae, et specialiter

parrochialis ecclesiae de Colevich (1), eidem praebendae ab antiquo annexae, induxit; sed Johannes de Colevich, falso asserens se in eadem parrochiali ecclesia jus patronatus habere, Bogonem de Clara, clericum regis Angliae, ad ecclesiam de Colevich loci dioecesano praesentavit, illeque hujus praesentationis praetextu ecclesiam occupavit. Quare papa Giffredo de Vezano mandat quatenus Bogonem inducat ad ecclesiam de Colevich et ejus fructus a die occupationis perceptos Petro infra unius mensis spatium restituenda; alioquin Bogo personaliter, Johannes vero per se vel per procuratorem coram sede apostolica compareant.

« Significavit nobis dilectus... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, VIII kalendas decembris, anno secundo. »

1938 Sainte-Marie-Majeure, 13 janvier 1290.

Facultas conferendi beneficia. (Reg. 44, c. 733, f. 274 v°.)

Venerabili fratri S., archiepiscopo Bituricensi, facultatem concedit recipiendi et faciendi recipi tres personas in ecclesia Bituricensi, in qua canonicorum receptio et praebendarum collatio ad ipsum et capitulum communiter pertinet, in canonicos et in fratres, ac providendi eorum cuilibet de praebenda.

« Attendentes benignius magne... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus januarii, anno secundo. »

1939 Sainte-Marie-Majeure, 11 janvier 1290.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 734, f. 274 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui ecclesiam Sanctae Luciae de Marino, Albanensis dioecesis, in Sanctae Mariae festivitate et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint.

« Sanctorum meritis inclita... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, III idus januarii, anno secundo. »

1940 Sainte-Marie-Majeure, 5 janvier 1290.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 734², f. 274 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui .. magistro et fratribus hospitalis leprosorum Sanctae Mariae Magdalenae et Sancti Onufrii prope Montem Fortinum, Signinae dioecesis, manum caritatis porrexerint.

Quoniam ut ait... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis januarii, anno secundo. »

1941 Sainte-Marie-Majeure, 6 janvier 1290.

Indulgentia crucesignatis. (Reg. 44, c. 735, f. 274 v°.)

Nobili mulieri Beatrici, uxori dilecti filii nobilis viri Johannis de Grilli, cujus maritus jam a Terra Sancta rediit et eo cum armatorum non modica comitiva reversurus est, eandem indulgentiam ac crucesignatis concedit.

« Exposuit nobis dilectus... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, VIII idus januarii, anno secundo. »

1942-1943 Sainte-Marie-Majeure, 29 décembre 1289.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 44, c. 736, f. 275 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Theatino mandat quatenus cum Gentili, monacho monasterii Casinensis, fratre nobilis mulieris Thomasiae, comitissae Manupplelli, quocum jam dispensatum est ut, non obstante defectu natalium quem patitur, e conjugato genitus et soluta, ad omnes administrationes, curam non habentes, sui dumtaxat ordinis, promoveri valeret, rursus dispenset ut ad administrationes etiam curam habentes promoveri possit.

Olim ad supplicationem... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, IIII kalendas januarii, anno secundo. »

In e. m. eidem mandat quatenus Manerio, subdiacono, fratri ejusdem comitissae, quocum jam dispensatum est super eodem defectu ut ad omnes ordines promoveri et ecclesiasticum beneficium sine cura recipere valeret, rursus indulgeat ut beneficium etiam curam habens obtinere possit. Dat. ut supra.

1944-1945 Sainte-Marie-Majeure, 13 janvier 1290.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 44, c. 737, f. 275 r°.)

Radulfo de Alamant, canonico ecclesie Ebroicensis, obtentu E., regis Angliae, cujus clericus et familiaris est, canonicatum et praebendam in ecclesia Ebroicensi re-

(1) Ecrit aussi *Colewich*.

servat cumque eo dispensat ut ea una cum canonicatibus et praebendis in Lausanensi et Gebennensi ecclesiis, ecclesia de Ystonacantelup, Wigorniensis, et quadam pensione annua in ecclesia de Vonfflens, Lausanensis dioecesis, detinere possit.

« Quia nobilitate generis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus januarii, anno secundo. »

In e. m. .. archiepiscopo Lugdunensi, .. episcopo Bajocensi et Hugoni de Cabilone, canonico Parisiensi, mandat ut praefatum Radulfum vel procuratorem ejus in corporalem possessionem praedictorum canonicatus et prebendae inducant. Dat. ut supra.

1946-1947 Sainte-Marie-Majeure, 18 janvier 1290.

Dispensatio residentiae. (Reg. 44, c. 738, f. 275 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Aurelianensi indulget ut quatuor clerici ejus fructus, redditus et proventus beneficiorum suorum per quinquennium integre percipiant.

« Volentes tuam in... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, xv kalendas februarii, anno secundo. »

In e. m. .. Sancti Evurtii Aurelianensis et .. Sancti Benedicti Floriacensis monasteriorum abbatibus, et .. priori de Caritate, Aurelianensis et Autisiodorensis dioecesium, mandat ut eosdem redditus et proventus per quinquennium praefatis clericis integre ministrari faciant. Dat. ut supra.

1948 Sainte-Marie-Majeure, 18 janvier 1290.

Facultas conferendi beneficia ecclesiastica. (Reg. 44, c. 739, f. 275 v°; Lap. du Theil, II, 361.)

Venerabili fratri Petro, episcopo Aurelianensi, facultatem concedit faciendi recipi personas in majori et singulis collegiatis ecclesiis civitatis et dioecesis Aurelianensis, in quibus ad ipsum collatio praebendarum pertineat, in canonicos et in fratres.

« Tuam volentes honorare... — Dat. ut. supra. »

1949 Sainte-Marie-Majeure, 17 janvier 1290.

Correctio monasterii Sanctae Mariae de Virginibus de Aesculo. (Reg. 44, c. 740, f. 275 v°.)

.. *priori fratrum ordinis predicatorum de Esculo* mandat quatenus ad monasterium Sanctae Mariae de Virginibus de Aesculo, secundum regulam ordinis fratrum praedicatorum institutum, personaliter accedens, id tam in capite quam in membris corrigat et reformet.

« Ad audientiam nostram... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, xvi kalendas februarii, anno secundo. »

1950-1951 Sainte-Marie-Majeure, 13 janvier 1290.

Ad solutionem decimae. (Reg. 44, c. 741, f. 276 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Penestrino, in regno Sicilie apostolice sedis legato, mandat quatenus .. abbati et conventui monasterii Casemarii, Cisterciensis ordinis, Verulanae dioecesis, pro totali solutione decimae proventuum quos in regno Siciliae habent, certam quantitatem imponat.

« Dilecti filii .. abbas... — Dat Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus januarii, anno secundo. »

In e. m. eidem, pro .. abbate et conventu monasterii Fossae Novae, Cisterciensis ordinis, Terracinensis dioecesis.

1952-1953 Sainte-Marie-Majeure, 9 janvier 1290.

Ad solutionem debitorum Aretinae ecclesiae. (Reg. 44, c. 742, f. 276 r°.)

Venerabili fratri Aldebrandino, episcopo Aretino, concedit fructus, redditus et proventus primi anni omnium beneficiorum quae usque ad triennium in dioecesi Aretina vacabunt, in solutionem debitorum ejusdem ecclesiae convertendos.

« Quia debitorum onera... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, v idus januarii, anno secundo. »

In e. m. .. archiepiscopo Ravennati, .. plebano plebis de Sancto Johanne, et .. archipresbytero ecclesiae Sanctae Mariae de Cortona, Aretinae dioecesis, mandat ut eidem episcopo praedictos fructus et redditus integre ministrari faciant. Dat. ut supra.

1954-1964 Sainte-Marie-Majeure, 9 janvier 1290.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 743, f. 276 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam centum dierum concedit eis qui ecclesias Beatae Mariae de Garda et Sancti Johannis de Janis, quarum una dependet ab altera, Albiensis dioecesis, in beatae Mariae et S. Johannis festivitatibus et in anni-

versario die dedicationis earumdem ecclesiarum visitaverint.

« Vite perempnis gloria... — Dat. ut. supra. »

Sainte-Marie-Majeure, 9 janvier 1290.

In. e. m. eisdem. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui ecclesiam de Rupenecata, Carcassonensis dioecesis, in honorem beati Johannis Evangelistae constructam, in ejusdem sancti festivitatibus et in anniversario die dedicationis visitaverint. Dat. ut supra.

Sainte-Marie-Majeure, 13 janvier 1290.

In e. m. eisdem. Indulgentiam centum dierum concedit pro ecclesia Sancti Nicolai de Curcumello, Marsicanae dioecesis. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus januarii, anno secundo.

Sainte-Marie-Majeure, 18 janvier 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit pro ecclesia hospitalis Sancti Adriani, quod clerus et populus villae de Salvaterra, Calagurritanae dioecesis, in loco solitudinis vulgariter Porto de Sancto Adriano dicto, ubi transeuntibus frequenter magna pericula imminebant, ad receptionem et tutelam peregrinorum, viatorum et pauperum construxerunt. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, XV kalendas februarii, anno secundo (*En marge*).

Sainte-Marie-Majeure, 23 janvier 1290.

In e. m. eisdem. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit pro ecclesia fratrum minorum Januensi.

« Licet is de... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, X kalendas februarii, anno secundo. (*Ibid.*; POTTH., 23165.)

In e. m. pro ecclesia fratrum minorum Valentina. (*Ibid.*; POTTH., 23166).

Sainte-Marie-Majeure, 5 janvier 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam .. prioris et fratrum Burdegalensem ordinis Beatae Mariae de Monte Carmeli in festo Assumptionis visitaverint.

« Virga venustissima et... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis januarii, anno secundo. »

Sainte-Marie-Majeure, 27 janvier 1290.

In e. m. .. abbatissae et conventui monasterii Sancti Andreae de Fractis de Urbe, ordinis S. Augustini. Eandem indulgentiam concedit eis qui praedicti monasterii ecclesiam in S. Andreae festivitate et in quarta dominica Quadragesimae visitaverint.

« Vite perempnis gloria... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, VI kalendas februarii, anno secundo. »

Sainte-Marie-Majeure, 23 janvier 1290.

In e. m. .. episcopo et capitulo Uticensibus. Eandem indulgentiam concedit pro Uticensi ecclesia, in qua S. Ferreoli episcopi corpus requiescit. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, X kalendas februarii, anno secundo.

In e. m. universis Christi fidelibus. Eandem indulgentiam concedit pro ecclesia Beati Pancratii martyris de Aramone, Uticensis dioecesis.

Sainte-Marie-Majeure, 5 février 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit pro ecclesia .. guardiani et fratrum minorum Terdonensium. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis februarii, anno secundo. (POTTH., 23178).

1965 Sainte-Marie-Majeure, 10 janvier 1290.

Immunitas. (REG. 44, c. 744, f. 276 v°.)

Nobili viro Alberto, duci Austrie, primogenito carissimi in Christo filii nostri .. regis Romanorum illustris. Ei indulget ut nullus delegatus vel subdelegatus ab eo executor, seu etiam conservator, in eum, uxorem et filios ejus excommunicationis vel interdicti sententiam promulgare valeat. Praesentibus per quinquennium valituris.

« Ut ex speciali... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, III idus januarii, anno secundo. »

1966 Sainte-Marie-Majeure, 10 janvier 1290.

Licentia ingrediendi monasteria. (REG. 44, c. 745, f. 276 v°.)

Dilecte in Christo filie nobili mulieri Elizabet, uxori dilecti filii nobilis viri Alberti, ducis Austrie, primogeniti carissimi in Christo filii nostri .. regis Romanorum illustris. Ei indulget ut monasteria de Sancta Cruce, Campi liliorum, de Belherat, de Zuvetel, de Runa et de Paungartemperg, Cisterciensis ordinis, Salzeburgensis et Pataviensis dioecesium, cum sex honestis mulieribus, bis in anno, ingredi valeat, dummodo ibi non comedat nec pernoctet. Praesentibus post sex annos non valituris.

« Devotionis augmentum tibi... — Dat. ut supra. »

1967 Sainte-Marie-Majeure, 10 janvier 1290.

Licentia audiendi divina tempore interdicti. (Reg. 44, c. 745², f. 276 v°.)

Eidem.

« Devotionis augmentum tibi.... — Dat. ut supra. »

1968-1971 Sainte-Marie-Majeure, 1er janvier 1290.

G. Humanati ecclesiae episcopus praeficitur. (Reg. 44, c. 746, f. 276 v°; Potth., 23149.)

Venerabili fratri G., episcopo Humanati. Humanati ecclesia, ad romanam ecclesiam nullo medio pernitente, vacante per translationem B. ad Castrensem ecclesiam, .. archidiaconus et capitulum alium episcopum nec elegerunt nec postularunt, quare papa G., ordinis minorum professorem, huic ecclesiae episcopum praeficit.

In e. m. .. archidiacono et capitulo ecclesiae Humanatis mandat quatenus eidem episcopo debitam obedientiam praebeat.

In e. m. clero civitatis et dioecesis Humanatis.

In e. m. populo civitatis et dioecesis Humanatis.

« Regimini universalis ecclesie... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, kalendis januarii, anno secundo. »

1972 Sainte-Marie-Majeure, 17 janvier 1290.

Traditio pallei. (Reg. 44, c. 747, f. 276 v°, en marge).

Nicolaus etc. Venerabili fratri Percivallo, archiepiscopo Calaritano, palleum per Matthaeum, Sanctae Mariae in Porticu diaconum cardinalem, assignat.

« Cum palleum insigne... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, xvi kalendas februarii, anno secundo. »

1973-1978 Sainte-Marie-Majeure, 21 janvier 1290.

Percivallus ecclesiae Calaritanae archiepiscopus praeficitur. (Reg. 44, c. 747², f. 277 r°.)

Venerabili fratri Percivallo, archiepiscopo Calaritano. Eum, tunc episcopum Paduanum, Calaritanae ecclesiae, per obitum Galli vacanti, archiepiscopum praeficit.

« Dum incumbentia nobis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, xii kalendas februarii, anno secundo. »

In e. m. capitulo ecclesiae Calaritanae mandat ut eidem archiepiscopo debitam obedientiam praebeat.

In e. m. clero Calaritano.

In e. m. populo Calaritano.

In e. m. universis ecclesiae Calaritanae vassallis.

In e. m. universis suffraganeis ecclesiae Calaritanae.

1979 Sainte-Marie-Majeure, 18 janvier 1290.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 748, f. 277 r°.)

.. priori et conventui monasterii de Sancto Fromundo, per priorem soliti gubernari, ordinis S. Benedicti, Constantiensis diocesis. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit eis qui altare Sancti Laurentii in ecclesia praedicti monasterii in sancti Laurentii festivitate visitaverint.

« Splendor paterne glorie... — Dat. Rome ut supra, xv kalendas februarii, anno secundo. »

1980-1981 Sainte-Marie-Majeure, 13 janvier 1290.

Contra eos qui monasterium Sancti Pauli de Urbe molestant. (Reg. 44, c. 749, f. 277 r°.)

Dilecto filio .. archipresbytero basilice Sancte Marie Majoris de Urbe mandat quatenus abbati et conventui monasterii Sancti Pauli de Urbe contra eos qui bona et possessiones eorum indebite occupant auxilium praebeat.

« In mentibus fidelium... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus januarii, anno secundo. »

In e. m. senatoribus Urbis, potestatibus, rectoribus, universitatibus et aliis dominis temporalibus civitatum, castrorum et aliorum locorum in terra ecclesiae romanae subjecta consistentium mandat quatenus praedicto archipresbytero, exequendis sententiis latis super praedicto negotio, assistant.

« Inter cotidianas vigilias... — Dat. ut supra. »

1982 Sainte-Marie-Majeure, 9 janvier 1290.

Facultas conceditur quibusdam prioribus ordinis Cluniacensis prioratus suos usque ad certam summam obligandi. (Reg. 44, c. 750, f. 278 r°, Lap. du Theil, II, 363.)

Dilectis filiis .. majori et .. claustrali monasterii Cluniacensis prioribus. « Sperantes firmiter quod vos, mentis oculis erectis ad Dominum, et ad ejus obsequia studiis exercenda sollicitis, directo proposito ad prosperum et quietum ordinis vestri statum intendatis attentius et ad

id opem libenter et operam impendatis, ea vobis fidutia secura committimus que statum ipsum contingere dinoscuntur. Dudum siquidem dilecti filii fratres Stephanus, de Crispeyo, Petrus, de Lenthona, Guido, de Sancto Gelasio, Guillelmus, de Sancto Theobaldo, et Guichardus, de Flabeyo prioratuum priores, Jocerandus du Says, hostellarius et ebdomedarius majoris misse, ac Stephanus de Brueria, Cluniacensis monasterii monachi, diligentius attendentes quod nonnulla statuta, que felicis recordationis Gregorius papa VIIII, predecessor noster, super reformatione Cluniacensis ordinis edidit, et que in virtute obedientie observari precepit, in ordine ipso minime servabantur, tum ex hoc, tum etiam ex aliis certis causis, ad sedem apostolicam appellarunt. Cumque propter hoc priores et monachi supradicti ad eandem sedem personaliter accessissent, nos, ad reformationem et tranquillitatem monasterii et ordinis eorumdem paterne sollicitudinis studio intendentes, hujusmodi negotium dilectis filiis nostris Matheo, tituli Sancti Laurentii in Damaso, et Hugoni, tituli Sancte Sabine presbyteris cardinalibus, commisimus audiendum, qui, juxta nostre commissionis formam in eo sollicite procedentes, inter cetera ordinarunt ut prioribus et monachis ipsis, pro factis et etiam faciendis ab eis in predicto negotio sumptibus, mille et ducente libre turonensium parvorum ab eodem monasterio vel ordine solverentur. Nos autem, prefatis prioribus et monachis ad prioratus et administrationes eorum, exigente justitia, restitutis, sollicite advertentes quod hujusmodi pecunie quantitas pro eisdem factis et etiam faciendis expensis minus sufficiens existebat, pretactis prioribus dictos prioratus, pro expensis eisdem, usque ad duo milia librarum ejusdem monete, libere obligandi, predictis mille et ducentis computatis in eis, plenam benigne concessimus facultatem. Cum autem prelibati priores pro reformatione ordinis antedicti dampna gravia et labores non modicos ac multiplices angustias tolerarint, et ideo dignum sit et rationi consonum dinoscatur ut ab hujusmodi gravaminibus per eundem ordinem releventur, discretioni vestre per apostolica scripta districte precipiendo mandamus quatenus, ad bonum et pacificum statum ordinis et monasterii predictorum, prout teneri noscimini, solertius intendentes, predicta duo milia librarum turonensium facietis (1), quam cito comode fieri poterit, jam dictis prioribus ab ordine memorato persolvi. Contradictores etc. Non obstante si aliquibus a sede apostolica sit indultum quod interdici... Volumus tamen quod priores ipsi juxta quantitatem redditiuum et proventuum prioratuum suorum contribuant in eisdem. Sic ergo in hoc diligenter et efficaciter vos habere sicque mandatis nostris obedire curetis ut vos ejusdem ordinis pacem stabilem et quietem diligere per effectum operis ostendatis, nosque vestre sollicitudinis studium et devotionis affectum exinde non immerito commendemus. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, v idus januarii, anno secundo. »

(1) Ms. [illegible]

1983 Sainte-Marie-Majeure, 8 janvier 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 751, f. 278 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Astensi committit quatenus cum nobili viro Johannino, nato Maynfredi Pellete, militis, et nobili muliere Benvengnata, filia quondam Obertarii dicti Rotarii, Astensis dioecesis, dispenset ut in matrimonio quod olim, ignorantes Benvengnatam quarta linea conjunctam esse Florinae, filiae quondam Brandrachini de Solario, quacum Johanninus sponsalia contraxit, sed quam, langore incurabili laborantem, in mulierem non duxit, contraxerunt, remanere valeant.

« Exposita nobis dilecti... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, vi idus januarii, anno secundo. »

1984 Sainte-Marie-Majeure, 13 janvier 1290.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 44, c. 752, f. 278 v°; Lap. du Theil, II, 365.)

Danieli de Erkingehm supra Lisam, presbytero, Atrebatensis diocesis. « Ea que honestatem sapiunt et salutem respiciunt animarum benigno favore prosequimur et illis precipue que de apostolice sedis auctoritate procedunt libenter adicimus apostolici muniminis firmitatem. Sane petitio tua nobis exhibita continebat quod, te dudum primam clericalem tonsuram dumtaxat habente, et exponente felicis recordationis Honorio pape, predecessori nostro, quod, licet olim Aelidis, mater tua, cum quodam Jacobo, laico, viro suo, dum viveret, matrimonium in ecclesie facie legitime contraxisset, et dicti conjuges, postquam insimul per annos plurimos habitarant, plures filios procreassent, dictusque vir te, quem unum ex predictis filiis reputabat, affectu paterno, sicut alios filios, nutrivisset, quia tamen predicta mater, quadam die, te seorsum trahens, tibi secretius indicavit quod ipsa, predicto viro vivente, te genuerat de quodam nobili et soluto, tu, quem ex hoc jam inceperat tua conscientia remordere, ut tue super hoc saluti consuleres, ad sedem apostolicam accessisti, ab eodem predecessore humiliter

postulans tibi super hoc salubriter provideri, sicque dilectus filius frater Consilium, ordinis predicatorum, tunc ejusdem predecessoris penitentiarius et cappellanus, de spetiali mandato ipsius predecessoris, facto sibi in hac parte oraculo vive vocis, tecum quod, hoc non obstante, posses ad omnes ordines promoveri et obtinere beneficium ecclesiasticum, cui cura animarum non imineret, auctoritate apostolica dispensavit, prout in patentibus litteris inde confectis, ejusdem capellani sigillo signatis, plenius continetur, tuque postmodum te fecisti ad omnes ordines statutis temporibus promoveri. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, quod ab eodem capellano super hoc provide factum est ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus etc. usque communimus. Tenorem litterarum ipsarum de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, qui talis est :

« Frater Concilium, ordinis predicatorum, donni pape » penitentiarius et capellanus, dilecto in Christo Danieli » de Erkingehem supra Lisam, clerico, Atrebatensis » diocesis, salutem in Domino. Exposita per nos... — » Dat. Rome, apud Sanctam Sabinam, XII kalendas » junii, pontificatus donni Honorii pape IIII anno » secundo. »

« Nulli ergo etc. nostre confirmationis etc. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus januarii, anno secundo. »

1985 Sainte-Marie-Majeure, 21 janvier 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 753, f. 278 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Leodiensi committit quatenus cum Johanne, nato quondam Walterii dicti Bertaus, domini de Mascikilinia, fratris Guillelmi dicti Bertaus, praepositi ecclesiae de Lovanio, et Blanca, filia nobilis viri Godefridi, domini de Arscot, septem annis minoribus, dispenset ut, licet quarto consanguinitatis gradu se contingant, postquam ad aetatem legitimam pervenerint, matrimonium, a progenitoribus ad sedandas inimicitias suas tractatum, contrahere valeant.

« Ex parte dilectorum... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XII kalendas februarii, anno secundo. »

1986 Sainte-Marie-Majeure, 5 janvier 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 753², f. 279 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Paduano committit quatenus Ziliolo de Matraruhis et Naviliae Matthaei de Flabiano, civibus Paduanis, dispenset ut in matrimonio quod olim, ignorantes quondam Carnarolum Antonii de Montegnole, priorem Naviliae maritum, Ziliolo quarto consanguinitatis gradu, et quondam Forlanam, priorem Zilioli uxorem, Naviliae simili gradu conjunctos esse, contraxerunt, remanere valeant.

« Exhibita nobis dilecti... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis januarii, anno secundo. »

1987 Sainte-Marie-Majeure, 3 janvier 1290.

Ecclesiae de Lillinton et de Pakynton monasterio de Kenelvurthe dantur. (Reg. 44, c. 754, f. 279 r°.)

Dilectis filiis .. priori et conventui monasterii de Kenelvurthe, per priorem soliti gubernari, ordinis S. Augustini, Conventrensis et Lichefeldensis diocesis. Confirmat actum quo .. episcopus Conventrensis et Lichefeldensis eis ecclesias de Lillinton et de Pakynton, suae dioecesis, in quibus ipsi jus patronatus habebant, dedit.

« Cum a nobis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, III nonas januarii, anno secundo. »

1988 Sainte-Marie-Majeure, 23 janvier 1290.

Restitutio bonorum filiis Raynaldi de Brunforte. (Reg. 44, c. 755, f. 279 r°; Potth., 23164.)

Dilecto filio Corrado, canonico Aberdonensi, capellano, et nobilibus viris Octaviano, militi, familiari nostris, ac Raynaldo et Gualterio, fratribus de Brunforte, Camerinensis diocesis. « Plenitudinem apostolici favoris meruit vestre devotionis integritas, qua, puritate fidei et constantie immobili stabilitate munita, beneplacitis romane matris ecclesie, cujus estis peculiares homines et filii spetiales, ferventibus desideriis adherentes, eam semper studuistis devotis animis revereri. Quapropter non immerito vos et statum vestrum prosperum utique ac felicem paterna benivolentia prosequentes, eo benignius votis vestris annuere proponimus quo nobis apertius preteritorum memoria et presentium evidentia fidem vestram gloriosis operum fructibus representant. Habet siquidem petitionis vestre lecte coram nobis expressa relatio quod dudum bone memorie Symon, tituli Sancti Martini presbyter cardinalis, tunc in Anconitana marchia apostolice sedis legatus et rector, universos et singulos ejusdem marchie adherentes quondam Maynfredo, olim principi Tarentino, tunc persecutori romane ecclesie manifesto, qui predictam marchiam, in ecclesie predicte injuriam et gravamen non modicum, contra justi-

tiam potentialiter occuparat, terrarum ejusdem marchie habitatores et incolas, ac precipue quondam Raynaldum de Brunforte, patrem vestrum, cujus estis nlii et heredes, ac terram et ejus homines et vassallos, sue ditionis imperiis per aliqua intervalla temporum submittendo, in certis pecuniarum summis solvendis propter hoc ipsi ecclesie condempnavit, et eos generaliter et spetialiter, sententialiter, pro voluntate sua, privilegiis, indulgentiis, gratiis, beneficiis ecclesiasticis, libertatibus, immunitatibus, terris, castris, villis, hominibus et vassallis, quocumque illis obligationum genere obligatis, ac possessionibus, tenutis, jurisdictionibus, juribus et bonis et honoribus omnibus que a romana ecclesia et in ejus terra vel etiam a quocumque alio et ubicumque de jure et de facto tunc temporis habebant et etiam obtinebant, et nichilominus testamentorum factione privavit, nolentes quod hujusmodi adherentes ex tunc ad hereditates aliquorum ab intestato decedentium vel ex testamento transmissas, nec ad aliquos alios actus legitimos ullatenus admittantur, ac homines et vassallos predictos a servitiis et vassallatus seu homagii jugo in quibus predictis adherentibus tenebantur absolvens et eos exinde liberatos esse decernens, statuit et voluit quod dicti homines et vassalli incolatum unum vel plures sibi eligere, aut communantiam sibi libere facere possent, pro sue libito voluntatis, bona omnia et singula dictorum adherentium ad opus ipsius ecclesie confiscando, diffidando et nominando eos publicos et nepharios proditores, ac, eis bannitis et exulibus reputatis, idem legatus castra, homines et vassallos ac bona dictorum adherentium exposuit impune aliis occupanda, talium occupatoribus retinendi ea, postquam ab illis occupata forent, ut propria, et utendi ac fruendi illis ut propriis, concessa ab eodem cardinali libera facultate, prout in instrumentis publicis inde confectis, ipsius cardinalis sigillo munitis, plenius dicitur contineri. Quare nobis humiliter supplicastis ut, statui vestro paterna sollicitudine providentes, adversus sententias dicti cardinalis contra eundem R., patrem vestrum, super hoc latas et processus habitos per eundem, restituere vos per beneficium restitutionis in integrum dignaremur. Nos igitur, attendentes quod, sicut fide dignorum facta nobis relatio indicavit, predictum Raynaldum, cujus fidelitatem eximiam per exhibitionem operum ecclesia ipsa in necessitatibus suis sepe probaverat, ad favendum ipsi Maynfredo necessitas coegerat, non voluntas, revolventes quoque in penetralibus mentis nostre fidem preclaram qua in nostris et fratrum nostrorum oculis claruistis, et magna operum et obsequiorum studia que studiosis operibus nobis et eidem ecclesie jugiter impendistis et adhuc exurientibus animis et humeris indefessis prestare nequaquam desistitis, ne ingratitudinis (1) vitium conscientie nostre claustrum fortassis argueret, dignum reputamus et congruum ut, qualibet a vobis super hoc causa submota gravaminis, in sinu misericordis et miserantis ecclesie uberiora gratiarum vos gaudeatis munera invenisse, ut ad obsequendum eidem ecclesie ferventius fortes et constantes in posterum animos assumatis, propter quod nos, ad premissa omnia paternam considerationem habentes, vestris devotis supplicationibus benignum impertientes assensum, vos et vestrum quemlibet, adversus sententias predictas et condempnationes contra predictum Raynaldum latas, omnemque processum contra ipsum R., seu heredes vel filios ejusdem, pro eo quod idem R., per se et suos, ac homines et vassallos et fautores ejusdem, dicto Maynfredo, ut premittitur, dicitur adhesisse, prestando sibi auxilium, consilium et favorem, sub quacumque forma verborum factum et habitum per cardinalem eundem, vel per aliquos ex predecessoribus nostris romanis pontificibus, aut per quemcumque alium occasione hujusmodi, restituimus in integrum de apostolice plenitudine potestatis, vobis nichilominus concedentes ne vobis vel alicui vestrum, seu vestris posteritatibus aut heredibus, sententiarum, condempnationum et processuum predictorum pretextu, quin castra, villas, homines et vassallos, terras, possessiones, beneficia et alia bona paterna et vestra omnia, temporalia et spiritualia, in quibuscumque et ubicumque consistentia, et olim ad patrem vestrum seu ad vos spectantia, exigere, petere, retinere, ac immunitatibus, privilegiis, libertatibus et gratiis predictis uti in posterum libere valeatis, ullum possit a quocumque et qualitercumque generari prejudicium aut impedimentum prestari, vel obstaculum interponi, omnem infamiam vel cujuscumque infamie aut inhabilitatis notam contra vos ex hiis subortam potestate premissa nichilominus penitus abolendo. Nulli ergo etc. nostre restitutionis, concessionis et abolitionis etc. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, x kalendas februarii, anno secundo. »

1989 Sainte-Marie Majeure, 18 janvier 1290.

Immunitas decimae. (Reg. 44, c. 756, f. 279 v°.)

Dilectis filiis .. commendatori et fratribus hospitalis Sancti Laurentii de Varo, ordinis S. Augustini, Lexoviensis diocesis, indulget ut ad praestationem decimae C., regi Si-

(1) Ms. [illegible].

ciliae, concessae, de fructibus laborum et nutrimentis animalium suorum compelli non valeant.

« Xenodochia pauperum piis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, xv kalendas februarii, anno secundo. »

1990 Sainte-Marie-Majeure, 5 janvier 1290.

Licentia praedicandi. (Reg. 44, c. 757, f. 279 v°.)

.. *priori et capitulo ecclesie Wigorniensis, ordinis S. Benedicti*, concedit licentiam praedicandi publice coram populo tam in sua Wigorniensi quam aliis ecclesiis quas in usus proprios obtinent et in eis in quibus jus patronatus habent.

« Merita sacre religionis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis januarii, anno secundo. »

1991 Sainte-Marie-Majeure, 23 janvier 1290.

Immunitates. (Reg. 44, c. 758, f. 280 r°.)

.. *abbati et conventui monasterii Fossenove, Cisterciensis ordinis, Terracinensis diocesis*, ad instar Innocentii IIII, indulget ut nulli in eorum monasterio provideri possit, nec ipsi ad provisionem alicujus compelli possint.

« Apostolice sedis ampla... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, x kalendas februarii, anno secundo. »

1992 Sainte-Marie-Majeure, 6 janvier 1290.

Locus fratrum de Poenitentia Jesu Christi monasterio Piniacensi venditur. (Reg. 44, c. 759, f. 280 r°; Potth. 23154.)

Venerabili fratri .. episcopo Forojuliensi mandat quatenus, adjunctis sibi .. priore praedicatorum Grassensi et .. guardiano minorum de Draguinzano, Forojuliensis dioecesis, locum fratrum de Poenitentia Jesu Christi, a fratribus, uno excepto, derelictum, monasterio Piniacensi, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinenti, ordinis S. Augustini, Forojuliensis dioecesis, ad ampliandum ejus prioratum castri de Luco, vendat, et pretium apud Nemausum, penes mercatores de societate filiorum Bonsignoris et Bonaventurae Bernardini de Senis, camerae apostolicae mercatores, deponat.

« Ex parte dilectorum... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, [illegible] januarii, anno secundo. »

1993-1994 Sainte-Marie-Majeure, 13 janvier 1290.

Collatio beneficii et dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 44, c. 760, f. 280 r°; Lap. du Theil, II, 367.)

Dilecto filio Guillelmo Arnaldi de Mota, juris civilis professori, capellano nostro, clerico carissimi in Christo filii nostri E., regis Anglie illustris, rectori ecclesie de Montuhio, Tholosane diocesis. Ei, obtentu M., Sancti Laurentii in Damaso presbyteri cardinalis, ecclesiam de Montuhio, per resignationem Raymundi de Planello vacantem, confert, et Johannem de Penestre, camerae apostolicae clericum, ejus nomine, per suum annulum investit; dispensatque cum eo ut eandem ecclesiam una cum archidiaconatu Gamagensi, canonicatu et praebenda in ecclesia Vasatensi et canonicatu in exspectatione praebendae in Lectorensi ecclesia retinere valeat.

« Ad exhibendum tibi... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus januarii, anno secundo. »

In e. m. magistro Guillelmo Seguini Deugot, capellano suo, Agennensis, et Raymundo Arnaldi de Rama et Bernardo Fabri, Vasatensis ecclesiarum canonicis, mandat quatenus praefatum Guillelmum Arnaldi vel procuratorem ejus in corporalem possessionem ecclesiae de Montuhio inducant.

« Ad exhibendum gratiam... — Dat. ut supra. »

1995 Sainte-Marie-Majeure, 25 janvier 1290.

Citatur coram sede apostolica Johannes, qui se Trajectensem episcopum dicit. (Reg. 44, c. 761, f. 280 v°.)

Dilectis filiis .. Sancti Pauli Trajectensis et .. Sancti Laurentii in Oestbruch, Trajectensis diocesis, monasteriorum abbatibus ac .. decano ecclesie Sancti Martini Leodiensis. « Clamantis in auribus nostris Trajectensis ecclesie lugubres voces audivimus, sibi paterne pietatis officio compatientes ab intimis, periculis gravibus jacturisve multimodis quibus pressa dinoscitur intellectis. Habet enim ejus plena querelis et lacrimis cospersa relatio quod, cum olim ecclesia ipsa per obitum bone memorie Henrici de Vienna, qui ejus regimini prefuit, pastoris destituta presidio extitisset, Johannes, qui pro ejus electo se gerere dicitur, execrabilis cupiditatis ardore succensus, et ad ipsius ecclesie prelationem aspirans, multorum, quibus adhuc laborare conspicitur, defectuum consideratione postposita, cum nec donum scientie competentis tunc illi suppeteret, neque tempora debite suffragarentur etatis, esseque preterea diversis et variis excommunicationum sententiis innodatus, se in Trajectensem episcopum eligi, vel verius postulari, per

sue malignitatis astutiam procuravit, amministrationi bonorum temporalium episcopalis sedis Trajectensis, hujusmodi electionis sue confirmatione non habita nec postulationis admissione secuta, nephariis ausibus se ingessit, bona ipsa multiplici dilapidatione consumens, predictam ecclesiam gravibus et importabilibus debitis obligando, et, ut prave sue intentionis propositum posset super hoc facilius et celerius adimpleri, nobili viro .. comiti Juliacensi, qui tunc bone memorie Engelbertum, archiepiscopum, et ecclesiam Colonienses, quibus prefata Trajectensis ecclesia metropolitico jure subjecta dicitur, indebite impugnabat, favorem pro viribus et auxilium exhibens, prefatum archiepiscopum, quem idem comes in ejusdem Johannis presentia ceperat, tandiu, prout in partibus illis haberi proponitur communis opinio, procuravit in vinculis detineri, donec archiepiscopus ipse, carceris squalore coactus, bone memorie Alberto, quondam Ratisponensi episcopo, motu proprio, metropolitica tamen auctoritate, commisit ut electionem seu postulationem hujusmodi de prefato Johanne sic de facto presumpta auctoritate ipsius archiepiscopi confirmare seu admittere procuraret. Sicque postmodum per eundem episcopum, pretextu commissionis hujusmodi, electione predicta, ut dicitur, confirmata, prelibatus Johannes, adhuc predictis ligatus sententiis, et etiam excommunicatione quam in captione archiepiscopi supradicti, sicut premittitur, prestando auxilium et favorem, incurrerat, involutus, se fecit in presbyterum promoveri, nullaque super hoc absolutione vel dispensatione obtenta, in sede Trajectensi predicta jam per viginti annos et amplius presumptione dampnabili spiritualiter et temporaliter administrans, clericos Trajectensis civitatis et diocesis minus ydoneos ad sacros ordines et ad beneficia ecclesiastica, cum cura et sine cura, passim admittere non expavit. Decimam insuper Terre Sancte subsidio deputatam, et per collectores ipsius in predictis civitate ac diocesi tunc collectam, et in loco fratrum ordinis predicatorum Trajectensi nomine ecclesie romane depositam, fractis seris arche in qua dicta decima servabatur, per violentiam occupavit, eam secum temere asportando, propter quod in eum, quia decimam ipsam restituere seu de illa satisfactionem impendere debitam pertinaciter recusavit, excommunicationis sententia per apostolicam sedem extitit promulgata. Et nichilominus prefatus Johannes, premissis sententiis irretitus, divina celebrare officia, immo potius, quantum in eo est, prophanare presumit. Preterea castra et possessiones ac jura sedis et ecclesie Trajectensium predictarum nonnullis nobilibus et potentibus obligavit, ac alias bona earumdem sedis et ecclesie dilapidavit et dilapidare non desinit, tanquam in sensum reprobum deditus, adeo enormiter et consumit quod, nisi per ipsius apostolice sedis oportuna remedia eis celeriter succurratur, bona eadem ad exterminium collabentur extremum, et sub detestabili ejusdem Johannis exemplo peribit in predictis civitate ac diocesi religionis observantia clericalis, et locorum ecclesiasticorum prelati facultates eorum in usus convertendi nephario causam sument, in proprie ac aliorum salutis dispendium et sedis et ecclesie Trajectensium ac locorum ipsorum non modicum detrimentum. Nos itaque, nolentes premissa, si veritatis amminiculo foveantur, sub dissimilatione transire, ne ceteris ausum committendi similia subministrent, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus vos, vel duo aut unus vestrum, prefatum Johannem ex parte nostra peremptorie citare curetis, sibi nichilominus sub ammissionis juris et actionis cujuslibet, que in eadem Trajectensi ecclesia ei competere dinoscuntur, pena, quam eo ipso eum incurrere volumus, si vestris, immo potius nostris, non curaverit efficaciter obedire mandatis, districtius injungendo, ut infra quatuor menses post citationem vestram, cum omnibus munimentis et defensionibus suis, personaliter compareat coram nobis, meritorum suorum, prout justitia suadebit, condigna recepturus stipendia, et nostris per omnia beneplacitis pariturus. Si vero ad ejusdem Johannis presentiam, propter ipsius potentiam et malitiam, vel ad prefatam ecclesiam Trajectensem accedere secure forte non poteris vel nuntium destinare, vos in aliquo vel aliquibus vicinis et tutis locis ad hec competentibus, de quo vel quibus verisimiliter credi valeat vel presumi quod ea que gerentur ibidem ad ipsius Johannis possint notitiam pervenire, procedatis in hujusmodi citationis negotio juxta traditam vobis formam. Diem vero citationis et formam et quicquid super hoc duxeritis faciendum nobis per vestras litteras harum seriem continentes studeatis fideliter intimare. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, VIII kalendas februarii, anno secundo. »

1996 Sainte-Marie-Majeure, 13 décembre 1289.

Contentio inter archiepiscopum Cantuariensem et monasterium Fiscanense. (Reg. 44, c. 762, f. 281 r°. Lab. du Theil, II, 369.)

.. *officiali Ambianensi.* « Sua nobis dilecti filii .. abbas et conventus monasterii Fiscanensis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis Sancti Benedicti, Rothomagensis diocesis, petitione monstrarunt quod, eis dudum significantibus felicis recordationis Martino pape, predecessori nostro, quod iidem in causis que in-

ter ipsos, ex parte una, et venerabilem fratrem nostrum .. archiepiscopum Cantuariensem, ex altera, erant exorte super eo quod idem archiepiscopus in quibusdam ecclesiis quas dicti abbas et conventus in Cantuariensi provincia in proprios usus obtinent ad visitandum admitti et procurationes, ratione visitationis hujusmodi debitas, sibi ab ipsis ecclesiis exhiberi petebat, et super eo etiam quod ipsos fecerat coram se autoritate ordinaria ad judicium evocari, ostensuros quo jure ecclesiam seu decimas de Westhamgmar, quas canonice habent, in usus hujusmodi retinerent, contra tenorem privilegiorum apostolicorum, per que iidem abbas et conventus, cum omnibus ecclesiis et capellis ad ipsos et monasterium predictum spectantibus, ab omni jurisdictione ordinariorum quorumlibet sunt exempti, non poterant, propter potentiam ejusdem archiepiscopi, in regno Anglie justitiam obtinere, idem predecessor tibi causas hujusmodi duxit per suas sub certa forma litteras committendas. Cum autem tu in causis ipsis earumdem litterarum auctoritate procedere incepisses, prefatus archiepiscopus omnia bona que predicti abbas et conventus in regno predicto habent procuravit, ut dicitur, occasione hujusmodi, per laicalem potentiam arrestari. Quare iidem abbas et conventus nobis humiliter supplicarunt ut, cum eis valde dispendiosum existat, propter predictam archiepiscopi memorati potentiam, in illis partibus prosequi causas ipsas, eas revocare ad examen apostolicum dignaremur. Nos igitur dicto monasterio, utpote sedi apostolice immediate subjecto, in suo jure, juxta officii nostri debitum, favorabiliter assistere intendentes, qui sumus omnibus in justitia debitores, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus easdem causas in eo statu in quo sunt remittas ad ejusdem sedis examen, et nichilominus partes, per te vel per alium seu alios, ex parte nostra peremptorie citare procures ut infra competentem terminum, a te prefigendum eisdem, per procuratores ydoneos, cum omnibus actis, juribus et munimentis suis dictas causas contingentibus, apostolico se conspectui representent, facture et recepture super hiis quod ordo dictaverit rationis. Diem vero citationis et formam et quicquid inde feceris nobis per tuas litteras harum seriem continentes studeas fideliter intimare. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus decembris, anno secundo. »

1997 Sainte-Marie-Majeure, 23 décembre 1289.

Ordinatio hospitalis Sancti Andreae de Piscina de Urbe. [illegible]

Dilectis filiis .. magistro et fratribus hospitalis Sancti Antonii, Viennensis diocesis. « Superne dispositionis arbitrio ad exercendum universalis ecclesie regimen evocati, multa nimirum sollicitudine ducimur ut ecclesiastica et alia pia loca, et spetialiter pauperum deputata subsidiis, rectoribus committantur ydoneis gubernanda, ac in eis dictorum necessitatibus pauperum eo contingat habundantius subveniri quo illa prudentius et utilius dirigentur. Sane dudum curam hospitalis Sancti Andree de Piscina de Urbe, prope Sancte Marie Majoris ecclesiam constituti, dilecto filio nostro Jacobo, Sancte Marie in Via lata diacono cardinali, duximus committendam, qui, cure hujusmodi commisse sibi sollicitudinem debita diligentia prosequens, quia, statu hospitalis ejusdem diligenti examinatione discusso, comperit quod idem hospitale per eos qui tunc in ipso degebant non poterat utiliter gubernari, cupiens in spiritualibus et in temporalibus ipsius hospitalis utilitati consulere ac divinum cultum et hospitalitatem inibi ampliari, nobis exposuit et fideli assertione suggessit quod per fratres hospitalis vestri Sancti Antonii, Viennensis diocesis, hospitali prefato utiliter et salubriter consuli poterat in premissis, presertim cum bone memorie Petrus Capotia, Sancti Georgii ad Velum aureum diaconus cardinalis, hospitalis memorati Sancti Andree fundator, voluerit et in suo etiam, sicut asseritur, ordinaverit testamento fratres ejusdem hospitalis vestri Sancti Antonii ad dicti hospitalis Sancti Andree servitium deputari. Nos itaque, ad reformationem ipsius hospitalis Sancti Andree paterne sollicitudinis studio et salubre testatoris propositum benigno favore prosequi intendentes, volumus et auctoritate apostolica, prefati cardinalis Jacobi precibus inclinati, nichilominus ordinamus duodecim fratres predicti hospitalis vestri Sancti Antonii, annumerato inter eos uno ex ipsis ceteris ipsi hospitali Sancti Andree constituendo rectore, fore in perpetuum ad ejusdem hospitalis Sancti Andree ac pauperum in ipso degentium servitium deputandos, inibi continue moraturos, ac bonorum et jurium suorum omnium in spiritualibus et temporalibus, sub modis et conditionibus infrascriptis, curam et sollicitudinem habituros :

Videlicet ut prefatum hospitale Sancti Andree, cum bonis que nunc habet ac in posterum habere contigerit, immediate sit ecclesie romane subjectum, et quod illud teneatis et recognoscatis ab ipsa ecclesia vos tenere, quodque hospitale ipsum semper unum ex cardinalibus ejusdem ecclesie, quem Romanus Pontifex, qui pro tempore fuerit, in eo deputare curaverit, habeat in patronum, protectorem, defensorem, gubernatorem et etiam correctorem. Sed prefatus Jacobus cardinalis, reservata sibi plenarie commissione facta ei de hospitali

Sancti Andree predicto, et quilibet alius cardinalis, cui ejusdem hospitalis Sancti Andree patrocinium, ut predicitur, committetur, habeat et habere debeat institutionem, destitutionem, visitationem, correctionem et reformationem omnimodam, non solum rectorum, verum etiam fratrum hospitalis ejusdem quos ad ejus servitium contigerit deputari. Tuque, fili magister, et successores tui, qui pro tempore fuerint, hujusmodi rectores et fratres, juxta predictum numerum, de ipsius vestri hospitalis fratribus representare possitis et etiam debeatis, quotiens eidem cardinali patrono videbitur expedire, nichilominus remanente tibi et successoribus ipsis in eis obedientia consueta, salva auctoritate cardinalis ejusdem.

Preterea in hospitali predicto laudabilis et continua hospitalitas observetur, et divinum officium sollempniter celebretur ibidem, nec sit illud alicui censuale. Vestri autem ordinis fratres quos ad ipsum declinare contigerit benigne inibi recipiantur et caritative tractentur, prout in domibus vestri recipiuntur ordinis et tractantur.

In Urbe insuper romana curia existente, .. prior et fratres vestri ordinis curiam sequentes eandem, cum hospitali portatili et familia eorumdem, in dicto Sancti Andree hospitali benigne recipiantur, vite necessaria inibi percepturi, et tandiu habitationem in illo libere habituri quamdiu in ipsa Urbe curia eadem residebit.

In aliis etiam locis in quibus idem hospitale Sancti Andree possessiones habet et domos tantum habitationem habeant, eadem curia inibi residente, alias autem ipsius hospitalis bona pro priore fratribusque predictis curiam, ut premittitur, sequentibus memoratam ad partes alias nullatenus deferantur absque prefati cardinalis patroni licentia et beneplacito spetiali.

Ordinamus insuper et volumus ut, eisdem priore ac fratribus in hospitali Sancti Andree residentibus prelibato, elemosine et quecumque bona mobilia que tunc eidem hospitali portatili relinquentur, dabuntur, seu alias ad ipsum hospitale undecumque pervenerint, communibus personarum utriusque hospitalis usibus applicentur, ita quod in usus eosdem esculenta et poculenta que ipsis priori et fratribus de curia seu domo aut hospitio Romani Pontificis, seu alias undecumque, prefata romana curia in eadem Urbe morante, pervenerint convertantur.

Ordinamus etiam et volumus quod, si quando dicto cardinali videbitur quod per ordinis vestri personas prefatum hospitale Sancti Andree ac rectorem et fratres ipsius visitari, corrigi et reformari, seu in eo aliquam inquisitionem sive indagationem fieri expediat, vos personas ipsas, juxta petitionem seu optionem cardinalis ipsius, ad hujusmodi ministerium, prout, quando et quotiens ipsi cardinali placuerit, deputetis. Eedemque persone modum et formam quos idem cardinalis eis tradiderit, seu duxerit [tradendos], in predictis observent.

Ceterum quotiens pretactum hospitale Sancti Andree cardinali patrono destitui seu carere contigerit, rector a cardinali institutus eodem et fratres dicti hospitalis infra duorum mensium spatium postquam id ad notitiam pervenerit eorumdem apud summum pontificem teneantur instare suppliciter ut eis cardinalem alium benigne deputet in patronum, hujusmodi sollicite continuantes instantiam, prout comode poterunt, ut eorum petitio effectum celerem sortiatur. Rector autem ejusdem hospitalis Sancti Andree fratres in ipso degentes ad observantiam compellere valeat regularem, penaque condigna percellere culpas et transgressiones eorum, prout in prefati ordinis regula continetur. Nulli ergo etc. nostre ordinationis etc. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, x kalendas januarii, anno secundo. »

1998 Sainte-Marie-Majeure, 24 décembre 1289.

De eodem negotio. (Reg. 44, c. 764, f. 281 v°.)

Dilecto filio Jacobo, Sancte Marie in Via lata diacono cardinali, confirmat commissionem hospitalis Sancti Andreae.

« Ad statum prosperum... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, viii kalendas januarii, anno secundo. »

1999 Sainte-Marie-Majeure, 13 décembre 1289.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 765, f. 281 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Lincolniensi committit quatenus cum nobili viro Roberto de Chadesvurthe et Mangeria de Fulbek, Lincolniensis dioecesis, dispenset ut in matrimonio quod olim, ignorantes quondam Helenam dictam Delfen, priorem Roberti uxorem, eidem Mangeriae quarto consanguinitatis gradu conjunctam fuisse, contraxerunt, et in quo plures filios et filias procrearunt, remanere valeant.

« Petitio dilecti filii... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus decembris, anno secundo. »

2000 Sainte-Marie-Majeure, 13 janvier 1290.

Facultas reconciliandi per alios ecclesias et coemeteria. (Reg. 44, c. 766, f. 282 v°; Lat. in Theiner, II, 371.)

Venerabili fratri Symoni, archiepiscopo Bituricensi.

« Exigentibus tue devotionis... — Dat. Rome, apud

Sanctam Mariam Majorem, idibus januarii, anno secundo. »

2001 Sainte-Marie-Majeure, 22 janvier 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 767, f. 282 r°.)

Venerabili fratri .. patriarche Jerosolimitano mandat quatenus nobiles mulieres Fimiam et Ysabellem, filias et heredes quondam Baliani de Sydone, militis, et quondam Mariae de Gibelet, uxoris ejus, qui, ignorantes se quarto consanguinitatis graduconjunctos esse, matrimonium inter se contraxerunt et in hac ignorantia mortui sunt, legitimas esse declaret.

« Petitio dilectarum in... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XI kalendas februarii, anno secundo. »

2002 Sainte-Marie-Majeure, 28 janvier 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 768, f. 282 r°; Potth., 23169.)

Venerabili fratri .. episcopo Sancti Andree committit quatenus cum Riccardo, filio David, marescalli de Nudrif, et Agnete, filia Riccardi Siwart, militis, dispenset ut, licet quarto consanguinitatis gradu conjuncti sint, matrimonium contrahere valeant.

« Petitio dilecti filii... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, V kalendas februarii, anno secundo. »

2003 Sainte-Marie-Majeure, 29 janvier 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 769, f. 282 r°; Potth., 23175.)

.. *ministro fratrum ordinis minorum proventie Pennensis* mandat quatenus cum Petro quondam Riccardi de Aquaviva, milite, et Margareta, nata quondam Berardi de Rajano, dispenset, ut in matrimonio quod olim, ignorantes se quarto consanguinitatis gradu conjunctos esse, contraxerunt, remanere valeant.

« Petitio dilecti filii... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, IIII kalendas februarii, anno secundo. »

2004 Sainte-Marie-Majeure, 25 janvier 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 770, f. 282 v°; Potth., 23168.)

.. *guardiano ordinis fratrum minorum de Abillies, Ovetensis diocesis*, committit quatenus cum Roderico Martini et Elvira Roderici dispenset ut in matrimonio quod olim, ignorantes se quarto consanguinitatis gradu conjunctos esse, contraxerunt, et in quo plures filios procrearunt, remanere valeant.

« Petitio dilecti filii... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, VIII kalendas februarii, anno secundo. »

2005-2007 Sainte-Marie-Majeure, 11 décembre 1289.

Rodericus, ordinis minorum professor, Marrochitanae ecclesiae episcopus praeficitur. (Reg. 44, c. 771, f. 282 v°; Potth., 23138.)

Venerabili fratri Roderico, episcopo Marrochitano.

« Assumpti quamvis immeriti... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, III idus decembris, anno secundo. »

In e. m. clero Marrochitanae civitatis et dioecesis mandat quatenus eidem episcopo debitam obedientiam praebeat.

In e. m. populo christianorum per Marrochitanam civitatem et dioecesim constituto.

2008 Sainte-Marie-Majeure, 13 janvier 1290.

Ad solutionem debitorum monasterii Cerasiensis. (Reg. 44, c. 772, f. 283 r°; Lap. du Theil, II, 375.)

.. *abbati monasterii Sancte Trinitanis, Fiscanensis, et .. priori de Longavilla, Cluniacensis ordinis, Rothomagensis diocesium*, mandat quatenus universos redditus et proventus monasterii Cerasiensis, ordinis S. Benedicti, Bajocensis dioecesis, colligentes, abbati et conventui pro sustentatione eorum tenui portione servata, reliquum in solutionem debitorum ejusdem monasterii convertant, usuris omnimodo cessantibus, non permittentes abbatem et conventum interim ad aliam solutionem faciendam a creditoribus molestari.

« Lecta coram nobis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus januarii, anno secundo. »

2009 Sainte-Marie-Majeure, 19 janvier 1290.

Contra alienationem bonorum monasterii Cerasiensis. (Reg. 44, c. 773, f. 283 r°; Lap. du Theil, II, 373.)

.. *abbati et conventui monasterii Cerasiensis, ordinis S. Benedicti, Bajocensis diocesis.* « Devotionis vestre inducimur puritate ut jura monasterii vestri, quantum cum Deo possumus, vobis integra conservemus. Exhibita siquidem nobis vestra petitio continebat quod nonnulli priores et monachi conventualium et aliorum prioratuum monasterii vestri coram regibus, principibus, potestatibus et aliis judicibus, tam ecclesiasticis quam secularibus, super eisdem prioratibus, juribus et bonis ad prioratus ipsos spectantibus, abbate ipsius monasterii qui est pro tempore irrequisito, agere, respondere, litigare ac in judicium rem deducere, necnon ad census diversis personis concedere, permutare, obligare, distrahere ac alias alienare bona dictorum prioratuum ac mutuum contrahere, et alia etiam attemptare propria temeritate presumunt, in predictorum prioratuum, abbatis et monasterii non modicam lesionem, super quo a nobis salutare remedium adhiberi humiliter implorastis. Nos itaque, vestris supplicationibus inclinati, indempnitati monasterii predicti precavere volentes, ne de cetero ab eisdem prioribus et monachis talia vel similia presumantur auctoritate presentium districtius inhibemus. Decernentes irritum et inane si secus per eos fuerit attemptatum. Nulli ergo etc. nostre inhibitionis etc. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, xiiii kalendas februarii, anno secundo. »

2010 Sainte-Marie-Majeure, 19 janvier 1290.

Facultas reconciliandi per alium ecclesias et coemeteria. (Reg. 44, c. 774, f. 283 r°; Lap. du Theil, II, 374.)

Roberto, abbati monasterii Cerasiensis, ordinis S. Benedicti, Bajocensis diocesis.

« Meritis tue devotionis... — Dat. ut supra. »

2011 Sainte-Marie-Majeure, 31 janvier 1290.

Facultas benedicendi sacra ornamenta. (Reg. 44, c. 775, f. 283 r°.)

Radulpho, abbati monasterii de Sclolp, ordinis S. Benedicti, Caminensis diocesis, concedit ut sacerdotales vestes, altaris pallas et corporalia monasterii sui benedicere valeat.

« Ut apostolice sedi... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, ii kalendas februarii, anno secundo. »

2012 Rieti, 4 septembre 1289.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 776, f. 283 r°; Lap. du Theil, II, 377.)

Venerabili fratri .. episcopo Xanctonensi committit quatenus cum Eblo de Rupeforti, milite, et Alitia, nata quondam Goffridi de Thanay, militis, Xanctonensis dioecesis, dispenset ut in matrimonio quod olim, ignorantes affinitatem inter se esse, contraxerunt remanere valeant, licet quondam Aynordis, nata Theobaldi Chamilot, prior uxor Ebli, Alitiae quarto consanguinitatis gradu attineret.

« Sua nobis dilectus... — Dat. Reate, ii nonas septembris, anno secundo. »

2013 Sainte-Marie-Majeure, 7 janvier 1290.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 44, c. 777, f. 283 v°.)

Magistro Henrico, decano ecclesie Brixinensis, clerico et nuntio dilecti filii nobilis viri Alberti, ducis Austrie, carissimi in Christo filii nostri R., Romanorum regis illustris, primogeniti. Eum purgat ab omni macula ex eo contracta quod sine dispensatione decanatum ecclesiae Brixinensis una cum ecclesia parrochiali in Espenstorf, Pataviensis dioecesis, et parrochiali ecclesia in Matray, Salzeburgensis dioecesis, retinuit, dispensatque cum eo ut praedictum canonicatum, cujus proventus valorem duodecim marcharum argenti non excedunt, et ecclesiam in Matray retineat, dimissa ecclesia in Espenstorf.

« Vite laudabilis et... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, vii idus januarii, anno secundo. »

2014 Sainte-Marie-Majeure, 21 janvier 1290.

Facultas reconciliandi loca violata. (Reg. 44, c. 778, f. 283 v°.)

Stephano, abbati monasterii Montismajoris, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, Arelatensis diocesis. « Meruit sincera devotio... Indulgemus ut, si majorem monasterii tui, Beate Marie, Omnium Sanctorum, Sancte Crucis et Sancti Petri, infra septa ipsius monasterii constitutas, et Sancti Antonii, Viennensis diocesis, monasterio predicto subjectam, ecclesias et earum cimiteria per effusionem sanguinis vel seminis

contigerit violari, ea reconciliari possis, aqua, ut moris est, prius per loci diocesanum sollempniter benedicta. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XII kalendas februarii, anno secundo. »

2015-2016 Sainte-Marie-Majeure, 28 janvier 1290.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 779, f. 283 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam centum dierum concedit eis qui ecclesiam Sancti Nicolai de Setia, Terracinensis dioecesis, in festivitate S. Nicolai visitaverint.

« Sanctorum meritis inclita... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, V kalendas februarii, anno secundo. »

In e. m. pro ecclesia Sancti Petri de Setia, Terracinensis dioecesis.

2017-2024 Sainte-Marie-Majeure, 13 janvier 1290.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 779², f. 283 v°; Potth., 23160.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui ecclesiam .. guardiani et fratrum minorum Novariensem, in honorem S. Lucae constructam, in ejusdem sancti et S. Francisci festivitatibus visitaverint.

« Vite perempnis gloria... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus januarii, anno secundo. »

Sainte-Marie-Majeure, 31 janvier 1290.

In e. m. .. abbati et conventui monasterii Cerasiensis, ordinis S. Benedicti, Bajocensis dioecesis. Eandem indulgentiam concedit eis qui eorum ecclesiam, in honorem S. Petri apostoli et S. Vigoris constructam, in Assumptionis beatae Mariae et SS. Petri et Vigoris festivitatibus visitaverint. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, II kalendas februarii, anno secundo.

Sainte-Marie-Majeure, 1er février 1290.

In e. m. .. priori prioratus Sancti Martini de Duobus Gemellis, ordinis S. Benedicti, Bajocensis dioecesis. Eandem indulgentiam concedit eis qui altaria Beati Michaelis Archangeli et Sancti Ypoliti martyris in ecclesia praedicti prioratus sita in praedictorum sanctorum festivitatibus visitaverint.

« Splendor paterne glorie... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, kalendis februarii, anno secundo. »

Sainte-Marie-Majeure, 28 janvier 1290.

In e. m. universis Christi fidelibus. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam fratrum minorum Avinionensem, in qua multae sanctorum reliquiae conditae sunt, in Assumptionis beatae Mariae et S. Francisci festivitatibus visitaverint.

« Vite perempnis gloria... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, V kalendas februarii, anno secundo. » (Potth., 23172).

In e. m. pro ecclesia fratrum minorum Grassensi. (Potth., 23173).

In e. m. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sanctae Mariae de Mazeriis, Tholosanae dioecesis, in beatae Mariae festivitatibus visitaverint.

« Sanctorum meritis inclita... — Dat. ut supra. »

Sainte-Marie-Majeure, 5 février 1290.

In e. m. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam .. abbatissae et conventus monasterii de Bano, Cisterciensis ordinis, Terdonensis dioecesis, in honorem beatae Mariae constructam, in beatae Mariae, S. Johannis Baptistae et S. Stephani festivitatibus visitaverint.

« Vite perempnis gloria... — Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis februarii, anno secundo. »

Sainte-Marie-Majeure, 1er février 1290.

In e. m. .. abbati et capitulo saecularis ecclesiae Sancti Johannis Evangelistae de Sompnino, Terracinensis dioecesis. Eandem indulgentiam concedit eis qui hanc ecclesiam in S. Johannis Evangelistae et S. Johannis Baptistae festivitatibus visitaverint.

« Splendor paterne glorie... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, kalendis februarii, anno secundo. »

2025 Sainte-Marie-Majeure, 13 décembre 1289.

Facultas percipiendi redditus beneficiorum vacantium. (Reg. 44, c. 780, f. 284 r°.)

Venerabili fratri Roberto, Bathoniensi et Wellensi episcopo, crucesignato, qui, cum bellatorum comitiva, in primo generali passagio a sede apostolica statuendo, in Terrae Sanctae subsidium proficisci cupit, facultatem concedit percipiendi usque ad triennium fructus, redditus et proventus primi anni omnium personatuum, dignitatum et aliorum beneficiorum ecclesiasticorum quae in Bathoniensi et Wellensi civitatibus et dioecesi vacabunt.

« Meritis tue devotionis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus decembris, anno secundo. »

2026 Sainte-Marie-Majeure, 4 février 1290.

Venia crucesignatis concessa. (Reg. 44, c. 781, f. 284 r°.)

Nobili viro Georgio Makaluffo, civi Astensi, qui cum bellatorum comitiva contra Sarracenos proficisci cupit, et sociis ejus illam veniam elargitur quae transfretantibus in subsidium Terrae Sanctae in generali concilio concessa est. Indulget insuper ei et sociis ut, si quid de bonis Soldani et Sarracenorum eos acquirere contigerit, illud retinere possint.

« Ad felicem promotionem... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, II nonas februarii, anno secundo. »

2027 Sainte-Marie-Majeure, 31 janvier 1290.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 782, f. 284 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui ecclesiam monasterii Sancti Bartholomaei de Croplaudie, ordinis S. Benedicti, Lincolniensis dioecesis, in festo sancti Bartholomaei visitaverint.

« Ante thronum divine... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, II kalendas februarii, anno secundo. »

2028-2029 Sainte-Marie-Majeure, 28 janvier 1290.

De inquisitione. (Reg. 44, c. 783, f. 284 r°; Potth., 23170.)

Venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis et dilectis filiis universis abbatibus ac aliis ecclesiarum prelatis per Aquensem, Arelatensem et Ebredunensem provintias constitutis mandat ut inquisitoribus contra haereticos, christianos judaicos ritus sectantes et judaeos christianae fidei corruptores favorem et auxilium praebeant.

« Attendite fratres et... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, V kalendas februarii, anno secundo. »

In e. m. .. rectorem, barones, officiales et universos nobiles comitatus Venaysini ecclesiae romanae fideles rogat ut inquisitoribus in comitatu Venaysino auxilium praebeant.

« Inter innumerabiles sollicitudines... — Dat. ut supra. »

2030 Sainte-Marie-Majeure, 23 janvier 1290.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 784, f. 284 v°.)

Dilectis filiis .. abbati et conventui monasterii Sancti Pauli de Urbe. Indulgentiam concedit unius anni et XL dierum eis qui basilicam Sancti Pauli singulis anni diebus visitaverint; a dominica vero de Adventu usque ad primam dominicam post octavam Epyphaniae et a dominica Sexagesimae usque ad octavas Paschae, qualibet die, trium annorum et totitem quadragenarum; in singulis festivitatibus beatae Mariae, Sanctae Crucis, singulorum apostolorum et evangelistarum, Innocentumque et conversionis S. Pauli ac SS. Timothei, Celsi et Juliani, quorum corpora in eadem basilica requiescunt, ac anniversariis diebus consecrationis altaris ejusdem S. Timothei ac dedicationis basilicae Salvatoris, et in singulis diebus quibus statio in ipsa basilica ordinata est, duorum annorum et duarum quadragenarum.

« Fluenta doctrine que... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, X kalendas februarii, anno secundo. »

2031-2032 Sainte-Marie-Majeure, 31 janvier 1290.

Guido de Pesinis prioratui de Rodolio praeficitur. (Reg. 44, c. 785, f. 284 v°.)

Dilecto filio fratri Guidoni de Pesinis, Cluniacensis ordinis, priori de Rodolio, Meldensis diocesis, prioratum de Radolio (*sic*), ad collationem .. prioris prioratus de Caritate, Autisiodorensis dioecesis, praedicti ordinis, spectantem, per mortem Nicolai, nuper apud sedem apostolicam decessi, vacantem, confert, dummodo hic prioratum de Sancto Gelasio, praefati ordinis, Pictaviensis dioecesis, dimittat.

« Apostolice sedis providentia... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, II kalendas februarii, anno secundo. »

In e. m. .. abbati Claromontensis, .. archidiacono Eduensis et decano Belnensis, Eduensis dioecesis, ecclesiarum mandat ut Guidonem in corporalem possessionem prioratus de Rodolio inducant.

2033 Sainte-Marie-Majeure, 13 janvier 1290.

Ad solutionem debitorum monasterii Cerasiensis. (Reg. 44, c. 786, f. 285 r°.)

Roberto, abbati monasterii Cerasiensis, ordinis S. Benedicti, Bajocensis diocesis. « Tue devotionis merita promerentur ut in petitionibus tuis honestis favorem apostolicum te gaudeas invenisse. Sane petitio tua nobis exposita continebat quod nonnulli laici diversarum civitatum et diocesium ac provintiarum, qui a predecessoribus tuis ejus-

dem monasterii tui abbatibus, qui fuerunt pro tempore, multa extorserunt per usurariam pravitatem, asserentes te ac eosdem predecessores in nonnullis pecuniarum summis teneri eisdem, te super hujusmodi pecuniis multipliciter inquietant. Quare nobis humiliter supplicasti ut providere tibi et eidem monasterio super hoc misericorditer curaremus. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, auctoritate tibi presentium indulgemus ut de hujusmodi pecuniarum summis, in quibus forte teneris eisdem, deducere valeas sic extorta et ea dicti laici computare teneantur in sortem, ipsisque possis usuras denegare et repetere, si quas eis predecessores predicti solverunt, etiam si de solvendo eisdem laicis usuras ipsas vel aliqua alia in fraudem earum et non repetendis eisdem eis dicti predecessores suas vel aliquorum aliorum litteras vel instrumenta publica concesserunt et renuntiaverunt super hoc omnibus litteris apostolicis et indulgentiis impetratis et etiam impetrandis necnon juris auxilio canonici et civilis et exceptionibus quibuscumque. Per hoc autem quominus iidem creditores principalia debita, in quibus tu vel idem monasterium estis eis forsitan obligati, nullum eis volumus prejudicium generari. Nulli ergo etc. nostre concessionis etc. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus januarii, anno secundo. »

2034-2037 Sainte-Marie-Majeure, 5 février 1290.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 786², f. 285 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo et dilectis filiis capitulo Bobiensi. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui Bobiensem ecclesiam in beatae Mariae festivitatibus visitaverint.

« Licet is de... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis februarii, anno secundo. »

Sainte-Marie-Majeure, 5 février 1290.

In e. m. .. abbati et conventui monasterii Sancti Columbani Bobiensis, ordinis S. Benedicti. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam hujus monasterii in SS. Columbani et Petri festivitatibus visitaverint.

« Loca sanctorum omnium... — Dat. ut supra. »

Rieti, 28 août 1289.

In e. m. .. abbatissae et conventui monasterii Sanctae Mariae de Paradiso, prope Eugubium, ordinis S. Augustini. Indulgentiam centum dierum concedit eis qui hujus monasterii ecclesiam in beatae Mariae et S. Hermetis festivitatibus visitaverint. Dat. Reate, V kalendas septembris, anno secundo.

Rieti, 22 juin 1289.

In e. m. .. priorissae et conventui monasterii Beatae Mariae de Bono Consilio, per priorissam soliti gubernari, ordinis S. Benedicti, Andegavensis dioecesis. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam hujus monasterii in beatae Mariae festivitatibus visitaverint. Dat. Reate, X kalendas julii, anno secundo.

2038 Sainte-Marie-Majeure, 1er février 1290.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 44, c. 787, f. 285 v°.)

Magistro Guillelmo de Colubreriis, capellano nostro, preposito ecclesie Aquensis, indulget ut, una cum ecclesia de Brachio, Aquensis dioecesis, praeposituram Aquensis ecclesiae retinere valeat, eumque purgat a macula quam easdem ecclesiam et praeposituram et aliquanto tempore sacristiam ecclesiae Aquensis sine dispensatione detinens, contraxit.

« Benigno sunt tibi... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, kalendis februarii, anno secundo. »

2039 Sainte-Marie-Majeure, 5 février 1290.

Facultas conferendi beneficia. (Reg. 44, c. 787², f. 285 v°; Lap. du Theil, II, 372.)

Venerabili fratri Guidoni, episcopo Lingonensi, facultatem concedit faciendi recipi duas personas in ecclesia Lingonensi in canonicos et in fratres et providendi eis de praebendis non sacerdotalibus.

« Tuam volentes honorare... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis februarii, anno secundo. »

2040 Sainte-Marie-Majeure, 13 décembre 1289.

Ad solutionem debitorum Salamantinae ecclesiae. (Reg. 44, c. 788, f. 285 v°.)

Venerabili fratri P., episcopo Salamantino, indulget ut fructus, redditus, proventus et obventiones primi anni portionum, praebendarum, personatuum, dignitatum, praestimoniorum et aliorum beneficiorum ecclesiasticorum quae in ecclesiis Salamantinae dioecesis usque ad quinquennium vacabunt percipiat, convertendos in solutionem debitorum Salamantinae ecclesiae.

« Personam tuam eo... — Dat. Rome, apud Sanc-

tam Mariam Majorem, idibus decembris, anno secundo. »

2041 Sainte-Marie-Majeure, 13 janvier 1290.

Revocatio pensionum. (Reg. 44, c. 789, f. 285 v°.)

.. *abbati monasterii Sancte Trinitatis Fiscanensis et .. priori de Longavilla, Cluniacensis ordinis, Rothomagensis diocesis*, mandat quatenus nonnullas pensiones seu monachales praebendas, quas abbates monasterii Cerasiensis, ordinis S. Benedicti, Bajocensis dioecesis, praedecessores Roberti tunc abbatis, clericis saecularibus ac laicis concesserunt, revocet, si has pensiones monasterio damno esse putaverit.

« Ex parte dilecti... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus januarii, anno secundo. »

2042-2043 Sainte-Marie-Majeure, 19 janvier 1290.

Ad solutionem debitorum Cerasiensis monasterii. (Reg. 44, c. 790, f. 285 v°.)

R., abbati monasterii Cerasiensis, ordinis S. Benedicti, Bajocensis diocesis, indulget ut fructus, redditus et proventus primi anni omnium prioratuum, ecclesiarum et beneficiorum ecclesiasticorum, ad suam collationem vel praesentationem spectantium, quae usque ad triennium vacare contigerit, percipere possit, in solutionem debitorum monasterii convertendos.

« Circa quarumlibet ecclesiarum... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XIIII kalendas februarii, anno secundo. »

In e. m. .. abbati monasterii Sanctae Trinitatis Fiscanensis et .. priori de Longavilla, Rothomagensis dioecesis, mandat quatenus eidem abbati praedictos fructus et redditus integre ministrari faciant.

2044 Sainte-Marie-Majeure, 12 février 1290.

Facultas celebrandi officia in locis interdicto subjectis. (Reg. 44, c. 791, f. 286 r°.)

Venerabili fratri Petro, episcopo Aurelianensi.

« Inducti sinceritatis tue... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, II idus februarii, anno secundo. »

2045 Sainte-Marie-Majeure, 12 février 1290.

Facultas habendi altare portatile. (Reg. 44, c. 792, f. 286 r°.)

Eidem.

« Devotionis tue precibus... — Dat. ut supra. »

2046 Sainte-Marie-Majeure, 12 février 1290.

Reconciliatio locorum violatorum. (Reg. 44, c. 793, f. 286 r°.)

Eidem, qui saepe a sua dioecesi abest, concedit ut ecclesias et coemeteria suae dioecesis, effusione sanguinis vel seminis violata, per aliquem presbyterum in dignitate constitutum reconciliare possit. Praesentibus post quinquennium non valituris.

« Exigentibus tue devotionis... — Dat. ut supra. »

2047 Sainte-Marie-Majeure, 18 décembre 1289.

Ad correctionem monasterii monialium S. Benedicti, in suburbio civitatis Reginae siti. (Reg. 44, c. 794, f. 286 r°; Potth., 23145.)

Dilectis filiis .. abbati monasterii Sancti Prosperi et .. priori conventuali predicatorum ac .. guardiano minorum fratrum et .. priori conventuali Heremitarum ordinum Reginis.

« Cum ab omni... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XV kalendas januarii, anno secundo. »

2048 Sainte-Marie-Majeure, 15 février 1290.

Potestas Aesculanus ad sedem apostolicam citatur. (Reg. 44, c. 795, f. 286 v°; Potth., 23182.)

Nicolitto Nicolai, rectori ecclesie Sancti Laurentii de Pastina, Firmane diocesis, mandat quatenus Mutinum, potestatem civitatis Aesculanae, ejusque satellites citent ut, ob injurias monasterio Sanctae Mariae dominarum extra muros ejusdem civitatis, ordinis Sanctae Clarae, illatas, coram sede apostolica compareant.

« Ad audientiam nostram... — Dat Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XV kalendas martii, anno secundo. »

2049 Sainte-Marie-Majeure, 6 février 1290.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 796, f. 286 v°.)

Dilectis filiis .. electo et capitulo Sedunensibus. Indulgen-

tiam unius anni et XL dierum concedit eis qui Sedunensem ecclesiam, Beatae Mariae nomine insignitam, in hujus virginis ac SS. Petri apostoli, Johannis Baptistae et Theodori festivitatibus et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint.

« Excelsa super sidera... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, VIII idus februarii, anno secundo. »

2050 Sainte-Marie-Majeure, 31 janvier 1290.

Immunitates. (Reg. 44, c. 797, f. 286 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Senensi mandat quatenus communia et universitates civitatum, castrorum et locorum provinciae Tusciae, qui, « non attendentes quod laicis cujusvis provintie in clericos et personas ecclesiasticas nulla est attributa potestas, » .. priori et fratribus hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani in Tuscia et eorum colonis et hominibus tallias, collectas et alias exactiones, contra eorum privilegia, imposuerunt, compescat ut a talibus talliis et collectis abstineant. Praesentibus post quinquennium non valituris.

« Significarunt nobis dilecti.. — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, II kalendas februarii, anno secundo. »

2051 Sainte-Marie-Majeure, 7 février 1290.

Facultas audiendi divina officia in locis interdictis. (Reg. 44, c. 798, f. 286 v°.)

Nobili viro Henrico, lantgravio, domino Terre Hassie, ac dilecte in Christo filie nobili mulieri Mathildi, uxori ejus, indulget ut in locis ecclesiastico interdicto subjectis divina officia, a propriis capellanis celebrata, audire valeant. Praesentibus post quinquennium non valituris.

« Devotionis augmentum vobis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, VII idus februarii, anno secundo. »

2052 Sainte-Marie-Majeure, 7 février 1290.

Facultas eligendi proprium confessorem. (Reg. 44, c. 798², f. 286 v°.)

Eisdem, consideratione beatae Helisabeth, cujus Henricus, lantgravius, nepos est, concedit ut confessorem eligere possint. Praesentibus post quinquennium non valituris.

« Quia sicut originale... — Dat. ut supra. »

2053-2054 Sainte-Marie-Majeure, 25 janvier 1290.

Ad solutionem debitorum Sedunensis ecclesiae. (Reg. 44, c. 799, f. 287 r°.)

Dilecto filio Bonifatio, electo Sedunensi, fructus, redditus et proventus primi anni omnium beneficiorum ecclesiasticorum quae in Sedunensis civitatis et dioecesis ecclesiis usque ad quinquennium vacare contigerit, convertendos in solutionem debitorum ecclesiae Sedunensis, concedit.

« Circa curam quarumlibet... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, VIII kalendas februarii, anno secundo. »

In e. m. .. episcopo Augustensi mandat quatenus eidem electo hujusmodi redditus, fructus et proventus per quinquennium integre ministrari faciant. Dat. ut supra.

2055 Sainte-Marie-Majeure, 10 février 1290.

Facultas utendi pallio. (Reg. 44, c. 800, f. 287 r°.)

Venerabili fratri Nicolao, patriarche Jerosolimitano, apostolice sedis legato, indulget ut in ecclesiis infra suae legationis terminos constitutis pallio utatur diebus inferius expressis, videlicet : Nativitatis Domini et tribus diebus sequentibus, Circumcisionis et Epiphaniae, Purificationis, Annunciationis, Assumptionis et Nativitatis beatae Mariae, in dominica qua cantatur Letare Jerusalem et in diebus Palmarum, Coenae Domini, sancti Sabbati, Resurrectionis dominicae, cum tribus sequentibus, Inventionis et Exaltationis sanctae crucis, Ascensionis Domini et Pentecostes, cum die sequente, in festis SS. Johannis Baptistae, Petri et Pauli apostolorum, Commemorationis S. Pauli et Commemorationis omnium sanctorum, in anniversariis diebus dedicationum ecclesiarum Jerosolimitanarum et Acconensium, et quotiens ad episcoporum, monialium, ecclesiarum aut altarium consecrationes et clericos ordinandos in statutis temporibus eum sollempniter celebrare contigerit.

« Quamvis in concessione... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, IIII idus februarii, anno secundo. »

2056 Sainte-Marie-Majeure, 17 février 1290.

De pecunia subsidio Terrae Sanctae deputata. (Reg. 44, c. 801, f. 287 r°.)

Eidem facultatem concedit ut de pecunia decimae Ter-

rae Sanctae subsidio deputatae, vel quibuscumque aliis obventionibus dictae terrae debitis, quas infra suae legationis terminos poene quoslibet invenerit, pro expensis suis, annis singulis usque ad summam duorum millium librarum turonensium parvorum, per quinquennium percipere possit.

« Ex parte tua... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XIII kalendas martii, anno secundo. »

2057 Sainte-Marie-Majeure, 10 février 1290.

De matrimoniis in Terra Sancta contractis. (Reg. 44, c. 802, f. 287 r°.)

Eidem, propter paucitatem fidelium quae in partibus Terrae Sanctae sunt, facultatem concedit dispensandi cum decem ex nobilibus et aliis fidelibus infra suae legationis terminos constitutis, ut cum totidem mulieribus, e parentibus fidelibus procreatis, matrimonium contrahere valeant, et in contracto remanere, non obstante quarto consanguinitatis vel affinitatis gradu.

« Lecta coram nobis... — Dat. Rome ut supra, IIII idus februarii, anno secundo. »

2058 Sainte-Marie-Majeure, 10 février 1290.

Facultas dispensandi super defectu natalium. (Reg. 44, c. 803, f. 287 v°.)

Eidem facultatem concedit dispensandi cum clericis provinciarum suae legationis qui, non de adulterio vel incestu aut e regularibus vel presbyteris procreati, defectum tamen natalium patiantur, ut ad omnes ordines promoveri et ecclesiasticum beneficium recipere valeant.

« Gratus tui nominis... — Dat. ut supra. »

2059 Sainte-Marie-Majeure, 10 février 1290.

Facultas absolvendi. (Reg. 44, c. 803², f. 287 v°.)

Eidem facultatem concedit absolvendi religiosos et clericos saeculares provinciarum suae legationis qui, excommunicationis vinculo ligati, ordines susceperint vel in susceptis divina officia celebrarint.

« Gratus tui nominis... — Dat. ut supra. »

2060 Sainte-Marie-Majeure, 10 février 1290.

Immunitates. (Reg. 44, c. 804, f. 287 v°.)

Venerabili fratri Nicolao, patriarche Jerosolimitano, apostolice sedis legato, ac universis ecclesiarum prelatis ceterisque personis ecclesiasticis, tam religiosis quam secularibus, per Jerosolimitanum et Cypri regna et circumadjacentes insulas constitutis. « Vestris volentes indempnitatibus providere, ut de blado, vino, lana et aliis bonis vestris vel ecclesiarum vestrarum transvehendis vel portandis, ad usus vestros, per terram vel per mare, nulli pedagia, vinagia, roagia, vectigal et alias consuetudines, quocumque nomine censeantur, que pro hiis a secularibus exiguntur, prestare vel solvere teneamini, auctoritate vobis presentium indulgemus. Nulli ergo etc. nostre concessionis etc. Dat. ut supra. »

2061-2062 Sainte-Marie-Majeure, 13 février 1290.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 805, f. 287 r°.)

.. *rectori ecclesie Sancti Silvestri de Agello, Sabinensis diocesis*, indulgentiam concedit unius anni et XL dierum eis qui praedictam ecclesiam in festo S. Silvestri, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint.

« Sanctorum meritis inclita... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus februarii, anno secundo. »

In e. m. .. abbatissae et capitulo saecularis ecclesiae Sanctae Aldegundis Malbodiensis, Cameracensis dioecesis. Eandem indulgentiam concedit eis qui hanc ecclesiam in festo Sanctae Aldegundis et per octo dies sequentes visitaverint.

2063-2072 Sainte-Marie-Majeure, 5 février 1290.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 805², f. 287 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam de Castello Alboni, Spoletanae dioecesis, in honorem beatae Mariae constructam, in singulis hujus virginis et S. Nicolai confessoris festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint.

« Virga venustissima et... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis februarii, anno secundo. »

Sainte-Marie-Majeure, 28 janvier 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sanctae Trinitatis, Cathalaunensis dioece-

sis, in Sanctae Trinitatis et S. Nicolai confessoris festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint.

« Vite perempnis gloria... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, v kalendas februarii, anno secundo. »

Sainte-Marie-Majeure, 13 février 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam .. rectoris et fratrum hospitalis Sancti Lazari de Sambuco, Florentinae dioecesis, in festivitate S. Lazari et in quinta et sexta feriis majoris hebdomadae visitaverint.

« Splendor paterne glorie... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus februarii, anno secundo. »

Sainte-Marie-Majeure, 13 février 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam monasterii .. priorissae et conventus Sancti Leonardi de Suthberwyc, per priorissam soliti gubernari, ordinis S. Benedicti, Sancti Andreae dioecesis, in singulis beatae Mariae et S. Leonardi festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint.

« Vite perempnis gloria... — Dat. ut supra. » (*En marge*).

Sainte-Marie-Majeure, 13 février 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sanctae Genovefae parvae Parisiensem in festo hujus sanctae et per octo dies sequentes visitaverint. Dat. ut supra. (*Ibid.*).

Sainte-Marie-Majeure, 15 février 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sanctae Nutricis Remensem, in SS. Mauri martyris et Celsini confessoris, quorum corpora in eadem ecclesia requiescunt, festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint. Dat. ut supra, xv kalendas martii, anno secundo. (*Ibid.*).

Sainte-Marie-Majeure, 5 janvier 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit visitantibus ecclesiam Sancti Silvestri de Archioninis de Urbe in festo hujus sancti et per octo dies sequentes. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis januarii, anno secundo. (*Ibid.*).

Sainte-Marie-Majeure, 5 janvier 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit visitantibus ecclesiam Sancti Salvatoris de Beses, Lemovicensis dioecesis, « in qua de ligno vivifice crucis habetur, » in Sanctae Crucis festivitatibus et in die anniversario dedicationis ejusdem ecclesiae. Dat. ut supra (*Ibid.*).

Sainte-Marie-Majeure, 28 janvier 1290.

In. e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit visitantibus ecclesiam fratrum minorum de Massilia, in qua multae sanctorum reliquiae sunt, in Assumptionis beatae Mariae, apostolorum Petri et Pauli et S. Francisci festivitatibus et per octo dies sequentes. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, v kalendas februarii, anno secundo (*Ibid.*; Potth., 23171).

Sainte-Marie-Majeure, 5 février 1290.

In. e. m. capitulo saecularis ecclesiae Sancti Herasmi Verulanae. Eandem indulgentiam concedit visitantibus hanc ecclesiam in S. Herasmi et singulis beatae Mariae festivitatibus, per octo dies sequentes et anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis februarii, anno secundo (*Ibid.*).

2073-2074 Sainte-Marie-Majeure, 23 janvier 1290.

Ad ecclesiam Gratianopolitanam ampliandam. (Reg. 44, c. 806, f. 288 r°; Lap. du Theil, II, 389.)

Venerabili fratri Guillelmo, episcopo, et dilectis filiis capitulo Gratianopolitanis fructus, redditus et proventus primi anni omnium beneficiorum ecclesiasticorum quae usque ad triennium in civitate et dioecesi Gratianopolitana vacabunt, ad collationem vel praesentationem exemptorum non pertinentium, concedit, ad ecclesiam Gratianopolitanam ampliandam convertendos.

« Vestre devotionis merita... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, x kalendas februarii, anno secundo. »

In e. m. .. episcopo Vivariensis, .. praeposito Aurasicensis et Guidoni de Meosano, canonico Vapincensis ecclesiarum, mandat quatenus praedictos fructus, redditus et proventus per triennium eisdem episcopo et capitulo integre ministrari faciant.

« Devotionis merita... — Dat. ut supra. »

2075 Sainte-Marie-Majeure, 23 janvier 1290.

Facultas exercendi per alium jus visitationis. (Reg. 44, c. 807, f. 288 r°; Lap. du Theil, II, 390.)

Venerabili fratri Guillelmo, episcopo Gratianopolitano.

« Devotionis affectus quem... — Dat. ut supra. »

2076 Sainte-Marie-Majeure, 11 février 1290.

Contra Maynardum, ducem Carinthiae, et alios usurpatores Tridentinae ecclesiae. (Reg. 44, c. 808, f. 288 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Paduano et dilectis filiis .. abbati monasterii Sancti Benedicti de Padolyrono, ordinis S. Benedicti, Mantuane, et .. primicerio ecclesie Sancti Marci de Venetiis, Castellane diocesium. « Dudum nobis venerabili fratre nostro Philippo, Tridentino episcopo, exponente quod nobilis vir Maynardus, dux Carinthie, comes Tyrolensis, ac officiales sui et nonnulli alii barones, milites et alii laici illarum partium, non verentes extendere ad illicita manus suas, civitatem Tridentinam, in qua idem episcopus jurisdictionem obtinet temporalem, et nonnulla castra, villas, loca, valles, burgos, possessiones, redditus, jura, jurisdictiones, honores et alia bona quamplurima, ad ecclesiam Tridentinam et episcopum ipsum spectantia, contra justitiam occuparant et ea detinebant, ... vobis per nostras sub certa forma litteras dedimus in mandatis ut, si premissa veritatis aminiculo fulcirentur, ducem, officiales, barones et alios supradictos attente monere et inducere curaretis ut infra certum terminum super hoc a vobis prefigendum eisdem civitatem, castra, villas et alia bona predicta, cum fructibus perceptis ex eis, prefatis episcopo et ecclesie aut ipsorum procuratori eorum nomine integre restituere procurarent, alioquin ipsos ad id per censuram ecclesiasticam, summotto appellationis obstaculo, cogeretis, invocato ad hoc, si necesse fuerit, auxilio brachii secularis. Sed licet ad vos littere memorate pervenerint, variis tamen partis adverse subterfugiis, nullus per eas efficax habitus est processus... mandamus quatenus vos, aut duo vel unus vestrum... duci, officialibus, baronibus, militibus et aliis supradictis, sub amissionis feudorum, advocatiarum, honorum, jurisdictionum et aliorum bonorum quorumlibet, que ab eadem Tridentina et quibusvis aliis ecclesiis et personis ecclesiasticis, quocumque jure vel titulo, possidere seu tenere noscuntur, pena ,... si eorum secure poteritis adire presentiam, alioquin in locis aliquibus vel terris vicinis, coram clero et populo locorum ipsorum ad hoc spetialiter congregatis, ita quod dux, officiales et alii supradicti nullam juste possint excusationem pretendere, quod tale mandatum et processus in hac parte vestri non pervenerint ad eosdem, districtius injungatis ut civitatem, castra, villas, loca, valles et alia supradicta, cum fructibus perceptis ex eis, que ad prefatos episcopum et ecclesiam Tridentinam spectare noscuntur, infra certum terminum, quem eis ad hec duxeritis prefigendum, episcopo et ecclesie Tridentinis cum integritate restituant memoratis. Quod si forte ipsi; proprie salutis immemores, se in hac parte reddiderint contumaces, eos ex tunc auctoritate nostra predictis omnibus fore privatos in locis eisdem coram prefatis clero et populo convocatis ad hec spetialiter, quotiens expedire videritis, publice nuntietis et faciatis per alios nuntiari, illis ad quos feuda et alia premissa pertinent disponendi de eis libere, prout alias ad eos pertinere dinoscitur, potestatem liberam concedentes, vassallos insuper ac subditos ducis, baronum et militum predictorum a juramento fidelitatis et subjectione quibus eis astricti teneutur eadem auctoritate penitus absolvatis, predictis vassallis et subditis districte nichilominus inhibentes ne duci, baronibus et aliis antedictis tanquam eorum dominis obediant in aliquo vel intendant. Processuri nichilominus auctoritate prefata spiritualiter et temporaliter contra prenominatos ducem, barones et alios predictorum bonorum occupatores seu detentores ad penas alias graviores, prout protervitas eorum exegerit et videritis expedire... Volumus autem ut quod super premissis vos aut duo vel unus vestrum inveneritis et feceritis nobis per vestras... patentes litteras harum seriem continentes studeatis plenius intimare. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, III idus februarii; anno secundo. »

2077 Sainte-Marie-Majeure, 10 février 1290.

Facultas conferendi beneficia. (Reg. 44, c. 809, f. 288 v°.)

Venerabili fratri Nicolao, patriarche Jerosolimitano, apostolice sedis legato, facultatem concedit providendi decem clericis sibi obsequentibus in ecclesiis suae legationis de singulo ecclesiastico beneficio, faciendi eos in ecclesiis in quibus eis providerit, si collegiatae fuerint, recipi in canonicos et in fratres, et contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendi.

« Ut eo gratior... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, IIII idus februarii, anno secundo. »

2078 Sainte-Marie-Majeure, 13 février 1290.

Facultas exercendi per vicarium jus visitationis. (Reg. 44, c. 810, f. 288 v°; Lap. du Theil, II, 391.)

Venerabili fratri Petro, archiepiscopo Remensi.

« Merita sincere tue... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus februarii, anno secundo. »

2079 Sainte-Marie-Majeure, 5 février 1290.

Eadem facultas. (Reg. 44, c. 811, f. 288 v°; Lap. du Theil, II, 393.)

Venerabili fratri Gitberto, episcopo Lemovicensi.

« Promerente tue devotionis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis februarii, anno secundo. »

2080-2081 Sainte-Marie-Majeure, 18 février 1290.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 812, f. 289 r°.)

Universis Christi fidelibus per Spoletanam, Camerinensem et Esculanam civitates et dioceses constitutis. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui .. magistro et fratribus hospitalis leprosorum Sancti Lazari de Vallencellis, Spoletanae dioecesis, caritatis manum porrexerint.

« Quoniam ut ait... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, xii kalendas martii, anno secundo. »

In. e. m. universis Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam praedicti hospitalis in festo S. Lazari et per octo dies sequentes visitaverint.

« Licet is de... — Dat. ut supra. »

2082 Sainte-Marie-Majeure, 13 février 1290.

Cessio Egidii, episcopi Valvensis. (Reg. 44, c. 813, f. 289 r°.)

Venerabili fratri Egidio, episcopo quondam Valvensi, sequentes litteras confirmat:

« Universis presentes litteras inspecturis, Gerardus, » miseratione divina episcopus Sabinensis, salutem in » Domino. Universitati vestre tenore presentium aperi- » mus quod religiosus vir frater Egidius, olim episcopus » Valvensis, in nostra cessit presentia constitutus, cujus » spontaneam cessionem, de mandato sanctissimi patris » et domini nostri domni Nicolai, divina providentia » pape IIII, nobis facto oraculo vive vocis, duximus ad- » mittendam, episcopali dignitate sibi de plena ipsius » domini pape conscientia reservata. In cujus rei testimo- » nium presentes litteras fieri fecimus, sigilli nostri muni- » mine roboratas. Dat. Reate, anno Domini m.cc.lxxxviiii, » secunde indictionis, die xxiii mensis septembris, ponti- » ficatus domni Nicolai pape IIII anno secundo. »

« Petitio tua nobis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus februarii, anno secundo. »

2083 Sainte-Marie-Majeure, 1er février 1290.

Facultas exercendi per alium, propter corporis debilitatem, per quinquennium, jus visitationis. (Reg. 44, c. 814, f. 289 r°.)

Venerabili fratri Miloni, episcopo Suessionensi.

« Cum sicut accepimus... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, kalendis februarii, anno secundo. »

2084 Sainte-Marie-Majeure, 5 février 1290.

Privilegium jurisdictionis. (Reg. 44, c. 815, f. 289 r°.)

Guillelmo Languscelli, civi Nemausensi. Ei, qui olim, tunc senescallo ecclesiae romanae in Venesino comitatu, ad defendenda ecclesiae jura, contra nonnullos harum partium cives processus plurimos fecit, indulget, quamdiu coram papa vel rectore comitatus Venesini conquerentibus justitiae plenitudinem exhibere paratus fuerit, super hiis quae ut senescallus gessit coram aliquo judice ecclesiastico vel saeculari, etiam a sede apostolica delegato, conveniri nequeat.

« Devotionis affectus et... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis februarii, anno secundo. »

2085-2086 Sainte-Marie-Majeure, 28 janvier 1290.

Guillelmus monasterio Cluniacensi abbas praeficitur. (Reg. 44, c. 816, f. 289 v°.)

Guillelmo, abbati monasterii Cluniacensis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis. Electionem ejus, tunc prioris prioratus de Condamina, Cluniacensis ordinis, Gebennensis dioecesis, ad abbatiam monasterii Cluniacensis, per mortem Y. vacantis, confirmat.

« Onerosa pastoralis officii... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, v kalendas februarii, anno secundo. »

In. e. m. .. priori et conventui monasterii Cluniacensis mandat quatenus Guillelmo abbati debitam obedientiam praebeant.

2087 Sainte-Marie-Majeure, 13 février 1290.

De contentione inter episcopum et capitulum Cenomanenses. (Reg. 44, c. 817, f. 289 v°; Lap. du Theil, II, 395.)

Venerabilibus fratribus .. Constantiensi .. Sagiensi et .. Andegavensi episcopis mandat quatenus litem inter episcopum Cenomanensem, ex parte una, et .. decanum, ca-

pitulum, cappellanos et rectores civitatis et dioecesis Cenomanensis, ex altera, infra duorum mensium spatium a receptione praesentium terminent. Si vero ad concordiam partes adducere non possint, episcopum, duos clericos in dignitatibus vel personatibus constitutos ac duos canonicos residentes in eadem ecclesia citent ut infra tres menses a die citationis numerandos coram sede apostolica compareant.

« Angit cor nostrum... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus februarii, anno secundo. »

2088 Sainte-Marie-Majeure, 5 décembre 1289.

Contra clandestina matrimonia. (Reg. 44, c. 818, f. 290 r°; Lap. du Theil, II, 399.)

Venerabili fratri .. episcopo Petragoricensi. « Ex parte venerabilis fratris nostri Raymundi, episcopi Caturcensis, fuit propositum coram nobis quod nonnulli religiosi exempti sue civitatis et diocesis nonnunquam viros et mulieres earumdem civitatis et diocesis in eorum ecclesiis et capellis admittunt ad clandestina matrimonia contrahenda, faciendo ipsis taliter contrahentibus missarum sollemnia celebrari contra canonicas sanctiones, sicque frequenter contingit quod tales in gradibus prohibitis aliasque illicite per contractus hujusmodi conjunguntur, in suarum dispendium animarum et scandalum plurimorum. Quare pro parte ipsius episcopi fuit nobis humiliter supplicatum ut providere super hoc de salubri remedio paterna sollicitudine curaremus. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus, si est ita, ex parte nostra districtius inhibere procures ne de cetero per eosdem religiosos talia presumantur, eos qui contra fecerint juxta sanctiones hujusmodi puniendo. Presentibus post quinquennium minime valituris. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis decembris, anno secundo. »

2089 Sainte-Marie-Majeure, 18 janvier 1290.

Immunitas. (Reg. 44, c. 819, f. 290 r°.)

Venerabili fratri Petro, episcopo Aurelianensi, indulget ut nullus delegatus vel subdelegatus ab eo executor seu conservator auctoritate sedis apostolicae vel legatorum ejus in eum excommunicationis aut interdicti sententiam promulgare possit.

« Tue pacis querentes... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, xv kalendas februarii, anno secundo. »

2090 Sainte-Marie-Majeure, 9 février 1290.

Facultas absolvendi. (Reg. 44, c. 820, f. 290 r°.)

Venerabili fratri Alberto, episcopo Yporiensi, facultatem concedit absolvendi clericos suae civitatis et dioecesis, qui excommunicationis sententias, auctoritate constitutionum, legatorum aut nuntiorum sedis apostolicae generaliter promulgatas, incurrerint, et dispensandi cum eis qui sic legati divina celebrarint aut se ad sacros ordines promoveri fecerint.

« Merita tue devotionis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, v idus februarii, anno secundo. »

2091-2092 Sainte-Marie-Majeure, 10 février 1290.

Dispensatio residentiae. (Reg. 44, c. 821, f. 290 r°.)

Venerabili fratri Nicolao, patriarche Jerosolimitano, apostolice sedis legato, indulget ut clerici ejus domestici, commensales, praesentes et posteri, ejus obsequiis insistentes, quamdiu eum in partibus suae legationis demorari contigerit, fructus, redditus et proventus beneficiorum suorum ecclesiasticorum integre percipere valeant.

« Gratus nominis tui... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, iiii idus februarii, anno secundo. »

In e. m. .. Sanctae Genovefae Parisiensis et .. Sanctae Mariae de Latina Jerosolimitani monasteriorum abbatibus et .. archipresbytero ecclesiae de Colle, Vulteranae dioecesis, mandat quatenus eisdem clericis praefatos fructus, redditus et proventus ministrari faciant.

« Gratus venerabilis fratris... — Dat. ut supra. »

2093 Sainte-Marie-Majeure, 10 février 1290.

Exemptio decimarum. (Reg. 44, c. 822, f. 290 v°.)

Eidem patriarche indulget ut de possessionibus Jerosolimitanae ecclesiae in regno Cypri nulli decimas usque ad quinquennium solvere teneatur, sed eas in subsidium expensarum suarum convertere libere valeat.

« Quia propter necessitates... — Dat. ut supra. »

2094 Sainte-Marie-Majeure, 13 février 1290.

Concessiones. (Reg. 44, c. 823, f. 290 v°.)

Eidem. Declarat concessiones ei specialiter factas non

derogare eis quae ei ratione legationis seu jurisdictionis ordinariae competunt.

« Cum nos tibi... — Dat. Rome ut supra, idibus februarii, anno secundo. »

2095 Sainte-Marie-Majeure, 21 février 1290.

Inquisitionis officium. (Reg. 44, c. 824, f. 290 v°; Potth., 23188.)

Eidem mandat ut in terris suae legationis inquisitores haereticae pravitatis instituat.

« Ad extirpandam ubilibet... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, viii kalendas martii, anno secundo. »

2096 Sainte-Marie-Majeure, 13 février 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 825, f. 290 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Leodiensi mandat quatenus cum Henrico dicto Liefkint et Alleydi de Dist, Leodiensis dioecesis, dispenset ut in matrimonio quod olim, ignorantes quondam Mariam Lodvici, priorem Henrici uxorem, Alleydi quarto consanguinitatis gradu conjunctam fuisse, contraxerunt et in quo plures filios procrearunt remanere valeant.

« Petitio dilecti filii... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus februarii, anno secundo. »

2097 Sainte-Marie-Majeure, 15 février 1290.

Contra eos qui monasterium Montis Fani molestant. (Reg. 44, c. 826, f. 290 v°.)

Venerabili fratri L., Ostiensi et Velletrensi episcopo, mandat quatenus, si sibi, post inquisitionem de plano, sine strepitu et figura judicii factam, constiterit veram esse petitionem .. prioris et conventus monasterii heremi Montis Fani, ordinis S. Benedicti, Camerinensis dioecesis, continentem « quod nonnulle persone, tam ecclesiastice quam seculares, domos, terras, possessiones aliaque bona ad predictum heremum et alia monasteria et prioratus eidem monasterio Montis Fani subjecta spectantia indebite occupant... personas predictas quod ecclesias, domos, terras, possessiones et alia bona premissa sic occupata, heremo, monasteriis et prioratibus predictis restituant et de ceteris violentiis et injuriis illatis eisdem satisfaciant competenter » compellat; contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescat, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio bracchii saecularis.

« Regis pacifici qui... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, xv kalendas martii, anno secundo. »

2098 Sainte-Marie-Majeure, 20 février 1290.

Licentia audiendi officia tempore interdicti. (Reg. 44, c. 827, f. 291 r°; Potth., 23187.)

.. *magistro et fratribus hospitalis leprosorum Sancti Lazari de Vallencellis, Spoletane diocesis.*

« Devotionis vestre precibus... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, x kalendas martii, anno secundo. »

2099 Sainte-Marie-Majeure, 10 février 1290.

Facultas absolvendi. (Reg. 44, c. 828, f. 291 r°.)

Nicolao, patriarche Jerosolimitano, apostolice sedis legato, facultatem concedit absolvendi omnes clericorum occisores, tam infra suae legationis terminos consistentes quam accedentes undecumque in subsidium Terrae Sanctae, ab excommunicationis sententia.

« Intendentes sollicite ad... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, iiii idus februarii, anno secundo. »

2100 Sainte-Marie-Majeure, 10 février 1290.

Facultas conferendi beneficia. (Reg. 44, c. 829, f. 291 r°.)

Eidem concedit ut omnia ecclesiastica beneficia quae in provinciis suae legationis tanto tempore jam vacarint quod eorum collatio ad sedem apostolicam, juxta Lateranensis concilii statuta, legitime devoluta sit, personis idoneis conferat et assignet.

« Ut operum exhibitione... — Dat. ut supra. »

2101 Sainte-Marie-Majeure, 15 février 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 830, f. 291 r°.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Toletano mandat quatenus cum nobili viro Lupo Martini et nobili muliere Terasia Alfonsi, civibus Toletanis, dispenset ut in matrimonio quod olim, ignorantes se quarta consanguinitatis

linea conjunctos esse, contraxerunt et in quo plures filios procrearunt remanere valeant. Idem archiepiscopus eis, noto hoc impedimento, cohabitationem, sub excommunicationis poena, interdicerat.

« Petitio dilecti filii... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, xv kalendas martii, anno secundo. »

2102-2103 Sainte-Marie-Majeure, 11 février 1290.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 831, f. 291 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam xl dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui cappellam hospitalis de Granceyo, Lingonensis dioecesis, in honorem beati Johannis Baptistae constructam, in singulis beatae Mariae et SS. Johannis, Petri et Pauli festivitatibus visitaverint.

« Licet is de... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, iii idus februarii, anno secundo. »

Sainte-Marie-Majeure, 23 janvier 1290.

In e. m. eisdem. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit eis qui ecclesiam Belvacensem, in honorem beati Petri fundatam, in singulis beatae Mariae et SS. Petri, Justi martyris, Geremari et Ebrulphi confessorum, quorum corpora inibi requiescunt, ac S. Matthaei Evangelistae, cujus caput in eadem ecclesia est, festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint.

« Loca sanctorum omnium... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, x kalendas februarii, anno secundo. »

2104 Sainte-Marie-Majeure, 13 février 1290.

Erectio ecclesiae in castro de Sablolio et translatio prioratus ejusdem castri. (Reg. 44, c. 832, f. 291 v°.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Turonensi. « Petitio dilecti filii nobilis viri Mauricii, de Crodonio et de Sablolio, Cenomanensis et Andegavensis diocesium, castrorum domini, nobis exhibita continebat quod infra murale ipsius castri de Sablolio est quidam prioratus, subjectus majori monasterio Turonensi, et infra antemurale castri prefati parrochialis ecclesia, tibi metropolitico jure subjecta, ad quam parrochiani ejusdem, propter loci distantiam et difficultatem ingressus, comode accedere nequeunt pro audiendis divinis officiis et recipiendis ecclesiasticis sacramentis. Quare predictus nobilis nobis humiliter supplicavit ut, cum prior dicti prioratus ad prefatam ecclesiam cupiat se transferre, dicto nobili erigendi et faciendi in villa predicti castri, in loco decenti et congruo, parrochialem ecclesiam competentem, dictoque priori transferendi se ac prioratum ipsum ad ecclesiam memoratam licentiam concedere dignaremur. Nos itaque, volentes tibi in hac parte deferre, cum venerabilis frater noster .. Cenomanensis episcopus esse dicatur ipsius nobilis inimicus, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus, vocatis qui fuerint evocandi, si tibi constiterit ita esse, tam nobili quam priori predictis, si expedire videris, et eorum quibus exinde posset generari prejudicium ad id accedat assensus, auctoritate nostra postulata concedas. Proviso quod capella predicti prioratus debitis obsequiis non fraudetur. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus februarii, anno secundo. »

2105 Sainte-Marie-Majeure, 13 février 1290.

Mandat ut antiquae conventiones inter archiepiscopatum Cantuariensem et hospitalia de Herbaldon et de Northgates restituantur. (Reg. 44, c. 832², f. 291 v°.)

Magistro Giffrido de Vezano, canonico Cameracensi, nuntio nostro in Anglia. « Significavit nobis venerabilis... Olim de Herbaldon leprosorum et de Northgates pauperum hospitalia, Cantuariensis diocesis, pro sustentatione infirmorum et pauperum ipsorum hospitalium, ducentas et quadraginta marcas sterlingorum, ex antiqua consuetudine super hoc habita, de camera Cantuariensis archiepiscopi, qui erat pro tempore, consueverunt percipere annuatim, et tam beati Thome quam aliorum archiepiscoporum Cantuariensium, successorum ipsius beati Thome, tempore, usque ad bone memorie R., Portuensem episcopum, tunc Cantuariensem archiepiscopum, immediatum predecessorem ipsius J., continue perceperunt. Sed idem Robertus, adhuc Cantuariensis ecclesie regimini presidens, ut cameram suam ab onere prestationis hujusmodi liberaret, ecclesiam de Recolure, ejusdem diocesis, ad liberam collationem Cantuariensis archiepiscopi pertinentem, in proprios usus ipsis hospitalibus in compensatione dicte quantitatis, sui capituli ad hoc procurato consensu, pro sua voluntate concessit, in ecclesie ac hospitalium predictorum grave prejudicium et jacturam... Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus februarii, anno secundo. »

2106 Sainte-Marie-Majeure, 1er février 1290.

De contentione inter monasterium Mansi Asilis et executores testamenti Tholosani episcopi. (Reg. 44, c. 833, f. 292 r°.)

.. abbati monasterii de Elnis, Cisterciensis ordinis, Tho-

losane diocesis. « Significarunt nobis dilecti filii .. abbas et conventus monasterii Mansi Asilis, ordinis S. Benedicti, Tholosane diocesis, quod olim, monasterio ipso per mortem quondam A., abbatis monasterii predicti, vacante, bone memorie B., Tholosanus episcopus, quandam auri et argenti ac pecunie quantitatem, lapides pretiosos et alia bona ejusdem monasterii, que idem A. abbas penes priorem et conventum domus fratrum predicatorum Tholosane, suo et predicti monasterii nomine, deposuerat, contra justitiam, pro sue voluntatis libito, ocupavit ac postmodum per quondam Guillelmum Petri, promotum in abbatem monasterii prelibati, tradi sibi quandam auri et argenti et pecunie quantitatem dicti monasterii indebite procuravit, monachis ejusdem monasterii seu majori parte ipsorum contradicentibus et invitis, in ipsius monasterii non modicam lesionem. Et licet idem episcopus testandi sive disponendi de bonis mobilibus ecclesie Tholosane in sua ultima voluntate liberam habuit a sede apostolica facultatem, [et] omnibus quibus in aliquo tenebatur satisfieri seu restitui omnia que illicite acquisiverat, per manus fratri nostri Hugonis, episcopi, tunc canonici, Vitalis, prepositi, ac magistri Pontii Blancardi, canonici Tholosanorum, ac Jordani de Insula, militis, Tholosane diocesis, quos executores sui constituit testamenti, precepit in eadem ultima voluntate, iidem tamen executores aurum, argentum, pecuniam et alia prelibata dictis abbati et conventui restituere sive de illis satisfacere indebite contradicunt, licet ad id bona mobilia que idem B. episcopus, ad dictam ecclesiam spectantia, eisdem executoribus ad exequendum hujusmodi suam ultimam voluntatem assignavit, sufficere dinoscantur. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus predictos executores ex parte nostra moneas et inducas ut infra quindecim dies post monitionem tuam dictis abbati et conventui super premissis debitam satisfactionem impendant, alioquin ex tunc, si tibi summarie, de plano et sine strepitu judicii constiterit de premissis, predictos executores ad id auctoritate nostra, appellatione remota, compellas... Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, kalendis februarii, anno secundo. »

2107 Sainte-Marie-Majeure, 21 février 1290.

Provisiones. (Reg. 44, c. 834, f. 292 r°.)

Venerabili fratri B., episcopo Penestrino, apostolice sedis legato, ac .. Neapolitano et .. Salernitano archiepiscopis mandat quatenus Accurso de Passitano, presbytero, Amalfitanae dioecesis, ab abbatibus monasteriorum de Cava, Salernitanae dioecesis, Sancti Benedicti Salernitani, Sancti Petri ad Aram Neapolitani et Sancti Laurentii de Aversa quaternas uncias auri, annis singulis, quoad vixerit, assignari faciant.

« Merita probitatis dilecti... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, VIIII kalendas martii, anno secundo. »

2108 Sainte-Marie-Majeure, 13 février 1290.

Mutatio possessionum Lateranensis ecclesiae. (Reg. 44, c. 834², f. 292 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Esino mandat quatenus, si ita viderit expedire, .. priori et capitulo ecclesiae Lateranensis, ordinis S. Augustini, licentiam postulatam tribuat commutandi castrum Frascati et ejus modicum tenimentum cum casalibus et possessionibus aliis.

« Ex parte dilectorum... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus februarii, anno secundo. »

2109 Sainte-Marie-Majeure, 15 février 1290.

Collatio beneficii. (Reg. 44, c. 835, f. 292 r°.)

Magistro Johanni de Vaissongnia, capellano nostro, archidiacono Flandrensi et canonico ecclesie Morinensis. Ei, cui canonicatus cum praebenda, nulli alio debitus, in ecclesia Morinensi reservatus erat, archidiaconatum Flandrensem in ecclesia Morinensi, per mortem Johannis de Fieffes vacantem, et per mortem Riccardi, notarii papae, cui reservatus erat, liberum, confert.

« Grandis devotionis affectus... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XV kalendas martii, anno secundo. »

2110 Sainte-Marie-Majeure, 18 février 1290.

Immunitas. (Reg. 44, c. 836, f. 292 v°.)

.. *abbati et conventui monasterii Sancti Anastasii de Urbe, Cisterciensis ordinis*, ad instar Innocentii IIII, indulget ut per litteras apostolicae sedis et legatorum ejus ad receptionem et provisionem alicujus in pensionibus seu beneficiis ecclesiasticis minime teneantur.

« Vestre meritis religionis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XII kalendas martii, anno secundo. »

2111 Sainte-Marie-Majeure, 9 février 1290.

Provisiones patriarchae Gradensi concessae. (Reg. 44, c. 837, f. 292 v°.)

.. *Paduano et .. Ferrariensi episcopis* mandat quatenus Laurentio, patriarchae Gradensi, cujus fructus, redditus et proventus, amissa civitate Constantinopolitana, multo diminuti sunt, annis singulis, usque ad quinquennium, ab omnibus ecclesiis, monasteriis aliisque locis religiosis non exemptis patriarchatus Gradensis provisionem congruam exhiberi faciant.

« Habet assertio venerabilis.... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, v idus februarii, anno secundo. »

2112 Sainte-Marie-Majeure, 20 février 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 838, f. 292 v°; Potth., 23186.)

.. *guardiano fratrum ordinis minorum de Castro Rodulfi, Bituricensis diocesis*, committit quatenus cum nobili viro Raulino de Pacat, domicello, et nobili muliere Guiotta de Bualeto, Lemovicensis dioecesis, dispenset ut in matrimonio quod olim, ignorantes se quarto consanguinitatis gradu conjunctos esse, contraxerunt, et in quo plures filios procrearunt, remanere valeant.

« Petitio dilecti filii... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, x kalendas martii, anno secundo. »

2113 Sainte-Marie-Majeure, 18 février 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 838², f. 293 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Parisiensi mandat quatenus cum Johanne, domicello, filio quondam Guarteri dicti Bertans (1), domini de Maclinia, nepote Guillelmi dicti Bertons, praepositi ecclesiae de Lovanio, patrui ejus, ac Blancha, nata nobilis viri Godefridi, domini de Aroscot, Leodiensis dioecesis, dispenset ut, licet quarto consanguinitatis gradu conjuncti et infra aetatem legitimam sint, matrimonium contrahere valeant.

« Petitio dilectorum filiorum... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, xii kalendas martii, anno secundo. »

1 Ecrit aussi *Bertons*.

2114 Sainte-Marie-Majeure, 9 février 1290.

Ad solutionem decimae ecclesiasticae pro negotio Aragoniae regi Franciae concessae. (Reg. 44, c. 839, f. 293 r°.)

Venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Rothomagensi et .. episcopo Autisiodorensi. « Cupientes ut negotium Aragonie, quod est romane ecclesie spetiale, quodque carissimus in Christo filius noster Philippus, rex Francorum illustris, paterna vestigia laudabiliter imitans, ferventer assumpsisse dinoscitur, illud, actore Domino, prosecuturus viriliter et potenter, votivum sortiatur effectum, decimam omnium ecclesiasticorum proventuum regni sui, ac in Lugdunensi, Viennensi et Bisuntina provintiis, et in Cameracensi, Leodiensi, Metensi, Virdunensi et Tullensi civitatibus et diocesibus, dicto regi, pro ejusdem prosecutione negotii, per certi temporis spatium, duximus concedendam, prout in nostris litteris super hoc confectis plenius et seriosius continetur, vobis per alias nostras litteras super colligenda predicta decima executoribus deputatis. Verum nuper mirantes audivimus quod venerabiles fratres nostri .. Viennensis et .. Bisuntinus archiepiscopi, ac .. Cameracensis .. Leodiensis .. Metensis et .. Tullensis episcopi, et Lugdunensis, Viennensis, Bisuntine, Cameracensis, Leodiensis, Metensis, Virdunensis et Tullensis ecclesiarum capitula, clerus quoque Lugdunensis, Viennensis, Bisuntine, Cameracensis, Leodiensis, Metensis, Virdunensis et Tullensis civitatum et diocesium predictarum, necnon earumdem Lugdunensis et Virdunensis ecclesiarum procuratores, non attendentes quod predictum negotium est, ut predicitur, spetiale romane ecclesie supradicte, hujusmodi decimam suorum proventuum eidem regi, quibusdam causis seu occasionibus frivolis adinventis, indebite denegant exhibere, ad apostolicam sedem propter hoc, ut dicitur, appellando. Cum itaque nostre omnino intentionis existat ut prefato regi, juxta concessionis nostre tenorem, predicta decima integre persolvatur, fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus quatenus vos, vel alter vestrum, per vos vel per alium seu alios, archiepiscopos, episcopos, capitula et clerum predicta, necnon venerabilem fratrem nostrum .. archiepiscopum Lugdunensem et dilectum filium .. electum Virdunensem, vel eorumdem archiepiscopi Lugdunensis et electi vicarios, quod decimam suorum ecclesiasticorum proventuum eidem regi, vel procuratori seu procuratoribus suis pro eo, cum integritate persolvant, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, quibuslibet eorum appellationibus super hoc ad predictam sedem forsitan interjectis nequaquam obstantibus, compellatis. Non obstante si aliquibus, communiter vel divisim, a

sede [sit indultum eadem quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras dicte sedis non facientes plenam et expressam de indulto hujusmodi mentionem. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, v idus februarii, anno secundo. »

2115-2116 Sainte-Marie-Majeure, 5 novembre 1289.

De contentione inter comitem Flandriae et quaedam ecclesias et monasteria Cameracensis civitatis. (Reg. 44, c. 840, f. 293 r°.)

.. *abbati monasterii Sancti Dyonisii in Francia, Parisiensis diocesis.* « Sua nobis dilectus filius nobilis vir Guido, comes Flandrie, petitione monstravit quod, cum perceptio cujusdam annui redditus, *Gavali* vulgariter appellati, in comitatu Cameracensi, per terras et villas ecclesiarum conventualium et monasteriorum civitatis Cameracensis in eodem comitatu consistentium, ad eum, tam ex spetialibus compositione et pactis expressis inter progenitores ipsius comitis, quorum idem comes heres existit, ex parte una, et capitula et conventus ac personas ecclesiarum et monasteriorum predictorum, de assensu diocesani, super hoc, ex altera, factis et initis, et ex tunc irrefragabiliter observatis, quam de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine, pertinere noscatur, et tam ipse quam predecessores sui comites Flandrie, qui fuerunt pro tempore, sint et fuerint in pacifica possessione vel quasi juris percipiendi redditum ipsum a tempore cujus memoria non existit, tamen dilecti filii .. Majoris et .. Sancti Gaugerici et aliarum ecclesiarum decani et capitula, ac .. Sancti Auberti et .. Sancti Sepulcri et aliorum monasteriorum Cameracensium abbates eorumque conventus, minus veraciter pretendentes quod dictus comes, prout tenetur et poterat, in conservando et defendendo ecclesias et monasteria ipsorum et personas eorum ab injuriatoribus eorumdem, raptoribus, invasoribus et perturbatoribus universis, et precipue ab Egidio de Bisignies, milite, Egidio, ejus nato, et quibusdam aliis potentibus illarum partium, quos dicebant injuriatores et invasores violentos bonorum ecclesiarum et monasteriorum suorum, se reddiderat negligentem, ex arrupto, sine cause cognitione, auctoritate propria, eidem comiti, pro sue voluntatis libito, mandaverunt ut a perceptione dicti redditus desistere procuraret; alioquin in ecclesiis et monasteriis supradictis propter hoc a celebratione divinorum cessarent omnino et alias procederent ad excommunicationis sententiam contra eum. Sicque dictus comes, diligenter attendens quod ipsi qui alias in eum non habebant jurisdictionem ordinariam seu [illegible] delegatam in hac parte assumebant sibi officium judicis et actoris, ne ipsi presumerent procedere ad premissa, ad sedem apostolicam appellavit; sed ipsi, appellationi hujusmodi dicti comitis, qui paratus erat super hoc coram competenti judice stare juri, minime deferentes, ac confingentes quod idem comes sine auctoritate nostra per ministros suos villas ecclesiarum et monasteriorum ipsorum intraverat violenter, in eis pignora capiendo et asportari illa exinde ac detineri etiam faciendo, quodque terras eorum prohibuerat excoli, minus juste, quanquam hec non essent notoria neque vera, in ecclesiis eorumdem a celebratione divinorum occasione hujusmodi cessaverunt, et nichilominus predictum redditum, pro sue voluntatis libito, contra justitiam, arestarunt, in ipsius comitis injuriam, prejudicium et gravamen. Quare dictus comes nobis humiliter supplicavit ut, cum ipse circa conservationem et protectionem ecclesiarum et monasteriorum ac personarum ipsorum huc usque fecerit et adhuc, prout tenetur, intendat facere posse suum, indignumque sit quod ipse sine culpa sua taliter puniatur, providere sibi super hoc paterna sollicitudine curaremus. Quare predictos decanos et capitula ac abbates eorumque conventus rogandos, monendos attente duximus et hortandos, eis nostris dantes litteris in mandatis ut, si est ita, diligentius attendentes quam tristes et laboriosos eventus adducere soleant questiones, organa sua resumant, studentes arestationem hujusmodi revocare, nec impediant quominus idem comes, faciendo [circa] ea que ad conservationem et protectionem ipsam pertinent sollicite ac fideliter posse suum, redditum ipsum libere percipere debeat et habere. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus, vocatis qui fuerint evocandi, de plano et sine strepitu judicii, audias hinc inde proposita, et quod canonicum fuerit, appellatione remota, decernas, faciens quod decreveris per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis novembris, anno secundo. »

In e. m... Majoris et .. Sancti Gaugerici et aliarum ecclesiarum decanis et capitulis ac Sancti Auberti, Sancti Sepulcri et aliorum monasteriorum Cameracensium abbatibus eorumque conventibus mandat ut organa sua resumant, arrestationem praedictam revocent, et non impediant quominus idem comes redditum suum percipiat. Dat. ut supra.

2117 Sainte-Marie-Majeure, 9 février 1290.

Indulgentiae (Reg. 44, c. 841, f. 293 v°.)

Venerabili fratri Roderico, episcopo Marrochitano, facul-

tatem concedit largiendi indulgentiam centum dierum omnibus vere poenitentibus et confessis qui in partibus Marrochii ad praedicationem ipsius accesserint, eis qui ibidem christianorum obsequiis interfuerint et eis qui ad redemptionem captivorum, construendas et ornandas ecclesias et conversos de novo ad fidem sustentandos subsidium erogarint.

« Tanto circa divini... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, v idus februarii, anno secundo. »

2118 Sainte-Marie-Majeure, 15 février 1290.

Concessio jurisdictionis. (Reg. 44, c. 842, f. 293 v°.)

Eidem eandem jurisdictionem in eos qui Africam, hic moraturi, adveniunt quam in eos qui in eisdem partibus continue commorantur concedit.

« De diversis provintiis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, xv kalendas martii, anno secundo. »

2119 Sainte-Marie-Majeure, 9 février 1290.

Facultas absolvendi. (Reg. 44, c. 843, f. 293 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Marrochitano concedit « ut clericos et laicos, seculares et regulares, qui morantes in Africa, vel illuc moraturi euntes, pro violenta injectione manuum in clericos vel religiosas personas vel pro clericorum et aliarum ecclesiasticarum personarum occisione, aut pro incendiis et ecclesiarum fractionibus, necnon et in crimine participantes eisdem in excommunicationum laqueum inciderunt » possit absolvere, dum hi eis quibus dampna intulerint satisfaciant, et cum clericis qui sic legati divina officia celebrarint aut sacros ordines receperint dispensare possit.

« Ut in adventu... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, v idus februarii, anno secundo. »

2120 Sainte-Marie-Majeure, 15 février 1290.

Rodericus in Africam legatus mittitur. (Reg. 44, c. 844, c. 294 r°; Potth., 23183.)

Universis Christi fidelibus per Africam constitutis salutem etc. Eis mandat ut Roderici, Marrochitani episcopi, in Africa legati, monitis intendant.

« Illius licet immeriti... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, xv kalendas martii, anno secundo. »

2121 Sainte-Marie-Majeure, 9 février 1290.

Rodericus in Africam legatus mittitur. (Reg. 44, c. 845, f. 294 r°; Potth., 23180; Mas-Latrie, *Traités de Paix, de Commerce...* II, 17, n° xviii.)

Dilectis filiis nobilibus viris baronibus, proceribus, militibus et ceteris stipendiariis christianis Marrochitani, Tunitii et Tremiscii regum servitio constitutis. Eos hortatur ut Rodericum, Marrochitanum episcopum, in Africa legatum, devote recipiant, eique consilium et auxilium praebeant.

« Etsi omnes qui... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, v idus februarii, anno secundo. »

2122 Sainte-Marie-Majeure, 13 février 1290.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 846, f. 294 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo et dilectis filiis capitulo Dignensibus. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit eis qui ecclesiam Dignensem, in honorem beatae Mariae constructam, in hujus virginis festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint.

« Licet is de... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus februarii, anno secundo. »

2123 Sainte-Marie-Majeure, 15 février 1290.)

De receptione monachorum. (Reg. 44, c. 847, f. 294 v°.)

.. abbati et conventui monasterii de Gemgebach, ordinis S. Benedicti, Argentinensis diocesis, indulget ut in suo monasterio, quotiens expedierit, personas idoneas, si ad hoc major et sanior pars sui accedat, in monachos et in fratres recipere valeant, non obstante consuetudine quae in eodem monasterio, sicut in pluribus aliis illarum partium locis, est, quod, nisi omnes ex monachis consentiant, nemo in monachum recipi possit; praedictum enim monasterium inde defectum ministrorum saepe passum est.

« Ex parte vestra... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, xv kalendas martii, anno secundo. »

2124-2125 Sainte-Marie-Majeure, 20 février 1290.

Contra christianos qui ad judaicum ritum recurrunt. (Reg. 44, c. 848, f. 294 v°; Potth., 23185.)

Dilectis filiis inquisitoribus ordinis fratrum minorum

heretice pravitatis in Arelatensi, Aquensi et Ebredunensi provintiis per sedem apostolicam constitutis mandat quatenus contra eos qui ad judaicum ritum recurrunt, « in synagoga judeorum lampades et candelas tenentes accensas et oblationes inibi facientes, vigilias quoque, die precipue sabbati, protrahunt, ut infirmi recuperent sanitatem, naufragantes ad portum salutis perveniant, existentes in partu absque periculo pariant et steriles prolis fecunditate letentur, ibi pro hiis et aliis suffragia implorantes, dicti ritus rotulo, quasi per ydolatrie modum nepharium, devotionis et reverentie signa patentia exhibendo, » tanquam contra idolatras et haereticos procedant.

« Ad augmentum catholice... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, x kalendas martii, anno secundo. »

In e. m. inquisitoribus comitatus Venaysini.

2126 Sainte-Marie-Majeure, 11 février 1290.

De constructione hospitalis in villa de Granceyo. (Reg. 44, c. 849, f. 294 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Lingonensi mandat quatenus, si ita expedire viderit, nobili viro Guillelmo, domino de Granceyo, et nobili mulieri Ysabellae, uxori ejus, Lingonensis dioecesis, qui in villa de Granceyo quoddam hospitale ad opus pauperum infirmorum de bonis propriis construere inceperunt et dotarunt, postulatam licentiam construendi capellam sive oratorium in eodem hospitali, capellanum proprium habendi et coemeterium juxta capellam, ad opus fratrum, pauperum et infirmorum hospitalis, benedicendi concedat.

« Ex parte dilecti... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, III idus februarii, anno secundo. »

2127 Sainte-Marie-Majeure, 11 février 1290.

Licentia habendi altare portatile. (Reg. 44, c. 849², f. 294 v°.)

Dilecto filio nobili viro Guillelmo, domino de Granceyo, et dilecte in Christo filie nobili mulieri Ysabelle, uxori ejus, Lingonensis diocesis, indulget ut capellanus eorum altare portatile habere possit.

« Devotionis vestre precibus... — Dat. ut supra. »

2128 Sainte-Marie-Majeure, 17 février 1290.

Facultas conferendi beneficia. (Reg. 44, c. 850, f. 294 v°.)

Venerabili fratri Roderico, archiepiscopo Compostellano, facultatem concedit providendi personis idoneis de ecclesiasticis beneficiis ad collationem vel praesentationem exemptorum non pertinentibus, etiam si personatus vel dignitates sint, quae in sua dioecesi tanto tempore vacaverint quod eorum collatio ad sedem apostolicam juxta Lateranensis concilii statuta devoluta sit.

« Ut benevolentiam spetialem... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XIII kalendas martii, anno secundo. »

2129 Sainte-Marie-Majeure, 17 février 1290.

Facultas absolvendi clericos concubinos. (Reg. 44, c. 851, f. 295 r°.)

Eidem concedit ut clericos suae dioecesis concubinos, qui latam a bonae memoriae Johanne, episcopo Sabinensi, tunc in illis partibus apostolicae sedis legato, excommunicationis sententiam incurrerint, exceptis illis qui contra constitutionem ejusdem legati conspirationem vel appellationem fecerint, injuncta eis poenitentia, dummodo sufficientem cautionem de concubinis non resumendis exhibeant, absolvere; cum eis qui, sic legati, facti immemores vel juris ignari, sacra officia celebrarint vel sacros ordines receperint dispensare; cum eis vero qui scienter, non tamen in contemptu clavium, talia praesumpserint, post biennii suspensionem, dispensare possit.

« Petitio tua nobis... — Dat. ut supra. »

2130-2131 Sainte-Marie-Majeure, 13 février 1290.

Ad solutionem debitorum Compostellanae ecclesiae. (Reg. 44, c. 852, f. 295 r°.)

Eidem facultatem concedit percipiendi fructus, redditus et proventus primi anni omnium beneficiorum ecclesiasticorum, ad collationem vel praesentationem exemptorum non pertinentium, quae in sua dioecesi usque ad quinquennium vacaverint, in solutionem debitorum ecclesiae Compostellanae convertendos.

« Cum ecclesiarum omnium... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus februarii, anno secundo. »

In e. m. .. episcopo Segobiensi, .. decano Zamorrensi et .. archidiacono de Medina in ecclesia Salamantina mandat quatenus praedictos fructus, redditus et proventus eidem archiepiscopo ministrari faciant.

2132 Sainte-Marie-Majeure, 17 février 1290.

Facultas reconciliandi loca violata. (Reg. 44, c. 853, f. 295 r°.)

Eidem indulget ut ecclesias et coemeteria, effusione sanguinis vel seminis violata, quando ipse foris dioecesis fuerit, cum aqua a se benedicta, per idoneum presbyterum, qui in ecclesia reconcilianda personatum vel dignitatem habeat, reconciliari faciat. Praesentibus per quinquennium valituris.

« Exigentibus tue devotionis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XIII kalendas martii, anno secundo. »

2133 Sainte-Marie-Majeure, 17 février 1290.

Facultas absolvendi. (Reg. 44, c. 854, f. 295 r°.)

Eidem facultatem concedit clericos provinciae Compostellanae qui tempore interdicti occasione discordiae inter Alfonsum, regem Castellae et Legionis, ex una parte, ac filios, fratres et nonnullos vassallos ejus, ex altera, suscitatae generaliter in illis partibus promulgati, propter simplicitatem vel metum, non tamen in contemptu clavium, pulsatis campanis, divina sollempniter celebrarint et propter hoc excommunicatione legati se postmodum divinis immiscuerint absolvendi et dispensandi cum eis super irregularitate quam ex hoc incurrerint.

« Sicut ex parte... — Dat. ut supra. »

2134 Sainte-Marie-Majeure, 13 février 1290.

Facultas testandi. (Reg. 44, c. 855, f. 295 v°.)

Eidem.

« Quia presentis vite... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus februarii, anno secundo. »

2135 Sainte-Marie-Majeure, 18 février 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 44, c. 856, f. 295 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Laventino, ad instantiam Alberti, primogeniti R., regis Romanorum, ducis Austriae, mandat quatenus cum nobili viro Frederico, advocato de Mersch, Laventinae dioecesis, et nobili muliere Agnete, sorore nobilis viri Frederici de Ortemburch, Salzeburgensis dioecesis, dispenset ut in matrimonio quod, ignorantes se quarto ex una linea et tertio ex altera consanguinitatis gradibus conjunctos esse, contraxerunt remanere valeant.

« Significavit nobis dilectus... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XII kalendas martii, anno secundo. »

2136-2137 Sainte-Marie-Majeure, 20 février 1290.

Concessio decimae in Tuscia. (Reg. 44, c. 857, f. 295 v°.)

Nicolaus etc. Venerabilibus fratribus episcopis et dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, prepositis, archipresbyteris et aliis ecclesiarum prelatis, capitulis, collegiis et conventibus Cisterciensis, Cluniacensis, Premonstratensis, S. Benedicti, S. Augustini, Cartusiensis, Grandimontensis et aliorum ordinum, necnon prioribus hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, domorum militie Templi et Beate Marie Theotonicorum preceptoribus et magistris, ceterisque omnibus personis ecclesiasticis, regularibus et secularibus, exemptis et non exemptis, in partibus Tuscie que sunt in imperio constitutis, salutem et apostolicam benedictionem. « Divulgantis ab olim fame relatibus etc., ut supra in eodem regesto, cap. CCCL (1), usque ac etiam pro necessitatibus eisdem regi et regno Sicilie imminentibus, decimam omnium ecclesiasticorum reddituum et proventuum in partibus Tuscie que sunt in imperio per tres annos ab instanti tunc festo nativitatis beati Johannis Baptiste numerandos etc., usque sedula consideratione pensantes. Compatientes quoque etc., usque sic in hac parte venerabilis fratris nostri Thome, episcopi Pistoriensis, persuasionibus, exhortationibus etc., usque non immerito valeatis. Nos enim episcopo memomorato commisimus etc., usque annis singulis non excedunt. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, X kalendas martii, anno secundo. »

In e. m. Thomae, episcopo Pistoriensi, collectori decimae in partibus Tusciae quae sunt in imperio pro negotio regni Siciliae deputatae, concedit ut de pecunia ex ipsa decima colligenda singulis diebus unum florinum auri pro expensis suis percipiat.

2138 Sainte-Marie-Majeure, 20 février 1290.

De eodem negotio. (Reg. 44, c. 857², f. 295 v°., en marge.)

Nicolaus etc. Venerabili fratri Thome, episcopo Pistoriensi, collectori decime in partibus Tuscie que sunt in im-

(1) N° 1142.

perio pro negotio regni Sicilie deputate, salutem etc. Ei memorat declarationes nuper editas in decima percipienda, quae sunt : De redditibus et proventibus leprosorum etc., ut supra in cap. CCCLXIII (1).

« Declarationes quas nuper... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, x kalendas martii, anno secundo. »

2139 Sainte-Marie-Majeure, 31 janvier 1290.

Coloniensi archiepiscopo sua bona et jura restituuntur. (Reg. 44, c. 858, f. 296 r°; Potth., 23176.)

Venerabilibus fratribus .. Maguntino et .. Treverensi archiepiscopis mandat quatenus Sifridum, archiepiscopum Coloniensem, et ecclesiam ejus in eum statum et eam possessionem bonorum et jurium in quibus erant ante ipsius archiepiscopi captionem reducant.

« Querela gravis venerabilis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, II kalendas februarii, anno secundo. »

2140-2146 Sainte-Marie-Majeure, 31 janvier 1290.

De eodem negotio. (Reg. 44, c. 859, f. 296 r°.)

Eidem. « Ad audientiam nostram pervenit quod nobiles viri Johannes, dux Brabantie, Walramus, de Juliaco, et Adolphus, de Monte, Guerardus, de Marka, .. de Virnemburg, .. de Waldecke et .. de Wilenowe comites, ac Henricus de Windecken, Johannes de Ryferscheith, Johannes de Kuch, Johannes de Nuenare, Gerlacus de Dollendorp et Gerardus de Juliaco, ecclesie Coloniensis vassalli, et eorum in hac parte complices et fautores, propriis non contenti limitibus et temerariis ausibus data licentia scelestisque operibus relaxatis habenis, contra fidelitatis debitum quo eidem tenentur ecclesie temere venientes, conspirationem, conjurationem et confederationem cum civibus Coloniensibus adversus venerabilem fratrem nostrum Sifridum, archiepiscopum Coloniensem, ac eandem ecclesiam nequiter inierunt, et tandem preconcepta nequitia producentes in partum sueque claustra malitie reserantes, terram ipsius ecclesie cum armatorum multitudine copiosa hostiliter invaserunt. Cumque castrum Worinch, prope civitatem Coloniensem, ut dicitur, constitutum, et ad eandem ecclesiam pertinens, artius obsedissent, possessiones et bona ipsius ecclesie, in circumadjacentibus consistentia partibus, multimodis quasi crassantibus et efferatis animis dissipantes, redditus et proventus ejusdem ecclesie ibidem inventos ignis incendio concremando, idem S. archiepiscopus, tantis non indigne commotus injuriis..., congregata ipsius ecclesie non modica copia vassallorum, qui sibi super hoc favorabiliter assistebant, contra dictos ducem, comites, nobiles, cives et alios exivit, eis, prout poterat, resistendo. Demum dux, comites, nobiles, cives et alii supradicti... in eundem archiepiscopum ac gentem suam impie irruentes et in gentem ipsam furentibus gladiis sevientes immaniter, ipsum gravibus lacessitum injuriis, saturatum probris et afflictionibus contumeliosis affectum, ac nonnullos alios prelatos, clericos, comites, barones, nobiles, milites et alios laicos, vassallos, fideles et ministeriales Coloniensis ecclesie supradicte, qui in suum auxilium venerant, ausu sacrilego capere presumpserunt, ipsum archiepiscopum ac illos carceralibus vinculis temeritate dampnabili mancipantes, et nichilominus predictam Coloniensem ecclesiam in possessionibus et bonis ipsius multipliciter ledere, turbare et opprimere non sinentes, ac predictum de Worinch et quedam alia castra et munitiones ejusdem ecclesie nequiter expugnantes, quedam ex ipsis funditer destruxerunt; aliqua vero, cum nonnullis aliis bonis, juribus, redditibus, villis et jurisdictionibus ejusdem ecclesie occuparunt et detinent occupata. Verum, cum nonnulli prelati et alie ecclesiastice secularesque persone, qui sibi et eidem ecclesie super tantis gravaminibus, injuriis et jacturis pio compatiebantur affectu, penes eosdem ducem, comites, nobiles, cives et alios institissent, ut ipsi, proprie saluti et fame salubriter providentes, ipsum archiepiscopum ac prelatos, clericos et alios supradictos restituerent pristine libertati, dux, comites, nobiles, cives et alii memorati, attendentes quod predicta ecclesia per destructionem castrorum et munitionum ac aliorum bonorum ipsius ad illum statum devenerat quod nequaquam posset resurgere nec insurgere contra eos, ipsum ac nonnullos ex prelatis et aliis prenotatis a predicto carcere liberarunt, corporalibus tamen ab ipso archiepiscopo ac etiam ab hujusmodi liberatis prestitis juramentis quod super premissis et aliis etiam injuriis et dampnis sibi et ecclesie ac prelatis et aliis pretactis illatis de duce, comitibus, nobilibus, civibus et aliis supradictis querimoniam nullam deponere, nec ipsos aut eorum aliquem molestare, nec impetrare litteras apostolicas contra ipsos vel aliquem eorumdem, nec impetratis uti quomodolibet procurarent; et quod quandam pecunie summam, quam duci et comiti de Monte ac aliis supradictis et quibusdam eorum fautoribus, pro hujusmodi liberatione predictorum,

1. N. 1175.

solvere promiserunt, nonnulla illis propterea castra, munitiones, villas, terras, possessiones et quedam alia bona tam ejusdem ecclesie quam liberatorum ipsorum nichilominus obligando, non repeterent ab ipsis vel aliquo eorumdem, datis propter hoc eis ab ipso archiepiscopo ac liberatis eisdem quibusdam fidejussoribus, confectis litteris et instrumentis, ac promissionibus, alienationibus, renuntiationibus et obligationibus diversis et variis subsecutis et penarum etiam adjectione vallatis. Nos itaque... eundem S. archiepiscopum aliosque prefatos, veris existentibus supradictis, ab eisdem et quibuslibet aliis occasione hujusmodi prestitis juramentis, ac predictos fidejussores a fidejussione hujusmodi, ipsum archiepiscopum suosque complices ac fidejussores eosdem a quibusvis obligationibus factis super predictis vel eorum occasione auctoritate apostolica duximus penitus absolvendos. Quocirca fraternitati vestre per apostolica scripta in virtute obedientie districte precipiendo mandamus quatinus hujusmodi negotium, quod sedes apostolica spetialiter cordi gerit, cum devotionis promptitudine assumentes, ducem, comites, nobiles, cives et alios supradictos, quod prelatos, clericos, comites, barones et alios supradictos, quos adhuc captivos detinere dicuntur, reddant pristine libertati, tam liberatis quam liberandis hujusmodi bonis omnibus occasione hujusmodi ablatis et extortis eisdem integre restitutis; archiepiscopo vero et ecclesie Coloniensi predictis necnon complicibus eorum prenotatis de dampnis et injuriis ipsis plenam et debitam satisfactionem impendant ac eis castra, munitiones aliaque bona predicte Coloniensis ecclesie ac eorum complicum ab eis hac occasione detenta et etiam occupata, sublata qualibet difficultate, restituant, monitione premissa, per excommunicationis in personas et terras eorum interdicti sententias, necnon et per feudorum privationem quorumlibet que ab eadem Coloniensi et quibuslibet aliis ecclesiis et monasteriis tenere noscuntur, ac alias etiam penas de quibus videritis expedire, appellatione remota, vos vel alter vestrum, per vos vel per alium seu alios, compellere studeatis... Invocato ad hoc, si opus fierit, auxilio brachii secularis. Ceterum clericos duci et comitibus ac aliis antedictis primo, secundo et tertio consanguinitatis gradu conjunctos ex parte nostra, vos vel alter vestrum, per vos vel per alium seu alios, moneatis et etiam inducatis ut apud sepedictos ducem et comites ac alios solerter et diligenter insistant et procurent etiam bona fide quod dux, comites aliique predicti, infra certum terminum competentem, a vobis aut vestrum altero prefigendum eisdem, premissa omnia et singula studeant efficaciter adimplere, aperte predicturi eisdem quod, si vestris, immo potius apostolicis monitionibus non curaverint obedire, nos contra eos ad privationem omnium beneficiorum ecclesiasticorum suorum, etiam si dignitates vel personatus existant, et alias etiam, prout qualitas facti suaserit et expedire viderimus, actore Domino, procedemus. Dat. ut supra. »

In e. m. .. episcopum Metensem hortatur ut praefatis .. Maguntino et .. Treverensi archiepiscopis in hoc negotio consiliis, auxiliis et favoribus opportunis assistat.

In e. m. .. episcopo Argentinensi.

In e. m. .. episcopo Paderbornensi.

In e. m. .. episcopo Warmatiensi.

In e. m. universis ecclesiae Coloniensis suffraganeis.

In e. m. R., regi Romanorum.

2147-2151 Sainte-Marie-Majeure, 31 janvier 1290.

De eodem negotio. (Reg. 44, c. 860, f. 297 r°.)

Nobili viro Johanni, duci Brabantie, spiritum consilii sanioris. Ei mandat quatenus praelatos, clericos, comites, nobiles omnesque alios supradictos, quos ipse et complices sui in vinculis detineant, reddant quamtotius libertati et tam liberandis quam liberatis sua bona restituant, eisque de dampnis et injuriis irrogatis satisfactionem impendant.

« Ad audientiam nostram... — Dat. ut supra. »

In e. m. Everardo, comiti de Marka, spiritum consilii sanioris.

In e. m. Adolfo, comiti de Monte, spiritum consilii sanioris.

In e. m. Walramo, comiti Juliacensi, spiritum consilii sanioris. (Potth., 23177.)

In e. m. civibus Coloniensibus, spiritum consilii sanioris.

2152 Sainte-Marie-Majeure, 18 janvier 1290.

Absolutio juramenti. (Reg. 44, c. 861, f. 297 v°; Potth., 23161.)

Venerabili fratri Sifrido, archiepiscopo Coloniensi. Eum et defensores ejus a juramentis et fidejussionibus quae post pugnam apud castrum Worinch, ut se a captivitate liberarent, praestiterunt, absolvit.

« Ad audientiam nostram... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, xv kalendas februarii, anno secundo. »

2153 Sainte-Marie-Majeure, 9 février 1290.

Dispensatio sedis apostolicae visitandae. (Reg. 44, c. 862, f. 297 v°.)

Venerabili fratri Roderico, episcopo Marrochitano, qui, nisi cum permissione Sarracenorum et difficultate maxima, sedem apostolicam visitare non potest, indulget ut hanc sedem visitare usque ad decennium non teneatur.

« Fidei tue puritas... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, v idus februarii, anno secundo. »

2154 Sainte-Marie-Majeure, 12 février 1290.

Facultas absolvendi. (Reg. 44, c. 863, f. 298 r°.)

Venerabili fratri Laurentio, patriarche Gradensi, concedit ut clericos et laicos patriarchatus sui qui pro violenta injectione manuum in personas ecclesiasticas excommunicationis sententiam incurrerint absolvat et dispenset cum eis qui sic ligati irregularitatem contraxerint.

« Tua nobis fraternitas... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, ii idus februarii, anno secundo. »

2155 Sainte-Marie-Majeure, 18 février 1290.

Ad solutionem debitorum Cantuariensis ecclesiae. (Reg. 44, c. 864, f. 298 r°.)

Venerabili fratri Johanni, archiepiscopo Cantuariensi, facultatem concedit percipiendi fructus, redditus et proventus primi anni beneficiorum ecclesiasticorum quae in locis sibi immediate subjectis usque ad triennium vacare contigerit, in solutionem debitorum ecclesiae Cantuariensis convertendos.

« Circa curam quarumlibet... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, xii kalendas martii, anno secundo. »

In e. m. .. episcopo Roffensi, .. archidiacono Suchreye in ecclesia Wintoniensi, et .. priori Beatae Mariae de Swzverk, Wintoniensis dioecesis, mandat quatenus praedictos fructus, redditus et proventus eidem archiepiscopo integre ministrari faciant.

2156 Sainte-Marie-Majeure, 15 février 1290.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 44, c. 865, f. 298 r°.)

Magistro Henrico, archidiacono Lundensi, concedit ut archidiaconatum Lundensem et ecclesiam de Haulumbi, Lundensis dioecesis, quae fere per quadriennium sine dispensatione sedis apostolicae insimul retinuit, cum ecclesiae redditus duodecim librarum turonensium valorem annuum non excedant et archidiaconatus tenues sint, licite retinere possit, eique fructus jam perceptos remittit.

« Benigno tibi sunt... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, xv kalendas martii, anno secundo. »

2157 Sainte-Marie-Majeure, 5 décembre 1289.

De procurationibus nuntiis et legatis apostolicae sedis exhibendis. (Reg. 44, c. 866, f. 298 v°.)

Venerabilibus fratribus episcopis et dilectis filiis abbatibus, prioribus, tam exemptis quam non exemptis, prepositis, archipresbyteris et rectoribus ecclesiarum Ortane civitatis, Castellane et Nepesine civitatum et diocesium. Statuit ut ecclesiae dioecesis Sutrinae cum eis in procurationibus legatis et nuntiis apostolicae sedis per praedictas civitates transeuntibus exhibendis contribuant.

« Dudum insinuantibus nobis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis decembris, anno secundo. »

2158 Rieti, 1er octobre 1289.

Dispensatio super defectu natalium et pluralitate beneficiorum. (Reg. 44, c. 867, f. 298 v°.)

Magistro Roberto de Laforda, canonico ecclesie Suwellensis, Eboracensis diocesis. Cum eo dispensat ut, non obstante defectu natalium quem patitur, e clerico in minoribus ordinibus constituto genitus et soluta, cum canonicatu et praebenda quae in ecclesia Suwellensi tenet, et pro quibus jam antea dispensationem sedis apostolicae obtinuit, aliud beneficium ecclesiasticum assequi valeat.

« Merita tue devotionis... — Dat. Reate, kalendis octobris, anno secundo. »

2159 Rieti, 26 juin 1289.

De eodem negotio. (Reg. 44, c. 868, f. 298 v°.)

Eidem. Cum eo dispensat ut beneficium, etiam si curam animarum habeat, recipere valeat.

« Sicut petitio tua... — Dat. Reate, vi kalendas julii, anno secundo. »

2160 Sainte-Marie-Majeure, 13 février 1290.
Indulgentiae. (Reg. 44, c. 869, f. 298 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit eis qui ecclesiam prioratus Sancti Stephani de Campanea Papiensis, ordinis S. Augustini, in hujus sancti festivitate, anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae et per octo dies sequentes visitaverint.

« Vite perempnis gloria... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus februarii, anno secundo. »

2161 Sainte-Marie-Majeure, 5 février 1290.
De numero clericorum in ecclesia Sanctae Agnetis Anagninae servientum. (Reg. 44, c. 870, f. 298 v°.)

.. *archipresbytero et clericis ecclesie Sancte Agnetis Anagnine,* ad instar Alexandri papae IIII, quaternarium clericorum numerum, archipresbytero non computato, in praedicta ecclesia, a litteris bonae memoriae P., episcopi Anagnini, nunc casu fortuito amissis, statutum, confirmat.

« Ex serie vestre... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis februarii, anno secundo. »

2162-2163 Sainte-Marie-Majeure, 13 décembre 1289.
Ad ecclesiam de Lisernone aedificandam. (Reg. 44, c. 871, f. 299 r°; Potth., 23141.)

Nobili viro Oddoni de Grandisono facultatem concedit aedificandi suis sumptibus ecclesiam in loco suo de Lisernone, Lausanensis dioecesis, pro fratribus ordinis minorum.

« Exposuisti nobis quod... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus decembris, anno secundo. »

In e. m. .. episcopo Lausanensi mandat quatenus primarium lapidem ejusdem ecclesiae et coemeterium benedicat.

« Exposuit nobis dilectus... — Dat. ut supra. »

2164 Sainte-Marie-Majeure, 23 décembre 1289.
Indulgentiae. (Reg. 44, c. 872, f. 299 r°.)

Nicolaus etc. Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam Mimatensem in singulis beatae Mariae virginis et Sanctae Crucis, in quarum honorem constructa est, ac SS. Privati, Fredaldi et Firmini martyrum, et Ylerii confessoris, quorum corpora in ea requiescunt, festivitatibus, in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae et per octo dies virginis et S. Privati festivitates immediate sequentes visitaverint.

« Loca sanctorum omnium... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, x kalendas januarii, anno secundo. »

2165 Rieti, 17 juin 1289.
De contentione inter Turonensem archiepiscopum et capitulum ecclesiae Sancti Martini Turonensis. (Reg. 44, c. 873, f. 299 r°.)

Nicolaus etc. Dilectis filiis .. decano et magistris Yvoni de Mota ac Roberto de Aricuria, canonicis Parisiensibus, salutem etc. « Sua nobis venerabilis frater noster Bucchardus, archiepiscopus Turonensis, petitione monstravit quod .. decanus et capitulum ecclesie Sancti Martini Turonensis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, pretendentes quod eis a sede apostolica est indultum quod in omnes illos qui ejusdem ecclesie bona, sive que ad eos communiter, sive que ad aliquem seu aliquos spetialiter, vel ad capellanos seu clericos dicte ecclesie ratione ipsius ecclesie pertinent, manifeste invaserint vel occupaverint aut rapuerint seu predati fuerint, vel eis seu capellanis aut clericis prefatis sive aliquibus ex eis super hujusmodi bonis injuriari presumpserint, nisi ab eisdem canonice moniti satisfactionem eis exhibuerint competentem, possint libere, sive clerici fuerint sive laici, appellatione remota, censuram ecclesiasticam exercere, et quod dictus archiepiscopus, elevata cruce signando populum, transitum per claustrum fecerat eorumdem, ex arrupto, pretextu indulti hujusmodi, eundem archiepiscopum moneri de facto, cum de jure non possent, fecerunt, pro eorum libito voluntatis, ut infra certi temporis spatium per eos eidem archiepiscopo assignatum predicta que per ipsum archiepiscopum attemptata dicebant revocaret et de injuriis in hoc eisdem illatis satisfacere procuraret, alioquin in ipsum archiepiscopum mandaverunt per certum executorem interdicti, suspensionis et excommunicationis sententias promulgari. Et licet ex parte dicti archiepiscopi fuerit coram prefatis decano et capitulo excipiendo propositum quod, cum indulgentia hujusmodi tantum contra illos qui ecclesie predicte bona manifeste invaderent vel occuparent sive ra-

perent aut predati essent, seu ipsis decano et capitulo aut personis ipsius ecclesie super hujusmodi bonis injuriari presumerent, sive clerici sive laici existerent, dictis decano et capitulo concessa fuisset, nec per hujusmodi verba, videlicet sive clerici sive laici existerent, in indulgentia predicta apposita, idem archiepiscopus vel quivis alius pontificali dignitate predictus comprehendi valeret, iidem decanus et capitulum, pretextu ipsius indulgentie, contra eum non poterant taliter processisse; idemque archiepiscopus hujusmodi eorum monitioni parere minime tenebatur; quia tamen dicti decanus et capitulum eum super hoc audire contra justitiam denegarunt, pro parte ipsius archiepiscopi fuit ad sedem apostolicam appellatum, ac iidem decanus et capitulum, hujusmodi appellatione contempta, eundem archiepiscopum fecerunt excommunicatum publice nuntiari. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus, vocatis qui fuerint evocandi et auditis hinc inde prepositis, quod canonicum fuerit, appellatione remota, decernatis, facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem etc. Quod si non omnes etc. duo vestrum etc. Dat. Reate, xv kalendas julii, anno secundo. »

2166 Rieti, 17 juin 1289.

De eodem negotio. (Reg. 44, c. 874, f. 299 v°.)

Eisdem. « Sua nobis .. decanus et capitulum ecclesie Turonensis petitione monstrarunt quod .. decanus et capitulum ecclesie Sancti Martini Turonensis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, pretendentes etc., ut supra usque exercere et quod venerabilis frater noster Buchardus, archiepiscopus Turonensis, elevata cruce signando populum, transitum per claustrum fecerat eorumdem, eundem archiepiscopum, pretextu indulti hujusmodi, moneri de facto, cum de jure non possent, fecerunt ut infra certi temporis spatium etc., usque tantum contra illos qui ecclesie Sancti Martini bona manifeste occuparent, invaderent sive raperent etc., usque appellatum, at dicti decanus et capitulum Sancti Martini, hujusmodi appellatione contempta, fecerunt dictum archiepiscopum excommunicatum publice nuntiari dictosque decanum et capitulum ecclesie Turonensis moneri ut infra triduum post monitionem hujusmodi ab ejusdem archiepiscopi participatione cessarent, ipsumque tanquam excommunicatum in omnibus evitarent; alioquin in dictum decanum et singulos de memorato capitulo Turonensi excommunicationis et in capitulum ipsum interdicti sententias promulgabant. Ex parte vero eorumdem decani et capituli Turonensis fuit coram predictis decano et capitulo Sancti Martini excipiendo propositum quod, cum prefatus archiepiscopus ab ipsis ex premisso gravamine ad predictam sedem, ut premittitur, legitime appellasset, essetque idem archiepiscopus in prosequendo appellationem eandem, de cujus tempore prosequende dinoscebatur non modicum superesse, prout erant legitime probare parati, hujusmodi monitioni eorumdem decani et capituli Sancti Martini parere minime tenebantur et ad id compelli de jure non poterant nec debebant. Et quia memorati decanus et capitulum Sancti Martini eos super hoc audire contra justitiam recusarunt, pro parte ipsorum fuit ad sedem apostolicam appellatum. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus, vocatis qui fuerint evocandi etc., usque in fine. »

INCIPIT REGESTUM LITTERARUM

CURIE SECUNDI ANNI DOMNI NICOLAI PAPE IIII

2167 Sainte-Marie-Majeure, 20 avril 1289.

Annotat suspensionem constitutionis Gregorii papae X de electione summi pontificis celebranda a Johanne papa XXI factam. (Reg. 44, c. 1, f. 303 r°.)

Nicolaus, episcopus, servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Confirmat sequentes litteras Johannis papae XXI :

« Johannes, episcopus, servus servorum Dei. Ad perpe-
» tuam rei memoriam. Licet felicis recordationis... —
» Dat. Viterbii, II kalendas octobris, pontificatus nostri
» anno primo. » (Potth., 21153.)

« Quasdam litteras felicis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XII kalendas maii, pontificatus nostri anno secundo. »

2168 Sainte-Marie-Majeure, 7 avril 1289.

Processus contra Perusinos. (Reg. 44, c. 2, f. 303 r°; Potth., 22930.)

Nicolaus etc. Ad certitudinem presentium et memoriam futurorum.

« Pridem Perusinorum gressus... — Actum in Urbe, in predicta ecclesia Sancte Marie Majoris, in die Cene Domini, pontificatus nostri anno secundo. »

2169 Sainte-Marie-Majeure, 7 avril 1287.

Processus contra Tudertinos et homines castri de Spello. (Reg. 44, c. 3, f. 305 r°; Potth., 22931.)

Nicolaus etc. Ad certitudinem presentium et memoriam futurorum.

« Tudertinorum civium et... — Ut supra. »

2170 Sainte-Marie-Majeure, 7 avril 1289.

Processus contra Jacobum, quondam Petri, olim regis Aragonum, filium, et Siculos. (Reg. 44, c. 4, f. 305 r°.)

Nicolaus etc. Ad certitudinem presentium et memoriam futurorum. Memoratis processibus quos et Honorius IIII (1) et ipse Nicolaus IIII (2) in die Coenae et in die Ascensionis praeteritis contra praedictum Jacobum habuerunt, addit : « Nos igitur, diligentius attendentes quod idem Jacobus, detestandis continuatis studiis, jugiter in deteriora prolabitur, mala malis coacervare non cessat, possessionem predicte insule detinendo ac temerariis impugnando conatibus partem alteram dicti regni, quod in peremptorio termino sibi prefixo non comparuit coram nobis, eum, propter hoc et alias etiam pravitates, nequitias excessusque gravissimos, auctamque illius con-

(1) 1re lettre encyclique de la 2e année, édition Prou.

(2) Voir ci-dessus, n° 559.

tumatiam, denuntiamus excommunicationis vinculo innodatum, ac nichilominus processus per eundem predecessorem et nos etiam contra eum et Siculos aliosque predictos habitos manere volumus in sui roboris firmitate. Quicumque vero deinceps prefati Jacobi litteras vel nuntios in ejus favorem receperint, vel suos transmiserint ad eundem, ac etiam omnes qui sibi vel complicibus suis in hujusmodi negotio consilium, auxilium vel favorem impenderint publice vel occulte, cujuscumque conditionis, preminentie, dignitatis aut status, eo ipso sententiam excommunicationis incurrant. Civitates quoque, castra ceteraque loca que talia facere presumpserint simili subjaceant interdicto. Et nichilominus prefatos Jacobum, Siculos et alios supradictos, presente hac fidelium multitudine copiosa, monemus ut erroris invium per quod diutius oberrarunt consultis studiis deserentes, seque reducentes ad semitam rectitudinis et salutis, ad nostra et ecclesie romane mandata, infra festum beati Michaelis mensis septembris proximo venturum, quod eis pro peremptorio termino assignamus, redire procurent. Alioquin ex tunc contra eos spiritualiter et temporaliter, prout qualitas facti suaserit et expedire viderimus, actore Domino, procedemus. Aperte predicentes eisdem quod pretextu dilationis et termini assignationis hujusmodi, que potius ex gratia seu misericordia quam ex juris necessitate procedere dinoscuntur, nequaquam differre proponimus, vel etiam abstinere, quin etiam ipsa dilatione et termini assignatione pendentibus, tam ex preteritis eorum contumatiis, excessibus et offensis quam ex futuris, si quos eos committere forte contigerit, procedere curabimus spiritualiter et temporaliter, prout et quando expedire viderimus, contra eos. Cephaludensem autem et Neucastrensem episcopos supradictos, qui unctioni et coronationi predictis interfuere, citamus eisque, sub pena depositionis, quam eo ipso illos incurrere volumus, si mandatis nostris non curaverint efficaciter obedire, [injungimus] ut infra kalendas mensis augusti proximi venturi compareant personaliter coram nobis, pro meritis recepturi. Ut autem hujusmodi noster processus etc., usque publicabunt. Ita quod idem Jacobus et alii quos processus ipse contingit etc., usque in fine. »

« Dudum felicis recordationis... — Ut supra. »

2171 Sainte-Marie-Majeure, 7 avril 1289.

Processus contra Alfonsum, quondam Petri, olim regis Aragonum, filium (Reg. 44, c. 5, f. 306 r°.)

Nicolaus etc. Ad certitudinem presentium et memoriam futurorum. Alfonsum, qui Caroli, regis Siciliae, tres liberos multosque alios nobiles, jam sub ejus Alfonsi potestate seu dominio constitutos, et quamplurima castra et maximam pecuniae quantitatem in depositum recepit, monet ut infra kalendas septembris proximo secuturi Carolum et obsides liberet et pecuniam receptam et castra restituat. Quod si infra praefatum terminum praemissa non fecerit, excommunicationi in ipsum latae subjaceat. Praeterea infra kalendas octobris coram sede apostolica compareat.

« Pridem Alfonso quondam... — Ut supra. »

2172 Sainte-Marie-Majeure, 7 avril 1289.

Processus contra .. archiepiscopum Pisanum. (Reg. 44, c. 6, f. 306 v°.)

Nicolaus etc. Ad certitudinem presentium et memoriam futurorum. « Pridem ad nostram perlato notitiam quod cives Pisani, spiritu rebellionis assumpto, concives suos, nomen ecclesiasticum invocantes, et civitatem Pisanam ejusque incolas in devotione satagentes ecclesie retinere, de civitate ipsa dampnatis eicere ausibus attemptarant, nonnullos eorum, viros utique potentes et nobiles, diro carceri retrudentes, quos, sicut publica fama clamat, per intollerabilem immanemque duritiem carceris ac cibi subtractione, humanitate qualibet a se prorsus exclusa, Deique timore postposito, sevissima impietate necarant, quodque mala malis et offensas coacervantes offensis, eorumdem concivium domibus dirutis, ceterisve ipsorum bonis in eadem civitate consistentibus ac etiam extra eam dissipatione consumptis, Guidonem de Montefeltro, antiquum et publicum persecutorem et ab olim bannitum ecclesie, et etiam, exigentibus gravibus culpis suis, vinculo excommunicationis astrictum, dataque sibi per ecclesiam ipsam confinia et per eum accepta non absque multa temeritate rumpentem, in suum sueque civitatis capitaneum seu aliud officium duxerant assumendum, in divine majestatis offensam, apostolice sedis contemptum et grave fidelium et devotorum ecclesie detrimentum, de quibus nonnulla gravia, tum per famam publicam, tum etiam per diversos fidedignorum relatus .. archiepiscopo Pisano potissime noscerentur imponi; nos eundem archiepiscopum per nostrum nuntium spetialem et litteras citare curavimus ut certo termino, in eisdem litteris comprehenso, coram nobis personaliter compareret, nostris juxta predictarum litterarum tenorem beneplacitis et mandatis humiliter pariturus. Ipse vero suum ad nostram presentiam excusatorem transmisit, excusationes, prout nonnullis videbatur, in-

sufficientes et non legitimas pretendentem. Nos itaque, volentes super hoc circa eundem archiepiscopum solitam apostolice sedis mansuetudinem observare ac benigne agere cum eodem, archiepiscopum ipsum, presente hac fidelium multitudine copiosa, peremptorie citamus, ut infra festum Nativitatis beati Johannis proximo venturum, quod sibi pro peremptorio prefigimus termino, sub suspensionis, depositionis et excommunicationis ac aliis spiritualibus penis, compareat personaliter coram nobis, suam in premissis, si poterit, innocentiam purgaturus, ac pariturus plenarie nostris et ecclesie beneplacitis et mandatis. Ac nichilominus usque ad festum Ascensionis dominice proximo venturum civitate predicta ejusque districtu penitus exeat, ad eos, nisi prius se nostro conspectui personaliter presentare curaverit, nullatenus reversurus. Alioquin contra eum spiritualiter et temporaliter, prout qualitas facti suaserit et contumacia ejus exegerit ac expedire viderimus, actore Domino, procedemus. Ut autem hujusmodi noster processus etc., usque publicabunt. Ita quod idem archiepiscopus nullam etc., usque in fine. »

2173 Sainte-Marie-Majeure, 7 avril 1289.

Processus contra Pisanos. (Reg. 44, c. 7, f. 306 v°.)

Nicolaus etc. Ad certitudinem presentium et memoriam futurorum. « Refert nostris sensibus... Cives Pisanos, presente hac fidelium multitudine copiosa, monemus ut prefatum Guidonem, infra mensem a die nostre monitionis hujusmodi computandum, quem super hoc eis pro peremptorio termino assignamus, de suo dominio prorsus expellant, nec ad predictum vel officium aliud in civitate predicta vel ejus districtu ipsum quoquomodo recipiant vel admittant aut aliquod in eis per se vel alium seu alios permittant officium exercere. Monemus insuper memoratum Guidonem ut ad confinia, sicut premittitur, data sibi et ab ipso recepta, dilatione submota qualibet, revertatur, eaque firmiter servare studeat et tenere. Ac nichilominus infra prefatum tempus per procuratorem suum legitime constitutum, commune vero Pisanum per eorum syndicum, ad hoc ordinatum legitime, coram nobis comparere procurent, beneplacitis et mandatis apostolicis super premissis humiliter et efficaciter parituri. Alioquin contra eos et civitatem eandem spiritualiter et temporaliter, prout qualitas facti suaserit et contumatia eorum exegerit ac expedire viderimus, actore Domino, procedemus. Ut autem hujusmodi noster processus etc., usque publicabunt. Ita quod iidem Guido et commune ac alii quos processus ipse contingit etc., usque in fine. »

2174 Sainte-Marie-Majeure, 7 avril 1289.

Processus contra Guidonem de Montefeltro et quosdam alios. (Reg. 44, c. 8, f. 307 r°.)

Nicolaus etc., ad certitudinem presentium et memoriam futurorum. « Nuper nobis fide digna relatio patefecit quod iniquitatis filii Guido de Montefeltro, Bonuscomes, natus, et Galasius, consanguineus ejus, ac Raynerius dictus Pazus, preteritis contra romanam ecclesiam commissis excessibus non contenti, ac, exigentibus gravissimis culpis suis, vinculo excommunicationis astricti, se ad nonnulla civitates et castra provintie Tuscie ac aliarum vicinarum partium conferunt, adversus statum ecclesie suorumque fidelium turbationes et scandala temerariis ausibus machinantes. Nolentes itaque talia equanimiter sustinere, universos archiepiscopos, episcopos et prelatos alios ecclesiarum, cujuscumque status, dignitatis et conditionis existant, ac etiam potestates, capitaneos, consiliarios et communitates civitatum et castrorum ipsorum, presente hac fidelium multitudine copiosa, monemus ut predictos Guidonem, Bonumcomitem, Galasium et Raynerium de civitatibus, castris seu terris suis et eorum jurisdictioni seu potestati subjectis, sublato more dispendio, prorsus expellant, eos ulterius, presertim ad aliqua officia publica, minime recepturi. Alioquin contra eos et civitates, castra et terras ipsorum spiritualiter et temporaliter, prout qualitas facti suaserit, eorum contumatia exegerit et expedire viderimus, auctore Domino, procedemus. Ut autem hujusmodi noster processus etc., usque publicabunt. Ita quod iidem Guido et alii quos processus ipse contingit etc., usque in fine. »

2175 Sainte-Marie-Majeure, 7 avril 1289.

Processus contra bannitos ecclesiae. (Reg. 44, c. 9, f. 307 r°.)

Nicolaus etc. Ad certitudinem presentium et memoriam futurorum. Eandem monitionem quam contra Guidonem de Montefeltro et complices ejus fecit mittit contra bannitos ecclesiae qui « ad nonnulla civitates et castra et terras Tuscie ac Romaniole se conferre non metuunt, contra statum ejusdem ecclesie suorumque fidelium turbationes et scandala pravis auxibus machinantes. »

« Dudum romana ecclesia... »

2176 Sainte-Marie-Majeure, 13 avril 1289.

De coronatione imperatoris. (Reg. 44, c. 10, f. 307 v°; Potth., 22934.)

Carissimo in Christo filio R., regi Romanorum illustri, nuntiat Benevenutum, Eugubinum episcopum, latorem praesentium, responsurum litteris quas ipse rex, per Burchardum, magistrum hospitalis Sanctae Mariae Theotonicorum Jerosolimitani, et Henricum, protonotarium suum, ad sedem apostolicam misit, quibusque dicebat se aestate proxima, sive initio hiemis secuturi, in Italiam venturum, ut imperiale diadema de manibus summi pontificis susciperet.

« Nuper ad nostram... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus aprilis, anno secundo. »

2177 Sainte-Marie-Majeure, 13 avril 1289.

De eodem negotio. (Reg. 44, c. 11, f. 307 v°.)

Eidem nuntiat Benevenutum, Eugubinum episcopum, laturum ei litteras apostolicas respondentes litteris quas ipse rex, per Burchardum et Henricum, praesentium latores, ad sedem apostolicam misit, quibusque dicebat se, aestate proxima, sive principio hiemis secuturi, in Italiam venturum, ut imperiale diadema de manibus summi pontificis susciperet.

« Dilectos filios fratrem... — Dat. ut supra. »

2178 Rieti, 19 mai 1289.

Processus contra Jacobum, natum quondam Petri, olim regis Aragonum. (Reg. 44, c. 12, f. 307 v°.)

Nicolaus etc. Ad certitudinem presentium et memoriam futurorum. Processus anteriores memorat additque : « Processus predictos, presente hac fidelium multitudine, innovamus contra eum et Siculos aliosque fautores ipsius, gravius, prout pertinacia eorum exegerit, qualitas facti suaserit et expedire viderimus, actore Domino, processuri. Ut autem hujusmodi noster processus ad communem omnium notitiam deducatur, cartas sive membranas, processum continentes eundem, in presentis ecclesie Sancte Marie appendi vel affigi ostiis seu super liminaribus faciemus, que processum ipsum suo quasi sonoro preconio et patulo judicio publicabunt; ita quod iidem Jacobus et Siculi nullam postea possint excusationem pretendere quod ad eos talis processus non pervenerit vel quod ignorarint eundem, cum non sit verisimile quoad ipsos remanere incognitum vel occultum quod tam patenter omnibus publicatur. »

« Nuper in die... — Actum Reate, in platea ejusdem ecclesie Sancte Marie, in die Ascensionis Domini, pontificatus nostri anno secundo. »

2179 Rieti, 19 mai 1289.

Processus contra Perusinos. (Reg. 44, c. 13, f. 308 r°.)

Ad certitudinem presentium et memoriam futurorum. Memorat processus contra eos in die Coenae praeterito habitos additque : « Predictos processus, presente hac fidelium copiosa multitudine, innovamus. Et nichilominus universis communitatibus tam civitatum quam castrorum aliorumque locorum in terris ecclesie consistentium districtius inhibemus ne aliquem civem civitatis Perusine vel de ipsius districtu in eorum potestatem vel capitaneum aut ad aliud officium publicum quoquomodo assumant; et, si quemquam eorum ad hujusmodi officia forsitan assumpserunt, illum quamtotius repellere non postponant. Volumus autem atque decernimus civitates et loca alia supradicta ad eorum salaria non teneri, contra Perusinos eosdem et terram ipsorum gravius spiritualiter et temporaliter processuri, prout qualitas facti suaserit et contumatia illorum exegerit ac viderimus expedire. Ut autem hujusmodi noster processus etc., usque publicabunt; ita quod iidem Perusini nulla postea etc., usque in fine. »

« Ad reprimendam detestabilis... »

2180 Rieti, 19 mai 1289.

Processus contra Tudertinos. (Reg. 44, c. 14, f. 308 r°.)

Ad certitudinem presentium et memoriam futurorum. Memorat processus contra eos in die Coenae praeterito habitos additque : « Tudertinos eosdem, presente hac fidelium multitudine copiosa, monemus eisque, sub pena duorum milium marcarum argenti, quam eo ipso illos incurrere volumus si mandata nostra non curaverint adimplere, districte injungimus ut infra unius mensis spatium a die monitionis hujusmodi computandum super jam dictis excessibus, mandatis et beneplacitis nostris et romane ecclesie humiliter et efficaciter studeant obedire. Ac nichilominus Tudertinis eisdem, sub pena quinque milium marcarum argenti, quam similiter eos incurrere volumus ipso facto si se in hac parte reddiderint contumaces, expressius inhibemus ne prefatis

Perusinis in hujusmodi contumacia et rebellione manentibus aliquod per se vel alium seu alios impendant consilium, auxilium vel favorem, et, si aliquod forsitan impenderunt eisdem, illud quamtotius studeant revocare. Alioquin ad exactionem predictarum penarum et alias etiam contra eos et terram eorum spiritualiter et temporaliter, prout qualitas facti suaserit, contumacia eorum exegerit ac expedire viderimus, actore Domino, procedemus. Ut autem hujusmodi noster processus etc., usque in fine. »

« Cives Tudertinos quia... »

2181-2185 Rieti, 22 juin 1289.

Legatus in regnum Siciliae mittitur. (Reg. 44, c. 15, f. 308 v°.)

Venerabili fratri B., episcopo Penestrino, apostolice sedis legato, in regno Siciliae plenae legationis officium committit, « ut evellas, destruas, dissipes et disperdas, edifices et plantes ac facias auctoritate nostra quecumque ad honorem Dei et prosperum statum illarum partium ac reformationem prosperi status regis et regni predictorum videris pertinere, concessa tibi auctoritate simili contradictores per excommunicationis et suspensionis sententias sive alias per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendi, quibuslibet indulgentiis seu privilegiis apostolicis, per que nullum cuiquam in hac parte volumus afferri suffragium, nequaquam obstantibus, libera facultate. »

« In hac terrestri... — Dat. Reate, x kalendas julii, pontificatus nostri anno secundo. »

In e. m. archiepiscopos et episcopos, abbates, priores, decanos, archidiaconos, praepositos et alios ecclesiarum praelatos sive rectores eorumque conventus et collegia, exemptos et non exemptos, per regnum Siciliae constitutos, hortatur ut praedicto episcopo tanquam apostolicae sedis legato intendant, ipsius statuta, monita, praecepta et mandata adimplendo.

In e. m. universis comitibus, baronibus, militibus ac populis sive communitatibus civitatum, castrorum et aliorum locorum per regnum Siciliae constitutis.

In e. m. regi Siciliae.

In e. m. reginae Siciliae.

2186 Rieti, 22 juin 1289.

Potestas absolvendi a sententiis canonicis. (Reg. 44, c. 16, f. 309 r°.)

Venerabili fratri B., episcopo Penestrino, apostolice sedis legato, potestatem concedit absolvendi ab excommunicationis sententia quosdam clericos et laicos qui, coacti, rebellibus Siculis auxilium praestiterunt, relaxandi ab interdicto terras eorum et dispensandi cum clericis super irregularitatibus, si quas sic legati contraxerint.

« Ex parte tua... — Dat. ut supra. »

2187 Rieti, 22 juin 1289.

Facultas conferendi beneficia ecclesiastica. (Reg. 44, c. 17, f. 309 r°.)

Eidem facultatem concedit conferendi beneficia ecclesiastica clericorum qui in ipsius comitatu vel servitio ea cesserint vel decesserint.

« Cum te ad... — Dat. ut supra. »

2188 Rieti, 22 juin 1289.

Eadem facultas. (Reg. 44, c. 18, f. 309 v°.)

Eidem facultatem concedit conferendi beneficia ecclesiastica quae in civitatibus et dioecesibus ipsius legationis tanto tempore vacaverint quod ad sedem apostolicam eorum collatio devoluta sit.

« Cum te ad... — Dat. ut supra. »

2189 Rieti, 22 juin 1289.

Facultas exercendi censuram ecclesiasticam. (Reg. 44, c. 19, f. 309 v°.)

Eidem. « Cum te ad... Exercendi censuram ecclesiasticam in omnes illos qui, in eundo, stando aut redeundo, circa te vel familiam tuam injuriosi extiterint, si injuriatores ipsi a te moniti de injuria illata tibi et dicte familie non satisfecerint competenter et in locis in quibus injuria hujusmodi facta fuerit, si tamen eorumdem locorum domini, qui laici fuerint, requisiti, neglexerint facere tibi vel dicte familie hujusmodi satisfactionem impendi... fraternitati tue plenam et liberam concedimus auctoritate presentium facultatem. Dat. ut supra. »

2190 Rieti, 22 juin 1289.

Facultas privandi beneficiis. (Reg. 44, c. 20, f. 309 v°.)

Eidem potestatem concedit privandi beneficiis suis cle-

ricos quos rebelles, ingratos et inobedientes sibi in eis quae ad legationis suae officium spectarent invenerit.

« Cum te ad... — Dat. ut supra. »

2191 Rieti, 22 juin 1289.

De necessariis nuntiis legati apostolici providendis. (Reg. 44, c. 21, f. 309 v°).

Eidem. « Cum te ad... Fraternitati tue compellendi... prelatos, cujuscumque preminentie vel dignitatis extiterint, necnon personas quaslibet, tam Cisterciensis, Premonstratensis, Cluniacensis et aliorum ordinum, magistros quoque, priores, preceptores et fratres hospitalis Jerosolimitani, domus militie Templi et quorumcumque aliorum hospitalium sive domorum quam alias personas ecclesiasticas cathedralium et aliarum ecclesiarum sive monasteriorum, exemptorum et non exemptorum, per censuram ecclesiasticam, ad providendum in necessariis nuntiis tuis quos predictis commissis tibi negotiis destinabis... plenam auctoritate presentium concedimus facultatem. Dat. ut supra. »

2192 Rieti, 22 juin 1289.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 22, f. 309 v°.)

Eidem. Indulgentiam concedit unius anni et xl dierum omnibus vere poenitentibus et confessis qui interfuerint praedicationibus et congregationibus ab ipso legato factis ac translationibus reliquiarum et festivitatibus quibus ipse personaliter intererit.

« Cum te ad... — Dat. ut supra. »

2193 Rieti, 22 juin 1289.

Facultas recipiendi procurationes. (Reg. 44, c. 23, f. 310 r°.)

Eidem facultatem concedit recipiendi, sua legatione durante, procurationes ab omnibus ecclesiarum praelatis et ecclesiasticis personis suae legationis.

« Cum te ad... — Dat. ut supra. »

2194 Rieti, 22 juin 1289.

Potestas legato concessa. (Reg. 44, c. 24, f. 310 r°.)

Eidem. « Cum te ad... Fraternitati tue presentium auctoritate concedimus ut, si fueris partes illas ingressus et ex aliqua causa rationabili vel ex improviso forsan eventu postmodum illas egredi te forte contigerit et in vicinis partibus commorari, possis semel, iterum et quotiens oportunum fuerit reingredi ad easdem et prefatum officium et cetera tibi litterarum nostrarum auctoritate commissa, quantum ad negotia partium predictarum, sicut expedire videris, libere in omnibus exercere. Dat. ut supra. »

2195 Rieti, 22 juin 1289.

Jurisdictio legato concessa. (Reg. 44, c. 25, f. 310 r°.)

Eidem. « Cum te ad... Puniendi, prout videris expedire, venerabiles fratres nostros archiepiscopos et episcopos ac quoslibet alios, quorumlibet ecclesiarum, monasteriorum et domorum, tam exemptorum quam non exemptorum, prelatos, conventus, capitula sive collegia et quascumque personas ecclesiasticas tue legationis, cujuscumque conditionis seu dignitatis existant, que tibi circa eadem officium et negotia vel in hiis que ad ipsa pertinere putaveris parere neglexerint, ac ipsos archiepiscopos et episcopos ceterasque personas ecclesiasticas a spiritualium et temporalium administratione suspensos ad apostolicam sedem mittendi et hoc eis injungendi sub pena depositionis, quam, si tibi non paruerint in hac parte, eo ipso incurrant, vel privandi eos prelaturis, personatibus et dignitatibus et beneficiis que obtinent, si tibi melius visum fuerit... fraternitati tue plenam concedimus auctoritate presentium facultatem. Dat. ut supra. »

2196 Rieti, 22 juin 1289.

Instructiones legato factae. (Reg. 44, c. 26, f. 310 r°.)

Eidem. « Cum te ad... Fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus nobiles viros comites, barones et alios laicos regni ejusdem moneas et inducas ut carissimo in Christo filio nostro C., Sicilie regi illustri, efficaciter intendentes, fidelitatis juramenta ei, ut tenentur, exhibeant, et alia omnia que consueverunt ab ipsis Sycilie regibus exhiberi, omnesque conjurationes, confederationes, colligationes et societates factas ab eis dissolvant penitus et abjurent et statuta super hiis edita non observent, etiam si de illis observandis juramenta prestiterunt, ad quorum observationem ipsos decernimus non teneri, comites, barones et laicos predictos per privationem feudorum et omnium bonorum que a quibuscumque ecclesiis predicti regni et aliis detinent, prout expedire vi-

deris, ad id, appellatione postposita, compellendo. Dat. ut supra. »

2197 Rieti, 22 juin 1289.

Facultas absolvendi a canonicis sententiis. (Reg. 44, c. 27, f. 310 r°.)

Eidem facultatem concedit dispensandi cum ecclesiarum praelatis et personis ecclesiasticis suae legationis super irregularitate quam contraxerint hac legatione durante ferendo in alios excommunicationis sententiam sine scriptis et, tunc excommunicati, non abstinendo a divinis officiis.

« Cum te ad... — Dat. ut supra. »

2198 Rieti, 22 juin 1289.

Facultas dispensandi super defectu natalium. (Reg. 44, c. 28, f. 310 r°.)

Eidem facultatem concedit dispensandi cum clericis suae legationis defectum natalium patientibus, e soluto et soluta genitis, ut in susceptis ministrare ordinibus, promoveri ad superiores et ecclesiasticum beneficium, etiam si curam habeat animarum, obtinere valeant, dummodo e presbyteris, regularibus, de adulterio aut de incestu geniti non sint.

« Cum te ad... — Dat. ut supra. »

2199 Rieti, 22 juin 1289.

Facultas absolvendi ab excommunicationis sententia. (Reg. 44, c. 29, f. 310 r°.)

Eidem facultatem concedit absolvendi clericos et laicos ab excommunicationum sententiis quas Sarracenis arma et alia prohibita deferentes incurrerint, dummodo quae ita lucrati sint in subsidium Terrae Sanctae convertenda restituant.

« Cum te ad... — Dat. ut supra. »

2200 Rieti, 22 juin 1289.

De procurationibus legato exhibendis. (Reg. 44, c. 30, f. 310 v°.)

Eidem. « Cum te ad... Fraternitati tue compellendi quoslibet prelatos, cujuscumque preminentie vel dignitatis extiterint, necnon regulares Cisterciensis, Premonstratensis, Cluniacensis et aliorum ordinum, magistros quoque, priores, preceptores, fratres Sancti Johannis Jerosolimitani, militie Templi et aliorum quorumcumque hospitalium seu domorum, et alias personas ecclesiasticas cathedralium et aliarum ecclesiarum sive monasteriorum, exemptorum et non exemptorum, per censuram ecclesiasticam, ad contribuendum in procurationibus tibi debitis... plenam auctoritate presentium concedimus potestatem. Dat. ut supra. »

2201 Rieti, 22 juin 1289.

Facultas absolvendi a canonicis sententiis. (Reg. 44, c. 31, f. 310 v°.)

Eidem. « Cum te ad... Fraternitati tue dispensandi per te vel per alium aut alios cum personis ecclesiasticis, religiosis et secularibus tue legationis super irregularitate quam contraxerunt vel contraxerint legatione durante predicta ex eo quod excommunicate receperunt ordines et ministrarunt in ipsis, aut excommunicationis, suspensionis vel interdicti sententiis innodate divina officia celebrarunt postquam ab hujusmodi sententiis rite fuerint absolute, injuncta eis pro modo culpe penitentia competenti, liberam concedimus auctoritate presentium facultatem. Dat. ut supra. »

2202 Rieti, 22 juin 1289.

Facultas absolvendi a canonicis sententiis. (Reg. 44, c. 32, f. 310 v°.

Eidem. « Cum te ad... Dispensandi per te vel per alium aut alios cum clericis tue legationis qui ab archiepiscopis et episcopis vinculo excommunicationis astrictis ignoranter ordines receperunt, exceptis illis qui ordinati fuerunt ab hiis qui per sedem eandem fuerunt depositi pro eo quod interfuerunt coronationi Manfredi, quondam principis Tarentini, quod sic in susceptis ordinibus valeant ministrare, injuncta eis penitentia salutari, liberam tibi concedimus auctoritate presentium facultatem. Dat. ut supra. »

2203 Rieti, 22 juin 1289.

Facultas concedendi quatuor personis tabellionatus officium. (Reg. 44, c. 33, f. 310 v°.)

Eidem.

« Cum te ad... — Dat. ut supra. »

2204 Rieti, 22 juin 1289.

Facultas dispensandi super simonia. (Reg. 44, c. 34, f. 310 v°.)

Eidem. « Cum te ad... Fraternitati tue presentium auctoritate concedimus ut cum quibuslibet religiosis personis tue legationis, cujuscumque sint ordinis, que, dato aliquo pro acquirendis vel recepto pro exhibendis locis in monasteriis, hactenus commiserunt vel commiserint, legatione ipsa durante, symoniacam pravitatem possis, ut expedire videris, dispensare; non obstante constitutione concilii generalis. Dat. ut supra. »

2205 Rieti, 22 juin 1289.

Ad constructionem pontium. (Reg. 44, c. 35, f. 310 v°.)

Eidem. « Cum te ad... Presentium tibi auctoritate concedimus ut omnibus vere penitentibus et confessis qui ad fabricas pontium manum porrexerint adjutricem sexaginta vel usque ad centum dies de injunctis sibi penitentiis, prout, pensatis locorum conditionibus, expedire videris, valeas per triennium misericorditer relaxare. Dat. ut supra. »

2206 Rieti, 22 juin 1289.

Facultas citandi coram se. (Reg. 44, c. 36, f. 310 v°.)

Eidem. « Cum te ad... Proponendi ubicumque citra Farum vel ultra, convocatis, prout tibi videbitur, clero et populo, publice citationis edicta et faciendi monitiones publicas quod persone hujusmodi coram te infra terminum a te prefigendum eisdem compareant et monitionibus tuis parere procurent, quod sufficere volumus ad legitime citationis seu monitionis effectum, fraternitati tue liberam concedimus auctoritate presentium facultatem... Dat. ut supra. »

2207 Rieti, 22 juin 1289.

Facultas recipiendi ecclesiarum cessiones. (Reg. 44, c. 37, f. 310 v°.)

Eidem facultatem concedit recipiendi a nonnullis archiepiscopis, episcopis et aliis praelatis regni Siciliae ecclesias quas per simoniam et alias contra canonicas sanctiones detinuerint, si super hoc ab eis requisitus fuerit.

« Pervenit ad audientiam... — Dat. ut supra. »

2208 Rieti, 22 juin 1289.

Facultas absolvendi ab excommunicationis sententia. (Reg. 44, c. 38, f. 310 v°.)

Eidem facultatem concedit absolvendi in suae legationis terris nonnullos per judices a sede apostolica delegatos et subdelegatos ab eis excommunicationum sententiis innodatos.

« Ad audientiam nostram... — Dat. ut supra. »

2209 Rieti, 22 juin 1289.

Concessiones. (Reg. 44, c. 39, f. 311 r°.)

Eidem declarat concessiones ei specialiter factas non derogare eis quae ei ratione legationis suae competunt.

« Prosperum statum carissimi... — Dat. ut supra. »

2210 Rieti, 22 juin 1289.

Facultas eligendi confessorem proprium. (Reg. 44, c. 40, f. 311 r°.)

Eidem.

« Ut favorem quo... — Dat. ut supra. »

2211 Rieti, 22 juin 1289.

Facultas vocandi ad se fratres. (Reg. 44, c. 41, f. 311 r°.)

Eidem potestatem concedit vocandi ad se quoscumque et quotcumque quorumlibet ordinum fratres ad expedienda legationis officia, et dandi eis licentiam ingrediendi secum monasteria monialium et equitandi.

« Ut in commissis... — Dat. ut supra. »

2212 Rieti, 22 juin 1289.

Facultas amovendi a beneficiis et haec conferendi. (Reg. 44, c. 42, f. 311 r°.)

Eidem potestatem concedit amovendi a beneficiis, personatibus et dignitatibus ecclesiasticis in sua legatione quos ea invenerit non canonice obtinere, haecque personis idoneis conferendi, necnon et contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendi.

« Cum te ad. — Dat. ut supra. »

2213 Rieti, 22 juin 1289.

Facultas ducendi evectiones. (Reg. 44, c. 43, f. 311 r°.)

Eidem concedit ut evectiones quas commissis sibi negotiis viderit expedire ducere libere valeat.

« Cum te ad... — Dat. ut supra. »

2214 Rieti, 15 juillet 1289.

Facultas conferendi beneficia ecclesiastica. (Reg. 44, c. 44, f. 311 r°.)

Eidem facultatem concedit canonicatum in singulis ecclesiis cathedralibus infra ipsius legationis terminos constitutis personis idoneis conferendi, eas ibidem in canonicos recipi faciendi ac providendi eis de praebendis seu beneficiis, si in ipsis ecclesiis praebendarum seu beneficiorum distinctio habeatur, et contradictores per censuram apostolicam, appellatione postposita, compescendi.

« Cum te ad... — Dat. Reate, idibus julii, anno secundo. »

2215 Rieti, 20 juin 1289.

Suspensio poenarum in quibusdam litteris Honorii IIII edictarum. (Reg. 44, c. 45, f. 311 v°.)

Carissimo in Christo filio Carulo secundo, regi Sicilie illustri. Ad ejus supplicationem, poenas in ordinatione quam Honorius papa IIII super collectis, exactionibus, matrimoniis et aliis gravaminibus in regno Siciliae edidit contra eos qui hanc ordinationem non observaverint contentas suspendit.

« Dudum regno Sicilie... — Dat. Reate, XII kalendas julii, anno secundo. »

2216 Sainte-Marie-Majeure, 13 janvier 1290.

Provisiones legato apostolicae sedis in Sicilia concessae. (Reg. 44, c. 46, f. 311 v°.)

Venerabili fratri Berardo, episcopo Penestrino, apostolice sedis legato, cui provisiones de redditibus et bonis ecclesiasticis regni Siciliae provenientes non sufficiunt, de redditibus, fructibus et proventibus ecclesiarum cathedralium et monasteriorum, exemptorum et non exemptorum, quae vacent aut vacaverint infra legationem ipsius, praelatis eorum, si existerent, debitis, trecentas uncias auri, pro rata temporis vacationis et facultatum cujuslibet, recipiendi.

« Cum te nuper... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus januarii, anno secundo. »

2217 Rieti, 18 juillet 1289.

Medietas redditiuum ecclesiae cardinalibus conceditur. (Reg. 44, c. 47, f. 312 r°; Potth., 23010.)

Ad perpetuam rei memoriam. Cardinalibus medietatem omnium fructuum, redditiuum et proventuum quos in Siciliae et Angliae aliisque quibuslibet regnis, Sardinia, Corsica, aliisque insulis, marchia Anconitana, provincia Romaniolae, ducatu Spoletano, terra Arnulforum, patrimonio beati Petri in Tuscia, Campania et Maritima, Sabinia, Massa trabaria, Carfagnana, comitatu Venesini, civitate Beneventana et aliis terris ecclesia obtinet et mulctarum, condempnationum et censuum concedit.

« Celestis altitudo potentie... — Dat. Reate, per manum magistri Johannis, decani Bajocensis, sancte romane ecclesie vicecancellarii, XV kalendas augusti, indictione secunda, incarnationis dominice anno M.CC.LXXXVIIII, pontificatus vero donni Nicolai pape IIII anno secundo. »

2218-2227 Rieti, 7 juillet 1289.

« Littere misse ad partes Tartarorum. » (Reg. 44, c. 48, f. 312 r°; Potth., 22997.)

Venerabili fratri .. patriarche Jacobitarum salutem et apostolicam benedictionem. « Disponente summi regis arbitrio, cujus providentie magnitudo celestia simul et terrena disponit, ad apicem apostolice dignitatis assumpti, grandi desiderio ducimur ut sic cunctorum gressus mortalium salubriter dirigantur, sic illi suorum operum moderentur habenas ut accepti reddantur Altissimo eisque salus proveniat animarum. Quid enim illa jocundius, quid desiderabilius, quid in terris pretiosius fore dinoscitur, cum, si totius orbis quis sibi dominium vendicet, prout evangelica testatur auctoritas, nichil prosit, si detrimentum anime patiatur? Quamobrem multiplici reddimur attentione solliciti ut universi per mundum populi constituti, Christo domino, sub christiane fidei religione commilitent, quam sacrosancta romana ecclesia tenet firmiter et observat, que ut semitam preparat panditque aditum ad eterna gaudia promerenda. Speramus insuper ut et tu, cui multus, ut dicitur, subjectus est

populus, magno desiderio ferveas et sollerter exquiras ut per laudabilium exercitium actionum sic suo creatori complaceat ut salutis commoda mereatur, quod absque ipsius observatione fidei, que reatus expurgat, maculas diluit, nequit penitus pervenire. Ideoque fraternitatem tuam paternis exhortamur affectibus et in filio Dei patris tibi sinceris mentibus suademus quatenus ad observandam fidem catholicam, quam, sicut premittitur, tenet et servat romana ecclesia inconcusse, ac etiam ad ipsius ecclesie unionem, sublato cujuslibet tarditatis obstaculo et nexibus difficultatis effractis, festinus acceleres, promptus advenias, occurras spontaneus, studiosus accedas, eo majoris retributionis premia proinde consecuturus a Domino quo plures ad id tuo exemplo laudabili evocabis, cum facile trahi soleat in exemplum a subditis quod agi conspicitur a prelatis. Speramus etenim magnaque fiducia ducimur quod premissa libenter et efficaciter adimplebis, subjectum tibi populum ad ea diligenter et sollicite inducendo, cum sicut dilectus filius frater Johannes de Montecorvino, de ordine fratrum minorum, lator presentium, multa bona multaque laudabilia opera, que letanter audivimus, de tuis studiis nobis duxerit referenda. Suscipe igitur reverenter exhortationem sinceram et salubrem devotus amplectere Christi vicarii suadelam, sic te laudabiliter gerere studeas ad honorem et gloriam omnium conditoris ut in conspectu ejus reddaris acceptior cumulo meritorum. Ceterum instanter expetimus ut eundem fratrem et ejus socios spetialiter habeas commendatos, ipsosque benigne ac favorabiliter prosequaris, ut, tali et tanto muniti presidio, utilius et comodius in ministerio se gerere valeant quod exercent et ad laudem divini nominis opera efficatius prosequi Jesu Christi. Ut autem in fide christiana predicta plenius et melius valeas alios informare, dictam fidem et ejus formam presentibus fecimus annotari, que tales sunt : Credimus Sanctam Trinitatem, Patrem et Filium et Spiritum Sanctum etc., ut habetur regestrata in regestro primi anni litterarum curie ejusdem domini Nicolai, cap. XIII° (1), usque Dat. Reate, nonis julii, anno secundo. »

In e. m. Sacerdoti, fratri .. patriarchae Jacobitarum.

Rieti, 15 juillet 1289.

In e. m. .. patriarchae Nestorianorum. Dat. Reate, idibus julii, anno secundo.

In e. m. .. patriarchae Georgianorum.

In e. m. .. patriarchae Armenorum.

Rieti, 7 juillet 1289.

In e. m. .. archiepiscopo Ethiopiae. Dat. Reate, nonis julii, anno secundo.

Rieti, 15 juillet 1289.

In e. m. archiepiscopis, episcopis et aliis Jacobitarum praelatis. Dat. Reate, idibus julii, anno secundo.

In e. m. archiepiscopis, episcopis et aliis Armeniae praelatis.

In e. m. archiepiscopis, episcopis et aliis Georgianorum praelatis.

In e. m. episcopis et aliis Ethiopiae praelatis.

2228 Rieti, 7 juillet 1289.

Idem. (Reg. 44, c. 49, f. 312 v°; Potth., 22998.)

Venerabili fratri Dyonisio, episcopo in partibus Orientis, salutem etc. Ei gratulatur ob affectum erga christianam fidem, gratias agit ob praestita fratribus ordinis minorum beneficia et ad perseverandum in utroque illum exhortatur.

« Affluentis devotionis affectu... — Dat. ut supra. »

2229 Rieti, 7 juillet 1289.

Idem. (Reg. 44, c. 50, f. 313 r°; Potth., 23006.)

Carissimo in Christo filio .. regi Armenie illustri salutem etc. Ei eadem quae supradicto Dionysio scribit.

« Gerentes in terris... — Dat. ut supra. »

2230-2231 Rieti, 14 juillet 1289.

Idem. (Reg. 44, c. 51, f. 313 r°; Potth., 23007.)

Dilecte in Christo filie nobili mulieri Marie, sorori clarissime regine Armenie, ob studium erga fidem catholicam et desiderium unionis cum ecclesia romana gratulatur, illa prosequi et alios ad eadem inducendos hortatur, fratresque ordinis minorum ibi commorantes ei commendat.

« Nuper ad apostolatus... — Dat. Reate, II idus julii, anno secundo. »

In e. m. nobili viro Toroso et aliis .. regis Armeniae germanis.

2232-2233 Rieti, 14 juillet 1289.

Idem. (Reg. 44, c. 52, f. 313 v°; Potth., 23008.)

Dilecto filio nobili viro Leoni, conestabulo carissimi in Christo filii nostri .. regis Armenie illustris, eadem quae praedictae Mariae scribit.

« Letati sumus quamplurimum... — Dat. ut supra. »

Rieti, 15 juillet 1289.

In e. m. nobili viro .. marescallo regis Armeniae. Dat. Reate, idibus julii, anno secundo.

2234-2239 Rieti, 11 juillet 1289.

Idem. (Reg. 44, c. 53, f. 313 v°.)

Dilectis filiis universo populo Armenorum salutem etc. Eum hortatur ad observandam fidem christianam et prosequendam ecclesiae romanae unionem eique benedictionem concedit.

« Summi pastoris qui... — Dat. Reate, v idus julii, anno secundo. »

In e. m. populo Ethiopiae.

In e. m. universo populo Nestorianorum.

In e. m. .. imperatori Ethiopiae. (Potth., 23002.)

In e. m. Demetrio, regi Georgiae.

In e. m. David, regi Yberorum.

2240 Rieti, 15 juillet 1289.

Idem. (Reg. 44, c. 54, f. 313 v°; Potth., 23009.)

Argoni, regi Tartarorum illustri, gratiam in presenti que perducat ad gloriam in futuro. Ei de ejus erga romanam ecclesiam devotione et humanitate in fratres ordinis minorum gratias agit eumque ad fidem christianam suscipiendam hortatur.

« Inter cetera desideria... — Dat. Reate, idibus julii, anno secundo. »

2241 Rieti, 13 juillet 1289.

Idem. (Reg. 44, c. 55, f. 314 r°; Potth., 23003.)

Cobla Chan, magistro principi Tartarorum illustri, gratiam in presenti que perducat ad gloriam in futuro. Eum ad fidem christianam suscipiendam hortatur eique Johannem de Monte Corvino et alios fratres ordinis minorum commendat.

« Gaudemus in Domino... — Dat. Reate, III idus julii, anno secundo. »

2242 Rieti, 13 juillet 1289.

Idem. (Reg. 44, c. 56, f. 314 v°; Potth., 23003.)

Caydono, principi Tartarorum illustri, gratiam in presenti que perducat ad gloriam in futuro. Eum ad suscipiendam fidem christianam hortatur.

« Ad ea que... — Dat. ut supra. »

2243-2244 Rieti, 13 juillet 1289.

De eodem negotio. (Reg. 44, c. 57, f. 314 v°; Potth., 23005.)

Dilecto filio nobili viro Jolo de Pisis. Eum rogat ut cunctis religiosis ad partes Tartarorum transeuntibus auxilium et consilium impendat.

« Letamur in Domino... — Dat. ut supra. »

In e. m. nobili viro Johanni de Bonastro.

2245 Rieti, 19 juin 1289.

Absolvit regem Siciliae ab excommunicationis sententia si quam ratione regni Siciliae incurrerit. (Reg. 44, c. 58, f. 314 v°.)

Carissimo in Christo filio C., regi Siciliae illustri. « Benignitas alme matris ecclesie sic personam tuam spetiali caritate complectitur, sic in te tanquam filium benedictionis et gratie ubera materne dilectionis effundit ut curis anxiis consilia diversa discutiat, vias utiles modosque perquirat, per quos statui tuo reparatio grata proveniat quietisque amenitas desiderata resurgat, sicque tibi in illis sedule et providenter assistat ut ab ipsa gratiarum placida beneficia sentias et amara dispendia diminutionis evites. Sane nobis et fratribus nostris humiliter supplicasti ut, si tu aliquam vel aliquas excommunicationum sententias forsitan incuristi propter conditiones, conventiones et pacta inter romanam ecclesiam et clare memorie C., regem Sicilie, patrem tuum, in concessione regni Sicilie et terre que est citra Farum usque ad confinia terrarum ipsius ecclesie sibi facta per eandem ecclesiam, habita et in nonnullis articulis seu capitulis non servata, aut occasione ipsorum, vel si eadem regnum et terra propter ipsa non servata per ipsum seu per te supposita sint ecclesiastico interdicto, vel si idem pater tuus propter hoc a [illegible]

quod sibi competebat in ipsis, aut si etiam tu ipse ab eisdem regno et terra propter conditiones, conventiones et pacta premissa quomodolibet non servata ab omni jure quod tibi in dictis regno et terra competiit cecidisses, ita quod ipsa per hoc libere essent ad eandem ecclesiam devoluta, providere tibi plenarie super hiis apostolice sedis clementia dignaretur. Nos itaque, supplicationibus tuis paterno condescendentes assensu et volentes in premissis tibi tuisque heredibus quo ad preterita plenarie providere, licet nondum prestiteris nobis et eidem ecclesie ligium homagium et fidelitatis ac vassallagii juramentum, de ipsorum fratrum consilio et assensu, quascumque excommunicationum sententias incurristi, necnon et quaslibet sententias interdicti quibus supposita sint regnum et terra prefata propter supradicta conditiones, conventiones et pacta per dictum patrem tuum aut per te sive per utrumque quomodolibet non servata hactenus penitus relaxamus, et te ab hujusmodi excommunicationum sententiis absolvimus de gratia spetiali, omnesque penas in conditionibus, conventionibus et pactis premissis contentas et spetialiter privationis seu casus a jure regni et terre dictorum, si quas ex quocumque capite vel quomodolibet tu vel pater tuus prefatus incurristis hactenus, totaliter abolemus et remittimus de plenitudine potestatis. Volentes et nichilominus auctoritate apostolica decernentes per hoc dictis conditionibus, conventionibus sive pactis aut quibuslibet contentis in eis, necnon et omnibus contentis in littera felicis recordationis Clementis pape IIII, predecessoris nostri, super eis et contingentibus ipsa confectis in nullo in posterum derogari, sed ea per omnia perinde remanere in sue robore firmitatis ac si nulla tibi super premissis gratia facta foret. Verum, licet ad tuam tuorumque heredum cautelam premissa fecerimus gratiose, tamen per hoc te non duximus absolvendum ab hiis de quibus pro patre tuo vel pro te tenereris nobis, romane ecclesie vel aliis quibuscumque satisfacere si neque ipse neque tu cecidissetis a regno et terra predictis, sed ad satisfaciendum de eis volumus te teneri. Ad hec volumus ut, si hujusmodi relaxationem, absolutionem, abolitionem, remissionem, decretum et alia que in presentibus nostris litteris continentur rata habueris, super hoc patentes litteras tuas harum seriem continentes, aurea tua bulla munitas, nobis ad ecclesie romane cautelam exhibeas, dilatione cessante. Alioquin relaxatio, absolutio, abolitio et remissio hujusmodi nullius penitus sit roboris vel momenti. Dat. Reate, XIII kalendas julii, anno secundo. »

2246 Rieti, 20 juin 1289.

Regi Siciliae de quibusdam conventionibus peractis quitanciam dat. (Reg. 44, c. 59, f. 315 r°.)

Eidem. « Pia mater ecclesia, que curis variis et studiis operosis, prout ex alto possibilitas advenit, quorumlibet calumpnias reprimit injuriasque restringit, sic in se agit et ordinat ut ejus processus et opera nichil insidiosum contineant, nichil in cujusquam injuriam pariant captiosum. Sane, licet nobis et ecclesie romane, pro regno Sicilie et tota terra que est citra Farum usque ad confinia terrarum ipsius ecclesie, excepta civitate Beneventana, cum toto territorio et omnibus districtibus et pertinentiis suis, secundum antiquos fines territorii, pertinentiarum et districtus civitatis ejusdem per romanum pontificem distinctos, vel in posterum distinguendos, ligium nuper homagium faciens et fidelitatis prestans debitum sacramentum absolute, universas et singulas conditiones, conventiones et pactiones initas inter ipsam ecclesiam et clare memorie C., regem Sicilie, patrem tuum, per te et tuos heredes promiseris juramento prestito inviolabiliter observare, nos tamen et fratres nostros tua supplex interpellat instantia quod ad observationem illarum conditionum, conventionum et pactionum que implete ac perfecte existunt te et tuos heredes prefata tua promissio non astringat; videlicet ad solutionem quinquaginta milium marcharum sterlingorum per distinctos in eisdem conventionibus et promissione terminos eidem ecclesie solvendarum, que, sicut tibi, a regni tui negotiis alieno, potest esse credulitas, prefato genitori tuo per aliquem vel aliquos de predecessoribus nostris in toto vel in parte credis esse remissa, vel per eundem patrem tuum ipsi ecclesie forsitan persoluta; ad restitutionem ecclesiarum que tempore dominii prefati genitoris tui semel restitute fuerunt, si forte sint iterum destitute, ne juxta modum et formam in pretactis conventionibus et promissione notatos pro iteratis destitutionibus ipsas restituere sepius astringaris; aut ad expositionem nemorum pro lignaminibus refectionis civitatis Beneventane aut alterius materie ad edificia oportune, prout in conventionibus ipsis et promissione notatur, si jam hujusmodi expositio facta fuerit, cum jam dicta civitas dicatur esse refecta. Tuis itaque supplicationibus grato concurrentes affectu, si predicta quinquaginta milia marcharum per aliquem vel aliquos de predecessoribus nostris dicto patri tuo in toto vel in parte legitime remissa fore constiterit, aut per ipsum patrem tuum ipsi ecclesie persoluta, et si dicte ecclesie ejusdem genitoris tui tempore restitute fuerunt, licet sint postmodum destitute, et si juxta formam conventionum ipsarum

dicta Beneventana civitas sit refecta, de fratrum nostrorum consensu et assensu, decernimus et volumus ad solutionem prefatarum marcharum quas remissas legitime vel solutas esse constiterit, aut ad restitutionem earumdem ecclesiarum que fuerunt, ut premittitur, restitute, aut ad expositionem nemorum et alterius materie pro refectione terre prefate, si plene dicta expositio facta fuerit, te tuosque heredes aliquatenus non teneri. Non obstante quod in prefata promissione tua forsitan videaris pretactas extinctas vel elisas obligationes quomodolibet innovasse. Non tamen quantum ad ecclesias attinet sic te tuosque posteros intelligimus absolutos quin ecclesiis ipsis restitutis et postmodum destitutis coram competentibus tribunalibus per te et ipsos fiat celeris et expedite justitie complementum. Dat. Reate, XII kalendas julii, anno secundo. »

2247 Rieti, 20 juin 1289.

Terminos ad solvenda quinquaginta millia marcharum prorogat. (Reg. 44, c. 60, f. 315 r°.)

Eidem terminum solutionis quinquaginta millia marcharum sterlingorum a bonae memoriae C., rege Siciliae, patre ejus, romanae ecclesiae in certis terminis persolvendarum et a C. filio in sacramento fidelitatis et homagii promissarum hinc ad duos annos prorogat. — « Volumus autem ut infra annum probes legitime si quid de marchis ipsis rite remissum fuerit vel ecclesie predicte solutum. »

« Suppliciter apud nos... — Dat. ut supra. »

2248 Rieti, 20 juin 1289.

Comitatus Laureti et castrum Albae Carolo, regi Siciliae, restituuntur. (Reg. 44, c. 61, f. 315 r°.)

Petro de Palumbaria, rectori comitatuum Laureti et Albe. « Pridem dum regionem Aprutii belli calamitas premeret et angustia frementis turbatoris artaret, Conradus de Antiochia terram Laureti et nonnullas alias terras ad comitatum dicti Laureti spectantes ac castrum Albe violentis incursibus occupavit, per quorum occupationem sic eorumdem turbinum excrescebant valide tempestates quod de subversione circumadjacentium regionum corda fidelium trepidabant, propter quod felicis recordationis Honorio pape IIII, predecessori nostro, suasit provida cautela consilii dictas terras et prefatum castrum Albe in manu sua recipere, ipsasque facere per suos officiales vel nuntios custodiri, quousque statui carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Sicilie, tunc captivi, et regionis ejusdem videretur aliud expedire. Cumque eundem regem divina gratia solutum a carcere restituerit libertati, per quod credimus quod pax et tranquillitas in eodem regno Sicilie revirescet, tibi per apostolica scripta mandamus quatenus predictam terram Laureti aliasque terras et loca comitatus ejusdem ac prefatum castrum Albe, que per te sunt hucusque nomine romane ecclesie custodita, .. justitiario ejusdem provintie ultra flumen Piscarie et .. secreto regionis ipsius, seu alteri eorumdem, qualibet tarditate cessante, nomine et pro parte dicti regis restituas et assignes; recepturus pro parte et nomine dicte romane ecclesie de restitutione et resignatione hujusmodi instrumentum publicum ad cautelam; satisfacto prius tam tibi quam tuis custodibus seu servientibus de debitis salariis preteriti temporis de fructibus earumdem terrarum et castri. Dat. ut supra. »

2249 Rieti, 20 juin 1289.

De censu a rege Siciliae ecclesiae romanae solvendo. (Reg. 44, c. 62, f. 315 v°.)

Carissimo in Christo filio Carolo, regi Sicilie illustri, ad ejus instantiam, viva voce factam, terminum solutionis octo millium unciarum auri, ad generale pondus regni Siciliae, in festo beati Petri venturo proximo, pro censu ejusdem regni, ab eo romanae ecclesiae persolvendarum, usque ad aliud festum beati Petri secundo venturum, quod erit anno Domini M.CC.LXXXX, prorogat. — « Ita tamen quod per petitionem et concessionem prorogationis hujusmodi conditiones et conventiones habite inter romanam ecclesiam, clare memorie Carolum, regem Sicilie, patrem tuum, et te nullam prorsus innovationis variationem sentiant nec immutationis dispendium patiantur, sed in sua semper permaneant firmitate. Ceterum volumus quod, si hujusmodi supplicationem tuam et prorogationem nostram ratas habueris, super hoc patentes litteras tuas harum seriem continentes, aurea tua bulla munitas, nobis, ad ecclesie romane cautelam, dilatione cessante, debeas exhibere. Alioquin prorogatio hujusmodi nullius penitus sit roboris vel momenti. »

« Vive vocis oraculo... — Dat. ut supra. »

2250 Rieti, 18 juin 1289.

De eodem negotio. (Reg. 44, c. 63, f. 315 v°.)

Eidem, ad ejus instantiam, viva voce factam, dilatio-

nem solutionis viginti quatuor millia unciarum auri, ad generale pondus regni Siciliae, pro tribus annis praeteritis, ab eo ecclesiae romanae, pro censu regni, persolvendarum, usque ad festum beati Petri secundo venturum, quod erit anno domini M.CC.LXXXX, concedit. — « De duobus vero aliis annis preteritis est eidem ecclesie de prefato censu per te plene ac integre satisfactum et nichilominus pro eodem censu debito per te de duobus premissorum trium annorum per Johannem de Haya, procuratorem in Romana curia, et Adam de Dussiaco, thesaurarium et clericos tuos, ex potestate eis tradita a venerabili fratre nostro G., episcopo Sabinensi, et dilecto filio nobili viro R., comite Atrebatensi, tunc regni predicti bajulis, pretiosa jocalia sunt in pignore eidem ecclesie assignata. Adicimus autem quod per petitionem et concessionem prorogationis hujusmodi conditiones et conventiones habite inter romanam ecclesiam, clare memorie Carolum, regem Sicilie, patrem tuum, et te nullam prorsus innovationis variationem sentiant nec immutationis dispendium patiantur, sed semper in sua permaneant firmitate. »

« Vive vocis oraculo... — Dat. Reate, XIIII kalendas julii, anno secundo. »

2251 Rieti, 1er septembre 1289.

Ad praedicationem crucis. (Reg. 44, c. 64, f. 316 ro; Potth., 23064.)

Venerabili fratri .. episcopo Tripolitano praedicationem crucis in Sclavonia et marchia Tervisina, in Venetiarum et Ferrariensi civitatibus et earum et marchiae Anconitanae et Romaniolae ripariis contra Sarracenos committit.

« Egressus de partibus... — Dat. Reate, kalendis septembris, anno secundo. »

2252-2257 Rieti, 13 septembre 1289.

Viginti galeas ad Terram Sanctam mittit. (Reg. 44, c. 65, f. 316 vo.)

Venerabili fratri .. patriarche Jerosolimitano nuntiat se viginti galeas quas ipse per Ugonem et Johannem, fratres ordinis praedicatorum, Artaldum, militiae Templi, et Petrum, hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani fratres, petiit, instructas, usque ad annum, ad partes transmarinas mittere sub cura .. episcopi Tripolitani, hoc et ipso patriarcha, Johanneque de Grilli, capitaneo gentis Philippi, regis Francorum, in civitate Acconensi, super gubernatione earumdem galearum constitutis.

« Nefandi furoris immanitas... — Dat. Reate, idibus septembris, anno secundo. »

In. e. m. nobili viro Johanni de Grilli.

Rieti, 20 septembre 1289.

In e. m. .. regi Cypri. Dat. Reate, XII kalendas octobris, anno secundo.

In e. m. populo et aliis fidelibus in civitate Acconensi morantibus.

Rieti, 17 septembre 1289.

In e. m. .. magistro et fratribus hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani. Dat. Reate, XV kalendas octobris, anno secundo.

In e. m. .. magistro et fratribus domus militiae Templi Jerosolimitani.

2258 Rieti, 17 septembre 1289.

De eodem negotio. (Reg. 44, c. 66, f. 317 ro.)

Nicolaus etc. Venerabilibus fratribus .. patriarche Jerosolimitano et .. Tripolitano episcopo ac dilecto filio nobili viro Johanni de Grilli, capitaneo gentis carissimi in Christo filii nostri Phylippi, regis Francie illustris, in civitate Acconensi, salutem. « Ad custodiam et tuitionem civitatis Acconensis et aliarum terrarum ac locorum que a christianis tenentur in partibus transmarinis, prout presentis temporis qualitas exigit, sollicitis studiis intendentes, viginti galeas gente ac aliis necessariis munitas ut expedit et instructas ad civitatem ipsam sub tuo, frater episcope, ducatu curaque sollicita fidutialiter destinamus. Cum itaque de probitate vestra confidentiam geramus in Domino spetialem, vobis curam, sollicitudinem et gubernationem galearum predictarum ac personarum existentium in eisdem, donec super hoc per apostolice sedis providentiam aliud ordinari contigerit, tenore presentium duximus committendas, ut de ipsis prout utilitati Terre Sancte ac populi christiani degentis in ea circumspectio vestra commodius et melius expedire cognoverit disponatis. Nos enim nichilominus vobis injungimus quatenus in hac parte sic prudenter et sollicite vos habere curetis ut exinde ab omnium retributore bonorum condigna premia consequi valeatis nosque vestre sollicitudinis studium non immerito commendemus. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vel unus vestrum ea nichilominus exequatur. Vobis autem, fratres patriarcha et episcope, ac vestrum cuilibet contradictores et rebelles per censuram ecclesiasticam, appellatione

postposita, compescendi plenam et liberam harum tenore concedimus potestatem. Dat. Reate, xv kalendas octobris, anno secundo. »

2259 Rieti, 17 septembre 1289.

De pecunia ad subsidium Terrae Sanctae colligenda. (Reg. 44, c. 67, f. 317 r°.)

Venerabilibus fratribus .. patriarche Jerosolimitano et .. Tripolitano episcopo. « Intendentes sollicite ad promotionem negotii Terre Sancte ac gerentes de vestre probitatis industria fiduciam in Domino spetialem, vobis colligendi et exigendi, per vos vel per alium seu alios, a collectoribus a sede apostolica deputatis, necnon et a personis aliis quibuslibet decimam Terre Sancte subsidio in terris legationis tue, pater patriarcha, subjectis concessam, ac etiam legata, relicta et alia quelibet eidem deputata subsidio ac redemptiones votorum aliasque obventiones quascumque ad idem subsidium quomodolibet pertinentes, necnon et duodecim milia librarum turonensium parvorum, que felicis recordationis Adrianus papa, predecessor noster, ad Terre Sancte subsidium, dum viveret, deputavit, et faciendi etiam nostro et ecclesie romane nomine quitationem et reputationem de hiis que vobis de decima et aliis supradictis assignata fuerint vel soluta, eaque predicto nomine deponendi in aliquo vel aliquibus tutis locis, et contradictores ac rebelles quoslibet per censuram ecclesiasticam et alias etiam spiritualiter et temporaliter, prout expedire videritis, compellendi plenam et liberam auctoritate presentium concedimus facultatem, vobis et cuilibet vestrum districtius inhibentes ne predictam pecuniam vel aliquam ejus partem, nisi pro ejusdem Terre Sancte negotio, suadente tamen urgentis necessitatis articulo, expendatis. Volumus autem quod nobis vel apostolice sedi quid, quantum, quando et ubi receperitis de predictis ac locum seu loca depositionis hujusmodi et quantum pro eodem negotio, si hujusmodi necessitatem imminere contigerit, expensum fuerit, per vestras litteras plene, seriatim et distincte intimare curetis. Non obstante si personis aliquibus, cujuscumque dignitatis, status aut conditionis existant, a sede sit indultum eadem quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam, certam, determinatam et expressam de indulto hujusmodi mentionem, et qualibet alia ipsius sedis indulgentia generali vel spetiali, cujuscumque tenoris vel expressionis existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri. Quod si non ambo hiis exequendis potueritis interesse, alter vestrum ea nichilominus exequatur. Dat. Reate, xv kalendas octobris, anno secundo. »

2260 Sainte-Marie-Majeure, 10 novembre 1289.

De Terrae Sanctae negotio. (Reg. 44, c. 68, f. 317 v°; Potth., 23110.)

Carissimo in Christo filio E., regi Anglie illustri, de Terrae Sanctae negotio per Guillelmum de Houdon, ordinis praedicatorum, regium nuntium, respondet; queritur in Anglia committi quaedam quae libertatem ecclesiasticam subvertunt, super quibus alias litteras et nuntium specialem ei mittet.

« Sincere caritatis affectio... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, iiii idus novembris, anno secundo. »

2261 Sainte-Marie-Majeure, 7 octobre 1289.

W., Cameracensis episcopus, ob violentias in legatum apostolicae sedis illatas, coram sede apostolica citatur. (Reg. 44, c. 69, f. 317 v°.)

Venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Remensi et .. episcopo Noviomensi. « Dudum ad audientiam nostram non minus amaritudine quam admiratione stupenda venerabilis fratris nostri Johannis, episcopi Tusculani, relatione perducto quod venerabilis frater noster W., Cameracensis episcopus, postposito debite considerationis judicio, non attendens quod fratres nostri cardinales ecclesie romane eo accuratius eoque reverentius ab omnibus et presertim ecclesiarum prelatis ac aliis viris ecclesiasticis honore sint precipuo attollendi et prerogativa honorificentie preferendi quo ipsi, velut magna luminaria in eadem ecclesia prefulgentes, vigilantius nobis assistunt in supportandis oneribus apostolice servitutis, nec super hoc fatigantur vigiliis, laboribus non laxantur, quodque sedes apostolica, sicut vehementer in eorum gloria gloriatur, ita vehementius percellitur doloris aculeo gravioris cum alicujus temeritas in eos assumit audaciam delinquendi, in dictum episcopum Tusculanum, magnum quidem ejusdem ecclesie membrum, tunc in illis partibus apostolice sedis legatum, nobilem quoque virum Nicolaum, fratrem, Nicolutium et Andreotium, nepotes, et alios familiares suos, tunc in civitate Cameracensi constitutos, immo in eandem ecclesiam et nos in ipsis potius insilire fortiter, associata sibi multitudine arma-

torum, audatia dampnabili non formidans, ad domum ipsius legati hostiliter accesserat, ac demum preconceptam contra dictum legatum nequitiam temptans nequiter aperire, domum eandem velut hostis infestus ingressus, abjecta pontificali modestia et reverentia eidem ecclesie ac legato debita vilipensa, evaginatis gladiis et in furore vibratis circa personam ipsius episcopi Tusculani, prefatos nobilem, pro sua tutela inter amplexus ipsius legati positum, et Nicolutium capere et Andreutium vulnerare graviter per ministros detestabilis conceptionis ejus presumpserat, nec hujusmodi presumptionis ejus contentus, contra eosdem legatum et familiam ferventis in eo nequitie freno laxato, ipsos in eadem civitate, in qua potestas utriusque gladii ad dictum Cameracensem episcopum dicitur pertinere, invaserat ut hostis, ut predones fugaverat et tractaverat velut ab ipso positos in derisu, aliis contra eundem legatum multiplicatis injuriis, contumeliis et jacturis, propter quod dilectus filius noster J., tituli Sancte Cecilie presbyter cardinalis, ejusdem sedis legatus, primo excommunicationis generaliter in premissorum patratores duxerat sententiam promulgandam et dictus Tusculanus episcopus postmodum spetialiter dictum W., Cameracensem episcopum, ab ingressu ecclesie, pontificalium usu, temporalium et spiritualium administratione, capitulum quoque Cameracensis ecclesie, quia requisiti diligenter denegaverunt assistere sibi quatenus poterant pro persone sue, predictorum fratris et nepotum et familiarium suorum securitate habenda ei ad hoc prestando patrocinium oportunum, auctoritate sedis apostolice super hoc spetialiter sibi commissa ab officiis divinis suspenderat; et subsequenter contra dictum episcopum Cameracensem, ob elatam et elevatam proterviam ejus, manum aggravationis extendens in ejus penam, civitatem Cameracensem ecclesiastico supposuerat interdicto. Postmodum vero tam in dictum Cameracensem episcopum quam in Gerardum, archidiaconum Braibantinum in ecclesia Cameracensi, Michaelem, ballivum, et Bernardum de Bolona, prepositum laicum, scabinos quoque rectores ejusdem civitatis, et in omnes alios ejusdem episcopi in hac parte complices et fautores, quia legitime moniti de premissis, cum adeo essent notoria quod nulla poterant tergiversatione celari, eidem episcopo Tusculano satisfacere contumaciter non curarunt, suadente justitia, similem excommunicationis sententiam promulgarat. Nos, quia dicti Cameracensis episcopi tam horrenda temeritas et horribilium patratorum hujusmodi presumptio detestanda in nobis et fratribus nostris, nec mirum, eo amplius multiplicant et commotionis valide et turbationis validioris procellas quo super hoc romane ecclesie sepefate honor vulneratur gravius et comprobatur status preminentie in dicto Tusculano episcopo vilipensus, nervus quoque debilior redditur ecclesiastice libertatis, ac propterea nolentes hec absque virga castigationis debite preterire, predictum W., Cameracensem episcopum, necnon G., archidiaconum, Michaelem, ballivum, et Bernardum de Bolona, prepositum, capitulum et universitatem prefatos per vos ex parte nostra peremptorie citari fecimus, ut infra quatuor mensium spatium post citationem ipsam prefati W., episcopus, G. archidiaconus, Michael, ballivus, et Bernardus de Bolona, prepositus, personaliter, capitulum vero et universitas per procuratores ydoneos ad hoc sufficienter instructos coram nobis comparere curarent, juste pro meritis recepturi, non intendentes quod pretextu citationis hujusmodi processibus predictis derogetur in aliquo quominus in sua persisterent firmitate. Sed dictus episcopus, in pertinacia contemptus excrescens nec expavescens in contemptu apostolice sedis contumacis obauditionis nota conspergi, in assignato sibi termino, et post ipsum terminum diutius expectatus, coram nobis juxta mandatum apostolicum comparere personaliter non curavit, quibusdam procuratoribus suis ad nostram presentiam destinatis, qui, ad excusationem ejus contumacie innitentes, quasdam exceptiones coram nobis in scriptis proponere curaverunt. Nos autem, exceptionibus ipsis et qualitate, modo et forma ipsarum et omnium propositorum ex parte prefati Cameracensis episcopi quoad id una cum fratribus nostris diligenti examinatione discussis, ipsas de fratrum predictorum consilio minus legitimas et invalidas reputantes, exceptiones easdem non admisimus, sed eas potius duximus repellendas et sepefatum Cameracensem episcopum, exigente justitia, reputavimus et pronuntiavimus contumacem, ac, ut eum sue contumacie pena percelleret, rigore juris ex mansuetudine quam apostolica sedes interdum exercere consuevit in talibus nichilominus non modicum mitigato, ipsum ab executione pontificalium et collatione beneficiorum omnium ad ejus collationem spectantium duximus suspendendum, quorum omnium beneficiorum collationem interim sedi apostolice reservamus, decernentes ex nunc irritum et inane si secus super eisdem beneficiis extiterit attemptatum. Verum, licet ex qualitate premissorum potuissemus gravius procedere contra ipsum, volentes tamen de benignitate apostolica sibi suoque deferre generi, ut veritatis via, si eum debita penitudo tetigerit, lucidius aperiatur eidem, fraternitati vestre per apostolica scripta in virtute obedientie districte precipiendo mandamus quatenus vos vel alter vestrum, per vos vel per alium seu alios, eundem Cameracensem

episcopum personaliter, si comode fieri poterit, alioquin in majori Cameracensi ecclesia, convocatis clero et populo, publice proposito citationis edicto, unde verisimile sit ad eum posse citationem hujusmodi pervenire, ex parte nostra peremptorie citare curetis ut ipse infra quatuor menses post citationem vestram, sub pena suspensionis officii et beneficii, quam eundem Cameracensem episcopum, si parere contempserit, incurrere volumus ipso facto, apostolico se conspectui personaliter representet, facturus et recepturus pro meritis quod justitia suadebit. Predicentes eidem quod, si hujusmodi mandatorum nostrorum eum repperiemur ulterius contemptorem, non obstante ejus absentia, spiritualiter et temporaliter contra eum, prout justum fuerit et expedire viderimus, procedemus. Nec intendimus quod hujusmodi citationis pretextu premissis processibus quominus in firmitate sua perdurent in aliquo derogetur. Diem vero citationis et formam et quicquid inde feceritis nobis per vestras litteras harum seriem continentes studeatis fideliter intimare. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis octobris, anno secundo. »

2262 Saint-Pierre, 18 novembre 1289.

Processus contra Aragones et Siculos, Cephaludensem et Neucastrensem episcopos, Perusinam, Tudertinam et Pisanam civitates, castrum de Spello, Guidonem et Galasium de Montefeltro et quosdam bannitos ecclesiae romanae. (Reg. 44, c. 70, f. 318 r°.)

Nicolaus etc. Ad certitudinem presentium et memoriam futurorum. Innovat, ratificat et approbat processus habitos primum in die Coenae (1) et deinde in die Ascensionis (2) proximo praeteritis contra Jacobum et Alfonsum, quondam Petri olim regis Aragonum filios, et Siculos et rebelles, .. tunc Cephaludensem et .. tunc Neucastrensem episcopos, necnon contra Perusinae, Tudertinae et Pisanae civitatum et castri de Spello, Spoletanae dioecesis, potestates, capitaneos, consiliarios, cives, homines atque communia, Guidonem de Montefeltro et Galasium, consanguineum ejus, et etiam contra quosdam bannitos ecclesiae romanae. Eos monet ut ad ecclesiae mandata infra dominicam qua cantatur « Letare Jerusalem » proximo venturam redire procurent. Cephaludensem vero et Neucastrensem quondam episcopos citat ut infra praedictam dominicam suo conspectui se praesentent. « Ut autem hujusmodi noster processus ad communem omnium notitiam deducatur, cartas sive membranas processum continentes eundem in presentis basilice Beati Petri apostolorum principis appendi vel affigi ostiis seu super liminaribus faciemus. »

« Pridem in die... — Actum in Urbe, in basilica Beati Petri predicta, in die dedicationis ipsius basilice, pontificatus nostri anno secundo. »

1 N° 559.
2 N° 2168-2180.

2263 Sainte-Marie-Majeure, 1er décembre 1289.

Civitas Recanatensis rursus ad episcopatum erigitur. (Reg. 44, c. 71, f. 318 v°.)

Ad perpetuam rei memoriam. Civitatem Recanatensem, olim dioecesis Humanatis, deinde ad dignitatem cathedralem erectam, rursus hoc honore privatam, ad praedictam dignitatem iterum erigit, territorium inter Musionem et Potentiam fluvios situm Recanatensis dioecesis fore statuens.

« Apostolice sedis circumscripta... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, kalendis decembris, anno secundo. »

2264 Sainte-Marie-Majeure, 1er décembre 1289.

Ut cives Recanatenses ecclesiae Humanati sex millia florinorum auri restituant. (Reg. 44, c. 72, f. 312 r°.)

Dilecto filio .. vicario nostro in spiritualibus in marchia Anconitana. Ei mandat quatenus per excommunicationis in personas majorum civitatis et interdicti in civitatem sententias, appellatione remota, commune Recanatense compellat ut ecclesiae Humanati sex millia florinorum auri restituat.

« Licet dudum civitas... — Dat. ut supra. »

2265-2267 Sainte-Marie-Majeure, 5 janvier 1290.

Ad praedicationem crucis sumendae. (Reg. 44, c. 73, f. 312 r°.)

Dilecto filio .. priori provintiali fratrum ordinis predicatorum Romane provintie praedicandi crucem sumendam in sua provincia officium committit.

« Necessitates miserabilis terre... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis januarii, anno secundo. »

In e. m. .. priori provinciali fratrum praedicatorum Lombardiae.

In e. m. .. priori generali fratrum heremitarum ordinis Sancti Augustini. (*En marge;* Potth., 23152.)

2268 Sainte-Marie-Majeure, 5 janvier 1290.

Ad praedicationem crucis. (Reg. 44, c. 74, f. 319 r°; Potth., 23153.)

Universis Christi fidelibus ad quos presentes littere pervenerint. Eos ad suscipiendum crucis signum excitat.

« Visio dura nuntiata... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis januarii, anno secundo. »

2269 Sainte-Marie-Majeure, 17 janvier 1290.

Galeas instructas ad civitatem Acconensem mittit. (Reg. 44, c. 75, f. 320 v°.)

Venerabilibus fratribus .. patriarche Jerosolimitano, apostolice sedis legato, et .. episcopo Tripolitano ac dilecto filio nobili viro Johanni de Grilli, capitaneo gentis carissimi in Christo filii nostri Phylippi, regis Francorum illustris, in partibus transmarinis. « Ad custodiam et tuitionem sollicitam civitatis Acconensis et aliarum terrarum ac locorum que a christianis tenentur in partibus transmarinis, prout presentis temporis qualitas exigit, sollicitis studiis intendentes, quamplures de Venetiarum et Janue civitatibus ac partibus aliis galeas, gente, armis ac aliis necessariis munitas ut expedit et instructas, ad civitatem Acconensem predictam fidutialiter destinamus. Cum itaque de probitate vestra confidentiam geramus in Domino spetialem, vobis curam, sollicitudinem et gubernationem galearum predictarum ac personarum existentium in eisdem, donec super hec per apostolice sedis providentiam aliud ordinari contigerit, tenore presentium duximus committendas, ut de ipsis per vos, prout utilitati Terre Sancte ac populi christiani degentis in ea circumspectio vestra commodius et melius expedire cognoverit, disponatur, nichilominus vobis expressius injungentes quatenus in hac parte sic prudenter et sollicite vos habere curetis ut exinde ab omnium retributore bonorum condigna premia consequi valeatis, nosque vestre sollicitudinis studium non immerito commendemus. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo aut unus vestrum ea nichilominus illa exequatur. Vobis autem, patriarcha et episcope, ac vestrum cuilibet contradictores et rebelles per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendi plenam et liberam harum tenore concedimus potestatem. Non obstantibus si personis aliquibus, cujuscumque dignitatis, ordinis, status vel conditionis existant, a sede apostolica sit indultum quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per ipsius sedis litteras, sub quavis forma vel conceptione verborum confectas, non facientes plenam, certam et determinatam de indulto hujusmodi mentionem, et qualibet alia prefate sedis indulgentia generali vel spetiali, cujuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, et de qua in presentibus spetialis mentio sit habenda. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, xvi kalendas februarii, anno secundo. »

2270 Sainte-Marie-Majeure, 10 février 1290.

Officium crucis praedicandae N., patriarchae Jerosolimitano, committit. (Reg. 44, c. 76, f. 320 v°.)

Venerabili fratri N., patriarche Jerosolimitano, apostolice sedis legato. « Necessitates miserabilis Terre Sancte multiplices antiquas et novas non absque gravi amaritudine intra mentis nostre precordia recensentes atque ad plenam deliberationem ipsius et interim ad subventionem locorum que impresentiarum christianitas obtinet in eadem nos et fratres nostri intensis desideriis suspirantes, inter multa operosa subsidia que ipsi terre, Deo auspice, fructuosa sedulo procurare atque impendere studuimus et studemus, de ipsorum fratrum consilio, per diversas mundi partes christicolis verbum crucis deliberavimus proponendum. Considerantes autem quod ipsius predicatio crucis in provintiis adjacentibus dicte terre ad celerem subventionem ipsius provenire poterit, largiente Domino, plurimum fructuosa, fraternitati tue, quam circa hoc negotium promovendum divino credimus fervore succensam, predicande ipsius vivifice crucis officium presentium auctoritate committimus, in remissione peccaminum injungentes quatenus in cunctis tue legationis partibus, prout expedire cognoveris, per te ac alios viros ydoneos quos ad hoc semel vel pluries duxeris eligendos, illud efficaciter et prudenter exercere procures. Cunctos orthodoxe fidei cultores predicationibus crebris et sedulis exhortando ut ad retundendos impie gentis impetus, compescendos insultus et superbiam conterendam, que Christi nomen de terra prefata nephandis ausibus eliminare molitur, victoriosum ejusdem vivifice crucis signum devote suscipiant, et illud propriis affligentes humeris ac magis cordibus imprimentes, reverenter et publice deferant atque ad oportunum terre memorate succursum promptis animis totisque viribus se accingant. Quod quidem venerabile signum per te ac alios, ut premittitur, eligendos a te concedi volumus cunctis devote petentibus, quibus Dominus inspirabit ut ad tam pium negotium prosequendum vel propriis personas exponere vel de facultatibus propriis velint subsi-

dium impertiri. Insuper omnes qui hactenus idem signum pro eodem subsidio susceperunt tam tu quam eligendi predicti monere ac inducere procuretis ut, illud, si forte dimiserint, resumentes; alacriter terre prefate studeant efficaciter subvenire. Cum autem omnibus Christi fidelibus qui cruce suscepta eidem terre succursum impenderint oportunum, unicuique secundum proprium meritum, indulgentiam salutarem, ac maxime illis qui in ipsius terre subsidium vel personaliter ibunt vel bellatores aut alios viros ydoneos juxta facultatum suarum exigentiam in propriis sumptibus destinabunt multiplicium gratiarum beneficia concedamus, sicut in aliis nostris litteris que universis diriguntur christicolis seriosius continetur, earundem litterarum tenorem, quas tibi una cum presentibus destinamus, per te ac alios eligendos a te, ut superius memoratur, volumus populis christianis frequenter et diligenter exponi, ita siquidem provide quod et beneficia predicta que ipsis in terra concedimus et copiosam mercedem que ipsis preparatur in celo agnoscere valeant et amare, nec tamen ex predicantium verbis concipiant se aut plenam in casibus in quibus nequaquam conceditur aut majorem quam concedatur indulgentiam promereri. Volumus autem ut, quotiens expedire videris, indulgentiam et beneficia supradicta extendere valeas, non solum ad illos qui ad defensionem et custodiam civitatis Acconensis aliorumque locorum que in partibus Terre Sancte christianitas possidet de quibuslibet terris tue legationis accesserint, verum etiam ad incolas eorumdem locorum qui circa defensionem et custodiam ipsam fideliter laborabunt, dummodo tam accedentes quam incole ipsi per spatium temporis tue discretionis arbitrio prefigendum in ipsa defensione et custodia perseverent. Ceterum populos ad certa et ydonea loca quotiens expedierit convocandi ad verbum crucis salubriter audiendum ac omnibus vere penitentibus et confessis qui ad hujusmodi predicationes convenerint et idem verbum audierint reverenter centum dies de injunctis sibi penitentiis relaxandi tam tibi quam predictis eligendis a te presentium auctoritate concedimus facultatem. Si quando autem ad ecclesias interdicto suppositas te vel ipsos devenire contigerit, liceat tam tibi quam ipsis ad easdem populos convocare ac verbum crucis proponere in eisdem, necnon, excommunicatis et interdictis exclusis, non pulsatis campanis, submissa voce, januis clausis, cum vestris familiis divina officia celebrare. Ad hec si qui accedentium in jam dicte terre subsidium seu destinantium viros ydoneos juxta suarum exigentiam facultatum aut exponentium semetipsos ad defensionem et custodiam supradictas excommunicationis essent vinculo innodati pro violenta injectione manuum in clericos, seculares aut etiam religiosos, dummodo non fuerit excessus difficilis et enormis et passis injuriam satisfaciant competenter, sive pro eo quod sepulcrum dominicum visitare, seu ad Sycilie insulam vel ad alias terras accedere, vel cum Siculis aut aliis quibuscumque communicare in mercimoniis seu aliis modis contra prohibitionem ecclesie presumpserunt, dummodo ipsis contra romanam ecclesiam non dederint alias consilium, auxilium vel favorem, nec arma seu mercedes prohibitas portaverint Sarracenis, absolvendi eosdem ac dispensandi cum clericis qui, cum excommunicationis sententiam latam a canone vel ab homine incurrissent, irregularitatis notam, immiscendo se divinis officiis, contraxerunt, tibi et aliquibus viris prudentibus et maturis, quos ad hoc spetialiter semel vel pluries providentia tua elegerit, concedimus potestatem. Porro quia dignus est operarius mercede sua, tibi divinum hoc opus sollicite prosequenti remissionem plenam omnium peccatorum ac omnibus illis quos, ut premissum est, ad officium predicande crucis elegeris in eodem fideliter laborantibus opere, quotienscumque studuerint populis ad hoc spetialiter congregatis proponere verbum crucis, centum dierum indulgentiam elargimur, ac eos indulgentie memorate que transfretantibus in subsidium sepedictum conceditur juxta laboris sui mensuram volumus participatione gaudere. Ideoque tam tu quam ipsi confortamini et viriliter agite, nec vos labor deterreat, sperantes quod vobis pro ipso labore eterna merces a Domino preparatur. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, IIII idus februarii, anno secundo. »

2271-2272 Sainte-Marie-Majeure, 1er septembre 1289.

Curam ordinis Vallis umbrosae Jacobo, Sanctae Mariae in Via lata diacono cardinali, committit. (Reg. 44, c. 77, f. 321 r°.)

Dilecto filio Jacobo, Sancte Marie in Via lata diacono cardinali. « Circa statum monasterii Vallis umbrose, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, Fesulane diocesis, et monasteriorum, prioratuum, membrorum et locorum omnium eidem monasterio subjectorum et totius Vallis umbrose ordinis et personarum ipsius paterne considerationis intuitum extendentes et cupientes ut ea per tue circumspectionis industriam statu letentur prospero et tranquillo ac spiritualibus et temporibus, actore Domino, proficiant incrementis, tibi, de cujus circumspectione provida et providentia circumspecta plenam fidutiam obtinemus, dilecti filii .. abbatis ejusdem monasterii supplicationibus inclinati, curam et sol-

licitudinem prefati monasterii ac monasteriorum, prioratuum, membrorum, locorum, ordinis et personarum predictorum eidem monasterio, sicut premittitur, subjectorum presentium auctoritate committimus exequendas. Nichilominus tibi visitandi, inquirendi, corrigendi, reformandi, ordinandi, statuendi, disponendi tam in capite quam in monasteriis, prioratibus, membris, locis, ordine ac personis eisdem, et alia omnia per te vel per alium seu alios faciendi que ad bonum, pacificum et tranquillum statum monasterii Vallis umbrose ac monasteriorum, prioratuum, membrorum, locorum, ordinis et personarum predictorum, quotiens et quando videris expedire, ac etiam contradictores et rebelles per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendi plenam potestatem et liberam concedentes. Non obstante si aliquibus a sede apostolica sit indultum quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras sedis ipsius non facientes plenam et expressam de indulto hujusmodi mentionem. Dat. Reate, kalendis septembris, anno secundo. »

In e. m. .. abbati monasterii Vallis umbrosae et aliis coabbatibus, conventibus et prioribus ordinis Vallis umbrosae mandat quatenus eidem cardinali in eis quae ad hanc curam spectent parere studeant. Dat ut supra.

INCIPIT REGESTRUM LITTERARUM

TERTII ANNI DOMNI NICOLAI PAPE IIII

2273 Sainte-Marie Majeure, 25 février 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 1, f. 1 r°.)

Nicolaus, episcopus, servus servorum Dei, universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem et apostolicam benedictionem. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam monasterii Sancti Spiritus de Bisano Januensis, Cisterciensis ordinis, in die Pentecostes et in festivitate S. Benedicti, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint.

« Licet is de... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, v kalendas martii, pontificatus nostri anno tertio. »

2274 Sainte-Marie-Majeure, 25 février 1290.

Licentia ingrediendi monasteria. (Reg. 45, c. 2, f. 1 r°; Lap. du Theil, III, 1; Potth., 23197.)

Dilecte in Christo filie nobili mulieri Johanne, comitisse Blesensi, Carnotensis diocesis, indulget ut monasterium de Garda Beatae Mariae, claustrum et alia loca ordinis Sanctae Clarae, Carnotensis dioecesis, cum sex honestis matronis, quotiens voluerit, ingredi valeat.

« Pium arbitramur et... — Dat. ut supra. »

2275 Sainte-Marie-Majeure, 25 février 1290.

De contentione inter capitulum et episcopum Pergamenses. (Reg. 45, c. 3, f. 1 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Brixiensi. « Exposita nobis venerabilis fratris nostri Roberti, episcopi Pergamensis, petitio continebat quod, vacante dudum Pergamensi ecclesia per obitum bone memorie G., episcopi Pergamensis, capitulum ejusdem ecclesie quatuor ex se ipsis motu proprio ecclesie prefate yconomos, ad recipiendum jura, redditus et proventus mense episcopali debitos, ordinarunt, certo eisdem yconomis immoderato salario constituto. Deinde vero per yconomos ipsos quadam de bonis dicte mense non modica percepta pecunia, dicti capitulum partem ejusdem pecunie inter se motu simili diviserunt, reliqua vero penes yconomos prefatos remansit et tam ipsi capitulum quam prefati yconomi predictas pecuniarum quantitates eidem R., episcopo, restituere indebite contradicunt; quare prefatus R., episcopus, provideri sibi super hoc per apostolice sedis providentiam humiliter imploravit. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus, si tibi summarie et sine strepitu judicii constiterit de premissis, predictos yconomos ad reddendum rationem integram administrationis sue, ac tam ipsos, salario tamen congruo eis per te pro suis laboribus assignato, quam prefatum capitulum et quemlibet de ipso capitulo ad satisfaciendum et reddendum pecuniarum summas, prout particulariter devenit ad ipsos, Roberto episcopo supradicto, quibuscum-

que promissionibus, obligationibus et juramentis seu renuntiationibus super hoc inter ipsos factis et habitis, a quibus singulos de ipso capitulo auctoritate nostra absolvere non postponas, nequaquam obstantibus, per excommunicationis in personas eorum sententiam et demum, si sententiam ipsam contempserint, per subtractionem proventuum ecclesiasticorum, beneficiorum suorum, ac per suspensionem et privationem eorum, prout justum fuerit, per te vel alium auctoritate supradicta compellas; contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, v kalendas martii, anno tertio. »

2276 Sainte-Marie-Majeure, 24 février 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 4, f. 1 r°; Potth., 23193.)

Venerabili fratri .. episcopo Havelbergensi committit ut cum nobili viro Bugzlao, duce Slavorum, et Greta, nata nobilis viri .. principis Ruynorum, dispenset ut in matrimonio quod olim, ad sedandas guerras, contraxerunt et in quo duas filias procrearunt remanere valeant, licet quarto consanguinitatis gradu conjuncti sint.

« Exhibita nobis dilecti... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, vi kalendas martii, anno tertio. »

2277-2279 Sainte-Marie-Majeure, 1er mars 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 5, f. 1 v°; Lap. du Theil, III, 3.)

.. magistro et fratribus domus Dei Nigellensis, Noviomensis diocesis. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit eis qui capellam praedictae domus Dei, in honorem Sancti Johannis Baptistae constructam, in Nativitatis et Decollationis hujus sancti festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem capellae visitaverint.

« Licet is de... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, kalendis martii, anno tertio. »

Sainte-Marie-Majeure, 24 février 1290.

In e. m. .. guardiano et fratribus ordinis minorum Narbonensibus, pro eorum ecclesia, in honorem S. Francisci constructa. Dat. ibidem, vi kalendas martii, anno secundo (Potth., 23194).

In e. m. .. guardiano et fratribus ordinis minorum de Asula, Brixiensis dioecesis, in honorem S. Francisci constructa. Dat. ut supra. (Potth., 23195).

2280-2281. Sainte-Marie-Majeure, 28 février 1290.

Ad solutionem debitorum Petragoricensis ecclesiae. (Reg. 45, c. 6, f. 1 v°; Lap. du Theil, III, 5.)

Venerabili fratri Raymundo, episcopo Petragoricensi.

« Circa quarumlibet ecclesiarum et personarum ecclesiasticarum necessitates sollicite vigilantes, eis libenter assistimus ut a suis oppressionibus et oneribus releventur. Cum itaque, sicut ex parte tua fuit propositum coram nobis, pro defensione jurium ecclesie Petragoricensis, contra nonnullos principes et barones ac alias diversas personas illarum partium te oportuerit litigare et propter expensarum onera quas te propter hoc facere oportuit eadem ecclesia gravata sit sarcina non modica debitorum, nos, volentes te ac dictam ecclesiam ab hujusmodi debitorum onere relevari, tuis supplicationibus inclinati, auctoritate tibi presentium indulgemus ut fructus, redditus et proventus primi anni omnium ecclesiarum et beneficiorum ecclesiasticorum, cum cura vel sine cura, que usque ad triennium in tua civitate et diocesi vacare contigerit, dummodo ad collationem vel presentationem non pertineant exemptorum et receptis et recipiendis in ecclesiis ipsis et illis qui beneficia ecclesiastica in ipsis partibus auctoritate litterarum apostolicarum expectant propter hoc prejudicium nullum fiat, libere percipere possis, in solutionem debitorum hujusmodi convertendos... Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, ii kalendas martii, anno tertio. »

In e. m. .. cantori, Raymundo Johannis, Caturcencis, et Richardo de Senis, Cameracensis ecclesiarum canonicis, mandat quatenus eidem episcopo praedictos fructus et redditus assignari faciant.

2282 Sainte-Marie-Majeure, 28 février 1290.

Licentia exercendi per alios quinquennio durante jus visitationis. (Reg. 45, c. 7, f. 1 v°; Lap. du Theil, III, 2.)

Venerabili fratri Raymundo, episcopo Caturcensi.

« Ex tue devotionis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, ii kalendas martii, anno tertio. »

2283 Sainte-Marie-Majeure, 24 février 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 8, f. 2 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Barchinonensi mandat quatenus cum Petro de Sancto Clemente et Maria, nata Guillelmi Olomaris, civibus Barchinonensibus, dispen-

set ut in matrimonio ab eis jam dudum contracto remanere valeant, licet Petrus quandam mulierem Mariae quarto consanguinitatis gradu conjunctam carnaliter cognoverit. — Carolus, Siciliae rex, cum adhuc Salernitanus princeps esset, per .. Ebredunensem archiepiscopum, tunc episcopum Vapincensem, et G., Vapincensem episcopum, tunc ecclesiae Aptensi praepositum, quos pro negotiis suis ad romanam curiam transmiserat, ab Honorio papa IIII praedictam dispensationem, matrimonio nondum contracto, petiit, sed, mortuo Honorio IIII, litterae apostolicae dispensationis jam confectae ad bullam pervenire non potuerunt; Petrus vero et Maria, certiores facti dispensationem sibi concessam esse, matrimonium contraxerunt.

« Exposita nobis dilecti... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, VI kalendas martii, anno tertio. »

2284 Sainte-Marie-Majeure, 1er mars 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 9, f. 2 r°.)

.. *priori et fratribus domus Servorum Sancte Marie juxta portam abbatis Viterbiensis, ordinis S. Augustini.* Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui ecclesiam praedictae domus in singulis beatae Mariae festivitatibus et per octo dies immediate sequentes visitaverint.

« Gloriosus Deus in... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, kalendis martii, anno tertio. »

2285-2292 Sainte-Marie-Majeure, 4 mars 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 9², f. 2 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui capellam Sanctorum Johannis Baptistae et Johannis Evangelistae de Pausitano, Amalfitanae dioecesis, in singulis eorundem sanctorum festivitatibus et per octo dies immediate sequentes visitaverint.

« Splendor paterne glorie... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, IIII nonas martii, anno tertio. »

Sainte-Marie-Majeure, 4 mars 1290.

In e. m. .. abbati et conventui monasterii Beati Quintini de Spigno, ordinis S. Benedicti, Saonensis dioecesis. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam praedicti monasterii, vocabulo beati Quintini insignitam, in hujus sancti et beatae Mariae virginis festivitatibus et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint. Dat. ut supra.

Sainte-Marie-Majeure, 7 mars 1290.

In e. m. universis Christi fidelibus. Eandem indulgentiam concedit visitantibus ecclesiam Sancti Dionysii de Insula bona, Rothomagensis dioecesis, in singulis sanctorum Dionysii, Francisci et Mauri confessoris festivitatibus etc., ut supra. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis martii, anno tertio.

Sainte-Marie-Majeure, 2 mars 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sancti Stephani, dictam de Ungaris, juxta basilicam principis apostolorum de Urbe constructam, in S. Stephani protomartyris et S. Stephani regis Ungariae festivitatibus, per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes, in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae et singulis diebus a dominica Passionis Domini usque ad dominicam Resurrectionis visitaverint.

« Vite perempnis gloria... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, VI nonas martii, anno tertio. »

Sainte-Marie-Majeure, 24 février 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit visitantibus ecclesiam .. guardiani et fratrum ordinis minorum Placentinam in singulis beatae Mariae virginis ac sanctorum Francisci et Antonii confessorum, in quorum honorem ecclesia fundata est.

« Vite perempnis gloria... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, VI kalendas martii, anno tertio. » (*En marge*; Potth., 23196.)

Sainte-Marie-Majeure, 7 mars 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit visitantibus ecclesiam .. priorissae et conventus monialium monasterii Beatae Mariae de Naszaret Massiliensis, per priorissam soliti gubernari, ordinis S. Augustini, secundum instituta fratrum praedicatorum viventium, in singulis beatae Mariae virginis festivitatibus, per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis martii, anno tertio (*Ibid.*).

Sainte-Marie-Majeure, 25 février 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit visitantibus ecclesiam Beatae Mariae prioratus Burgi veteris Carcassonensis, in singulis beatae Mariae virginis festivitatibus et per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, V kalendas martii, anno tertio (*Ibid.*).

Sainte-Marie-Majeure, 2 mars 1290.

In e. m. .. abbatissae et conventui monasterii Sanctae Mariae de Murro, ordinis S. Augustini, Firmanae dioecesis. Eandem indulgentiam concedit visitantibus ecclesiam praedicti monasterii, in honorem beatae Mariae virginis constructam, in singulis ejusdem virginis festivitatibus et per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes.

« Gloriosus Deus in... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, VI nonas martii, anno tertio. » (*Ibid.*).

2293 Sainte-Marie-Majeure, 6 mars 1290

Ad inquisitionis officium. (Reg. 45, c. 10, f. 2 v°; Potth., 23201.)

.. *rectori comitatus Venaysini vel ejus vices gerenti* mandat ut Bertrando de Cigoterio et Guillelmo de Sancto Marcello, ordinis minorum, inquisitoribus haereticae pravitatis, de comitatus proventibus moderatas expensas inquisitionis officio opportunas exhibeat.

« Sollicitudinis nostre studium... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, II nonas martii, anno tertio. »

2294-2298 Sainte-Marie-Majeure, 4 mars 1290.

Gerardus ecclesiae Spoletanae episcopus praeficitur. (Reg. 45, c. 10², f. 2 v°.)

Venerabili fratri Gerardo, episcopo Spoletano. Eum, tunc episcopum Anagninum, a vinculo quo eidem Anagninae ecclesiae tenebatur absolvens, Spoletanae ecclesiae, cujus, per obitum Paparonis vacantis, sibi provisionem reservavit, episcopum praeficit.

« Militanti ecclesie disponente... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, IIII nonas martii, anno tertio. »

In e. m. capitulo Spoletano mandat quatenus eidem episcopo obedientiam debitam exhibeat.

In e. m. clero civitatis et dioecesis Spoletanae.

In e. m. populo civitatis et dioecesis Spoletanae.

In e. m. universis vassallis ecclesiae Spoletanae mandat ut eidem episcopo fidelitatis juramentum et consueta servitia exhibeant.

2299-2300 Sainte-Marie-Majeure, 25 février 1290.

Ad solutionem debitorum Cluniacensis monasterii. (Reg. 45, c. 11, f. 2 v°; Lap. de Theil, III, 9; Potth., 23198.)

Guillelmo, abbati monasterii Cluniacensis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis. « Exhibita nobis dilectorum filiorum .. de Silviniaco, .. de Celsiniis, .. de Cryspeyo, .. de Lenthona, .. Sancti Marcelli Cabilonensis, .. de Sancto Gelasio, .. de Vendopera, .. de Ulmatis, .. de Valle Bonesii, .. Sancti Theobaldi de Flabeyo, .. de Monteacuto, .. de Pontoris et .. Sancti Juliani Parisiensis prioratuum priorum, Cluniacensis ordinis, petitio continebat quod monasterium Cluniacense, romane ecclesie immediate subjectum et statu letari prospero consuetum, tanto debitorum onere ac aliis diversis incomodis pregravatur quod, nisi celeri remedio succurratur eidem, verendum occurrit ne per usurarum voraginem ac alias etiam multipliciter monasterium ipsum in bonis suis incurrat irreparabile detrimentum; quare memorati priores, tam dispendioso statui et tam gravibus monasterii prelibati periculis intimo compatientes affectu, et cupientes ut ab illis possit, actore Domino, relevari, nobis humiliter supplicarunt ut vicesimam partem omnium proventuum et redditum monasteriorum et prioratuum que sunt immediate ac mediate dicto monasterio Cluniacensi subjecta et aliarum etiam ecclesiarum tam secularium quam regularium, ad collationem seu presentationem tuam et aliorum abbatum, priorum et conventuum ordinis memorati spectantium, tibi, pro exoneratione debitorum ipsorum, per sex annorum spatium benigne concedere dignaremur. Nos autem, predicto monasterio, quod spetiali favore prosequimur, compatientes ab intimis et priorum predictorum laudandum et salubre desiderium multipliciter in Domino commendantes, volentes quoque super hoc benigne annuere precibus eorumdem, tibi vicesimam partem omnium proventuum et redditum predictorum, in solutionem debitorum ipsorum totaliter convertendam, per idem tempus presentium auctoritate concedimus de gratia spetiali. Non obstantibus... Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, V kalendas martii, anno tertio. »

In e. m. .. de Martigniaco, .. de Sancta Margareta in Helicuria et .. de Sancto Theobaldo de Vitriaco castro, Cluniacensis ordinis, Eduensis, Belvacensis et Cathalaunensis dioecesium, prioratuum prioribus mandat ut praedictam vicesimam Guillelmo abbati assignari faciant.

2301 Sainte-Marie-Majeure, 1er mars 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 12, f. 3 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Puteolano committit quatenus cum Nicolao dicto Campumazia et Perna, nata Johannis dicti Florulae, civibus Puteolanis, qui sunt de melioribus et potentioribus civitatis, dispenset ut matri-

monium, licet quarto consanguinitatis gradu conjuncti sint, contrahere valeant.

« Ex parte dilecti... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, kalendis martii, anno tertio. »

2302 Sainte-Marie-Majeure, 2 mars 1290.

Collatio juris confirmandi. (Reg. 45, c. 13, f. 3 r°.)

.. *magistro et fratribus hospitalis Sancti Spiritus in Saxia* indulget ut infantes utriusque sexus in hospitali suo expositos et exponendos, de sacro fonte renatos, per quemcumque maluerint episcopum catholicum confirmari faciant.

« Caritatis opera quibus... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, vi nonas martii, anno tertio. »

2303 Sainte-Marie-Majeure, 1er mars 1290.

Alienatio possessionum hospitalis Sancti Spiritus in Saxia de Urbe. (Reg. 45, c. 13², f. 3 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Firmano et dilecto filio .. priori Lateranensi mandat quatenus, si ita viderint expedire, .. magistro et fratribus hospitalis Sancti Spiritus in Saxia de Urbe licentiam concedant distrahendi sextam decimam partem castri Brazani, sine qua distractione pacificam possessionem castri de Sancta Pupa et medietatis castri seu castellarii quod Cupita vulgariter nuncupatur, Sutrinae dioecesis, obtinere non possunt.

« Dilectis filiis .. magistro... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, kalendis martii, anno tertio. »

2304 Sainte-Marie-Majeure, 5 mars 1290.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 45, c. 14, f. 3 v°.)

Johanni Blondel, canonico Limericensi, consideratione bonae memoriae H., tituli Sancti Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis, cujus procurator et capellanus fuit, et nobilis mulieris Alianorae, matris E. regis Angliae, cujus est familiaris et clericus, indulget ut, praeter ecclesiam de Niddefeld, Wigorniensis dioecesis, cui animarum cura imminet, quam una cum praebenda et canonicatu in ecclesia Limericensi obtinet, aliud beneficium, etiam curam habens, recipere et una cum praedictis retinere valeat.

« Laudabilia tue probitatis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, iii nonas martii, anno tertio. »

2305 Sainte-Marie-Majeure, 28 février 1290.

Ecclesia Sancti Petri Dignensis fratribus minoribus datur. (Reg. 45, c. 15, f. 3 v°; Potth., 23199.)

.. *guardiano et fratribus minoribus Dignensibus* donationem ecclesiae Sancti Petri, sitam extra muros civitatis Dignensis, eis a B., quondam Dignensi episcopo, factam, confirmat.

« Sacram religionem vestram... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, ii kalendas martii, anno tertio. »

2306-2315 Sainte-Marie-Majeure, 7 mars 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 16, f. 3 v°; Lap. du Theil, III, 11; Potth., 23203.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit eis qui ecclesiam fratrum minorum Tholosanam, in singulis beatae Mariae, S. Francisci et S. Antonii festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint.

« Licet is de... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis martii, anno tertio. »

In e. m., pro ecclesia fratrum minorum Burdegalensi (Potth., 23204).

Sainte-Marie-Majeure, 15 mars 1290.

In e. m. .. abbati et conventui monasterii Sancti Petri in Monte, ordinis S. Benedicti, Brixiensis dioecesis, pro eorum ecclesia, in honorem beatae Mariae et beati Petri apostoli constructa. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus martii, anno tertio.

Sainte-Marie-Majeure, 5 mars 1290.

In e. m. .. priori prioratus Beatae Mariae de Milliaco, ordinis S. Benedicti, Belvacensis dioecesis, pro ejus ecclesia, in honorem beatae Mariae constructa. Dat. ibidem, iii nonas martii, anno tertio.

Sainte-Marie-Majeure, 1er mars 1290.

In e. m. universis Christi fidelibus, pro ecclesia Sancti Marci hospitalis de Aquasparta, Tudertinae dioecesis. Dat. ibidem, kalendis martii, anno tertio.

Sainte-Marie-Majeure, 5 mars 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sancti Quintini de

Salliaco aquoso, Ambianensis dioecesis. Dat. ibidem, idibus martii, anno tertio (*En marge*).

Sainte-Marie-Majeure, 7 mars 1290.

In e. m. .. abbati et conventui Westmonasterii Londoniensis, ordinis S. Benedicti, pro eorum ecclesia, in honorem beati Petri apostoli constructa. Dat. ibidem, nonis martii, anno tertio (*Ibid.*).

Sainte-Marie-Majeure, 15 mars 1290.

In e. m. universis Christi fidelibus, pro ecclesia de Kingorn in Scotia, Sancti Andreae dioecesis, in honorem omnium sanctorum constructa. Dat. ibidem, idibus martii, anno tertio (*Ibid.*).

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sanctae Mariae de Ieddevurt, Glasguensis dioecesis. Dat. ut supra (*Ibid.*).

In e. m. eisdem, pro cathedrali ecclesia Constantiensi. Dat. ut supra (*Ibid.*)

2316-2319 Sainte-Marie-Majeure, 13 février 1289.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 16², f. 4 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui ecclesiam Sancti Nicolai de Sepulcro, sitam in hospitali Beatae Mariae Remensi, in singulis beatae Mariae et per octo dies sequentes visitaverint.

« Vite perempnis gloria... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus februarii, anno secundo. » Lap. du Theil, III, 13.)

Sainte-Marie-Majeure, 7 mars 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sanctorum Faustini et Juvitae ad Sanguinem Brixiensi, ordinis S. Augustini. Dat. ibidem, nonis martii, anno tertio.

Sainte-Marie-Majeure, 26 février 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia prioratus de Malavalle, ordinis S. Benedicti, Lemovicensis dioecesis. Dat. ibidem, IIII kalendas martii, anno tertio. (Lap. du Theil, III, 14).

Sainte-Marie-Majeure, 9 mars 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sanctae Crucis Aurelianensi. Dat. ibidem, VII idus martii, anno tertio. (*Ibid.*, III, 14 v°.)

2320 Sainte-Marie-Majeure, 7 mars 1290.

Licentia ingrediendi monasteria. (Reg. 45, c. 17, f. 4 r°; Lap. du Theil, III, 15.)

Nobili mulieri Ysabelli de Marchia, domine de Chantoteyo, Andegavensis dioecesis, amice carissimi in Christo filii nostri .. regis Anglorum illustris, indulget ut monasterium sororum inclusarum de Gueschia, ordinis Sanctae Clarae, Carnotensis dioecesis, quod de bonis propriis pro magna parte ipsa dotavit, et ecclesiam, claustrum et officinas ejus, ter in anno, cum sex honestis matronis, ingredi valeat.

« Pium arbitramur et... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis martii, anno tertio. »

2321 Sainte-Marie-Majeure, 7 mars 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 18, f. 4 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Botontino committit quatenus cum Bartholomaeo Lucae de Joha et Sibilia, nata quondam Pauli de Activissimo, civibus Botontinis, dispenset ut in matrimonio quod olim, licet Maria, filia Johannis dicti Doctula de Baro, cum qua, tunc infra annos nubiles constituta, Bartholomaeus prius sponsalia per verba contraxerat de futuro, quaeque, postquam ad legitimam aetatem pervenerit, his sponsalibus contradixit, Sibiliae in quarta linea parentelae attineret, ignorantes obstaculum esse, contraxerunt remanere valeant.

« Ex parte dilecti ... — Dat. ut supra. »

2322 Sainte-Marie-Majeure, 14 mars 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 19, f. 4 r°.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Amalfitano committit quatenus cum nobili viro Johanne de Comite Ursonum et nobili muliere Melayta, nata quondam Matthaei de Alanio, militis, civibus Amalfitanis, dispenset ut, licet quarto consanguinitatis gradu conjuncti sint, ad roborandas amicitias jam dudum inter parentes et consanguineos suos contractas, matrimonium contrahere valeant.

« Exposita coram nobis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, II idus martii, anno tertio. »

2323 Sainte-Marie-Majeure, 25 février 1290.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 45, c. 20, f. 4 v°; Lap. du Theil, III, 17.)

Odiloni de Merxorio, preposito ecclesie Brivatensis, Claromontensis diocesis. Cum eo, quocum jam a Clemente papa IIII dispensatum est super simultanea possessione decanatus ecclesiae Brivatensis, ecclesiae Sancti Germani del Seyl, Mimatensis dioecesis, praebendae cum vestiario ecclesiae Mimatensis, canonicatus et praebendae Claromontensis ecclesiae et prioratus de Fontanis, Claromontensis dioecesis, quorum redditus sexaginta et quinque marcarum argenti valorem annuum non excedunt, rursus dispensat ut, dimisso praedicto decanatu, praeposituram Brivatensis ecclesiae recipere et cum aliis supradictis beneficiis retinere possit.

« Personam tuam que... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, v kalendas martii, anno tertio. »

2324-2346 Sainte-Marie-Majeure, 6 mars 1290.

Licentia colligendi eleemosinas ad pauperum et infirmorum opus. (Reg. 45, c. 21, f. 4 v°.)

Dilectis filiis .. magistro et fratribus hospitalis Sancti Antonii, Viennensis diocesis. « Pridem ad nostram perlato notitiam quod nonnulli iniquitatis filii, se fratres militie Templi, hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitanorum et aliorum diversorum ordinum, domorum Dei et hospitalium asserentes, per diversas mundi provintias, dictorum ordinum, domorum et hospitalium nomine, elemosinas et legata et maleablata, incerta et que alias ratione predicationis crucis offerri contingit, in Terre Sancte subsidium convertenda, petere et colligere minime formidabant, ea in usus proprios temere convertendo, nos, universis et singulis religiosis ordinibus, hospitalium et domorum Dei magistris et fratribus, cujuscumque forent conditionis vel ordinis, questus omnis exercitium interdicentes omnino, quelibet privilegia, indulgentias et litteras, cujuscumque tenoris existerent, eis ab apostolica sede vel ejus legatis aut aliis quibuscumque concessa, quoad questum hujusmodi faciendum, per nostras litteras penitus revocare curavimus et nullius esse decrevimus firmitatis, venerabilibus fratribus nostris archiepiscopis, episcopis ac dilectis filiis universis ecclesiarum prelatis, exemptis et non exemptis, dantes per litteras ipsas in virtute obedientie districtius in preceptis ut eorum quilibet in civitatibus, diocesibus et locis sibi subjectis questores seu fratres hujusmodi ad colligendum elemosinas, legata et ablata predicta nequaquam admitterent neque permitterent a subditis eorum admitti, nisi post hujusmodi prohibitionem nostram mandatum super hoc ab eade sede ipsos fratres habere contingeret spetiale; illos quoque questores quos contra hujusmodi prohibitionem nostram secus attemptasse forsitan invenirent capere ac ipsos captos cum equis et omnibus bonis penes ipsos inventis ad nos sub fida custodia transmittere procurarent; contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo; non obstante si aliquibus a sede apostolica esset indultum quod excommunicari, suspendi vel interdici non possent per litteras dicte sedis non facientes plenam et expressam de indulto hujusmodi mentionem; invocato etiam ad hoc, si necesse foret, auxilio brachii secularis. Prefatas vero litteras per civitates et loca predicta per eosdem prelatos publicari voluimus et que mandabantur in eis inviolabiliter observari, quarum copia penes se sub manu publica vel autentico sigillo retenta, illas earum .. latori ad partes alias deferendas restituere procurarent. Verum et si vos nihil unquam, prout habet vestre devotionis assertio, petieritis hactenus quod Terre Sancte predicte subsidio fuerit deputatum, ac ea dumtaxat, exclusis omnibus eidem subsidio debitis, in posterum petere intendatis que beato Antonio et ejusdem hospitalis pauperibus et infirmis pia devotione fidelium spetialiter assignantur, sine quibus vestre facultates, ut dicitis, nequaquam suppeterent ad hospitalitatis continue cui vacatis onera supportanda, quia tamen dubitatis ne aliqui ecclesiarum prelati vos et nuntios vestros ad petendum et colligendum predicta, ejusdem sancti Antonii nomine, sibi et prefatis infirmis ac pauperibus deputata, occasione interdicti et revocationis hujusmodi, admittere indebite contradicant, nobis humiliter supplicastis ut, infirmorum et pauperum necessitatibus eorumdem pio compatientes affectu, providere super hoc de benignitate sedis apostolice misericorditer dignaremur. Nos igitur, benigna meditatione pensantes quod in hospitali vestro circa infirmorum et pauperum sustentationem continuam et non intermisse hospitalitatis observantiam cura propensior adhibetur et alia etiam laudanda inibi pietatis opera jugiter exercentur ac propterea non indigne volentes vos et hospitale prefatum spetiali prosequi gratia et favore, presentium auctoritate decernimus ut per interdictum et revocationem hujusmodi per nos facta, vel eorum occasione, nullum vobis aut hospitali vestro prejudicium quomodolibet generetur, quin libere ac sine cujusquam contrarietatis objectu possitis petere ac recipere, ad opus infirmorum et pauperum predictorum, elemosinas et alia quelibet caritatis subsidia que vobis, pro substentatione dictorum infirmorum et pauperum, pia devotio fidelium

exhibebit, et omnia privilegia sive littere vobis super hoc ab apostolica sede concessa in sua maneant firmitate. Volumus tamen et vobis districte precipimus ut ab hiis que in diminutionem prefati possent redundare subsidii, sicut vos abstinuisse asseritis hactenus, sic sollicitis studiis prorsus abstineatis etiam in futurum. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, II nonas martii, anno tertio. »

In e. m. archiepiscopos, episcopos et universos ecclesiarum praelatos, exemptos et non exemptos, ad quos litterae istae pervenerint hortatur quatenus fratres hospitalis praedicti, cum ad partes ipsorum accesserint pro petendis et recipiendis eleemosinis, impedire vel molestare, occasione mandati praedicti, non attemptent, sed eos juxta praemissam formam eleemosinas libere petere ac recipere permittant. Dat. ut supra.

In e. m. .. magistro et fratribus hospitalis Sancti Spiritus in Saxia de Urbe, mutatis mutandis.

In e. m. .. priori et fratribus hospitalis Roscidaevallis, ordinis S. Augustini, Pampilonensis dioecesis, mutatis mutandis.

In e. m. archiepiscopis, episcopis et universis ecclesiarum praelatis.

In e. m. .. magistro et fratribus hospitalis Sancti Jacobi de Altopassu, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, Lucanae dioecesis.

Orvieto, 22 juin 1290.

In e. m. .. magistro et fratribus hospitalis Sanctae Mariae ad Sanctum Gallum Florentini, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Augustini. Dat. apud Urbemveterem, x kalendas julii, anno tertio.

Orvieto, 26 juin 1290.

In e. m. .. praeceptori et fratribus hospitalis novi de Spoleto, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Augustini. Dat. apud Urbemveterem, VI kalendas julii, anno tertio.

Orvieto, 17 juin 1290.

In e. m. .. magistro et fratribus hospitalis Sanctae Mariae de Urbeveteri. Dat. apud Urbemveterem, XV kalendas julii, anno tertio.

Orvieto, 4 juillet 1290.

In e. m .. episcopo et capitulo ecclesiae Bethleemitanae, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Augustini. Dat. apud Urbemveterem, IIII nonas julii, anno tertio.

Orvieto, 3 juillet 1290.

In e. m. .. rectori et fratribus hospitalis Sancti Bartholomaei Crucis Brandelianae de Alpibus, Pistoriensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, V nonas julii, anno tertio.

Orvieto, 3 juillet 1290.

In e. m. .. rectori et fratribus hospitalis Sancti Bartholomaei de Prato episcopi, Pistoriensis dioecesis. Dat. ut supra.

Orvieto, 7 juillet 1290.

In e. m. .. rectori et fratribus hospitalis Sancti Peregrini de Alpibus, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, Lucanae dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, nonis julii, anno tertio.

Orvieto, 23 juillet 1290.

In e. m. .. priori et fratribus Roscidaevallis, ordinis S. Augustini, Pampilonensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, X kalendas augusti, anno tertio (*En marge*).

Orvieto, 3 août 1290.

In e. m. .. magistro et fratribus hospitalis Sancti Jacobi de Altopassu, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, Lucanae dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, III nonas augusti, anno tertio (*Ibid.*).

Orvieto, 18 juillet 1290.

In e. m. .. priori et fratribus hospitalis Sancti Spiritus Acconensis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis Cruciferorum. Dat. apud Urbemveterem, XV kalendas augusti, anno tertio (*Ibid.*).

Orvieto, 13 août 1290.

In e. m. .. magistro et fratribus hospitalis militiae Sancti Lazari Jerosolimitani. Dat. apud Urbemveterem, idibus augusti, anno tertio (*Ibid.*).

Orvieto, 13 août 1290.

In e. m. .. magistro et fratribus hospitalis Sancti Antonii, Viennensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, idibus augusti, anno tertio (*Ibid*).

Orvieto, 1er septembre 1290.

In e. m. .. magistro et fratribus hospitalis Sancti Spiritus in Saxia de Urbe. Dat. apud Urbemveterem, kalendis septembris, anno tertio (*Ibid.*).

Orvieto, 18 octobre 1290.

In e. m. .. magistro et fratribus hospitalis Sanctae Mariae Aniciensis. Dat. apud Urbemveterem, XV kalendas novembris, anno tertio (*Ibid.*).

Orvieto, 13 novembre 1290.

In e. m. .. rectori et fratribus hospitalis Sanctae Mariae Senensis, ad romanam ecclesiam nullo medio perti-

nentis. Dat. apud Urbemveterem, idibus novembris, anno tertio (*Ibid.*).

Orvieto, 22 novembre 1290.

In e. m. .. priori et fratribus hospitalis Sanctae Mariae Magdalenae de Arche, Asisinatis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, x kalendas decembris, anno tertio (*Ibid.*).

Orvieto, 18 décembre 1290.

In e. m. .. priori et fratribus hospitalis leprosorum de Colle, Perusinae dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, xv kalendas januarii, anno tertio (*Ibid.*).

2347-2350 Sainte-Marie-Majeure, 11 mars 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 22, f. 5 v°; Lap. du Theil, III, 19; Potth., 23208.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit eis qui ecclesiam .. prioris et conventus Beatae Mariae de Monte Carmeli Burdegalensis, in honorem beatae Mariae constructam, in ejusdem virginis festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint.

« Virga venustissima et... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, v idus martii, anno tertio. »

Sainte-Marie-Majeure, 10 mars 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Swellensi, Eboracensis dioecesis. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, vi idus martii, anno tertio.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Beatae Mariae Belnensi, Eduensis dioecesis (*En marge*).

Sainte-Marie-Majeure, 15 mars 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sanctae Mariae de Plano civitatis Esinae. Dat. ibidem, idibus martii, anno tertio.

2351-2353 Sainte-Marie-Majeure, 4 mars 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 22², f. 5 v°; Lap. du Theil, III, 20.)

.. *cantori et capitulo ecclesie Sancti Martini de Chableys, Lingonensis diocesis.* Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit eis qui praedictam ecclesiam, S. Martini vocabulo insignitam, in singulis S. Martini et S. Spani, cujus corpus in ea requiescit, festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint.

« Loca sanctorum omnium... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, iiii nonas martii, anno tertio. »

In e. m. universis Christi fidelibus, pro ecclesia Sancti Felicis Pisana. Dat. ut supra.

In e. m. .. abbatissae et conventui monasterii Sanctae Crucis de Fossabaudi prope Pisas, ordinis S. Augustini, sub cura et administratione ordinis fratrum praedicatorum viventibus, pro earum ecclesia, Sanctae Crucis vocabulo insignita.

« Splendor paterne glorie... — Dat. ut supra. »

2354 Sainte-Marie-Majeure, 1er mars 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 23, f. 5 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Karleolensi mandat quatenus cum Thoma dicto Brethon, de Appelby, et Elena, nata Johannis, de Berewys, Karleolensis dioecesis, dispenset ut in matrimonio quod olim, ignorantes se quarto consanguinitatis gradu conjunctos esse, contraxerunt et in quo plures filios procrearunt remanere valeant.

« Petitio dilecti filii... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, kalendis martii, anno tertio. »

2355 Sainte-Marie-Majeure, 20 mars 1290.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 45, c. 24, f. 5 v°.)

Venerabili fratri G., episcopo Sabinensi, committit quatenus cum magistro Johanne de Pallaxono, scriptore papae, capellano suo, rectore ecclesiae Sancti Stephani de Aquaviva, Narbonensis dioecesis, dispenset ut praeter hanc ecclesiam, curam animarum habentem, et in Morinensi, Mantuana, Sancti Amati, Duacensi et de Soranea ecclesiis, Atrebatensis et Parmensis dioecesium, canonicatus et praebendas unum aliud beneficium ecclesiasticum, etiam si curam habeat, recipere et retinere valeat.

« Nuper nobis ex... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, xiii kalendas aprilis, anno tertio. »

2356 Sainte-Marie-Majeure, 28 février 1290.

Privilegia inquisitoribus concessa. (Reg. 45, c. 25, f. 6 r°.)

Dilectis filiis fratribus ordinis predicatorum inquisitoribus heretice pravitatis in Lombardia et marchia Januensi auctoritate apostolica deputatis et in posterum deputandis indulget ut nullus sedis apostolicae delegatus vel subdelegatus ab eo, conservator aut etiam executor a sede deputatus eadem seu etiam deputandus in eos et decem et

octo notarios sive scriptores eorum eis obsequentes, quandiu in prosecutione negotii inquisitionis fuerint, excommunicationis, suspensionis aut interdicti sententiam promulgare possit, absque speciali mandato praedictae sedis faciente plenam et expressam de hac indulgentia mentionem ; et si eos vel socios eorum aliquam excommunicationis sententiam vel irregularitatem incurrere contingat, quia propter injunctum eis officium ad priores suos super hoc recurrere non possint, mutuò se absolvere et secum dispensare valeant, in casibus in quibus id praedictis prioribus concessum sit.

« Ne inquisitionis negotium... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, II kalendas martii, anno tertio. »

2357 Sainte-Marie-Majeure, 28 février 1290.

Ad inquisitionem in Lombardia et marchia Januensi exercendam. (Reg. 45, c. 26, f. 6 r°.)

Dilectis filiis .. provintiali ac ceteris conventualibus prioribus et supprioribus eorumque vicariis ordinis predicatorum Lombardie ac marchie Januensis mandat ut prior provincialis cuique ex fratribus in Lombardia et marchia Januensi ad catholicae fidei negotium commissis vel committendis unum socium, fratrem videlicet ejusdem ordinis, providum et discretum, assignet, et nichilominus tam dictus prior quam alii priores, suppriores et conventuales ac vicarii, quotiens ab eisdem fratribus quibus id negotium commissum sit requisiti fuerint et negotio opportunum fuerit, de aliis etiam fratribus ejusdem ordinis providere curent.

« Ne catholice fidei... — Dat. ut supra. »

2358-2364 Sainte-Marie-Majeure, 5 mars 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 27, f. 6 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam Sancti Alexandri majoris Pergamensem, in S. Narni et S. Viatoris confessorum, quorum corpora in ea requiescunt, et S. Stephani protomartyris, in cujus honorem majus altare dedicatum est, festivitatibus et usque ad octo dies festivitates ipsas immediate sequentes visitaverint.

« Vite perempnis gloria... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, III nonas martii, anno tertio. »

Sainte-Marie-Majeure, 7 mars 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sancti Martini de Cingulo, Auximanae dioecesis, in festivitatibus sanctorum Martini confessoris et Martini martyris et per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes visitaverint. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis martii, anno tertio.

Sainte-Marie-Majeure, 11 mars 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Beatae Mariae de Villa de Sirgo, Palentinae dioecesis, in festo Assumptionis beatae Mariae et per octo dies festum ipsum immediate sequentes visitaverint. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, vidus martii, anno tertio.

Sainte-Marie-Majeure, 18 mars 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Beatae Mariae de Castello Januensem in festivitatibus beatae Mariae et usque ad octo dies festivitates ipsas immediate sequentes visitaverint. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, XV kalendas aprilis, anno tertio.

Sainte-Marie-Majeure, 18 mars 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sancti Francisci fratrum minorum Bobiensem in S. Francisci, S. Antonii confessoris et sanctae Clarae festivitatibus et usque ad octo dies festivitates ipsas immediate sequentes visitaverint. Dat. ut supra (*En marge;* Potth., 23216).

Sainte-Marie-Majeure, 1er mars 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sanctorum Sergii et Bachi de Subura de Urbe in festivitatibus eorumdem sanctorum et S. Michaelis archangeli, per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, kalendis martii, anno tertio (*Ibid.*).

Sainte-Marie-Majeure, 7 mars 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui cathedralem ecclesiam Caturcensem in Natalis, Translationis et Inventionis corporis beati Stephani festivitatibus, cujus vocabulo eadem ecclesia insignita est, visitaverint. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis martii, anno tertio (*Ibid.*).

2365 Sainte-Marie-Majeure, 6 mars 1290.

Collatio benefici. (Reg. 45, c. 27², f. 6 v°; Lap. du Theil, III, 21.)

Venerabili fratri Bonifatio, episcopo Sedunensi. « Gran-

dis affectus quem ad romanam ecclesiam et personam nostram te habere conspicimus merito nos inducit ut in hiis nos propitios tibi invenisse congaudeas que tibi pro futura speramus et per que a tuis gravaminibus et oneribus releveris. Cum itaque, sicut asseris, magna premaris sarcina debitorum et circa reparationem, quin potius reedificationem domorum ecclesie Sancti Petri de Castellione, Augustensis diocesis, quam, habentem animarum curam, promotionis tue tempore canonice obtinebas et adhuc retines, et pro ampliandis suis redditibus multa de bonis tuis expenderis et insuper magna subieris onera expensarum, nos, volentes personam tuam prosequi prerogativa favoris et gratie spetialis, predictam ecclesiam Sancti Petri tibi de spetiali gratia reservamus et decernimus irritum et inane, si secus de predicta ecclesia Sancti Petri apostolica vel alia auctoritate attemptatum fuerit, vel in posterum contigerit attemptari, tibi nichilominus concedentes ut prefatam ecclesiam Sancti Petri una cum episcopatu Sedunensi, quoad vixeris, possis licite retinere ac ejus fructus et proventus ubique cum ea integritate percipere cum qua illos perciperes si in illa personaliter resideres, non obstante constitutione concilii generalis. Proviso quod ecclesia ipsa Sancti Petri debitis non fraudetur obsequiis et animarum cura in illa nullatenus negligatur. Nulli ergo etc., nostre reservationis et constitutionis ac concessionis etc. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, II nonas martii, anno tertio. »

2366 Sainte-Marie-Majeure, 14 mars 1290.

Contentio inter archiepiscopum et capitulum Burdegalenses. (Reg. 45, c. 28, f. 6 v°; Lap. du Theil, III, 23.)

Dilecto filio .. priori de Sancto Valerio Viennensi et magistro Armanno de Jou, canonico ecclesie Vastinensis, Bituricensis diocesis. « Querelam venerabilis fratris nostri H., archiepiscopi Burdegalensis, recepimus continentem quod, licet dilecti filii .. decanus et capitulum ecclesie Burdegalensis fructus, redditus et proventus archiepiscopalis sedis Burdegalensis, tunc sede ipsa vacante, perceperint, ipsi tamen de hujusmodi fructibus, redditibus et proventibus, qui ad opus futuri pontificis conservari debuerant, dicto archiepiscopo rationem reddere ac eos sibi restituere non curant, pro sue libito voluntatis, in ipsius archiepiscopi et dicte sedis non modicum prejudicium et gravamen; quare idem archiepiscopus nobis humiliter supplicavit ut providere sibi super hoc paterna diligentia curaremus. Nos igitur, ipsius archiepiscopi supplicationibus inclinati, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus vos, vel alter vestrum, per vos vel alium seu alios, predictos decanum et capitulum ac singulas personas de ipso capitulo ex parte nostra monere et inducere procuretis ut infra competentem terminum peremptorium, quem eis ad hoc duxeritis prefigendum, predicto archiepiscopo vel procuratori suo, ejus nomine, de predictis fructibus, redditibus et proventibus rationem debitam reddere ac de illis satisfactionem plenariam studeant exhibere, eos ad id per excommunicationis in personas eorumdem et interdicti sententias in capitulum necnon, si necesse fuerit, per captionem et detentionem bonorum suorum ac etiam per privationem dignitatum et personatuum ac administrationum quas obtinent et per alias etiam penas quas videritis expedire, si vobis de plano, sine strepitu et figura judicii constiterit de premissis, ratione previa compellendo. Invocato ad hoc, si necesse fuerit, auxilio brachii secularis. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, II idus martii, anno tertio. »

2367-2368 Sainte-Marie-Majeure, 10 mars 1290.

Dispensatio residentiae. (Reg. 45, c. 29, f. 6 v°; Lap. du Theil, III, 25.)

Venerabili fratri Beraldo, archiepiscopo Lugdunensi, indulget ut sex clerici ejus per quinquennium residere in ecclesiis in quibus beneficia habeant non teneantur.

« Volentes tuam in... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, VI idus martii, anno tertio. »

In e. m. .. Agennensi, .. Majoris et .. Gamagensi in ecclesia Vasatensi archidiaconis mandat ut praedictis sex clericis redditus beneficiorum suorum per quinquennium integre ministrari faciant.

« Volentes venerabilis fratris... — Dat. ut supra. »

2369 Sainte-Marie-Majeure, 10 mars 1290.

Ad solutionem debitorum Lugdunensis ecclesiae. (Reg. 45, c. 30, f. 7 r°; Lap. du Theil, III, 27.)

Venerabili fratri Beraldo, archiepiscopo Lugdunensi. « Personam tuam eo libentius gratiis et honoribus prevenimus quo majoribus illa dinoscitur virtutum titulis insignita. Intellecto siquidem nuper quod ecclesia Lugdunensis gravi premitur onere debitorum, a tuis predecessoribus contractorum, meminimus tibi per nostras inter alia litteras concessisse ut fructus primi anni omnium beneficiorum ecclesiasticorum que in civitate et

diocesi Lugdunensi usque ad quinquennium vacare contigerit, etiam si dignitates vel personatus existerent et curam habeant animarum, percipere possis, convertendos in solutionem hujusmodi debitorum. Verum quia in nonnullis ecclesiis earumdem civitatum et diocesium de statuto seu consuetudine observatur quod canonicus decedens prebende sue, dignitatis aut personatus, quam vel quem in ecclesia sua obtinuerit sic decedens, anno quo decesserit facit et potest facere fructus suos, tu, quia de perceptione fructuum primi anni beneficiorum ipsorum sic vacantium in litteris ipsis expressius continetur, dubitas tibi per hoc imposterum in hac parte obstaculum interponi, super quo adhiberi tibi remedium a nobis suppliciter postulasti. Nos itaque, volentes quod hujusmodi facta tibi gratia ad plenum tibi fructuosa reddatur, tuis supplicationibus inclinati, ut quotiens in illis ex predictis ecclesiis ubi consuetudo seu statutum hujusmodi observatur fructus beneficiorum decedentium anno primo mortuis canonicis seu personis illarum ecclesiarum fuerint persoluti, possis fructus secundi anni dictorum beneficiorum, personatuum seu dignitatum per hujusmodi quinquennium percipere, juxta litterarum ipsarum tenorem, fraternitati tue auctoritate presentium indulgemus. Nulli ergo etc., nostre concessionis etc. Dat. ut supra. »

2370 Sainte-Marie-Majeure, 10 mars 1290.

Contra eos qui plura beneficia detinent. (Reg. 45, c. 30², f. 6 v° (En marge; Lap. du Theil, III, 28.)

Nicolaus etc. Venerabili fratri B., archiepiscopo Lugdunensi. « Ex parte tua fuit propositum coram nobis quod nonnulli religiosi tuarum civitatis et diocesis, ceca cupiditate seducti, singuli plures administrationes sine dispensatione sedis apostolice temeritate propria detinere presumunt, contra canonicas sanctiones, in animarum suarum periculum et scandalum plurimorum, super quo petiisti per sedem apostolicam salubre remedium adhiberi. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus, si est ita, contra religiosos predictos, nisi forsan exemptionis privilegio sint muniti, tam auctoritate nostra quam tua libere officii tui debitum exequaris. Dat. ut supra. »

2371 Sainte-Marie-Majeure, 10 mars 1290.

Facultas habendi altare portatile. (Reg. 45, c. 31, f. 7 r°; Lap. du Theil, III, 28 v°.)

Eidem.

« Devotionis tue precibus... — Dat. ut supra. »

2372 Sainte-Marie-Majeure, 10 mars 1290.

De modo exercendi jus visitationis. (Reg. 45, c. 32, f. 7 r°; Lap. du Theil, III, 29.)

Eidem. « Ut tuis petitionibus benignius annuamus sincere caritatis affectus quo tuorum exigentia meritorum personam tuam prosequamur nos inducit. Hinc est quod nos, tuis supplicationibus inclinati, auctoritate tibi presentium indulgemus ut, cum te provintiam tuam contigerit visitare, si propter guerrarum discrimina, que solent frequenter, inimico homine seminante zizaniam, in illis partibus iminere, aut aliam justam causam, visitationem hujusmodi continuare nequiveris, eam per interruptionem vel intervalla temporum proficere valeas, constitutione aliqua contraria non obstante. Ita quod ei per hoc alias prejudicium nullum fiat. Nulli ergo etc. nostre concessionis etc. Dat. ut supra. »

2373 Sainte-Marie-Majeure, 10 mars 1290.

Facultas exercendi per alios durante quinquennio jus visitationis. (Reg. 45, c. 33, f. 7 r°; Lap. du Theil, III, 33.)

Eidem.

« Habet in nobis... — Dat. ut supra. »

2374 Sainte-Marie-Majeure, 10 mars 1290.

Ut beneficiati ad residentiam et ad ordines suscipiendos compellantur. (Reg. 45, c. 34, f. 7 r°; Lap. du Theil, III, 30.)

Eidem.

« Insinuasti nobis quod... — Dat. ut supra. »

2375 Sainte-Marie-Majeure, 10 mars 1290.

Facultas absolvendi excommunicatos. (Reg. 45, c. 35, f. 7 r°; Lap. du Theil, III, 31.)

Eidem facultatem concedit absolvendi laicos ab excommunicationis sententia quam pro violenta injectione manuum in personas ecclesiasticas incurrerint.

« Tua nobis fraternitas... — Dat. ut supra. »

2376 Sainte-Marie-Majeure, 10 mars 1290.

Facultas eligendi confessorem proprium. (Reg. 45, c. 35², f. 7 r°; Lap. du Theil, III, 31 v°.)

Eidem.

« Benigno sunt tibi... — Dat. ut supra. »

2377 Sainte-Marie-Majeure, 10 mars 1290.

Contra usurarios. (Reg. 45, c. 36, f. 7 r°; Lap. du Theil, III, 32.)

Eidem. « Petitio tua nobis exhibita continebat quod nonnulli usurarii tue civitatis et diocesis, cum infirmitatibus gravibus detinentur, ut eis sacramenta ecclesiastica non negentur et ecclesiasticam propter hoc effugiant disciplinam, omnia bona sua in restitutionem deputant usurarum, sed restituti postmodum sanitati usuras hujusmodi restituere indebite contradicunt. Ne igitur dicti usurarii de sua malitia se comodum gaudeant reportasse, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus, si est ita, usurarios ipsos ad restitutionem hujusmodi faciendam, monitione premissa, nostra fretus auctoritate, compellas. Dat. ut supra. »

2378 Sainte-Marie-Majeure, 10 mars 1290.

Facultas dispensandi super defectu natalium. (Reg. 45, c. 37, f. 7 v°; Lap. du Theil, III, 32.)

Eidem facultatem concedit dispensandi super defectu natalium cum viginti clericis qui nec de incestu, nec de adulterio, nec e regularibus vel presbyteris nati sint.

« Supplici a nobis... — Dat. ut supra. »

2379 Sainte-Marie-Majeure, 10 mars 1290.

Facultas absolvendi excommunicatos. (Reg. 45, c. 38, f. 7 v°; Lap. du Theil, III, 33.)

Eidem facultatem concedit absolvendi praelatos et clericos a suspensione quam, excommunicationis et interdicti sententias sine scriptis proferentes, incurrerint et dispensandi cum eis super irregularitatibus.

« Insinuasti nobis quod... — Dat. ut supra. »

2380 Sainte-Marie-Majeure, 10 mars 1290.

Facultas absolvendi a canonicis sententiis. (Reg. 45, c. 39, f. 7 v°; Lap. du Theil, III, 33.)

Eidem facultatem concedit absolvendi clericos a canonicis sententiis quas pro violenta injectione manuum in personas ecclesiasticas incurrerint et dispensandi cum eis super irregularitatibus.

« Ut eo gratiosior... — Dat. ut supra. »

2381 Sainte-Marie-Majeure, 10 mars 1290.

Facultas conferendi tabellionatus officium tribus personis. (Reg. 45, c. 40, f. 7 v°; Lap. du Theil, III, 34.)

Eidem.

« Ne contractuum memoria... — Dat. ut supra. »

2382 Sainte-Marie-Majeure, 10 mars 1290.

Licentia testandi. (Reg. 45, c. 41, f. 8 r°; Lap. du Theil, III, 34.)

Eidem.

« Quia presentis vite... — Dat. ut supra. »

2383 Sainte-Marie-Majeure, 10 mars 1290.

Contra eos qui plura beneficia detinent. (Reg. 45, c. 42, f. 8 r°; Lap. du Theil, III, 36.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Lugdunensi mandat quatenus contra clericos qui sine dispensatione apostolica plura beneficia ecclesiastica detineant officii sui debitum exequatur.

« Ex parte tua... — Dat. ut supra. »

2384-2386 Sainte-Marie-Majeure, 6 mars 1290.

Raymundus monasterio Sanctae Mariae Rivipollensi abbas praeficitur. (Reg. 45, c. 43, f. 8 r°.)

Raymundo, abbati monasterii Sancte Marie Rivipollensis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, Vicensis diocesis. Vacante hoc monasterio, duae electiones in eo, una videlicet de Raymundo, tunc priore, altera de quondam fratre Petro, priore de Monteserrato, monacho ejusdem monasterii, celebratae fuerunt; earum autem electionum negotio ad sedem apostolicam devoluto et praedictis Raymundo et Petro ad eandem sedem accedentibus, hic mortuus est, ille vero, post nonnullos processus coram diversis auditoribus habitos, omni juri sibi ex electione competenti in manibus .. Portuensis episcopi renuntiavit. Nunc autem papa eum praedicto monasterio abbatem praeficit.

« Pastoralis officii nobis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, II nonas martii, anno tertio. »

In e. m. .. priori et conventui monasterii Sanctae Mariae Rivipollensis mandat ut praedicto abbati obedientiam debitam exhibeant. Dat. ut supra.

In e. m. universis vassallis praedicti monasterii mandat ut eidem abbati fidelitatis solitae juramentum et consueta servitia exhibeant. Dat. ut supra.

2387-2389 Sainte-Marie-Majeure, 12 mars 1290.

Berengarius monasterio Figiacensi abbas praeficitur. (Reg. 45, c. 44, f. 8 r°; Lap. du Theil, III, 37.)

Berengario, abbati monasterii Figiacensis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, Cluniacensis ordinis, Caturcensis diocesis. Vacante monasterio Figiacensi, duae electiones in eo, una videlicet de Luca, operario ejusdem monasterii, altera de Guillelmo, abbate monasterii Marsiliacensis, ordinis S. Benedicti, ejusdem dioecesis, celebratae fuerunt; Luca autem et Guillelmus, post aliquos processus coram sede apostolica habitos, juri suo renuntiarunt. Quare papa eidem monasterio, cujus provisionem sibi reservavit, Berengarium, tunc priorem prioratus de Cella vinaria, ordinis S. Benedicti, Narbonensis dioecesis, abbatem praeficit.

« Inter curas multiplices... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, iiii idus martii, anno tertio. »

In e. m. conventui monasterii Figiacensis mandat quatenus eidem abbati debitam obedientiam praebeat.

In e. m. universis vassallis ejusdem monasterii.

2390 Sainte-Marie-Majeure, 23 mars 1290.

Facultas conferendi beneficia. (Reg. 45, c. 45, f. 8 v°; Lap. du Theil, III, 39.)

Venerabili fratri Beraldo, archiepiscopo Lugdunensi. « Volentes tuam honorare personam ac per honorem tibi exhibitum aliis provideri, faciendi recipi auctoritate nostra, per te vel per alium aut alios, in singulis ecclesiis tue civitatis et diocesis tibi subjectis, ubi habetur certus canonicorum numerus et distinctio prebendarum, singulas personas ydoneas in canonicos et in fratres et conferendi earum singulis prebendas singulas, si in dictis ecclesiis vacant ad presens et de jure nulli alii debeantur; alioquin si prebende hujusmodi in dictis ecclesiis nunc non vacant, prebendas proximo in eisdem ecclesiis vacaturas, que de jure nulli alii debeantur, conferendas in talibus donationi tue auctoritate simili reservandi ac decernendi irritum et inane si secus contigerit attemptari ac inducendi personas ipsas in earumdem prebendarum corporalem possessionem ac defendendi inductas, contradictores quoque per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendi, non obstantibus... fraternitati tue plenam et liberam auctoritate presentium concedimus facultatem. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, x kalendas aprilis, anno tertio. »

2391 Sainte-Marie-Majeure, 23 mars 1290.

Eadem facultas. (Reg. 45, c. 46, f. 9 r°; Lap. du Theil, III, 41.)

Eidem eandem facultatem in majori Lugdunensi et singulis aliis ecclesiis collegiatis Lugdunensis dioecesis concedit.

« Personam tuam eo... — Dat. ut supra. »

2392 Sainte-Marie-Majeure, 24 mars 1290.

Facultas amovendi a beneficiis. (Reg. 45, c. 47, f. 9 r°; Lap. du Theil, III, 42.)

Eidem facultatem concedit amovendi eos qui in dioecesi Lugdunensi parrochiales ecclesias, curam animarum habentes, post generale concilium Lugdunense receperint nec se infra annum ad presbyteratum promoveri fecerint, et conferendi aliis easdem ecclesias.

« Personam tuam eo... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, viiii kalendas aprilis, anno tertio. »

2393 Sainte-Marie-Majeure, 11 mars 1290.

Facultas conferendi tabellionatus officium uni personae. (Reg. 45, c. 48, f. 9 r°; Lap. du Theil, III, 22.)

Venerabili fratri Symoni, archiepiscopo Bituricensi.

« Ne contractuum memoria... — Dat. Rome, ut supra, vidus martii, anno tertio. »

2394 Sainte-Marie-Majeure, 11 mars 1290.

De modo exercendi jus visitationis. (Reg. 45, c. 49, f. 9 r°; Lap. du Theil, III, 22 v°.)

Eidem. « Ut tuis petitionibus benignius annuamus sincere caritatis affectus quo tuorum exigentia meritorum personam tuam prosequamur nos inducit. Tuis itaque supplicationibus inclinati, auctoritate tibi presentium indulgemus ut, si dum tuam visitando provintiam ad aliquam de diocesibus ipsis visitandam accesseris per aliam transitum faciendo, liceat tibi ad eandem

diocesim per quam taliter transieris visitandam redire ac eam et alias que visitate non fuerint visitare et pro eo quod taliter per hujusmodi diocesim transieris nequeant aliqui quominus te ad visitandum admittant se quomodolibet excusare, constitutione felicis recordationis Innocentii pape, predecessoris nostri, super hoc edita non obstante. Proviso tamen ne super hoc fraus aliqua committatur. Nulli ergo etc., nostre concessionis etc. Dat. ut supra. »

2395 Sainte-Marie-Majeure, 7 mars 1290.

Facultas eligendi sibi confessorem proprium. (Reg. 45, c. 50, f. 9 r°; Lap. du Theil, III, 43).

Guillelmo, abbati monasterii Cluniacensis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, Matisconensis diocesis, indulget ut monachum sui ordinis presbyterum confessorem eligere possit.

« Desideriis tuis in... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis martii, anno tertio. »

2396 Sainte-Marie-Majeure, 7 mars 1290.

Contra simoniacos monachos. (Reg. 45, c. 51, f. 9 r°; Lap. du Theil, III, 44.)

Eidem. « Ad audientiam nostram perducere curavisti quod nonnulli monachi et moniales monasteriorum et prioratuum Cluniacensi monasterio subjectorum in monasteriis et prioratibus ipsis symoniacum habuerunt ingressum; quidam vero monachi et quedam etiam moniales administrationes et beneficia ejusdem ordinis per symonie vitium sunt adepti, super quo pre multitudine nimia non potest comode ad juris remedium haberi recursus. Quare illorum provideri saluti per apostolice sedis providentiam humiliter postulasti. Nos itaque, tuis devotis precibus inclinati ac de circumspectione tua spetialem in Domino fiduciam obtinentes, tibi et visitatoribus ejusdem ordinis dispensandi hac vice cum talibus ut possint in monasteriis et prioratibus remanere predictis necnon et injungendi eis propter hoc penitentiam salutarem, prout animarum suarum saluti tu et iidem visitatores videritis expedire, constitutione contraria non obstante, plenam auctoritate presentium concedimus facultatem. Dat. ut supra. »

2397 Sainte-Marie-Majeure, 7 mars 1290.

Facultas absolvendi a canonicis sententiis. (Reg. 45, c. 52, f. 9 v°; Lap. du Theil, III, 45.)

Eidem facultatem concedit absolvendi monachos et moniales Cluniacensis ordinis qui pro violenta injectione manuum in personas ecclesiasticas, detentione proprii, denegata superioribus obedientia, conspiratione aut transgressione statutorum excommunicationis sententiam incurrerint et dispensandi cum eis super irregularitatibus.

« Exhibita nobis tua... — Dat. ut supra. »

2398 Sainte-Marie-Majeure, 7 mars 1290.

Monasterio Sancti Vincentii de Monteforti duae ecclesiae conceduntur. (Reg. 45, c. 53, f. 9 v°.)

.. *abbati et conventui monasterii Sancti Vincentii de Monteforti, ordinis S. Benedicti, Lucensis diocesis.* Confirmat donationem eis a Lucensi episcopo, capitulo consentiente, de ecclesiis Sancti Petri de Ripisaltis et Sancti Martini de Duade, Lucensis dioecesis, cedentibus vel decedentibus rectoribus earumdem, factam, reservata de proventibus vicariis perpetuis congrua portione.

« Cum a nobis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis martii, anno tertio. »

2399 Sainte-Marie-Majeure, 13 mars 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 54, f. 9 v°.)

.. *priori et capitulo ecclesie Sancte Lucie quatuor portarum de Urbe.* Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui praedictam ecclesiam, quam T., Bracharensis archiepiscopus, de speciali mandato papae, per Jacobum, Sanctae Mariae in Via lata diaconum cardinalem, ei facto, associatis sibi nonnullis episcopis, sollemniter consecravit, in anniversario die dedicationis ejusdem usque ad dominicam Resurrectionis dominicae singulis diebus visitaverint.

« In dedicatione templi... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, III idus martii, anno tertio. »

2400 Sainte-Marie-Majeure, mars 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 54², f. 9 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis.

Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui ecclesiam Beatae Mariae de Brevelaco, Eboracensis dioecesis, in singulis beatae Mariae virginis et beati Johannis Baptistae de Brevelaco festivitatibus, per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint.

« Loca sanctorum omnium... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, VII nonas (*sic*) martii, anno tertio. »

2401 Sainte-Marie-Majeure, 20 mars 1290.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (REG. 45, c. 55, f. 9 v°; LAP. DU THEIL, III, 48.)

Magistro Guillelmo dicto Militi, decano ecclesie Sancti Sepulcri de Cadomo, Bajocensis diocesis, indulget ut praeter decanatum suum unum aliud beneficium recipere possit.

« Apostolice sedis benignitas... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XIII kalendas aprilis, anno tertio. »

2402 Sainte-Marie-Majeure, 23 mars 1290.

Domus quaedam episcopo Ambianensi restituitur. (REG. 45, c. 56, f. 10 r°; LAP. DU THEIL, III, 26.)

Venerabili fratri Guillelmo, episcopo Ambianensi. « Exposuisti nobis quod in tua diocesi quedam domus constituta dinoscitur que Petronosum vulgariter nuncupatur et que cum omnibus bonis et juribus ac pertinentiis suis ad mensam Ambianensis episcopi pleno jure pertinuit ab antiquo, licet bone memorie Theobaldus, episcopus Ambianensis, predecessor tuus, aliquos canonicos regulares in ea statuerit servitores, assignata eis pro victu de ipsius domus redditibus aliqua portione, administrationem spiritualium et temporalium ac personarum institutionem in ea sibi suisque successoribus retinendo, ita quod si memorati canonici cederent vel decederent, aut propter ipsorum defectum seu culpas eos de dicta domo contingeret amoveri, redditus pro illorum victu assignati eisdem libere ac pleno jure ad mensam redirent eandem, quodque prefatus episcopus per seculares presbyteros posset in ecclesia infra septa domus memorate constructa facere deserviri. Cum autem, ut asseris, omnes canonici supradicti jam cesserint vel decesserint aut a domo ipsa ex causis legitimis sint amoti, providere super hoc, ne mensa predicta suis juribus defraudetur, de benignitate solita curaremus. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, predictam domum, cum omnibus bonis et juribus suis, sicut ea juste possides et quiete, tibi et pro te successoribus tuis ac eidem mense auctoritate apostolica confirmamus etc., usque communimus. Nulli ergo etc., nostre confirmationis etc. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, X kalendas aprilis, anno tertio. »

2403 Sainte-Marie-Majeure, 23 mars 1290.

Consulatus communi Fanensi confirmatur. (REG. 45, c. 57, f. 10 r°; POTTH., 23230.)

Dilectis filiis .. potestati et communi Fanensibus consulatum cum jurisdictione ejus et omnia privilegia eis ab Innocentio III, Gregorio VIIII et Urbano IIII concessa confirmat.

« Qui zelo devotionis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, X kalendas aprilis, anno tertio. »

2404-2405 Sainte-Marie-Majeure, 21 mars 1290.

Ad solutionem debitorum Eduensis ecclesiae. (REG. 45, c. 58, f. 10 r°.)

Venerabili fratri Hugoni, episcopo Eduensi, concedit fructus et proventus primi anni omnium beneficiorum ecclesiasticorum quae in Eduensi ecclesia usque ad biennium vacare contigerit, in solutionem debitorum ejusdem ecclesiae convertendos, illis dumtaxat exceptis in quibus auctoritate litterarum sedis apostolicae jus alicui acquisitum est.

« Cum ecclesiarum omnium... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XII kalendas aprilis, anno tertio. »

In e. m. .. episcopo Matisconensi, .. Sancti Benigni et .. Sancti Stephani de Divione monasteriorum abbatibus, Lingonensis dioecesis, mandat quatenus eosdem fructus et proventus praedicto episcopo per biennium integre ministrari faciant.

2406 Sainte-Marie-Majeure, 23 mars 1290.

De procurationibus legatis et nuntiis exhibendis. (REG. 45, c. 59, f. 10 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Narniensi mandat quatenus, quotiescumque apostolicae sedis legati et nuntii per Ortanam, Civitatis Castellanae et Nepesinam dioeceses

transibunt, cogat episcopum et clerum Sutrinos ut in procurationibus ab episcopis et clero Ortanis, Civitatis Castellanae et Nepesinis exhibendis contribuant, tanquam hi episcopi et clerus in procurationibus ab episcopo et clero Sutrinis exhibendis contribuunt.

« Dudum insinuantibus nobis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, x kalendas aprilis, anno tertio. »

2407-2409 Sainte-Marie-Majeure, 18 mars 1290.

Johannes Lundensi ecclesiae archiepiscopus praeficitur. (Reg. 45, c. 60, f. 10 v°; Potth., 23215.)

Venerabili fratri Johanni, archiepiscopo Lundensi, Suetie primati. Vacante Lundensi ecclesia per obitum Johannis, capitulum Johannem, tunc praepositum Roskildensis ecclesiae, elegit, qui juri sibi competenti renuntiavit; sed rursus eum papa archiepiscopum praeficit.

« Inter varia innumeraque... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, xv kalendas aprilis, anno tertio. »

In e. m. capitulo Lundensi mandat ut eidem archiepiscopo debitam obedientiam praebeat.

In e. m. .. regem Datiae rogat ut eidem suum favorem praebeat.

« Occurrit nobis de... — Dat. ut supra. »

2410-2411 Sainte-Marie-Majeure, 28 mars 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 61, f. 11 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit eis qui ecclesiam Montis Roccae Mifini, Theanensis dioecesis, in sanctae crucis honorem constructam, in festivitatibus ejusdem sanctae crucis, per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint.

« Redemptoris omnium sancti... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, v kalendas aprilis, anno tertio. »

Sainte-Marie-Majeure, 15 mars 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sancti Laurentii in Caleto, Rothomagensis dioecesis, in beatae Mariae et S. Laurentii festivitatibus et per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes visitaverint.

« Splendor paterne glorie... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus martii, anno tertio. »

2412 Sainte-Marie-Majeure, 7 mars 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 61², f. 11 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo et dilectis filiis capitulo Alatrinis. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit eis qui ecclesiam Alatrinam, in honorem S. Pauli apostoli constructam, in festivitatibus ejusdem apostoli et S. Sixti martyris, cujus corpus ibidem requiescit, et per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes visitaverint.

« Cum ad promerenda... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis martii, anno tertio. »

2413 Sainte-Marie-Majeure, 21 mars 1290.

Aesculanam potestariam sine praejudicio communis papa accepit. (Reg. 45, c. 62, f. 11 r°; Potth., 23219.)

Dilectis filiis consilio et communi Esculanis. « Ad civitatem Esculanam, in qua nostre nativitatis originem traximus, habentes magne dilectionis affectum, ut ejus incole, quorum status diffidentibus adinvicem animis fluctuabat, statu pacifico fruerentur et pacis opulentia letarentur, ipsius civitatis regimen de apostolice plenitudine potestatis assumpsimus hactenus gubernandum, nolentes, ut tunc aperte prediximus, quod ex assumptione dicti regiminis per nos facta generaretur vobis prejudicium aliquod vel gravamen. Vos autem, gerentes ad nos filialis devotionis affectum ac attendentes quod in hoc non comodum proprium sed potius vestrum dicteque civitatis profectum et exaltationis votis ferventibus procurabamus augmentum, nobis potestariam civitatis ejusdem, quoad vixerimus, prout ad vos spectabat, unanimiter commisistis, quam, ut inter vos caritas vigeret unanimis, perseveraret pax stabilis, duximus acceptandam. Ne igitur ex premissis libertatibus vestris in aliquo derogetur, volumus quod pro eo quod, sicut predicitur, regimen ipsum assumpsimus et potestariam nobis commisistis eandem, quando potestatem sive rectorem imposterum possitis eligere, sicut prius id vobis competere noscebatur, nullum vobis prejudicium generetur. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, xii kalendas aprilis, anno tertio. »

2414-2415 Sainte-Marie-Majeure, 15 mars 1290.

Andreas ecclesiae Avinionensi episcopus praeficitur. (Reg. 45, c. 63, f. 11 v°; Lap. du Theil, III, 49.)

Andree, electo Avinionensi. Vacante Avinionensi ecclesia per obitum R. et quibusdam canonicis se opponenti-

bus electioni Raymbaldi de Dalfino, ordinis praedicatorum, negotioque ad sedem apostolicam per appellationem devoluto, Rambaldus (1) juri suo in manibus J., Sanctae Mariae in Via lata diaconi cardinalis, renuntiavit. Quare nunc papa Andream, capellanum suum, archidiaconum Redensem in Narbonensi ecclesia, eidem ecclesiae episcopum praeficit.

« Dum attente considerationis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus martii, anno tertio. »

In e. m. capitulo ecclesiae Avinionensis mandat quatenus eidem electo debitam obedientiam praebeat.

2416-2417 Sainte-Marie-Majeure, 7 mars 1290.

Modus romanus in officiis celebrandis conceditur. (Reg. 45, c. 64, f. 11 v°.)

.. *priorisse et conventui monasterii de Vedano, per priorissam soliti gubernari, ordinis S. Augustini, Mediolanensis diocesis*, indulget ut, non obstante mandato inhibitorio O., archiepiscopi Mediolanensis, modum romanae ecclesiae, quem hactenus in divinis officiis observare consueverunt, servare libere possint.

« Religionis vestre meretur... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis martii, anno tertio. »

In e. m. .. ministrae et sororibus domus de Cantalupo, sitae juxta portam Favergam, Mediolanensis, ordinis S. Augustini.

2418-2421 Sainte-Marie-Majeure, 8 mars 1290.

Lambertus Veglensi ecclesiae episcopus praeficitur. (Reg. 45, c. 65, f. 11 v°; Potth., 23207.)

Venerabili fratri Lamberto, episcopo Veglensi. Vacante ecclesia Veglensi per obitum Marini, capitulum duas electiones, unam de Johanne de Vegla, ordinis minorum, alteram de Zacharia, ordinis praedicatorum, fecit. Hoc vero negotio ad apostolicam sedem devoluto, neuter electorum jus suum prosecutus est; quapropter papa Lambertum, ordinis minorum professorem, Veglensi ecclesiae episcopum praeficit.

« Vacante dudum Veglensi... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, VIII idus martii, anno tertio. »

In e. m. capitulo Veglensis ecclesiae mandat ut eidem episcopo debitam obedientiam praebeat.

(1) Les deux formes *Raymbaldus* et *Rambaldus* se trouvent dans le ms.

In e. m. clero Veglensis ecclesiae et dioecesis.

In e. m. populo Veglensis ecclesiae et dioecesis.

2422 Sainte-Marie-Majeure, 15 février 1290.

Facultas benedicendi res cultui necessarias. (Reg. 45, c. 66, f. 12 r°.)

Bertholdo, abbati monasterii de Gengebach, ordinis S. Benedicti, Argentinensis diocesis, facultatem concedit benedicendi in monasterio pannos et pallas altaris, corporalia, vestes sacerdotales et alia cultui divino deputata quae appositionem crismatis non requirunt sine dioecesani et cujusque alius praejudicio.

« Tue religionis inducimur... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XV kalendas martii, anno secundo. »

2423-2432 Sainte-Marie-Majeure, 15 mars 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 67, f. 12 r°; Lap. du Theil, III, 51.)

.. *abbati et conventui monasterii de Kaladia, Cisterciensis ordinis, Virdunensis diocesis.* Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui ecclesiam praedicti monasterii, beatae Mariae virginis nomine insignitam, in Annuntiationis, Nativitatis, Purificationis et Assumptionis ejusdem virginis festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint.

« Gloriosus Deus in... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus martii, anno tertio. »

In e. m. .. abbati et conventui monasterii de Kahereyo, Cisterciensis ordinis, Remensis dioecesis.

In e. m. .. abbati et conventui monasterii Trium fontium, Cisterciensis ordinis, Cathalaunensis dioecesis.

In e. m. .. abbati et conventui monasterii de Castellione, Cisterciensis ordinis, Virdunensis dioecesis.

In e. m. .. abbati et conventui monasterii de Altofonte, Cisterciensis ordinis, Cathalaunensis dioecesis.

In e. m. .. abbati et conventui monasterii de Aurea valle, Cisterciensis ordinis, Treverensis dioecesis.

In e. m. .. abbati et conventui monasterii de Chiminione, Cisterciensis ordinis, Cathalaunensis dioecesis.

In e. m. .. abbati et conventui monasterii de Monasterio in Argonia, Cisterciensis ordinis, Cathalaunensis dioecesis.

In e. m. .. abbatissae et conventui monasterii de Sancto Desiderio, Cisterciensis ordinis, Cathalaunensis dioecesis.

In e. m. .. abbatissae et conventui monasterii de Vitriaco, Cisterciensis ordinis, Cathalaunensis dioecesis.

2433-2438 Sainte-Marie-Majeure, 15 mars 1290.

Gerardus Hilerdensi ecclesiae episcopus praeficitur. (Reg. 45, c. 68, f. 12 r°.)

Gerardo, electo Hilerdensi. Vacante Hilerdensi ecclesia per obitum G., .. decanus et capitulum, quanquam Martinus papa IIII et postmodum Nicolaus IIII provisiones omnium ecclesiarum cathedralium Aragoniae et Valentiae regnorum et comitatus Barchinonensis sibi reservassent, duas electiones, unam videlicet de Hugone, praeposito Massiliensi, alteram de Guillelmo de Montecatheno, archidiacono Hilerdensi, fecerunt; sed nec Hugo suae electioni consensit, nec Guillelmus electionem suam prosequi curavit. Nunc igitur papa Gerardum, Convenarum electum, Hilerdensi ecclesiae episcopum praeficit.

« Ad universalis ecclesie... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus martii, anno tertio. »

In e. m. .. decano et capitulo ecclesiae Hilerdensis mandat quatenus praedicto electo obedientiam debitam exhibeant.

In e. m. clero civitatis et dioecesis Hilerdensis.

In e. m. populo civitatis et dioecesis Hilerdensis.

In e. m. universis vassallis ecclesiae Hilerdensis mandat ut eidem electo consueta fidelitatis juramentum et servitia praestent.

In e. m. .. archiepiscopum Terraconensem hortatur ut eidem electo favorem et auxilium praebeat.

« Ad cumulum tue... — Dat. ut supra. »

2439 Sainte-Marie-Majeure, 23 mars 1289.

Dividuntur sex praebendae in Ambianensi ecclesia. (Reg. 45, c. 69, f. 12 v°; Lap. du Theil, III, 53.)

Venerabili fratri .. episcopo Ambianensi. « Inter cetera desideria... In nostra siquidem proposuisti presentia constitutus quod, licet in Ambianensi ecclesia sit non modicus numerus prebendarum, pauci tamen ex canonicis obtinentibus in ipsa prebendas resident in eadem nec speratur quod quidam ex hiis qui vacaturas in ecclesia ipsa prebendas expectant aut ex jam adeptis aliqui, qualitate personarum diligenter inspecta, sint in ea facturi residentiam personalem, super quo provideri per apostolicam sedem humiliter implorasti... Fraternitati tue dividendi auctoritate nostra sex prebendas integras ipsius ecclesie ad tuam collationem spectantes, nullis aliis de jure debitas, si in eadem ecclesia vacant ad presens, vel quam cito ibidem vacaverint, que in omnibus jusribus, libertatibus, consuetudinibus et statutis ipsius ecclesie ac personis que eas assequentur cum aliis prebendis integris pares existant, ita quod hujusmodi, cum non minus aliis habentibus integras Deo divinum et nocturnum prebeant famulatum, integram de cotidianis distributionibus portionem, ac si majores prebendas in eadem ecclesia obtinerent, plenam et liberam auctoritate presentium concedimus facultatem... Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, x kalendas aprilis, anno secundo (*sic*). »

2440-2448 Sainte-Marie-Majeure, 18 mars 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 70, f. 12 v°; Lap. du Theil, III, 55; Potth., 23217.)

.. *abbatisse et conventui monasterii Massiliensis, ordinis Sancte Clare.* Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit eis qui ecclesiam praedicti monasterii in singulis beatae Mariae et sanctae Clarae festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint.

« Licet is de... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, xv kalendas aprilis, anno tertio. »

In e. m. pro .. abbatissa et conventu monasterii Sistaricensis, ordinis Sanctae Clarae (Potth., 23218).

Sainte-Marie-Majeure, 7 mars 1290.

In e. m. universis Christi fidelibus, pro ecclesia .. prioris et conventus prioratus Sancti Ursi Augustensis, ordinis S. Augustini. Dat. ibidem, nonis martii, anno tertio.

Sainte-Marie-Majeure, 27 avril 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia fratrum minorum Regensi. Dat. ibidem, v kalendas maii, anno tertio (*En marge*: Potth., 23249).

In e. m., pro ecclesia minorum de Folqualcherio, Sistaricensis dioecesis (*Ibid.*; Potth., 23250).

Sainte-Marie-Majeure, 1er mai 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sancti Martini de Fonteneto, Constantiensis dioecesis. Dat. ibidem, kalendis maii, anno tertio (*Ibid.*).

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sancti Georgii de Castellario, Rothomagensis dioecesis. Dat. ut supra (*Ibid.*).

Sainte-Marie-Majeure, 7 mai 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia fratrum minorum Bajo-

censi, in honorem beatae Mariae constructa. Dat. ibidem, nonis maii, anno tertio (*Ibid.*).

In e. m., pro ecclesia fratrum minorum de Cadomo, Bajocensis dioecesis (*Ibid.*).

2449 Sainte-Marie-Majeure, 4 mars 1290.

De electione Salzburgensis episcopi. (Reg. 45, c. 71, f. 13 r°.)

Ad perpetuam rei memoriam. Vacante Brixinensi ecclesia per obitum Brunonis, capitulum Ottonem, ejusdem ecclesiae canonicum, defectum in ordinibus et aetate patientem, ad episcopatum concorditer postularunt; pendente vero hac postulatione coram sede apostolica, quidam ex canonicis Henricum, decanum suum, et alii Bonicontrum, archipresbyterum Veronensem, episcopum elegerunt. Quare papa archiepiscopo Salzburgensi, ecclesiae Brixinensis metropolitano, et cuilibet alii inhibet ne quemcumque Brixinensem episcopum confirment vel consecrent nec de provisione ejusdem ecclesiae quoquomodo se intromittant.

« Imminente nobis ecclesiarum... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, iiii nonas martii, anno tertio. »

2450 Sainte-Marie-Majeure, 4 mars 1290.

De eodem negotio. (Reg. 45, c. 72, f. 13 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Veronensi mandat quatenus decanum et archipresbyterum supradictos et alios qui sua interesse crediderint citet ut infra unius mensis spatium post citationem, cum omnibus actis, juribus et munimentis suis, apostolico se conspectui praesentent.

« Imminente nobis ecclesiarum... — Dat. ut supra. »

2451 Sainte-Marie-Majeure, 8 mars 1290.

Munus consecrationis manibus suis episcopo Sedunensi impendit. (Reg. 45, c. 73, f. 13 r°; Lap. du Theil, III, 47.)

Venerabili fratri .. Bonifatio, episcopo Sedunensi.

« Ammonet nos injuncti... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, viii idus martii, anno tertio. »

2452-2457 Sainte-Marie-Majeure, 19 mars 1290.

Ademarus Oscensi ecclesiae episcopus praeficitur. (Reg. 45, c. 74, f. 13 r°.)

Venerabili fratri Ademaro, episcopo Oscensi. Eum, mortuo Jacobo, olim Oscensi episcopo, durante interdicto a Martino papa in regno Aragoniae pronuntiato, Oscensi ecclesiae episcopum praeficit.

« Pastoralis officii nobis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, xiiii kalendas aprilis, anno tertio. »

In e. m. capitulo ecclesiae Oscensis mandat quatenus praedicto episcopo debitam obedientiam exhibeat.

In e. m. clero civitatis et dioecesis Oscensis.

In e. m. populo civitatis et dioecesis Oscensis.

In e. m. universis vassallis mandat ut eidem episcopo consueta fidelitatis juramentum et servitia praestent.

In e. m. .. Terraconensem archiepiscopum rogat ut eidem episcopo favorem et auxilium praebeat.

2458-2464 Sainte-Marie-Majeure, 19 mars 1290.

Fernandus ecclesiae Abulensi episcopus praeficitur. (Reg. 45, c. 75, f. 13 v°.)

Venerabili fratri Fernando, episcopo Abulensi. Vacante Abulensi ecclesia per obitum D., quondam Alfonsus, decanus, et capitulum Ademarum, nunc Oscensem episcopum, professorem ordinis praedicatorum, in Abulensem episcopum elegerunt; sed papa provisionem ecclesiae sibi reservavit et nunc Fernandum, Abulensem decanum, Abulensi ecclesiae episcopum praeficit.

« Ad universalis ecclesie... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, xiiii kalendas aprilis, anno tertio. »

In e. m. capitulo ecclesiae Abulensis mandat quatenus praedicto episcopo debitam obedientiam exhibeat.

In e. m. clero civitatis et dioecesis Abulensis.

In e. m. populo civitatis et dioecesis Abulensis.

In e. m. universis vassallis ecclesiae Abulensis mandat ut eidem episcopo consueta fidelitatis juramentum et servitia praestent.

In e. m. .. archiepiscopum Compostellanum hortatur ut eidem episcopo favorem et auxilium exhibeat.

« Ad cumulum tue... — Dat. ut supra. »

In e. m. .. regem Castellae hortatur ut eidem episcopo favorem et auxilium exhibeat.

« Regem potentem deponere... — Dat. ut supra. »

2465 Sainte-Marie-Majeure, 11 mars 1290.

Ad sustentationem Reginensis archiepiscopi. (Reg. 45, c. 76, f. 14 r°.)

Venerabili fratri B., episcopo Penestrino, apostolice sedis

legato, mandat quatenus G., Reginensi archiepiscopo, ab hostibus spoliato, de fructibus et proventibus ecclesiarum in terris suae legationis, etiam si exemptionis privilegio gaudeant, vacantium, usque ad summam centum unciarum auri annis singulis provideat, donec idem archiepiscopus secure ad ecclesiam suam redire valeat.

« Compatientes ab intimis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, v idus martii, anno tertio. »

2466 Sainte-Marie-Majeure, 18 mars 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 77, f. 14 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Sancti Leonis committit ut cum Delselvole, nato Fuscutii Bondelmani, et Alteborga, nata Andreae dicti Nominis, de Mercatello, dioecesis Civitatis Castelli, dispenset ut, licet quarto consanguinitatis gradu conjuncti sint, tamen, ad sedandas inimicitias ab olim inter parentes obortas, matrimonium contrahere valeant.

« Exhibita nobis dilecti... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, xv kalendas aprilis, anno tertio. »

2467 Sainte-Marie-Majeure, 26 février 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 78, f. 14 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit eis qui ecclesiam monasterii Sanctorum Quirici et Julittae in Monticello, prope civitatem Lucanam, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, in singulis beatae Mariae virginis festivitatibus visitaverint.

« Vite perempnis gloria... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, iiii kalendas martii, anno tertio. »

2468-2473 Sainte-Marie-Majeure, 21 mars 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 79, f. 14 r°.)

Universis Christi fidelibus etc. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam fratrum minorum de Alexandria, Aquensis dioecesis, in beatae Mariae et S. Francisci festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint.

« Licet is de... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, xii kalendas aprilis, anno tertio. »

Sainte-Marie-Majeure, 29 mars 1290.

In e. m. eisdem, pro capella quam magister Nicolaus de Pontecurvo in ecclesia Sancti Blasii de Pontecurvo in honorem sanctae Mariae, sancti Wenceslai et sanctae Agathae construi fecit et dotavit. Dat. ibidem, iiii kalendas aprilis, anno tertio (*En marge*).

Sainte-Marie-Majeure, 23 mars 1290.

In e. m. .. guardiano et conventui fratrum minorum Massiliensibus, pro eorum ecclesia.

« Licet is de... — Dat. ibidem, x kalendas aprilis, anno tertio. » (*Ibid.*; Potth., 23228).

Sainte-Marie-Majeure, 22 avril 1290.

In e. m. .. guardiano et conventui fratrum minorum Aquensibus. Dat. ibidem, x kalendas maii, anno tertio (*Ibid.*, Potth., 23228).

In e. m. .. guardiano et conventui fratrum minorum de Limoso, Narbonensis dioecesis. Dat. ut supra (*Ibid.*).

In e. m. universis Christi fidelibus, pro ecclesia .. magistri et fratrum hospitalis Sancti Lazari Cathalaunensis.

« Vite perempnis gloria... — Dat. ut supra. » (*Ibid.*).

2474 Sainte-Marie-Majeure, 13 mars 1290.

Munus consecrationis manibus suis episcopo Virdunensi impendit. (Reg. 45, c. 80, f. 14 r°; Lap. du Theil, III, 60.)

Venerabili fratri Jacobo, episcopo Virdunensi.

« Militanti ecclesie disponente... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, iii idus martii, anno tertio. »

2475-2476 Sainte-Marie-Majeure, 21 mars 1290.

Dispensatio residentiae. (Reg. 45, c. 81, f. 14 v°; Lap. du Theil., III, 62.)

Eidem indulget ut quatuor clerici ejusdem obsequiis insistentes fructus, redditus et proventus beneficiorum suorum ecclesiasticorum per quinquennium integre percipere possint.

« Magne devotionis affectus... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, xii kalendas aprilis, anno tertio. »

In e. m. .. abbati monasterii Sancti Mammii Cathalaunensis et .. cantori ecclesiae Remensis mandat quatenus eisdem clericis praedictos fructus et redditus ministrari faciant.

2477-2478 Sainte-Marie-Majeure, 15 mars 1290.

Ad solutionem debitorum Virdunensis ecclesiae. (Reg. 45, c. 82, f. 14 v°; Lap. du Theil, III, 63 v°.)

Eidem indulget ut fructus, redditus et proventus primi anni omnium beneficiorum ecclesiasticorum quae usque ad triennium in civitate et dioecesi Virdunensi vacabunt percipere possit, in solutionem debitorum Virdunensis ecclesiae convertendos.

« Circa curam quarumlibet... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus martii, anno tertio. »

In e. m. .. abbati monasterii Sancti Memmii Cathalaunensis mandat quatenus eidem episcopo praedictos fructus et redditus ministrari faciant.

2479 Sainte-Marie-Majeure, 21 mars 1290.

Facultas absolvendi a canonicis sententiis. (Reg. 45, c. 83, f. 14 v°; Lap. du Theil, III, 65.)

Eidem episcopo facultatem concedit absolvendi clericos et laicos qui pro violenta injectione manuum in personas ecclesiasticas excommunicationis sententiam incurrerint et dispensandi cum eis ex illis clericis qui sic ligati irregularitatem contraxerint.

« Tua nobis fraternitas... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, xii kalendas aprilis, anno tertio. »

2480 Sainte-Marie-Majeure, 21 mars 1290.

Facultas habendi altare portatile. (Reg. 45, c. 84, f. 15 r°; Lap. du Theil, III, 66.)

Eidem.

« Devotionis tue precibus... — Dat. ut supra. »

2481 Sainte-Marie-Majeure, 21 mars 1290.

Contra usurarios. (Reg. 45, c. 85, f. 15 r°; Lap. du Theil, III, 66.)

Eidem mandat quatenus usurarios dioecesis Virdunensis qui dum infirmi sunt bona sua in restitutionem usurarum deputant et postea sanati hanc restitutionem denegant ad eam faciendam cogat.

« Petitio tua nobis... — Dat. ut supra. »

2482 Sainte-Marie-Majeure, 21 mars 1290.

Facultas absolvendi a canonicis sententiis. (Reg. 45, c. 86, f. 15 r°; Lap. du Theil, III, 67.)

Eidem facultatem concedit absolvendi praelatos et clericos civitatis et dioecesis Virdunensis qui, excommunicationis sententias sine scriptis proferentes, suspensionem incurrerint.

« Insinuasti nobis quod... — Dat. ut supra. »

2483 Sainte-Marie-Majeure, 21 mars 1290.

Facultas eligendi confessorem proprium. (Reg. 45, c. 87, f. 15 r°; Lap. du Theil, III, 67.)

Eidem.

« Benigno sunt illa... — Dat. ut supra. »

2484 Sainte-Marie-Majeure, 21 mars 1290.

Remittit iter ad limina. (Reg. 45, c. 88, f. 15 r°; Lap. du Theil, III, 68.)

Eidem.

« Cum pridem tempore... — Dat. ut supra. »

2485 Sainte-Marie-Majeure, 21 mars 1290.

Facultas testandi. (Reg. 45, c. 89, f. 15 r°; Lap. du Theil, III, 68 v°.)

Eidem.

« Quia presentis vite... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, xii kalendas aprilis, anno tertio. »

2486-2487 Sainte-Marie-Majeure, 20 mars 1290.

De collatione decimae. (Reg. 45, c. 90, f. 15 r°.)

Nicolaus etc. Venerabili fratri Petro, episcopo Signino, collectori decime in patrimonii beati Petri in Tuscia, ducatus Spoletani, Campanie, Maritime Sabineque provintiis, necnon in Perusina, Tudertina, Reatina, Interampnensi et Tiburtina civitatibus earumque diocesibus ac in abbatiis Sublacensi atque Farfensi etc., « ut in regestro secundi anni ejusdem domini Nicolai, capitulo cccl (1), in quo scribitur

(1) N. 1150.

eidem Petro, episcopo Signino, usque mandamus quatenus predicte decime colligende in patrimonii beati Petri in Tuscia, ducatus Spoletani, Campanie, Maritime Sabineque provintiis, necnon in Perusina, Tudertina, Reatina, Interannensi et Tiburtina civitatibus earumque diocesibus etc., ut in eodem capitulo, usque Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XIII kalendas aprilis, anno tertio. »

« In e. m. venerabilibus fratribus .. Perusino, .. Tudertino, .. Reatino, .. Interampnensi et .. Tiburtino et ceteris in patrimonii beati Petri in Tuscia, ducatus Spoletani, Campanie, Maritime Sabineque provintiis episcopis ac dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, prepositis, archipresbyteris et aliis ecclesiarum prelatis, capitulis, collegiis et conventibus Cisterciensis, Cluniacensis, Premonstratensis, S. Benedicti, S. Augustini, Cartusiensis, Grandimontensis et aliorum ordinum, necnon hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani ac domorum militie Templi et Beate Marie Theotonicorum prioribus, preceptoribus et magistris, ceterisque omnibus personis ecclesiasticis, secularibus et regularibus, exemptis et non exemptis, tam in eorumdem patrimonii, ducatus, Campanie, Maritime ac Sabine provintiis quam in Perusina, Tudertina, Reatina, Interampnensi et Tiburtina civitatibus et diocesibus earum ac in abbatiis Sublacensi atque Farfensi et aliis circumadjacentibus terris et locis, extra regnum Sicilie constitutis, civitate Romana, necnon civitatibus et diocesibus earum quibus preesse cardinalis episcopus consuevit exceptis, salutem etc. Divulgatis etc., ut in prefato capitulo (1), usque per hujusmodi triennium venerabili fratri nostro Petro, Signino episcopo, quem ad vos et partes vestras etc., usque non excedunt. Dat. Rome etc., XIII kalendas aprilis, anno tertio. »

2488-2489 Sainte-Marie-Majeure, 3 mars 1290.

Facultas testandi. (Reg. 45, c. 91, f. 15 v°; Potth., 23200.)

Venerabili fratri Philippo, episcopo Tridentino.

« Quia presentis vite... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, V nonas martii, anno tertio. »

Sainte-Marie-Majeure, 17 avril 1290.

In e. m. Bartholomaeo, episcopo Grossetano. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, XV kalendas maii, anno tertio (*En marge*).

1 N. 1152.

2490-2496 Sainte-Marie-Majeure, 29 avril 1290.

Licentia testandi. (Reg. 45, c. 91², f. 15 v° (*En marge.*)

Nicolaus etc. Venerabili fratri Nicolao, episcopo Tudertino.

« Quia presentis vite... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, III kalendas maii, anno tertio. »

Sainte-Marie-Majeure, 12 mai 1290.

In e. m. Raymundo, episcopo Carpentoracensi. Dat. Romae, ut supra, IIII idus maii, anno tertio (*Ibid.*).

Sainte-Marie-Majeure; 23 mars 1290.

In e. m. Roberto, episcopo Pergamensi. Dat. Romae, ut supra, X kalendas aprilis, anno tertio (*Ibid.*).

Sainte-Marie-Majeure, 18 avril 1290.

In e. m. Guidoni de Noalhas, capicerio ecclesiae Pictavensis, capellano papae. Dat. Romae, ut supra, XIIII kalendas maii, anno tertio (*Ibid.*).

Sainte-Marie-Majeure, 1er mai 1290.

In e. m. .. episcopo Aptensi. Dat Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, kalendis maii, anno tertio (*Ibid.*).

Sainte-Marie-Majeure, 17 mai 1290.

In e. m. Bonifatio, episcopo Sedunensi. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, XVI kalendas junii, anno tertio (*Ibid.*).

Orvieto, 22 juin 1290.

In e. m. Petro, episcopo Bajocensi. Dat. apud Urbemveterem, X kalendas julii, anno tertio (*Ibid.*).

2497 Sainte-Marie-Majeure, 17 avril 1290.

Contra Maynardum, Carinthiae ducem. (Reg. 45, c. 92, f. 15 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Paduano et dilectis filiis .. abbati monasterii Sancti Benedicti de Padolyrone, ordinis S. Benedicti, Mantuane, et .. primicerio ecclesie Sancti Marci de Venetiis, Castellane diocesium, mandat quatenus secundum litterarum formam ipsis super hoc ultimo directarum procedant in nobilem virum Maynardum, ducem Carinthiae, comitem Tyrolensem, et officiales ejus nonnullosque alios qui plurima loca et bona episcopi Tridentini injuste occupant.

« Dudum nobis venerabili... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XV kalendas maii, anno tertio. »

2498 Sainte-Marie-Majeure, 17 avril 1290.

Licentia testandi. (Reg. 45, c. 93, f. 15 v°.)

Dilecto filio Matheo, tituli Sancti Laurentii in Damaso presbytero cardinali.

« Quia presentis vite... — Dat. ut supra. »

2499 Sainte-Marie-Majeure, 22 avril 1290.

De confirmatione Thomatae, monasterii Sanctae Mariae Theodotis Papiensis abbatissae. (Reg. 45, c. 94, f. 15 v°; Potth., 23244.)

.. *priori predicatorum et .. guardiano minorum fratrum ordinum Papiensibus* committit quatenus electionem Thomatae, monialis monasterii Sanctae Mariae Theodotis Papiensis, ad ejusdem monasterii, per obitum Patientiae vacantis, abbatiam examinent et, si ita viderint, confirment.

« Sua nobis dilecte... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, x kalendas maii, anno tertio. »

2500-2505 Sainte-Marie-Majeure, 20 avril 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 95, f. 16 r°; Lap. du Theil, III, 71; Potth., 23242.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit eis qui ecclesiam fratrum minorum Belvacensem in singulis beatae Mariae et S. Francisci festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint.

« Licet is de... — Dat Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, xii kalendas maii, anno tertio. »

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit visitantibus ecclesiam fratrum minorum Ambianensem, in honorem Sancti Andreae constructam. Dat. ut supra (Potth., 23243).

In e. m eisdem. Eandem indulgentiam concedit visitantibus ecclesiam fratrum minorum de Abbatisvilla, Ambianensis dioecesis, in honorem Beatae Mariae Magdalenae constructam. Dat. ut supra (Potth., 23243).

Sainte-Marie-Majeure, 13 mars 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit visitantibus ecclesiam Sancti Andreae de Portusuavi, Tullensis dioecesis. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, iii idus martii, anno tertio.

In e. m., pro ecclesia .. abbatissae et conventus monasterii de Portusuavi, ordinis S. Benedicti, Tullensis dioecesis, in honorem Beatae Mennae virginis constructa. Dat. ut supra (*En marge*).

Sainte-Marie-Majeure, 31 mars 1290.

In e. m., pro ecclesia Sancti Tusciani de Sanguilla, Ambianensis dioecesis. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, ii kalendas aprilis, anno tertio.

2506-2515 Sainte-Marie-Majeure, 15 mars 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 95², f. 16 r°.)

.. *rectori ecclesie Sancte Marie de Burgaragio, Narbonensis diocesis.* Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit pro eadem ecclesia.

« Vite perempnis gloria... — Dat. Rome, ut supra, idibus martii, anno tertio. »

Sainte-Marie-Majeure, 23 mars 1290.

In e. m. .. abbati et conventui monasterii Galliacensis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, Albiensis dioecesis, pro ejusdem monasterii ecclesia, in honorem Beati Michaelis archangeli constructa. Dat ibidem, x kalendas aprilis, anno tertio.

Sainte-Marie-Majeure, 31 mars 1290.

In e. m. .. rectori et fratribus hospitalis Sancti Jacobi de Savarduno, Tholosanae dioecesis, pro ecclesia ejusdem hospitalis, in honorem Sancti Jacobi constructa.

« Sanctorum meritis inclita... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, ii kalendas aprilis, anno tertio. »

Sainte-Marie-Majeure, 28 avril 1290.

In e. m. universis Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis, pro ecclesia Beatae Mariae de Putot, Bajocensis dioecesis.

« Licet is de... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, iv kalendas maii, anno tertio » (*En marge*).

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sancti Valerici in Planis, Rothomagensis dioecesis. Dat. ut supra (*Ibid.*).

In e. m., pro capella Sancti Leodegarii in parrochia Beati Valerici in Planis, Rothomagensis dioecesis. Dat. ut supra (*Ibid.*).

In e. m., pro capella Beatae Mariae Magdalenae in parrochia Beati Valerici in Planis, Rothomagensis dioecesis. Dat. ut supra (*Ibid.*).

Sainte-Marie-Majeure, 23 mars 1290.

In e. m. .. priori et conventui monasterii de Kemllevurch, per priorem soliti gubernari, ordinis S. Augustini, Conventrensis dioecesis, pro ecclesia ejusdem monas-

terii. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, x kalendas aprilis, anno tertio (*Ibid.*).

Sainte-Marie-Majeure, 1er mai 1290.

In e. m. universis Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis, pro ecclesia de Grimbouilla, Rothomagensis dioecesis, in honorem Beati Petri constructa. Dat. Romae, ibidem, kalendis maii, anno tertio (*Ibid.*).

In e. m. .. abbatissae et conventui monasterii de Monasterio Villarii, ordinis S. Benedicti, Rothomagensis dioecesis, pro ecclesia ejusdem monasterii, in honorem Beatae Mariae constructa. Dat. ut supra (*Ibid.*).

2516 Sainte-Marie-Majeure, 20 mars 1290.

Ad collectionem decimae in Terrae Sanctae subsidium. (Reg. 45, c. 96, f. 16 r°.)

Carissimo in Christo filio R., regi Romanorum illustri. Eum hortatur ut Theodorico, collectori decimae Terrae Sanctae in regno Alamaniae, cui papa mandavit ut contra eos qui quasdam pecuniarum summas decimae Terrae Sanctae, in certis locis partium Alamaniae depositas, rapuerunt procedat, auxilium et favorem praebeat.

« Indubitatam gerimus de... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XIII kalendas aprilis, anno tertio. »

2517 Sainte-Marie Majeure, 21 mars 1290.

De eodem negotio. (Reg. 45, c. 97, f. 16 v°.)

Theoderico, priori ecclesie Sancti Andree Urbevetane, capellano nostro, collectori decime Terre Sancte in regno Alamanie deputato. Ei mandat quatenus, de pecuniarum summis decimae Terrae Sanctae quas, in certis locis partium Alamaniae depositas, quidam ecclesiastici et laici viri rapuerunt « et quantitatibus earumdem ac forma et modo depositionis seu congregationis ipsarum ac per quos et apud quos et in quibus locis deposite fuisse noscuntur et ad quos in toto vel in parte et quo modo vel casu devenerint necnon de omnibus negotii circumstantiis inquisita prudenter et fideliter, tam secreto quam publice..., diligentius veritate, ad exactionem et recuperationem pecuniarum hujusmodi contra quascumque personas..., cujuscumque status, dignitatis, ordinis et conditionis existant, » procedat.

« Ad nostram pervenit... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XII kalendas aprilis, anno tertio. »

2518 Sainte-Marie-Majeure, 22 mars 1290.

De eodem negotio. (Reg. 45, c. 98, f. 16 v°.)

Eidem. « Licet tibi per... Quia tamen nostre intentionis non est quod in partibus ipsis, pro hujusmodi negotiis tibi commissis, vel eorum pretextu, longiorem de cetero moram trahas, cum non intendamus hoc tempore ecclesias et personas ecclesiasticas partium earumdem amplius in decimarum exhibitione gravare et propterea velimus de statu et conditionibus tam predicte decime quam officii tibi super ipsa colligenda commissi plenariam certitudinem obtinere, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus, ad expeditionem ipsius officii prudenter intendens, quantum per te vel alios de dicta decima, legatis et relictis in subsidium Terre Sancte, votis et votorum redemptionibus, truncorum denariis et aliis obventionibus quibuscumque, quovis modo vel jure, occasione vel causa ad subsidium dicte terre spectantibus recepisti, et penes quos mercatores vel alios ac ubi, quando et coram quibus pecuniam a te receptam deponere curavisti, et quantum adhuc de decima ipsa, legatis et aliis omnibus supradictis, et in quibus restat locis seu partibus colligendum, quantum etiam personis illis quibus interdum super hujusmodi collectionis negotio vices tuas vel in eo executionem aliquam commisisti exhibuisti cotidie pro expensis, quid etiam pro tuis cotidianis stipendiis recepisti, quantumve alias, in quibus seu propter que in dicto negotio expendisti, quantoque tempore in hujusmodi collectionis officio laborasti describere studeas plenariam veritatem, scripturam hujusmodi tecum in tuo ad nos reditu perlaturus, ut tam per ipsam quam per tuam relationem informari plene super premissis omnibus valeamus. Sic te in premissis, in quibus negotium Dei prosequeris, prudenter et fideliter habiturus quod sibi, qui cuncta discernit, et nobis, qui circa hoc intendimus oportunam diligentiam adhibere, valeas exactam et debitam reddere rationem ac in utrinsque judicio non solum vites pene confusionisque discrimina sed commendationis titulum et retributionis premium assequaris ... Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XI kalendas aprilis, anno tertio. »

2519 Sainte-Marie-Majeure, 23 mars 1290.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 45, c. 99, f. 17 r°).

Venerabili fratri .. episcopo Florentino mandat quatenus cum Lombardo, nato quondam Uberti de Sofiano, clerico Florentinae dioecesis, quocum jam a Johanne papa dispensatum est ut, non obstante defectu natalium quem patitur, e soluto genitus et soluta, ad omnes ordines promoveri et ecclesiasticum beneficium etiam curam habens obtinere valeret, rursus dispenset ut personatum vel dignitatem recipere valeat, episcopali dignitate excepta.

« Exposuit nobis dilectus... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, x kalendas aprilis, anno tertio. »

2520-2523 Sainte-Marie-Majeure, 17 avril 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 99², f. 17 r°; Lap. du Theil, III, 79.)

.. *abbati et conventui monasterii Beate Marie de Brithulio, ordinis S. Benedicti, Belvacensis diocesis.* Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit eis qui ecclesiam praedicti monasterii in singulis beatae Mariae et beati Constantiani, cujus meritis ibidem multa miracula perpetrantur, festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint.

« Virga venustissima et... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, xv kalendas maii, anno tertio. »

Sainte-Marie-Majeure, 15 mars 1290.

In e. m. universis Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis, pro ecclesia biginarum Parisiensi, Beatae Mariae vocabulo insignita. Dat. Romae, ibidem, idibus martii, anno tertio.

In e. m. eisdem, pro ecclesia .. prioris et conventus de Lingonio, ordinis Beatae Mariae de Monte Carmeli, Vasatensis dioecesis, in honorem Beatae Mariae constructa. Dat. ut supra.

Sainte-Marie-Majeure, 30 avril 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sanctae Mariae dicta de Villa juxta Penestre. Dat. Romae, ut supra, ii kalendas maii, anno tertio (*En marge*).

2524 Sainte-Marie-Majeure, 21 mars 1290.

Licentia exercendi per alios jus visitationis. (Reg. 45, c. 100, f. 17 r°; Lap. du Theil, III, 81.)

Venerabili fratri Symoni, archiepiscopo Bituricensi.

« Exhibita nobis tua... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, xii kalendas aprilis, anno tertio. »

2525 Sainte-Marie-Majeure, 21 mars 1290.

Facultas conferendi beneficia. (Reg. 45, c. 101, f. 17 r°; Lap. du Theil, III, 82.)

Eidem facultatem concedit faciendi recipi in singulis collegiatis ecclesiis dioecesis Bituricensis unam personam in canonicum et fratrem et providendi ei de praebenda.

« Personam tuam eo... — Dat. ut supra. »

2526-2527 Sainte-Marie-Majeure, 21 mars 1290.

Ad solutionem debitorum Bituricensis ecclesiae. (Reg. 45, c. 102, f. 17 r°; Lap. du Theil, III, 83.)

Eidem indulget ut fructus, redditus et proventus primi anni omnium beneficiorum ecclesiasticorum quae usque ad triennium in Bituricensi civitate et dioecesi vacabunt, in solutionem debitorum Bituricensis ecclesiae convertendos, percipere possit.

« Circa curam quarumlibet... — Dat. ut supra. »

In e. m. .. episcopo et .. officiali Autissiodorensibus mandat quatenus episcopo Bituricensi praedictos fructus et redditus ministrari faciant.

2528 Sainte-Marie-Majeure, 18 mars 1290.

Monasterium Sancti Geruntii Callense ecclesiae Callensi annectitur. (Reg. 45, c. 103, f. 17 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Forosinfroniensi et dilectis filiis Raynaldo Johannis Romani de Reate, Ferrariensis, et Ottaviano Landonis de Anagnia, Metensis ecclesiarum canonicis. Vacante monasterio Sancti Geruntii Callensi, ordinis S. Benedicti, per translationem Bonjohannis ad monasterium Sancti Laurentii de Campo, ejusdem ordinis, Fanensis dioecesis, provisionem ejus papa sibi reservavit et postmodum idem monasterium, cum omnibus juribus, immunitatibus, possessionibus, vineis, nemoribus et pertinentiis ejus, tam episcopatui quam ecclesiae Callensibus, cujus redditus et proventus tenues erant, annexit, ordinatione horum bonorum inter ecclesiam et sedem praedictas et statu monachorum, quibus interim necessaria de bonis monasterii exhibentur et quorum numerus ternarium non excedit, ab apostolica sede in

posterum statuendis. Quare praedictis episcopo et canonicis papa mandat quatenus Callensem episcopum, vel aliquem de canonicis ecclesiae Callensis, nomine episcopi et ecclesiae, in corporalem possessionem praedicti monasterii et pertinentiarum ejus inducant et inductum defendant, amotis quibuslibet illicitis detentoribus ab eisdem.

« Inter alias sollicitudines... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, xv kalendas aprilis, anno tertio. »

2529 Sainte-Marie-Majeure, 22 avril 1290.

Collatio beneficii. (Reg. 45, c. 104, f. 17 v°.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Eboracensi mandat quatenus capellam seu sacristiam quam in civitate Eboracensi quondam Percivallus de Lavania, Adriani papae germanus, obtinuit et cujus provisionem sibi reservavit Nicolaus papa alicui discreto viro, de Anglicanis partibus oriundo, qui de legitimo matrimonio procreatus et in theologica facultate magister, aut in decretis doctor, aut in jure civili professor sit, conferat; ita quod is qui praedictam capellam receperit personaliter in ea resideat et capella post ejus obitum libera remaneat.

« Ad tuam volumus... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, x kalendas maii, anno tertio. »

2530 Sainte-Marie-Majeure, 22 avril 1290.

Collatio beneficiorum. (Reg. 45, c. 105, f. 18 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Lincolniensi mandat ut archidiaconatum Bekingamiae et canonicatum et praebendam quae in ecclesia Lincolniensi detinebat Percivallus de Lavania, Adriani papae germanus, nuper in Urbe defunctus, conferat eisdem conditionibus quibus capellam in civitate Eboracensi contulit (In proximo superiori capitulo).

« Ad tuam volumus... — Dat. ut supra. »

2531 Sainte-Marie-Majeure, 9 mai 1290.

De compositione inter regem Angliae et episcopum et capitulum Vasatenses habita. (Reg. 45, c. 106, f. 18 r°; Lap. du Theil, III, 85.)

Venerabili fratri .. Engolismensi et .. Petragoricensi episcopis. « Exhibita nobis carissimi in Christo filii .. regis Anglie illustris ac venerabilis fratris nostri .. episcopi et dilectorum filiorum capituli Vasatensis petitio continebat quod olim inter eundem regem, ex parte una, ac episcopum et capitulum prefatos, ex altera, super temporali jurisdictione civitatis Vasatensis ejusque districtus, quam iidem episcopus et capitulum ad se spectare dicebant, ac justitiatu aliisque diversis articulis materia questionis exorta, tandem mediantibus bonis viris, super premissis omnibus inter partes ipsas amicabilis compositio intervenit, prout in litteris inde confectis plenius dicitur contineri. Quare rex, episcopus et capitulum predicti nobis humiliter supplicarunt ut compositionem eandem, quam in ipsius ecclesie utilitatem redundare asserunt, confirmare de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque, qui ecclesiarum omnium spirituale et temporale affectamus augmentum, super premissis per vos plenius certificari volentes, fraternitati vestre, de qua plenam in Domino fidutiam gerimus, per apostolica scripta mandamus quatenus utrum, consideratis circumstantiis universis, compositio predicta in prefate ecclesie, ut premittitur, utilitatem redundet, super quo vestras intendimus conscientias onerare, inquiratis, per vos vel per alios, plene ac sollicite veritatem et quod inveneritis in hac parte nobis fideliter rescribatis. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, vii idus maii, anno tertio. »

2532 Sainte-Marie-Majeure, 25 février 1290.

Concessiones de bonis monasterii Cluniacensis factae revocantur. (Reg. 45, c. 107, f. 18 v°; Lap. du Theil, III, 87.)

Venerabili fratri .. episcopo Cabilonensi et dilectis filiis .. Trenorchiensi ac .. de Sancto Rigaudo monasteriorum abbatibus, Cabilonensis et Matisconensis diocesium. « Exposuit nobis dilectus filius Guillelmus, abbas monasterii Cluniacensis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, Matisconensis diocesis, quod nonnulli predecessores sui abbates ipsius monasterii et quamplures alii abbates et priores dicto monasterio mediate et immediate subjecti, qui fuerunt pro tempore, pensiones annuas de bonis ejusdem monasterii Cluniacensis, necnon et aliorum monasteriorum et prioratuum predictorum redditus, grangias, possessiones ad monasterium predictum spectantes, necnon et prebendas nonnullis prelatis, clericis et laicis, contra statuta felicis recordationis Gregorii pape noni, predecessoris nostri, retinendos et percipiendos ab eis quandiu vixerint, concesserunt, in ipsius Cluniacensis et aliorum monasteriorum ac prioratuum predictorum non modicum prejudicium et gravamen. Quare prefatus abbas nobis humiliter supplicavit ut providere super hoc

eidem monasterio Cluniacensi de benignitate apostolica curaremus. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus, vocatis qui fuerint evocandi, universas concessiones hujusmodi factas ab abbatibus et prioribus supradictis, illis dumtaxat exceptis que noscuntur fratribus nostris romane ecclesie cardinalibus esse facte, vos vel duo aut unus vestrum, per vos vel per alium seu alios, auctoritate nostra, sine strepitu et figura judicii, revocare curetis. Contradictores etc. Non obstantibus quibuslibet litteris seu privilegiis super confirmatione dictorum prioratuum, redditiuum, grangiarum, possessionum et prebendarum, sub quacumque forma vel expressione verborum a sede apostolica impetratis, aut si aliquibus a sede sit indultum eadem quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras dicte sedis non facientes plenam et expressam de indulto hujusmodi mentionem et per quas presentibus non expressas vel totaliter non insertas effectus eorum impediri valeat vel differri et de quibus quorumve totis tenoribus de verbo ad verbum in nostris litteris sit habenda mentio spetialis. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, v kalendas martii, anno tertio. »

2533 Sainte-Marie-Majeure, 25 février 1290.

De collatione prioratuum monasterio Cluniacensi subjectorum. (Reg. 45, c. 108, f. 18 v°; Lap. du Theil, III.)

.. *de Martigniaco*, .. *de Sancta Margareta et* .. *de Caroloco prioribus, Cluniacensis ordinis, Eduensis, Belvacensis et Matisconensis diocesium.* « Ad nostrum pervenit auditum quod, licet nonnulli prioratus monasterio Cluniacensi mediate et immediate subjecti tanto tempore jam vacaverint quod ad sedem apostolicam est ipsorum collatio, secundum Lateranensis statuta concilii, legitime devoluta, quidam tamen prelati, monachi, clerici seculares et laici prioratus ipsos indebite et contra justitiam detinent occupatos, in animarum suarum periculum et scandalum plurimorum. Nolentes igitur equanimiter talia sustinere, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus, vocatis qui fuerint evocandi, vos vel duo aut unus vestrum, per vos vel per alium seu alios, sine strepitu et figura judicii, detentptores dictorum prioratuum ab eis auctoritate nostra studeatis penitus amovere ac dilecto filio G., abbati monasterii Cluniacensis, ex parte nostra districtius injungatis ut ipse illos qui ex eisdem prioratibus ad suam collationem pertinent monachis ejusdem ordinis conferre procuret, faciendo reliquos ex prioratibus ipsis per abbates et priores ad quos eorum collatio noscitur spectare conferri, vosque monachos illos quibus iidem abbates et priores prioratus ipsos duxerint conferendos in corporalem possessionem eorum et jurium ac pertinentiarum suorum inducatis auctoritate nostra et defendatis inductos. Contradictores etc. Non obstantibus... Dat. ut supra. »

2534 Sainte-Marie-Majeure, 21 mars 1290.

Ad electionem generalis prioris servorum Sanctae Mariàe. (Reg. 45, c. 109, f. 18 v°; Potth., 23222.)

Universis prioribus et fratribus servorum Sancte Marie, ordinis S. Augustini, concedit ut capitulum generale celebrare et in eo generalem priorem eligere possint, qui, si in loco a curia romana distante ultra quinque dietas, a loci dioecesano, si vero in loco infra quinque dietas consistente electus fuerit, a pontifice romano confirmetur.

« Inducunt nos opera... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, xii kalendas aprilis, anno tertio. »

2535-2538 Sainte-Marie-Majeure, 28 février 1290.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 44, c. 110, f. 18 v°.)

Venerabili fratri .. *episcopo Conventrensi*, ad supplicationem .. prioris et conventus monasterii de Kellewith, per priorem soliti gubernari, ordinis S. Augustini, Conventrensis dioecesis, committit quatenus cum Ricardo de Brunesgrave, presbytero, canonico ejusdem monasterii, super defectu natalium quem patitur, e clerico in minoribus ordinibus constituto genitus et soluta, dispenset ut, non obstante hujusmodi defectu, in susceptis ordinibus ministrare et ad regimen prioratus et alias quascumque ejusdem ordinis dumtaxat administrationes assumi possit.

« Regularis ordinis professoribus... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, ii kalendas martii, anno tertio. »

In e. m., pro Thoma Rockoesdensi, presbytero, ejusdem monasterii canonico, super defectu natalium quem patitur, e soluto genitus et soluta.

In e. m., pro Rogero de Saltford, presbytero, canonico ejusdem monasterii, super defectu natalium quem patitur, e clerico in minoribus ordinibus constituto et soluta genitus.

Sainte-Marie-Majeure, 22 avril 1290.

In e. m. .. abbati monasterii Sancti Jacobi de Sturia, ordinis Vallis umbrosae, Taurinensis dioecesis, commit-

tit ut cum Johanne de Termegnono, presbytero, monacho monasterii Sancti Jacobi de Sturia, dispenset ut, non obstante defectu natalium quem patitur, e soluto genitus et soluta, in susceptis ministrare ordinibus et ad omnes praelationes et administrationes sui ordinis assumi valeat. Dat. ibidem, x kalendas maii, anno tertio. »

2539 Sainte-Marie-Majeure, 26 avril 1290.

Rector ecclesiae Sancti Remigii de Dyppa coram sede apostolica citatur. (Reg. 45, c. 111, f. 19 r°; Lap. du Theil, III, 91; Potth., 23248.)

.. *officiali Ebroicensi* mandat ut Guillelmum de Grimovilla, rectorem ecclesiae Sancti Remigii de Dyppa, Rothomagensis dioecesis, Sancti Francisci ejusque ordinis vituperatorem, qui citatus ad sedem apostolicam ex sufficienti gravamine appellavit, denuo citet ut infra duorum mensium spatium coram sede apostolica compareat, appellationem et negotium principale prosecuturus.

« Intellecto dudum quod... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, vi kalendas maii, anno tertio. »

2540 Sainte-Marie-Majeure, 14 mars 1290.

Licentia mutandi possessiones monasterii Sancti Pauli de Urbe. (Reg. 45, c. 112, f. 19 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Esino mandat quatenus inquirat de petitione qua .. abbas et conventus monasterii Sancti Pauli de Urbe, ordinis S. Benedicti, licentiam poscunt, cum quasdam possessiones possessionibus nobilis viri Florentii, civis romani, adeo contiguas quod inter ipsos et eundem nobilem graves frequenter discordiae suscitentur habeant, mutandi praedictas suas possessiones cum eodem nobili in alias monasterio utiliores.

« Dilecti filii .. abbas... — Dat. Rome, ut supra, ii idus martii, anno tertio. »

2541 Sainte-Marie-Majeure, 1er mars 1290.

Alegrantia de Horembelis monasterio de Bocheto abbatissa praeficitur. (Reg. 45, c. 113, f. 19 r°.)

.. *abbati monasterii Sancti Dyonisii Mediolanensis*, ad petitionem Jacobae, priorissae, et conventus monasterii Sanctae Mariae de Cornate, mandat quatenus electionem Alegrantiae de Horembelis, monialis monasterii de Bocheto, Mediolanensis dioecesis, ordinis S. Benedicti, ad abbatiam monasterii Sanctae Mariae de Cornate, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, ejusdem dioecesis, per mortem Margaretae vacantis, confirmet, etiamsi idem monasterium exemptionis privilegio non gaudeat; eidem electae per aliquem vicinum episcopum munus benedictionis impendi et a suis subditis obedientiam debitam exhiberi faciat fidelitatisque juramentum recipiat ab ea, apostolicae sedis nomine.

« Petitio dilecte in... — Dat. Rome, ut supra, kalendis martii, anno tertio. »

2542 Sainte-Marie-Majeure, 23 mars 1290.

Indulgentiae. (Reg. 44, c. 114, f. 19 v°.)

.. *preposito, .. decano et capitulo ecclesie Sancti Petri Insulensis, Tornacensis diocesis.* Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit eis qui praedictam ecclesiam in singulis beatae Mariae virginis et apostolorum Petri et Pauli festivitatibus, per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint.

« Princeps apostolorum Petrus... — Dat. Rome, ut supra, x kalendas aprilis, anno tertio. »

2543 Sainte-Marie-Majeure, 4 mars 1290.

Tabellionatus officium. (Reg. 45, c. 115, f. 19 v°.)

Venerabili fratri .. Philippo, episcopo Tridentino, facultatem conferendi tabellionis officium quatuor personis idoneis concedit.

« Ne contractuum memoria... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, iiii nonas martii, anno tertio. »

2544 Sainte-Marie-Majeure, 4 mars 1290.

Jus conferendi beneficia. (Reg. 45, c. 115², f. 19 v°.)

Eidem. « Volentes tue providere quieti tuisque gravaminibus precavere, autoritate tibi presentium indulgemus ut per litteras sedis apostolice vel legatorum ejus impetratas, nisi per eas sit jus alicui acquisitum, vel etiam impetrandas ad providendum alicui de pensionibus aut beneficiis aut personatibus seu dignitatibus ad collationem tuam spectantibus nequeas coartari, nisi prefate littere plenam et expressam de indulto hujusmodi fecerint

mentionem... Presentibus post quinquennium minime valituris. Dat. ut supra. »

2545 Sainte-Marie-Majeure, 4 mars 1290.

Reconciliatio locorum violatorum. (Reg. 45, c. 116, f. 19 v°.)

Eidem concedit ut ecclesias et coemeteria suae diocesis per aliquos presbyteros in dignitatibus seu personatibus constitutos, aqua prius ab ipso benedicta, reconciliari possit.

« Exigentibus tue devotionis... — Dat. ut supra. »

2546 Sainte-Marie-Majeure, 3 mars 1290.

Licentia habendi altare portatile. (Reg. 45, c. 116², f. 19 v°.)

Eidem.

« Grandis affectus quem... — Dat. Rome, ut supra, v nonas martii, anno tertio. »

2547 Sainte-Marie-Majeure, 4 mars 1290.

Jus visitationis. (Reg. 45, c. 117, f. 19 v°.)

Eidem indulget ut ecclesias et alia loca ecclesiastica Tridentinae dioecesis, ad quae se personaliter conferre nequiverit, per alium visitare et procurationes ab eis recipere possit. Praesentibus post quinquennium non valituris.

« Habet in nobis... — Dat. Rome, ut supra, iiii nonas martii, anno tertio. »

2548-2549 Sainte-Marie-Majeure, 3 mars 1290.

Remittit iter ad limina. (Reg. 45, c. 117², f. 19 v°.)

Eidem.

« Ex parte tua... — Dat. Rome, ut supra, v nonas martii, anno tertio. »

Sainte-Marie-Majeure, 23 mars 1290.

In e. m. Roberto, episcopo Pergamensi. Dat. Romae, x kalendas aprilis, anno tertio.

2550-2554 Sainte-Marie-Majeure, 4 mars 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 118, f. 19 v°; *En marge*).

Venerabili fratri .. episcopo et dilectis filiis capitulo Tridentinis. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit eis qui ecclesiam Tridentinam, in honorem beati Vigilii constructam, in ejusdem sancti et beatae Mariae virginis festivitatibus et per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes visitaverint.

« Vite perempnis gloria... — Dat. Rome, ut supra, iiii nonas martii, anno tertio. »

Sainte-Marie-Majeure, 12 mars 1290.

In e. m. universis Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sanctae Luciae secus littus maris, prope Neapolim, in beatae Luciae festivitatem et per octo dies festivitatem eandem immediate sequentes visitaverint. Dat. Romae, ut supra, iiii idus martii, anno tertio (*En marge*).

Sainte-Marie-Majeure, 1er mai 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam .. guardiani et conventus fratrum minorum de Cingulo, Auximanae dioecesis, in singulis beatae Mariae virginis, S. Francisci, S. Antonii et sanctae Clarae festivitatibus et per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes visitaverint. Dat. Romae, ut supra, kalendis maii, anno tertio (*Ibid.*; Potth., 23256).

Sainte-Marie-Majeure, 17 avril 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam .. guardiani et fratrum minorum de Aesculo, in singulis beatae Mariae virginis sanctorumque Francisci et Antonii confessorum festivitatibus et per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes visitaverint. Dat. Romae, ut supra, xv kalendas maii, anno tertio (*Ibid.*; Potth., 23241).

Sainte-Marie-Majeure, 8 avril 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sancti Martini de Canavellis, Elnensis dioecesis, in singulis ejusdem sancti festivitatibus, per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint. Dat. Romae, ut supra, vi idus aprilis, anno tertio.

2555 Sainte-Marie-Majeure, 27 avril 1290.

Pro fratribus Beatae Mariae Montis Carmeli. (Reg. 45, c. 119, f. 20 r°; Potth., 23253.)

Venerabilibus fratribus patriarchis, archiepiscopis et episcopis in quorum civitatibus vel diocesibus fratres ordinis Beate Marie de Monte Carmeli consistunt mandat ut eos-

dem fratres in suis oratoriis divina officia celebrare sinant.

« Ad audientiam nostram... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, v kalendas maii, anno tertio. »

2556 Sainte-Marie-Majeure, 30 mars 1290.

Ventura monasterio Sancti Laurentii de Ardingesta abbas praeficitur. (Reg. 45, c. 120, f. 20 r°.)

Venture, abbati monasterii Sancti Laurentii de Ardingesta, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, Grossetane diocesis, confirmat instrumentum quo Matthaeus, Sancti Laurentii in Damaso presbyter cardinalis, eum monasterio Sancti Laurentii de Ardingesta abbatem praefecit; cujus instrumenti tenor hic est :

« Noveritis quod, monasterio Sancti Laurentii de Ardingesta, ordinis S. Benedicti, Grossetane diocesis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinente, pastoris solatio destituto et ipsius vacationis negotio coram sanctissimo patre domino nostro domino N., divina providentia papa IIII, in pleno consistorio, presentibus dominis cardinalibus, proposito, idem dominus papa nobis, fratri M., miseratione divina tituli sancti Laurentii in Damaso presbytero cardinali, in ipso consistorio vive vocis oraculo mandavit atque commisit ut, requisito et habito consilio ad hoc reverendi patris domini Latini, miseratione divina Ostiensis et Velletrensis episcopi, eidem monasterio, quod, ut dicebatur, per duos annos et amplius jam vacarat, providere de abbate salubriter curaremus. Nos itaque, volentes, ut tenemur, ejusdem domini pape reverenter obtemperare mandatis, diligenter inquisivimus ut possemus aliquam personam ydoneam reperire, de qua providere monasterio supradicto, et inter alias personas nobis oblatas occurrit persona fratris Venture, monachi et procuratoris monasterii Sancti Sabbe de Urbe, utique, ut abbatis sui et aliorum fidedignorum testimonio comperimus, competentis scientie, laudabilis conversationis et vite, in spiritualibus et temporalibus circumspecta. Unde nos, requisito, habito et obtento ad hoc consilio predicti domini L., Ostiensis et Velletrensis episcopi, consideratis etiam meritis ipsius fratris Venture, cui, ut premittitur, tam ab abbate suo quam ab aliis fidedignis de competenti litterarum scientia, gravitate morum et conversatione honesta laudabile testimonium perhibetur, de mandato, auctoritate et commissione super hoc a prefato domino papa vive vocis oraculo nobis factis, invocata Spiritus Sancti gratia, de ipso fratre Ventura eidem monasterio Sancti Laurentii providemus et eundem in ipsius monasterii abbatem proficimus et pastorem. In cujus rei testimonium presentes litteras, seu publicum instrumentum, per infrascriptum notarium nostrum scribi et publicari mandavimus, nostrique sigilli munimine roborari. Actum et Datum Rome, apud Sanctum Basilium, anno Domini a Nativitate MCCLXXXX, indictione tertia, pontificatus sanctissimi patris domini Nicolai pape IIII anno tertio, die XVI mensis martii, coram venerabili patre domino Philippo, episcopo Firmano, magistro Berengario Regis de Carcassone, domini pape subdiacono et capellano, fratribus Raynerio et Guidone, monachis monasterii Sancte Marie de Farneto, Aretine diocesis, fratribus Francisco, Pepone et fratre Matheo, monachis predicti monasterii Sancti Laurentii, ad hec vocatis testibus presentibus et rogatis. Et ego, Angelus Berardi, dictus Riczius, civis Tudertinus, apostolice sedis auctoritate et nunc prefati domini cardinalis notarius, predictis narratis et propositis ac provisioni facte per prefatum dominum cardinalem una cum supradictis testibus presens interfui et, ut supra legitur, de mandato ejusdem domini cardinalis scripsi et publicavi meoque solito signo signavi. »

« Circa illa que... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, III kalendas aprilis, anno tertio. »

2557 Sainte-Marie-Majeure, 29 avril 1290.

De contentione inter episcopum et capitulum Remenses. (Reg. 45, c. 121, f. 20 v°.)

Venerabili fratri G., episcopo Sabinensi, et dilecto filio B., Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, mandat ut contentionem inter P., archiepiscopum, et.. decanum capitulumque Remenses terminet.

« Inter venerabilem fratrem... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, III kalendas maii, anno tertio. »

2558-2565 Sainte-Marie-Majeure, 25 mars 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 122, f. 20 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum omnibus eis qui ecclesiam .. prioris et fratrum ordinis Beatae Mariae de Monte Carmeli Londoniensium in beatae Mariae festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint.

« Virga venustissima et... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, VIII kalendas aprilis, anno tertio. »

In e. m. pro ecclesia .. prioris et conventus Beatae Mariae de Monte Carmeli Coloniensium.

In e. m. pro ecclesia .. prioris et conventus Beatae Mariae de Monte Carmeli Senensium (POTTH., 23235).

Sainte-Marie-Majeure, 1er mai 1290.

In e. m. pro ecclesia .. prioris et conventus ordinis Beatae Mariae de Monte Carmeli Tholosanorum, in honorem Beatae Mariae constructa. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, kalendis maii, anno tertio.

In e. m. pro ecclesia .. prioris et conventus ordinis Beatae Mariae de Monte Carmeli Agennensium.

In e. m. pro ecclesia .. prioris et conventus ordinis Beatae Mariae de Monte Carmeli de Amiliano, Ruthenensis dioecesis.

Sainte-Marie-Majeure, 7 mai 1290.

In e. m. pro ecclesia .. prioris et conventus ordinis Beatae Mariae de Monte Carmeli de Condomio, Agennensis dioecesis. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis maii, anno tertio (*En marge*).

Sainte-Marie-Majeure, 7 mai 1290.

In e. m. pro ecclesia .. prioris et conventus ordinis Beatae Mariae de Monte Carmeli de Montepessulano, Magalonensis dioecesis. Dat. ibidem, nonis maii, anno tertio (*Ibid.*).

2566-2567 Sainte-Marie-Majeure, 12 mars 1290.

Angelus Bonizi monasterio Sancti Pauli Vallis Pontis abbas praeficitur. (REG. 45, c. 123, f. 20 vo.)

Angelo Bonizi, abbati monasterii Sancti Pauli Vallis Pontis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, Perusine diocesis. Ejus, tunc prioris claustralis ejusdem monasterii, electionem ad abbatiam confirmat et ei munus consecrationis impendit.

« Rationis oculis intuentes... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, IIII idus martii, anno tertio. »

In e. m. conventui monasterii Sancti Pauli Vallis Pontis mandat quatenus praedicto abbati debitam obedientiam praebeat. Dat. ut supra.

2568 Sainte-Marie-Majeure, 3 mai 1290.

Canonico Vasatensi indulget ut, non petita capituli licentia, ad curiam romanam aut ad litterarum studium ire possit. (REG. 45, c. 124, f. 21 ro; LAP. DU THEIL, III.)

Guillelmo Arnaldi de Mota, presbytero, capellano nostro, archidiacono Gamagensi et canonico in ecclesia Vasatensi. « Meritis tue devotionis inducimur ut te spetiali prosequamur gratia et favore. Sane petitio tua nobis exhibita continebat quod in ecclesia Vasatensi, in qua prebendam sacerdotalem obtines, statutum existit, juramento firmatum, quod canonici ejusdem ecclesie sacerdotales prebendas inibi obtinentes ad litterarum studium vel ad romanam curiam sive ad aliquem locum peregrinationis causa ire nequeant, nisi prius venerabilis fratris nostri .. episcopi et capituli Vasatensium petita licentia et obtenta. Cum igitur, sicut asseris, ad hujusmodi licentiam obtinendam difficile tibi nimis existeret, quotiens opus esset, episcopi et capituli predictorum impetrare consensum, nos, tuis supplicationibus inclinati, auctoritate tibi presentium indulgemus ut, si pro negotiis tuis ad predictam curiam vel ad litterarum studium accedere forte volueris, pretextu statuti et juramenti predictorum, a dicto capitulo predictam licentiam petere, dummodo eam ab episcopo Vasatensi qui pro tempore fuerit obtineas et in dicta ecclesia dum absens fueris per vicarium ydoneum vel alium deserviri facias, minime tenearis. Nulli ergo etc., nostre concessionis etc. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, V nonas maii, anno tertio. »

2569-2577 Sainte-Marie-Majeure, 6 mai 1290.

Tabellionatus officium. (REG. 45, c. 125, f. 21 ro; LAP. DU THEIL, III.)

Hugoni Calcati de Sancto Habundo, clerico in minoribus ordinibus constituto, Lugdunensis diocesis, concedit tabellionatus officium, ad quod a Matthaeo, protonobilissimo cantore ecclesiae Carnotensis, et Raynerio de Casulis, canonico Vulterano, capellanis papae, idoneus judicatus est.

« Ne contractuum memoria... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, II nonas maii, anno tertio. »

In e. m. Alexandro Mercurii, clerico Alatrino, in minoribus ordinibus constituto.

In e. m. Matthaeo Bartholomaei, civi Velletrensi.

In e. m. Aymerico de Valle Aureliana, clerico in minoribus ordinibus constituto, Caturcensis dioecesis.

In e. m. Eveno Phily de Sancto Nicasio, clerico in minoribus ordinibus constituto, Corisopitensis dioecesis.

Sainte-Marie-Majeure, 5 mai 1290.

In e. m. Nicolao dicto de Capella, clerico in minori-

bus ordinibus constituto, Abrincensis dioecesis. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, III nonas maii, anno tertio.

In e. m. Raymundo de Tilia, clerico in minoribus ordinibus constituto, Lemovicensis dioecesis (*En marge*).

In e. m. Johanni Petri Nicolai, civi Romano (*Ibid.*).

In e. m. Stephano Gastelli de Sancto Salvatore, clerico in minoribus ordinibus constituto. Dat. ibidem, III nonas maii, anno tertio (*Ibid.*).

2578-2590 Sainte-Marie-Majeure, 15 mars 1290.

Quibusdam nobilibus jurisdictionem temporalem confirmat. (Reg. 45, c. 126, f. 21 r°.)

Dilectis filiis nobilibus viris Raynaldo et Giberto quondam Corradi, Guillelmo quondam Bertoldi et Petro ac Ufredutio quondam Faleroni, castrorum Faleroni et Sancti Janni et Lori dominis, Firmane et Camerinensis diocesium. « Attendentes magne devotionis... Lecta siquidem coram nobis vestra petitio continebat quod vos et projenitores vestri, qui fuere pro tempore, in homines et vassallos vestros ac alios habitantes in Falerono et Sancto Janne et Loro et aliis etiam castris et terris vestris ac territoriis et districtibus eorumdem temporalem jurisdictionem exercere ac de causis que inter homines et vassallos ac alios habitantes eosdem vertuntur, tam criminalibus quam civilibus, consuevistis cognoscere ab antiquo, et tam vos quam projenitores predicti fuistis in possessione vel quasi exercendi jurisdictionem hujusmodi a tempore cujus memoria non existit. Nos itaque... predictam jurisdictionem, sicut in pacifica vel quasi possessione exercendi eandem esse noscimini, vobis et heredibus vestris, in fidelitate ejusdem ecclesie perseverantibus, imperpetuum auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Dat Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus martii, anno tertio. »

In e. m. nobilibus viris Transmundo et Rogerio quondam Raynaldi, Juctio et ejus fratribus, filiis quondam Boncontis, Nuttio quondam Jacobi, Lungavo quondam Raynaldi et ejus nepotibus, Ufreductio et Rubeo quondam Angeluttii et Lamberto quondam Corradi, dominis castri de Sancto Angelo, Firmanae dioecesis, ut supra, pro castro de Sancto Angelo.

In e. m. Corrado, canonico ecclesiae Aberdonensis, capellano suo, et nobilibus viris Raynaldo, Gualterio et Ottaviano quondam Raynaldi, dominis castri de Brunforte, Camerinensis dioecesis, pro castro de Brunforte.

In e. m. nobilibus viris Gentili et Eczilino quondam Rogerii, dominis de Molliano et Lauri, pro tertia ipsius Lauri parte, Firmanae et Camerinensis dioecesis, pro Molliano et tertia parte Lauri.

In e. m. nobilibus viris Guillelmino quondam Guillelmi et Jacobo, Philippo ac Frederico quondam Frederici, fratribus, Masse, Montis Guarminis et Montis Apponis castrorum dominis, Firmanae dioecesis, pro eisdem castris.

In e. m. nobilibus viris Ufreductio quondam Faleroni et Johanni quondam Frederici, dominis castri de Loro, Firmanae et Camerinensis dioecesium, pro castro de Loro.

In e. m. nobilibus viris Hugolino quondam Georgii, Francisco, Karlitto et Nuctio quondam Albertini, fratribus, dominis castri Montis Passilli, Firmanae dioecesis, pro castro Montis Passilli.

In e. m. nobilibus viris Fidismundo et Nuttio Petri, fratribus, dominis castri Urbisaliae, Camerinensis dioecesis, pro castro Urbisaliae.

In e. m. nobilibus viris Gentili, plebano plebis de Civita Nova, capellano nostro, Raynalductio, Bonconti et Nicole quondam Transmundi, fratribus, et Taddeo quondam Giberti, Giberto quondam Tebaldi, Raynalductio quondam Carbonis, Francisco quondam Gentilis et Gualterutio quondam Berardi, dominis castri de Petirolo, Firmanae dioecesis, pro castro de Petirolo.

In e. m. nobili viro Gentili quondam Corradi, domino castri Ravelloni, Camerinensis dioecesis, pro castro Ravelloni.

In e. m. nobilibus viris Raynaldo quondam Fidismundi et Hugulino quondam Fidismundi, Montisviridis et Francaevillae castrorum dominis, Firmanae dioecesis, pro eisdem castris.

In e. m. nobilibus viris Corrado quondam Bovis, Francisco et ejus fratri, filiis quondam Alberti, dominis castri Smirilli, Firmanae dioecesis, pro eodem castro.

In e. m. nobilibus viris Petro, Zilino et Zuctio Riccardi, fratribus, Corrado et Lallo quondam Raynaldi, Jacobuctio quondam Taddei et Vinciguerre quondam Albertini, dominis castri Aquaevivae, Firmanae dioecesis, pro castro Aquaevivae.

2591 Sainte-Marie-Majeure, 7 mai 1290.

Rectori Marchiae Anconitanae mandat ne in nobilium terris communantias fieri permittat. (Reg. 45, c. 127, f. 21 v° Potth., 23266.)

Nobili viro .. Marchie Anconitane rectori.

« Circa illa te... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis maii, anno tertio. »

2592 Sainte-Marie-Majeure, 28 avril 1290.

Licentia exercendi per alios jus visitationis. (Reg. 45, c. 128, f. 21 v°; Lap. du Theil, III.)

Venerabili fratri .. episcopo Pictavensi. « Ex tue devotionis meritis provenire dinoscitur ut, votis tuis favorabiliter annuentes, illa te libenter faveamus gratia que tuis necessitatibus esse creditur oportuna. Exhibita siquidem nobis tua petitio continebat quod per officiales seu balivos vel servientes carissimi in Christo filii nostri Phylippi, regis Francie illustris, fuisti nuper bonis episcopalibus ac etiam equitaturis tuis per violentiam spoliatus, propter quod non audes, prout ad tuum spectat officium, ecclesias, loca et personas ecclesiasticas tue diocesis visitare. Quare nobis humiliter supplicasti ut providere tibi super hoc paterna sollicitudine curaremus. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, volentes in hac parte tibi de oportuno remedio providere, fraternitati tue ut, hujusmodi durante discordia inter te et eundem regem exorta, in quacumque provintia vel diocesi fueris vel moram contraxeris, hujusmodi visitationis officium per aliquam seu aliquas personas ydoneas exercere valeas et procurationes moderatas in pecunia numerata recipere ab eisdem ecclesiis, locis et personis hujusmodi visitatis a quibus procurationes consuevisti recipere, qualibet constitutione in contrarium edita non obstante, auctoritate presentium indulgemus. Nulli ergo etc. nostre concessionis etc. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, iiii kalendas maii, anno tertio. »

2593 Sainte-Marie-Majeure, 4 mai 1290.

Collatio ordinum. (Reg. 45, c. 129, f. 21 v°.)

Ludovico dicto Sprunc, subdiacono nostro, canonico ecclesie Mindensis, concedit ut, licet a Martino papa ad subdiaconatum promotus esset, per dioecesanum suum vel alium episcopum, de licentia dioecesani ejusdem, ad superiores ordines promoveri possit.

« Devotionis tue precibus... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, iiii nonas maii, anno tertio. »

2594 Sainte-Marie-Majeure, 27 avril 1290.

Licentia construendi capellam. (Reg. 45, c. 129², f. 21 v°; Lap. du Theil, III, 98.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Rothomagensi. « Ex parte dilecti filii nobilis viri Guillelmi de Brueria et dilecte in Christo filie nobilis mulieris Marie, uxoris sue, tue diocesis, nobis fuit humiliter supplicatum ut, cum ipsi ab ecclesia matrice adeo sint remoti quod propter senii gravedinem qua premuntur non possunt comode accedere ad eandem pro divinis officiis audiendis et recipiendis ecclesiasticis sacramentis, construendi capellam in fundo proprio et habendi capellanum proprium in eadem, cui parati sunt de bonis propriis pro substentatione sua sufficientes redditus assignare, licentiam sibi concedere dignaremur. Volentes itaque tibi, qui loci diocesanus existis, in hac parte deferre, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus, eisdem nobilibus facientibus quod offerunt, si expedire videris, eis concedas licentiam postulatam, sine juris prejudicio alieni. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, v kalendas maii, anno tertio. »

2595 Sainte-Marie-Majeure, 28 mars 1290.

Facultas absolvendi a canonicis sententiis. (Reg. 45, c. 130, f. 21 v°; Lap. du Theil, III, 99.)

Venerabili fratri G., episcopo Grationopolitano, facultatem concedit absolvendi clericos Grationopolitanae dioecesis qui pro violenta injectione manuum in personas ecclesiasticas excommunicationis sententiam incurrerint et dispensandi cum eis qui sic ligati irregularitatem contraxerint.

« Ut eo gratiosior... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, v kalendas aprilis, anno tertio. »

2596 Sainte-Marie-Majeure, 5 mai 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 130², f. 21 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam Sancti Nicolai de Praefectis de Urbe die qua dedicabitur, in festo sancti Nicolai et usque ad octo dies hujusmodi dedicationem et festum immediate sequentes et in anniversario die dedicationis visitaverint.

« Loca sanctorum omnium... — Dat. Rome, ut supra, iii nonas maii, anno tertio. »

2597-2598 Sainte-Marie-Majeure, 20 mars 1290

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 131, f. 22 r°.)

.. decano et capitulo ecclesie Sancte Marie Namurcensis,

Leodiensis diocesis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui ecclesiam praedictam in singulis beatae Mariae virginis, S. Michaelis archangeli et sanctae Katerinae festivitatibus, per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint.

« Cum ad promerenda... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XIII kalendas aprilis, anno tertio. »

In e. m... archipresbytero et capitulo ecclesiae Sanctae Mariae de Palliano, Penestrinae dioecesis. Eandem indulgentiam concedit eis qui hanc ecclesiam in singulis festivitatibus beatae Mariae virginis et per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes visitaverint.

2599-2600 Sainte-Marie-Majeure, 13 avril 1290.

Indulgentiae. (REG. 45, c. 131², f. 22 r°.)

.. *rectori ecclesie Beate Marie de Buscho, Leodiensis diocesis.* Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui praedictam ecclesiam in singulis beatae Mariae virginis et beati Laurentii martyris festivitatibus, per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint.

« Excelsa super sydera... — Dat. Rome, ut supra, idibus aprilis, anno tertio. »

In e. m. universis Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sancti Laurentii martyris de Helne, Leodiensis dioecesis, in ejusdem martyris et beatae Mariae virginis festivitatibus, per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint.

« Inter venerabilia martirum... — Dat. ut supra. »

2601 Sainte-Marie-Majeure, 1er mai 1290.

Dispensatio matrimonii. (REG. 45, c. 132, f. 22 r°.)

.. *guardiano fratrum ordinis minorum Tranensi* committit quatenus cum nobili viro Maziotto Nicolai Petri de Octa et nobili muliere Johanna dispenset ut in matrimonio quod olim, ignorantes se quarto consanguinitatis gradu conjunctos, ad sedandas inimicitias inter consanguineos, contraxerunt remanere valeant.

« Exhibita nobis dilecti... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, kalendis maii, anno tertio. »

2602 Sainte-Marie-Majeure, 7 mai 1290.

Matthaeus Famagustanus episcopus confirmatur. (REG. 45, c. 133, f. 22 r°.)

Venerabili fratri Matheo, episcopo Famagustano. Confirmat litteras quibus Matthaeus, Sancti Laurentii in Damaso presbyter cardinalis, electionem Matthaei ad episcopatum Famagustanum confirmavit; quarum litterarum tenor hic est :

« Venerabili in Christo patri, fratri Matheo, Dei gratia Famagustano episcopo, frater Matheus, miseratione divina tituli Sancti Laurentii in Damaso presbyter cardinalis, salutem et sinceram in Domino caritatem. Significavit vestra paternitas sanctissimo patri et domino domino Nicolao pape IIII quod, cum ōlim in episcopum ecclesie Famagustane, vacantis per mortem domini Guillelmi episcopi, vos capitulum ipsius ecclesie, ad quos spectabat electio, concorditer et canonice elegissent, obtinuistis electionem ipsam, examinatis electionis processu et persone meritis, confirmari per Henricum de Gibeleto, archidiaconum et electum tunc Nicosiensem, non confirmatum, cujus Famagustana ecclesia suffraganea existebat, qui Henricus, tempore confirmationis vestre, communiter in partibus illis credebatur concorditer in archiepiscopum electus, et ad ipsum, pro electo concorditer se gerentem et publice tam in spiritualibus quam in temporalibus administrantem, a suffraganeis et aliis, pro actibus jure metropolitico requirendis, passim habebatur recursus; ac obtenta confirmatione hujusmodi ad mandatum ipsius fuistis in episcopum dicte ecclesie consecrati, administrastis quoque tam in spiritualibus quam in temporalibus in eadem. Et quia, postquam idem Nicosiensis electus resignaverat electioni sue et omni juri ex eadem acquisito, asserebatur pro certo quod electio sua in discordia fuerat facta, dubitantes ne aliqua propter ea nota in posterum vobis posset impingi vel prejudicium generari et ad scrupulum vestre conscientie quodlibet removendum, dicto summo pontifici supplicastis quatenus circa hec vobis paterna clementia provideret. Nos igitur, de ejusdem summi pontificis, volentis vobiscum paterne agere in predictis, commissione et spetiali mandato vive vocis oraculo de plenitudine potestatis super hiis nobis factis, confirmationem vestre electionis, consecrationem, administrationem et quicquid factum, gestum seu habitum est huc usque per vos vel per alios nomine vestro, tam in spiritualibus quam in temporalibus, episcopali nomine, ac secutum est ob ea vel ex eisdem, auctoritate apostolica nobis commissa, rata et grata habemus, et penitus ha-

» bere volumus roboris firmitatem ac si dictus Henri-
» cus Nicosiensis in concordia fuisset electus; decernen-
» tes quod hoc nullo tempore a quoquam possit in
» dubium revocari. Fructus quoque, redditus et proven-
» tus quos ex dicta ecclesia percepistis et eorum exti-
» mationem vobis integre condonamus. Omnem insuper
» maculam sive notam, si que occasione predictorum
» vobis possent impingi, prorsus abolentes, volumus et
» decernimus quod ex hiis vel eorum occasione vobis
» nullum possit prejudicium generari vel aliquod un-
» quam in quocumque negotio obstaculum interponi,
» vobiscum super omnibus predictis et singulis ad cau-
» telam auctoritate predicta misericorditer dispensantes.
» In cujus rei testimonium vobis presentes litteras con-
» cessimus, sigilli nostri munimine sigillatas. Dat. Rome,
» kalendis maii, pontificatus domini Nicolai pape IIII
» anno tertio. »

« Benigno tibi sunt... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis maii, anno tertio. »

2603 Sainte-Marie-Majeure, 7 mai 1290.

De dissensione inter episcopum et capitulum Lugdunenses. (Reg. 45, c. 134, f. 22 v°; Lap. du Theil, III, 100.)

Venerabili fratri G., episcopo Sabinensi, et dilecto filio B., Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali. « Cum inter venerabilem fratrem nostrum B., archiepiscopum Lugdunensem, et ejus predecessores aliquos, ex parte una, et dilectos filios .. decanum et capitulum Lugdunenses, super diversis articulis, ex altera, gravis dissensionis materia sit exorta, nos, cupientes dissensionem ipsam sopiri, vobis, quos ad partes ultramontanas pro quibusdam apostolice sedis negotiis destinamus, presentium auctoritate committimus et mandamus quatenus vos, juxta datam vobis ex altissimo gratiam, partes ad concordiam revocetis, ita quod, opitulante vobis divina gratia, per vestre diligentie studium inter easdem partes hujusmodi dissensio precidatur, ac postmodum quod in premissis per industriam vestram de utriusque partis assensu concordatum fuerit vel etiam ordinatum, faciatis inviolabiliter observari. Contradictores auctoritate nostra, appellatione postposita, compescendo. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis maii, anno tertio. »

2604 Sainte-Marie-Majeure, 21 mars 1290.

Venditur locus fratrum de Poenitentia Jesu Christi Massiliae. (Reg. 45, c. 135, f. 23 r°; Lap. du Theil, III, 101.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Aquensi mandat quatenus .. episcopo Massiliensi locum fratrum de Poenitentia Jesu Christi vendat et pretium in loco tuto deponat.

« Ex parte venerabilis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XII kalendas aprilis, anno tertio. »

2605 Sainte-Marie-Majeure, 25 avril 1290.

Contra dilapidationes abbatis monasterii Sancti Andreae de Insula. (Reg. 45, c. 136, f. 23 r°.)

Venerabili fratri B., episcopo Penestrino, apostolice sedis legato, mandat quatenus, si verum sit Accilem, monasterii Sancti Andreae de Insula, ordinis S. Benedicti, Brundusinae dioecesis, olim abbatem, ab A., archiepiscopo Brundusino, amotum, nunc monachum, continue dilapidare bona monasterii, haec tuto loco conservari faciat.

« Petitio venerabilis fratris... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, VII kalendas maii, anno tertio. »

2606 Sainte-Marie-Majeure, 4 mai 1290.

Privilegium Albanensibus episcopis concessum. (Reg. 45, c. 137, f. 23 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Privilegium Pelagio, Albanensi episcopo, ab Honorio papa III concessum confirmat; cujus privilegii, quod jam vetustate consumi incepit, tenor hic est :

« Honorius episcopus servus servorum Dei. Venerabili
» fratri Pelagio, Albanensi episcopo, ejusque successo-
» ribus canonice intrantibus, in perpetuum. Etsi omnes
» unum... Ego Honorius, catholice ecclesie episcopus,
» suscripsi.

» Ego Guido, Penestrinus episcopus, ss.

» Ego Cinthius, Portuensis et Sancte Rufine episco-
» pus, ss.

» Ego Petrus, Sabinensis episcopus, ss.

» Ego Leo, tituli Sancte Crucis in Jerusalem presby-
» ter cardinalis, ss.

» Ego Robertus, tituli Sancti Stephani in Celiomonte
» presbyter cardinalis, ss.

» Ego Stephanus, basilice Duodecim Apostolorum pres-
» byter cardinalis, ss.

» Ego Gregorius, tituli Sancte Anestasie presbyter
» cardinalis, ss.

» Ego Thomas, tituli Sancte Sabine presbyter cardi-
» nalis, ss.

» Ego Guido, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconus cardinalis, ss.

» Ego Octavianus, Sanctorum Sergii et Bachi diaconus cardinalis, ss.

» Ego Gregorius, Sancti Theodori diaconus cardinalis, ss.

» Ego Stephanus, Sancti Adriani diaconus cardinalis, ss.

» Ego Alebrandinus, Sancti Eustachii diaconus cardinalis, ss.

» Ego Egidius, Sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis, ss.

» Dat. Ferentini, per manum Raynerii, sancte romane ecclesie vicecancellarii, VIIII kalendas augusti, indictione quinta, incarnationis dominice anno MCCXVII, pontificatus vero domni Honorii pape III anno secundo. »

« Quoddam privilegium sub... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, IIII nonas maii, anno tertio. »

2607-2610 Sainte-Marie-Majeure, 29 mars 1290.

Exemptiones. (Reg. 44, c. 138, f. 23 v°.)

.. *magistro et fratribus hospitalis nostri Sancti Spiritus in Saxia de Urbe.* Inhibet ne quis magistrum, fratres et personas praedicti hospitalis et aliorum hospitalium ejusdem membrorum, quorum bona in usus infirmorum et pauperum convertuntur, ad solutionem decimae negotio regni Siciliae deputatae cogat; sententias quoque suspensionis, interdicti et excommunicationis, si quas propter hoc in praedicta hospitalia et personas ferri contigerit, irritas decernit.

« Pietati conveniens et... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, IIII kalendas aprilis, anno tertio. »

In e. m. .. magistro et fratribus hospitalis Sancti Jacobi de Alto Passu, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, Lucanae dioecesis.

Orvieto, 11 juillet 1290.

In e. m. .. magistro et fratribus hospitalis Sancti Antonii, Viennensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, V idus julii, anno tertio (*En marge*).

Orvieto, 30 septembre 1290.

In e. m. .. rectori et fratribus hospitalis Sancti Peregrini de Alpibus, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, Lucanae dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, II kalendas octobris, anno tertio (*Ibid.*).

2611 Sainte-Marie-Majeure, 4 mai 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 139, f. 23 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Terraconensi committit quatenus cum Johanne du Sunnino et Albiza, uxore ejus, dispenset ut in matrimonio quod olim, ignorantes se quarto consanguinitatis gradu conjunctos esse, contraxerunt et in quo prolem procrearunt remanere valeant.

« Petitio dilecti filii... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, IIII nonas maii, anno tertio. »

2612 Sainte-Marie-Majeure, 5 mai 1290.

Dispensatio super defectu aetatis et ordinum. (Reg. 45, c. 140, f. 23 v°.)

Nicolao, nato nobilis viri Joffridi de Janvilla, rectori ecclesie de Trum, Midensis diocesis. Cum eo, duodeviginti annos nato, dispensat ut ecclesiam de Trum, quam olim suscepit, licite retinere valeat, nec ante quam tricesimum aetatis annum attigerit ad sacerdotium se promoveri facere teneatur.

« Benigno tibi sunt... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, III nonas maii, anno tertio. »

2613 Sainte-Marie-Majeure, 4 mai 1290.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 45, c. 141, f. 24 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Adurensi, ad instantiam .. abbatis et conventus monasterii Pontis Alti, Cisterciensis ordinis, Adurensis dioecesis, mandat quatenus cum Guillelmo de Morlanis, presbytero, ejusdem monasterii monacho, dispenset ut, non obstante defectu natalium quem patitur, in susceptis ordinibus ministrare et ad omnes administrationes et etiam ad abbatiam sui ordinis assumi possit.

« Regularis ordinis professoribus... — Dat. Rome, ut supra, IIII nonas maii, anno tertio. »

2614 Sainte-Marie-Majeure, 3 mars 1290.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 45, c. 142, f. 24 r°; Lap. du Theil, III, 101.

Venerabili fratri Symoni, archiepiscopo Bituricensi, facultatem concedit dispensandi cum Stephano de Ponte Petri et Gilone de Jojaco, clericis Senonensis et Meldensis dioecesium, super defectu natalium quem patiuntur,

videlicet Stephanus e presbytero et soluta et Gilo e diacono et soluta geniti, ut ad omnes ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum obtinere possint.

« Sincere devotionis affectus... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, v nonas martii, anno tertio. »

2615 Sainte-Marie-Majeure, 7 mai 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 143, f. 24 r°; Lap. du Theil, III.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit eis qui ecclesiam Sancti Vigoris de Columbeyo, Bajocensis dioecesis, in singulis beatae Mariae et S. Vigoris festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint.

« Splendor paterne glorie... — Dat. Rome, ut supra, nonis maii, anno tertio. »

2616 Sainte-Marie-Majeure, 10 mai 1290.

Contra molestatores episcopi Tridentini. (Reg. 45, c. 144, f. 24 r°.)

Venerabili fratri Philippo, episcopo Tridentino, qui nec ad Tridentinam ecclesiam nec ad civitatem nec ad dioecesim sine periculo, propter violentiam quorundam nobilium qui possessiones Tridentinae ecclesiae occupant, accedere potest, indulget ut etiam ad tres dietas a fine suae dioecesis numerandas jurisdictionem ordinariam etiam contentiosam in omnes suos subditos exercere et in quoslibet occupatores bonorum suorum et ecclesiae suae aliosve suos et ejusdem ecclesiae malefactores, hujusmodi persecutione durante, procedere ac sententias excommunicationis, suspensionis et interdicti ferendas in tales usque ad condignam satisfactionem observari facere valeat. Praesentibus post quinquennium non valituris.

« Grandis affectus quem... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, vi idus maii, anno tertio. »

2617 Sainte-Marie-Majeure, 27 mars 1290.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 45, c. 145, f. 24 v°; Potth., 23236.)

.. *visitatori ordinis Sancte Clare in provintia Marchie* committit quatenus cum Christina, moniali monasterii Sancti Francisci de Ripa Transonis, ordinis sanctae Clarae, Firmanae dioecesis, dispenset ut, non obstante defectu natalium quem patitur, e soluto genita et soluta, abbatissa sui ordinis eligi possit.

« Personis sacram religionem... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, vi kalendas aprilis, anno tertio. »

2618 Sainte-Marie-Majeure, 24 avril 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 146, f. 24 v°.)

.. *episcopo Lemovicensi* committit quatenus cum Gaucelmo de Castro Novo, domicello, et Dalfina de Ventodorio, uxore ejus, Lemovicensis dioecesis, dispenset ut in matrimonio olim ab ipsis, cum eadem Dalfina ignoraret se quarto consanguinitatis gradu praedicto Galcelmo conjunctam esse, hic tamen hanc affinitatem nosceret, ad sedandas graves inimicitias inter parentes exortas contracto, remanere possint.

« Exhibita nobis dilecti... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, viii kalendas maii, anno tertio. »

2619-2629 Sainte-Marie-Majeure, 25 février 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 147, f. 24 v°; Lap. du Theil, III, 109.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit eis qui ecclesiam Beati Martini de Colaures, Petragoricensis dioecesis, in singulis sancti Martini festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint.

« Licet is de... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, v kalendas martii, anno tertio. »

Sainte-Marie-Majeure, 4 mai 1290.

In e. m. .. guardiano et conventui fratrum minorum Ebredunensibus, pro eorum ecclesia, in honorem beatae Mariae constructa. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, iii nonas maii, anno tertio (Potth., 23259).

In e. m. .. guardiano et conventui fratrum minorum Dignensibus. Dat. ut supra (Potth., 23260).

Sainte-Marie-Majeure, 18 mai 1290.

In e. m. .. abbatissae et conventui monasterii Sanctae Clarae Avinionensis, pro earum ecclesia. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, xv kalendas junii, anno tertio (Potth., 23281).

In e. m. .. abbatissae et conventui monasterii Sanctae Clarae Narbonensis.

In e. m. .. abbatissae et conventui monasterii Sanctae Clarae Carcassonensis.

Sainte-Marie-Majeure, 14 mai 1290.

In e. m. universis Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis, pro ecclesia Vivariensi, in honorem beati Vincentii constructa.

« Cum ad promerenda... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, II idus maii, anno tertio. »

Sainte-Marie-Majeure, 11 mai 1290.

In e. m. .. episcopo et capitulo Petragoricensibus, pro eorum ecclesia, in honorem Sancti Stephani constructa.

« Sanctorum meritis inclita... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, V idus maii, anno tertio. »

Sainte-Marie-Majeure, 9 juin 1290.

In e. m. universis Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis, pro ecclesia hospitalis Sancti Johannis Ambianensis.

« Licet is de... — Dat. apud Urbemveterem, V idus junii, anno tertio » (*En marge*).

Sainte-Marie-Majeure, 7 juillet 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sancti Georgii de Frigidomonte, Noviomensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, nonis julii, anno tertio (*Ibid.*).

Sainte-Marie-Majeure, 8 septembre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sanctae Margaritae Eugubina, ordinis sanctae Clarae. Dat. apud Urbemveterem, VI idus septembris, anno tertio (*Ibid.*).

2630 Sainte-Marie-Majeure, 7 mai 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 148, f. 25 r°; Lap. du Theil, III, 111.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui ecclesiam Beatae Mariae Casletensem, Morinensis dioecesis, in singulis beatae Mariae festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint.

« Virga venustissima et... — Dat. Rome, ut supra, nonis maii, anno tertio. »

2631-2646 Sainte-Marie-Majeure, 7 mai 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 148², f. 25 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui ecclesiam Sancti Martini prope Guarcenum, Alatrinae dioecesis, in sancti Martini festivitatibus et per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes visitaverint.

« Vite perempnis gloria... — Dat. Rome, ut supra. »

Sainte-Marie-Majeure, 3 mai 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Pictavensem, in honorem S. Petri constructam, in ejusdem sancti festivitatibus visitaverint. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, V nonas maii, anno tertio.

Sainte-Marie-Majeure, 9 mai 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani de Mathelica, Camerinensis dioecesis, in beati Nicolai, in cujus honorem eadem ecclesia constructa est, festivitatibus et per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes visitaverint. Dat. Romae, ut supra, VII idus maii, anno tertio.

Sainte-Marie-Majeure, 7 mai 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam .. guardiani et fratrum ordinis minorum Petragoricensem in singulis beatae Mariae virginis, beatorum Francisci et Antonii confessorum et beatae Clarae festivitatibus et per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes visitaverint. Dat. Romae, ut supra, nonis maii, anno tertio (Potth., 23267).

Sainte-Marie-Majeure, 7 mai 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam .. guardiani et fratrum ordinis minorum de Brageriaco, Petragoricensis dioecesis, in eisdem festivitatibus visitaverint. Dat. ut supra (Potth., 23268).

Sainte-Marie-Majeure, 7 mai 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam cathedralem Abulensem in Resurrectionis et Ascensionis Domini, Pentecostes et beati Michaelis archangeli festivitatibus visitaverint. Dat. ut supra.

Sainte-Marie-Majeure, 11 mai 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam monasterii sororum Sanctae Clarae Burdegalensis, ordinis Sanctae Clarae, in festo hujus sanctae et per octo dies festum ipsum immediate sequentes visitaverint. Dat. Romae, ut supra, V idus maii, anno tertio (Potth., 23270).

Sainte-Marie-Majeure, 11 mai 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia monasterii sororum Sanctae Clarae Tholosani, ordinis Sanctae Clarae (Potth., 23270).

Sainte-Marie-Majeure, 9 mai 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui cathedralem ecclesiam Narbonensem, in honorem beatae Mariae et sanctorum Justi et Pastoris constructam, in singulis eorumdem sanctorum festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, VII idus maii, anno tertio.

Sainte-Marie-Majeure, 7 mars 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam prioratus Sancti Michaelis de Monte Januensem, ordinis S. Augustini, ad quam in hujus sancti et beati Thomae martyris festivitatibus et singulis diebus lunae magna fidelium multitudo confluere consuevit, in festivitatibus eisdem et usque ad octo dies easdem festivitates immediate sequentes visitaverint; illis vero qui hanc ecclesiam singulis diebus lunae visitaverint quadraginta dierum. Dat. Romae, ut supra, nonis martii, anno tertio.

Sainte-Marie-Majeure, 5 mai 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam .. prioris et fratrum ordinis Beatae Mariae de Monte Carmeli Pisanam, in beatae Mariae honorem constructam, in ejusdem virginis festivitatibus et per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes visitaverint.

« Virga venustissima et... — Dat. Rome, ut supra, III nonas maii, anno tertio. »

In e. m. pro ecclesia .. prioris et fratrum ordinis Beatae Mariae de Monte Carmeli Florentina (POTTH., 23262).

In e. m. pro ecclesia .. prioris et fratrum ordinis Beatae Mariae de Monte Carmeli Lucana.

In e. m. pro ecclesia .. prioris et fratrum ordinis Beatae Mariae de Monte Carmeli Viterbiensi.

In e. m. pro ecclesia .. prioris et fratrum ordinis Beatae Mariae de Monte Carmeli Bononiensi (POTTH., 23263).

In e. m. pro ecclesia .. prioris et fratrum ordinis Beatae Mariae de Monte Carmeli Mediolanensi.

2647 Sainte-Marie-Majeure, 11 mai 1289.

Absolutio ab excommunicationis sententia. (REG. 45, c. 149, f. 25 v°.)

Opizoni de Strillaportis, diacono, canonico Tripolitano, capellano nostro. Eum, qui, furiosus effectus, quemdam presbyterum, familiarem suum, in mortis articulo jacentem, martello ferreo percussit et occidit, sed nunc sanitati restitutus est, ab excommunicatione, si hoc facto eam incurrerit, absolvit eique indulget ut beneficia quae obtinet licite retinere possit, et cum eo dispensat super irregularitate si quam contraxerit; dummodo nec in susceptis ordinibus ministret, nec ad sacerdotium promoveri se faciat.

« Petitio tua nobis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, V idus maii, anno tertio. »

2648 Sainte-Marie-Majeure, 7 mai 1290.

Dispensatio super defectu natalium. (REG. 45, c. 150, f. 25 v°.)

Petro Lupi de Valtierra, presbytero, canonico ecclesie Tutelane, Tirasonensis diocesis, quocum, tunc in minoribus ordinibus constituto, olim dispensatum est ut, non obstante defectu natalium quem patitur, e soluto genitus et soluta, ad omnes ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, sine cura, obtinere posset, rursus, ad supplicationes P., Tirasonensis episcopi, indulget ut ecclesiasticum beneficium, etiam si curam habeat animarum et dignitas seu personatus sit, recipere valeat; ita tamen quod episcopalem dignitatem sine speciali apostolicae sedis licentia non recipiat.

« Illegitime genitos quos... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis maii, anno tertio. »

2649 Sainte-Marie-Majeure, 15 mai 1290.

Ne capitulum Lugdunense contra archiepiscopum suum canonicas sententias proferre possit. (REG. 45, c. 151, f. 25 v°; LAP. DU THEIL, III, 113.)

Beraldo, archiepiscopo Lugdunensi. « Grandis affectus quem ad personam tuam gerimus merito nos inducit ut te illa prosequamur gratia per quam tibi et ecclesie Lugdunensi ejusque personis status pacificus procuretur. Intellecto siquidem dudum quod nonnulli, sue salutis immemores, in sue malitie cumulum, ac etiam plerique officiales regii, commisse sibi jurisdictionis finibus non contenti, dilectos filios .. decanum et capitulum ac beneficiatos ejusdem ecclesie ac ecclesiam ipsam in personis et bonis ac juribus suis multipliciter molestabant, nos eisdem decano et capitulo per litteras nostras sub certa forma concessimus ut contra molestatores, turbatores et impeditores quoslibet, cujuscumque preeminentie, dignitatis, conditionis aut status existerent, uti auctoritate

apostolica gladio spirituali libere possint. Verum quia, jura tua et archiepiscopatus tui, prout ex officio tibi commisso teneris, suo loco et tempore defendendo ac cum eisdem decano et capitulo super hoc contendendo, forte contingeret quod iidem decanus et capitulum, te (1) injuriatorem suum per hoc et ipsius ecclesie reputantes, possent in (2) te forsan hujusmodi concessionis pretextu censuram ecclesiasticam exercere, nobis humiliter supplicasti tibi in hac parte per apostolice sedis gratiam precaveri. Nos igitur, sic volentes gratiam ipsam decano et capitulo predictis factam in suo robore permanere, quod tui status pacificus conservetur, ac bonum et jocundum merito reputantes te, tanquam precipuum ipsius ecclesie caput, cum membris suis alterutrum in unum pacifice habitare, tuis devotis supplicationibus inclinati, ut eadem concessio ad tuam personam ex nunc nullatenus se extendat, ita quod iidem decanus et capitulum illius concessionis obtentu in te non possint hujusmodi spiritualem gladium aliquatenus exercere, fraternitati tue auctoritate presentium indulgemus. Nos enim omnes excommunicationis aut suspensionis vel interdicti sententias quas in te contra hujusmodi nostre ultime concessionis tenorem promulgari per eosdem decanum et capitulum contigerit ex nunc decernimus non tenere. Nulli ergo etc., nostre concessionis et constitutionis etc. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus maii, anno tertio. »

2650 Sainte-Marie-Majeure, 1er mai 1290.

Ad conservationem bonorum monasterii Montis acuti. (Reg. 45, c. 152, f. 25 v°; Potth., III, 23254.)

.. *priori Sancti Andree de Fracta filiorum Huberti, Eugubine diocesis, et Uguitoni, marchioni de Monte Mejano, capellano nostro, canonico Rothomagensi.* Eis mandat ut inhibeant ne Aegidius, abbas, et conventus monasterii Montis acuti, Perusinae dioecesis, qui monasterio Cistercii obedientiam denegant, durante hujusmodi litigio, quicquam de juribus ac bonis monasterii sui alienent.

« Pridem dilectis filiis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, kalendis maii, anno tertio. »

2651 Sainte-Marie-Majeure, 11 mai 1290.

Collatio ecclesiae de Landicuria. (Reg. 45, c. 153, f. 26 r°; Lap. ou Theil., III, 115.)

.. *episcopo Ambianensi.* « Significavit nobis Hugo, dictus Laydons, clericus tue diocesis, quod, cum magister Henricus, tunc rector parrochialis ecclesie de Landicuria, ecclesiam ipsam proponeret resignare, quidam consanguinei dicti Hugonis cum prefato rectore, id eodem Hugone ignorante penitus, tractaverunt quod, eodem rectore prefato Hugoni dictam ecclesiam resignante, idem Hugo prefato magistro Henrico de fructibus ipsius ecclesie annis singulis solveret certam pecunie quantitatem; cumque nominati consanguinei hoc demum Hugoni revelarent eidem, idem Hugo, pactum hujusmodi non acceptans, asseruit se servare velle quod tu vel tui vicarii circa eum velletis in hujusmodi negotio ordinare, sicque postmodum dicto magistro Henrico ecclesiam resignante prefatam, vicarii tui, ab eodem magistro Henrico ipsius ecclesie resignatione recepta, nominatum Hugonem, prout ex virtute commissionis eis a te super hoc facte id se posse dicebant, in dicta ecclesia instituerunt auctoritate eis commissa in rectorem ac denique pro sue voluntatis libito ordinarunt quod idem Hugo dicto magistro Henrico de fructibus ejusdem ecclesie centum soldos parisiensium annuatim solvere teneretur. Quare dictus Hugo nobis humiliter supplicavit ut providere saluti sue in hac parte de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, attendentes delationem ipsius Hugonis spontaneam, fraternitati tue presentium auctoritate committimus quatenus, dicta ordinatione repulsa, ab eodem Hugone libera ipsius ecclesie resignatione recepta, circa ipsum auctoritate nostra statuas ut, hoc non obstante, possit prefatam ecclesiam, si de jure nulli alii debeatur et illam vel aliud ecclesiasticum beneficium, etiam si curam habeat animarum, sibi demum, prout ad te pertinet, conferre volueris, libere recipere et licite retinere. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, v idus maii, anno tertio. »

2652 Sainte-Marie-Majeure, 7 mai 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 154, f. 26 r°.)

.. *episcopo Florentino* committit quatenus cum Bindo, filio nobilis viri Cece Dini, et Rosa, filia quondam Ubaldini de Vichio, civibus Florentinis, dispenset ut, licet quarto consanguinitatis gradu conjuncti sint, matrimonium contrahere valeant. Ugolinus enim et alii filii praedicti Ubaldini praedictam Rosam, sororem suam, ad sedandas graves inimicitias dudum inter ipsos, ex una parte, et Cece Dinum et Bettum quondam Philippi de Cherardinis, ex altera, exortas, praedicto Bindo uxorem promiserunt.

(1) te *n'est pas dans le ms.*
(2) In *n'est pas dans le ms.*

« Significarunt nobis dilecti... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis maii, anno tertio. »

2653 Sainte-Marie-Majeure, 13 mai 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 155, f. 26 r°; Potth., 23271.)

Dilecto filio nobili viro Symoni de Janvilla et dilecte in Christo filie Johannete dicte Leonem, Midensis diocesis, licentiam concedit contrahendi matrimonium, non obstante quarto consanguinitatis gradu quo conjuncti sunt.

« Etsi conjunctio... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, III idus maii, anno tertio. »

2654 Sainte-Marie-Majeure, 11 mai 1290.

Monasterio de Marchayn ecclesia de Stowebidon conceditur. (Reg. 45, c. 156, f. 26 v°.)

.. *abbati monasterii Sancti Aymondi, Norwicensis diocesis*, ad supplicationes Alyenorae, reginae Angliae, mandat quatenus parrochialem ecclesiam de Stowebidon, Norwicensis dioecesis, in qua .. priorissa et conventus monasterii de Marchayn, per priorissam soliti gubernari, Cisterciensis ordinis, ejusdem dioecesis, jus patronatus obtinent, praefatis priorissae et conventui, cum juribus et pertinentiis ejus, .. episcopo, .. decano et capitulo Norwicensibus ad id assentientibus, accedente vel decedente ecclesiae rectore, concedat et eas, vel earum procuratorem, in corporalem possessionem ecclesiae, jurium et pertinentiarum praedictorum inducere faciat. Reservata vicario in ecclesia perpetuo servituro de ipsius ecclesiae proventibus congrua portione.

« Devotionis sinceritas quam... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, V idus maii, anno tertio. »

2655-2662 Sainte-Marie-Majeure, 12 mai 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 157, f. 26 v°; Lap. du Theil, III, 117.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui cathedralem ecclesiam Carpentoratensem in singulis beatae Mariae et beati Siffredi festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint.

« Vite perempnis gloria... — Dat. Rome, ut supra, IIII idus maii, anno tertio. »

Sainte-Marie-Majeure, 15 mai 1290.

In e. m. eisdem, pro capella Beatae Mariae de Vallicolore, Tullensis dioecesis. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus maii, anno tertio.

Orvieto, 16 juin 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia hospitalis de Corbeya, Ambianensis dioecesis, in honorem Beatae Mariae constructa. Dat. apud Urbemveterem, XVI kalendas julii, anno tertio.

Orvieto, 12 juin 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Beatae Margaritae apud Bitom, Cracoviensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, II idus junii, anno tertio (*En marge*).

Orvieto, 17 juin 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia monasterii Sancti Albani, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, Lincolniensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, XV kalendas julii, anno tertio (*Ibid.*).

In e. m. pro ecclesia monasterii Sanctae Crucis de Waltham, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Augustini, Londoniensis dioecesis. Dat. ut supra (*Ibid.*).

In e. m. pro ecclesia Beatae Mariae Conventrensi. Dat. ut supra (*Ibid.*).

Orvieto, 1er juillet 1290.

In e. m. pro ecclesia fratrum minorum Aptensi. Dat. apud Urbemveterem, kalendis julii, anno tertio (Potth., 23305).

2663 Sainte-Marie-Majeure, 15 mai 1290.

Facultas conferendi beneficia. (Reg. 45, c. 158, f. 27 r°.)

Roberto, episcopo Pergamensi, facultatem concedit recipiendi vel faciendi recipi in majori Pergamensi, in Sanctae Mariae de Rumano, Sancti Martini de Nembro ecclesiis, Pergamensis dioecesis, in quibus ad capitula ipsarum ecclesiarum receptio canonicorum et collatio praebendarum pertinent, unam personam in canonicum et in fratrem, et providendi ei de praebenda non sacerdotali, nulli alii jure debita.

« Volentes tibi gratiam... — Dat. Rome, ut supra, idibus maii, anno tertio. »

2664 Sainte-Marie-Majeure, 7 mai 1290.

Aymoni indulget ne ei detrimento sit resignatio quam fecit

juris sibi ex electione sua ad Lausanensem episcopatum acquisiti. (Reg. 45, c. 159, f. 27 r°; Lap. du Theil, III, 119.)

Aymoni, preposito ecclesie Lausanensis. « Exigentibus tue devotionis meritis, votis tuis libenter annuimus et petitiones tuas, quantum cum Deo possumus, favorabiliter exaudimus. Exhibita siquidem nobis tua petitio continebat quod dudum, ecclesia Sedunensi ultimo pastore vacante, tu a majori et saniori parte capituli ipsius ecclesie electus fuisti in episcopum Sedunensem. Verum quia, quibusdam ipsius ecclesie canonicis se electioni hujusmodi opponentibus et negotio electionis ipsius ad examen sedis apostolice devoluto, tu, postquam in negotio ipso aliquandiu processum extitit coram nobis, eidem ecclesie, ne diutius viduitatis incomoda deploraret, pio compatiens affectu, amicorum ductus consilio, jus quod tibi ex electione hujusmodi competebat sponte ac libere in nostris manibus resignasti, propter quod fuit a nobis ex parte tua humiliter postulatum ut, ne ex hoc aliqui emuli tui tibi aliquid detractionis impingant, providere in hac parte fame tue misericorditer dignaremur. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, ut per hoc nullum tibi possit impedimentum afferri vel obstaculum interponi quin libere possis eligi sicut prius auctoritate presentium declaramus. Nulli ergo etc., nostre declarationis etc. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis maii, anno tertio. »

2665 Sainte-Marie-Majeure, 7 mai 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 160, f. 27 r°; Lap. du Theil, III, 120.)

Venerabili fratri .. episcopo Gratianopolitano committit quatenus cum nobili viro Guillelmo de Saissello dicto de Aquis et nobili muliere Philippa Odonis Alamanni, suae dioecesis, dispenset ut, ad sedandas inimicitias inter progenitores suos, matrimonium contrahere possint, licet quondam Amadeus, uxor ejusdem Philippae, quarto consanguinitatis gradu Guillelmo attineret.

« Significavit nobis dilectus... — Dat. ut supra. »

2666 Sainte-Marie-Majeure, 5 mai 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 161, f. 27 r°.)

Dilecto filio nobili viro Conrado, duci de Tecke, ac dilecte in Christo filie nobili mulieri Adelheidi, nate quondam Henrici, filii nobilis viri Henrici, marchionis de Burgo, Augustensis diocesis. Cum eis, ad R., regis Romanorum, supplicationes, dispensat ut, ad sedandas guerras inter praedictos Conradum et Henricum, marchionem de Burgo, matrimonium contrahere valeant, licet quondam Uta, uxor praedicti Conradi, praefatae Adelheidi quarta consanguinitatis linea attineret.

« Cum summus pontifex... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, III nonas maii, anno tertio. »

2667 Sainte-Marie-Majeure, 7 mai 1290.

Dispensationes matrimonii. (Reg. 45, c. 162, f. 27 v°.)

.. *episcopo Famagustano* committit quatenus cum una ex sororibus Henrici, regis Cipri, et filio clarae memoriae Leonis, regis Armeniae, necnon cum uno e filiis clarae memoriae Hugonis, regis Cipri, et una ex filiabus praedicte regis Armeniae, non obstante quarto consanguinitatis gradu quo adinvicem se contingunt, dispenset ut matrimonium contrahere valeant. Eis enim ex matrimoniis, si fiant, magna Terrae Sanctae utilitas multaque securitas fidelibus in partibus illis degentibus, ut asserit praedictus Henricus, provenient.

« Significavit nobis carissimus... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis maii, anno tertio. »

2668 Sainte-Marie-Majeure, 14 mai 1290.

Facultas habendi altare portatile. (Reg. 45, c. 163, f. 27 v°; Lap. du Theil, III.)

Bonifatio, episcopo Sedunensi.

« Desideriis tuis in... — Dat. Rome, ut supra, II idus maii, anno tertio. »

2669 Sainte-Marie-Majeure, 14 mai 1290.

Facultas eligendi confessorem proprium. (Reg. 45, c. 163², f. 27 v°; Lap. du Theil, III.)

Eidem.

« Benigno tibi sunt... — Dat. ut supra. »

2670 Sainte-Marie-Majeure, 7 juin 1290.

Remittit iter ad limina. (Reg. 45, c. 164, f. 27 v°; Lap. du Theil, III, 122.)

Eustachio, episcopo Constantiensi.

« Ex parte tua... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, VII idus junii, anno tertio. »

2671 Sainte-Marie-Majeure, 15 mai 1290.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 45, c. 165, f. 27 v°.)

Johanni de Advocatis de Trofarello, canonico ecclesie Sancte Marie de Cario, Taurinensis diocesis, quocum olim dispensatum fuit ut, non obstante defectu natalium quem patitur, e soluto genitus et soluta, ad omnes ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum sine cura obtinere posset, rursus indulget ut ecclesiasticum beneficium, etiam si curam habeat animarum et dignitas seu personatus sit, recipere valeat; ita tamen quod episcopalem dignitatem sine speciali apostolicae sedis licentia non recipiat.

« Illegitime genitos quos... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus maii, anno tertio. »

2672 Sainte-Marie-Majeure, 8 mai 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 166, f. 27 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Segobiensi committit quatenus cum Didaco Gometii, milite, et Maria Nuvii, Segobiensis dioecesis, dispenset ut in matrimonio olim ab ipsis, ignorantibus se quarta linea parentelae conjunctos esse, contracto remanere valeant.

« Ex parte dilecti... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, VIII idus maii, anno tertio. »

2673-2674 Sainte-Marie-Majeure, 14 mai 1290.

Tabellionatus officium. (Reg. 45, c. 167, f. 28 r°.)

Berardo Dominici de Furfone, clerico Aquilensi, in minoribus ordinibus constituto, per Matthaeum, protobilissimum cantorem ecclesiae Carnotensis, et Raynerium de Casulis, canonicum Vulteranum, capellanos papae, examinato, officium tabellionis concedit.

« Ne contractuum memoria... — Dat. Rome, ut supra, II idus maii, anno tertio. »

Sainte-Marie-Majeure, 15 mai 1290.

In e. m. Philippo Thomasii de Colla Sazone, laico, Tudertinae dioecesis. Dat. Romae, ut supra, idibus maii, anno tertio.

2675 Sainte-Marie-Majeure, 21 mars 1290.

Sex praebendae in Roskildensi ecclesia creantur. (Reg. 45, c. 168, f. 28 r°; Potth., 23220.)

Venerabili fratri .. episcopo et dilectis filiis .. decano et capitulo Roskildensibus. Confirmat litteras quibus Johannes, Lundensis archiepiscopus, tunc praepositus Roskildensis, de suis bonis sex praebendas in Roskildensi ecclesia creavit.

« Cum a nobis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XII kalendas aprilis, anno tertio. »

2676 Sainte-Marie-Majeure, 21 mars 1290.

Redditus quosdam archiepiscopo Lundensi concedit episcopus Roskildensis. (Reg. 45, c. 169, f. 29 r°.)

Johanni, archiepiscopo Lundensi, confirmat litteras quibus ei Inguarus, episcopus Roskildensis, de capituli sui consensu, curias seu curtes in Syalso et in Guthnissio locis, Roskildensis dioecesis, constitutas, redditus et jura in Gierthalef et decimam in Kreksthorp, vita durante retinenda, concessit.

« Cum a nobis... — Dat. Rome, ut supra. »

2677 Sainte-Marie-Majeure, 9 mai 1290.

Dispensatio super defectu aetatis. (Reg. 45, c. 170, f. 29 v°; Lap. du Theil, III, 123.)

Guillelmo Veteris, preposito Sancti Andree Grationopolitane. Cum eo dispensat ut praeposituram saecularis ecclesiae Sancti Andreae Grationopolitanae, quam, patiens in aetate defectum, ut qui viginti annos natus, recepit, licite possidere valeat.

« Illorum votis apostolica... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, VII idus maii, anno tertio. »

2678 Sainte-Marie-Majeure, 7 mai 1290.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 45, c. 171, f. 30 r°.)

Magistro Petro de Friburgo, rectori ecclesie de Sure, Constantiensis diocesis, doctori filiorum carissimi in Christo filii nostri R., regis Romanorum illustris, qui ecclesiam de Cella, Constantiensis dioecesis, primum et postmodum ecclesiam de Sure, curam habentes animarum, sine dispensatione sedis apostolicae recepit et tenuit, ex eis fructus percipiens, ad instantiam nobilis viri Ursi de filiis Ursi, concedit ut, dimissa ecclesia de Cella, ecclesiam de Sure libere retinere valeat. Ita tamen ut congruam portionem fructuum sic perceptorum ex ecclesia de Cella in manifestam utilitatem ejusdem ecclesiae convertere,

se ad ordines statutis temporibus promoveri facere et in ecclesia sua residere personaliter teneatur.

« Laudabilis conversationis et... — Dat. Rome, ut supra, nonis maii, anno tertio. »

2679 Sainte-Marie-Majeure, 18 mars 1290.

Mutatio bonorum inter episcopum Leodiensem et monasterium Montis Cornelii facta. (Reg. 45, c. 172, f. 30 r°; Lap. du Theil, III, 125.)

.. *abbati monasterii Sancti Jacobi Leodiensis.* « Ex parte venerabilis fratris nostri J., episcopi, et dilectorum filiorum capituli Leodiensis ac .. abbatis et conventus monasterii Montis Cornelii, Premonstratensis ordinis, Leodiensis diocesis, fuit expositum coram nobis quod, cum monasterium ipsum, in medio nationis prave et perverse positum, a nonnullis qui letantur cum malefecerint et exultant in rebus pessimis adeo gravaretur et opprimeretur quod dicti abbas et conventus non possent ab hujusmodi gravaminibus et oppressionibus respirare nec ibidem in quiete spiritus devotum Domino impendere famulatum, idem episcopus, eis super hoc pio affectu compatiens, ipsis, de consensu capituli sui, Leodiensis ecclesie domum et curtem dictam de Belloreditu in civitate Leodiensi ac quasdam alias terras, possessiones, redditus et jura ad ipsum et Leodiensem ecclesiam pertinentia contulit, et ea cum eisdem abbate et conventu pro quibusdam aliis terris, redditibus et juribus ad ipsos et dictum monasterium spectantibus permutavit, ac abbati et conventui concessit eisdem ut ad predictum locum de Belloreditu pacificum et religioni congruum cum omnibus privilegiis, indulgentiis, gratiis, concessionibus et aliis quibuscumque juribus, quocumque nomine censeantur, que ipsis abbati et conventui ratione dicti monasterii competebant, possent liberè se transferre, ibidem perpetuo in obsequiis mandatorum Domini moraturi, prout in patentibus litteris inde confectis, episcopi, capituli, abbatis et conventus predictorum sigillis munitis, plenius dicitur contineri. Quare iidem episcopus, capitulum, abbas et conventus nobis humiliter supplicarunt ut quod super hoc factum est confirmare auctoritate apostolica dignaremur. Quia vero nobis non constat de premissis, discretioni tue, de qua plenam in Domino fidutiam gerimus, per apostolica scripta mandamus quatenus, consideratis diligenter circumstantiis universis, super quibus tuam intendimus conscientiam onerare, si tibi constiterit quod hujusmodi permutatio et concessio utilitati ecclesie et monasterii expediat predictorum, id nobis per tuas litteras fideliter intimare procures. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, xv kalendas aprilis, anno tertio. »

2680 Sainte-Marie-Majeure, 9 mai 1290.

Privilegium castro de Aricia concessum. (Reg. 45, c. 173, f. 30 r°; Potth., 23269.)

Hominibus castri de Aricia, Albanensis diocesis, ecclesie romane vassallis, indulget ne propter delicta ab extraneis in ipsorum terra commissa a senatoribus Urbis mulcta pecuniaria puniri possint.

« Ex parte vestra... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, vii idus maii, anno tertio. »

2681-2682 Sainte-Marie-Majeure, 8 mai 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 174, f. 30 v°.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Toletano committit quatenus cum Lupo Martini, milite, et Terasia Alfonsi, civibus Toletanis, dispenset ut in matrimonio quod olim, ignorantes se quarto consanguinitatis gradu conjunctos esse, contraxerunt et in quo plures filios et filias procrearunt remanere valeant.

« Petitio dilecti filii.., — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, viii idus maii, anno tertio. »

Sainte-Marie-Majeure, 11 mai 1290.

In e. m. .. episcopo Abulensi. Eandem dispensationem committit pro Santio Johannis, milite, et Blasquita, nata Munionis Eximini, militis, Abulensibus, qui, ignorantes quondam Andierazonem, praedicti Santii uxorem, eidem Blasquitae tertio consanguinitatis gradu conjunctam fuisse, matrimonium contraxerunt, in quo plures filios procrearunt. Dat. Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, v idus maii, anno tertio.

2683 Sainte-Marie-Majeure, 12 mai 1290.

De contentione inter fratres Praedicatores et universitatem Argentinenses. (Reg. 45, c. 175, f. 30 v°.)

Venerabili fratri C., episcopo Argentinensi. « Sua nobis dilecti filii .. prior et conventus fratrum ordinis predicatorum Argentinenses petitione monstrarunt quod, cum olim inter ipsos, ex parte una, et magistros, consules et universitatem civium civitatis Argentinensis, ex altera,

super diversis articulis et quibusdam injuriis priori et fratribus predictis ab eisdem civibus irrogatis orta esset materia questionis, tandem venerabilis frater noster J., Tusculanus episcopus, tunc in illis partibus legationis fungens officio, hujusmodi questionis et injuriarum occasione, sue legationis auctoritate, civitatem ipsam supposuit ecclesiastico interdicto et in magistros, consules et cives prefatos ac in illos qui eis in predictis injuriis illatis eisdem priori et fratribus consilium vel auxilium impenderant, necnon in sacerdotes qui in civitate ipsa vel suburbiis ejus, durante ipso interdicto, divina officia celebrarent ac illos qui a predictis sacerdotibus audirent divina officia vel reciperent ecclesiastica sacramenta, excommunicationis sententiam promulgavit, et hujusmodi excommunicationis et interdicti sententias per locorum ordinarios et alios prelatos et rectores ecclesiarum regni Alamanie mandavit sollempniter publicari, ac inquilinos, colonos et mercenarios magistrorum, consulum et civium predictorum, pro eo quod ipsis magistris, consulibus et civibus participare presumebant, a divinis exclusit; tuque, prefati legati auctoritate, in descendentes usque in tertiam generationem ab illis qui principales fuerunt in hujusmodi priori et fratribus predictis illatis injuriis vel illatoribus dederunt consilium, auxilium vel favorem, nisi priori et fratribus prefatis de injuriis predictis infra certum terminum satisfieret, sententiam privationis et amotionis a beneficiis et dignitatibus ecclesiasticis protulisti; verum prefati prior et fratres, tanquam viri pacifici, ac dicti magistri, consules et cives, cupientes litigiorum vitare anfractus ac viam pacis et concordie amplectentes, in te, tanquam in arbitrum, arbitratorem et amicabilem compositorem, super premissis compromittere curaverunt, dictique prior et fratres nobis humiliter supplicaverunt ut omnes predictas sententias relaxari misericorditer mandaremus. Nos itaque, ipsorum supplicationibus inclinati, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus, si est ita, a prelibatis magistris, consulibus et civibus, sive ab ipsorum procuratore vel syndico habente super hoc ab eis spetiale mandatum, de parendo super hiis mandatis ecclesie juramento recepto, omnes predictas excommunicationis et interdicti sententias et penas omnesque processus contra magistros, consules, cives et civitatem predictos ac audientes divina officia et recipientes sacramenta hujusmodi a presbyteris memoratis per eundem legatum vel alium seu alios ejus mandato vel auctoritate generaliter vel spetialiter latas vel habitos, seu quascumque alias sententias quas dicti magistri, consules sive cives occasione questionis et injuriarum hujusmodi incurrerunt, auctoritate nostra, per te vel alium seu alios, relaxare procures. Corpora vero civium defunctorum, que tempore interdicti predicti in cimiteriis ecclesiasticis sunt sepulta, dummodo apparuerint penitentie signa in eis, in ipsis cimiteriis remanere permittas. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, IIII idus maii, anno tertio. »

2684 Sainte-Marie-Majeure, 4 mars 1290.

Ad solutionem debitorum Tridentinae ecclesiae. (Reg. 45, c. 176, f. 31 r°.)

.. *abbati monasterii Sancti Benedicti de Padolyrone, ordinis S. Benedicti, Mantuane diocesis, et Frederico de Gonzaga ac Jacobino de Vignotiis, canonicis Mantuanis*, mandat quatenus fructus, redditus et proventus primi anni omnium beneficiorum ecclesiasticorum quae usque ad triennium in Tridentina dioecesi vacabunt episcopo Tridentino ministrari faciant, in solutionem debitorum Tridentinae ecclesiae convertendos.

« Desideriis venerabilis fratris... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, IIII nonas martii, anno tertio. »

2685 Sainte-Marie-Majeure, 7 mars 1290.

De modo exercendi juris visitationis. (Reg. 45, c. 177, f. 31 r°.)

Venerabili fratri .. Conventrensi et Lichefeldensi episcopo. « Ex parte dilectorum filiorum .. prioris et conventus monasterii de Kemllewich, per priorem soliti gubernari, ordinis S. Augustini, tue diocesis, fuit propositum coram nobis quod, cum ad monasterium ipsum, tibi subjectum, causa visitationis accedis, clericos et alias personas seculares in claustrum dicti monasterii pro tue voluntatis libito introducis, ex quo dissolutionis materia pervenit in monasterio supradicto, in ipsorum prioris et conventus prejudicium et gravamen. Quare iidem prior et conventus nobis humiliter supplicarunt ut providere ipsis super hoc paterna sollicitudine curaremus. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus, si est ita, quotiens ad prefatum monasterium propter premissam causam te accedere contigerit, in predictum claustrum non nisi duos vel tres de ecclesie tue canonicis introducas in decenti habitu, aliis quot expedire videris religiosis adjunctis. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis martii, anno tertio. »

2686-2690 Sainte-Marie-Majeure, 9 mai 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 178, f. 31 r°; Lap. du Theil, III, 127.)

.. *abbati et conventui monasterii Fuxensis, ordinis S. Benedicti, Tholosane diocesis.* Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit eis qui ecclesiam praedicti monasterii, in honorem beati Velosiani constructam, in sancti Velosiani et singulis beatae Mariae festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint.

« Splendor paterne glorie... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, vii idus maii, anno tertio. »

Sainte-Marie-Majeure, 7 mai 1290.

In e. m. .. decano et capitulo ecclesiae Beati Amati Duacensis, Atrebatensis dioecesis, pro hac ecclesia. Dat. Romae, ut supra, nonis maii, anno tertio.

Sainte-Marie-Majeure, 17 mai 1290.

In e. m. universis Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis, pro ecclesia Sancti Petri de Castillione, Augustensis dioecesis.

« Sanctorum meritis inclita... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, xvi kalendas junii, anno tertio. »

Sainte-Marie-Majeure, 17 juin 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Beati Martini de Tribano, Paduanae dioecesis.

« Splendor paterne glorie... — Dat. apud Urbemveterem, xv kalendas julii, anno tertio » (*En marge*).

Orvieto, 31 août 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sancti Nicolai de Sancto Victore terrae monasterii Casinensis. Dat. apud Urbemveterem, ii kalendas septembris, anno tertio (*Ibid.*).

2691 Sainte-Marie-Majeure, 4 mai 1290.

Privilegium jurisdictionis. (Reg. 45, c. 179, f. 31 v°.)

Philippo, episcopo Tridentino, indulget ut extra dioecesim Tridentinam per litteras sedis apostolicae et legatorum ejus ultra dietam unam in judicium evocari nequeat. Praesentibus post quinquennium non valituris.

« Volentes tue providere... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, iiii nonas martii, anno tertio. »

2692 Sainte-Marie-Majeure, 4 mai 1290.

Facultas absolvendi ab excommunicationis sententia. (Reg. 45, c. 180, f. 31 v°.)

Eidem facultatem concedit absolvendi universos clericos Tridentinae civitatis et dioecesis, ipsius jurisdictioni subjectos, qui statuta eorum qui legationis officio seu jurisdictione ecclesiastica in illis partibus hactenus fungebantur aut patriarcharum Aquilegensium, loci metropolitanorum, seu Tridentinorum episcoporum non servantes, latas contra tales excommunicationis, suspensionis vel interdicti sententias incurrerunt; et dispensandi cum eis qui, absolutione non obtenta, per simplicitatem vel ignorantiam, divina celebrarunt vel se fecerunt ad sacros ordines promoveri, super irregularitate quam exinde contraxerunt, imposita eis poenitentia competenti.

« Personam tuam tuis... — Dat. ut supra. »

2693-2695 Sainte-Marie-Majeure, 15 mai 1290.

P. Anagninae ecclesiae episcopus praeficitur. (Reg. 45, c. 181, f. 31 v°.)

Venerabili fratri P., episcopo Anagnino. Vacante Anagnina ecclesia per translationem G. ad Spoletanam sedem, capitulum Anagninum, cui papa, ad quem ecclesiae Anagninae provisio tunc principaliter pertinebat, facultatem eligendi episcopi concesserat, P., tunc Signinum episcopum, concorditer postulavit, et hanc postulationem per Landonem de Valle Montonis, capellanum summi pontificis, et Matthaeum de Anagnia, canonicos ecclesiae Anagninae, sedi apostolicae praesentavit. Hanc postulationem papa accipit et P. a Signina in Anagninam ecclesiam transfert.

« Inter varia innumeraque... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus maii, anno tertio. »

In e. m. capitulo ecclesiae Anagninae mandat quatenus praedicto P. debitam obedientiam praebeat.

In e. m. clero civitatis et dioecesis Anagninae.

2696 Sainte-Marie-Majeure, 7 mai 1290.

De numero clericorum in ecclesia Sanctae Mariae de Campsoribus de Urbe servando. (Reg. 45, c. 182, f. 31 v°.)

.. *rectori et clerico Sancte Marie de Campsoribus de Urbe.* Ad relationem .. episcopi Esini, vicarii papae in Urbe, statuit ut duo dumtaxat clericis, rectore computato, quorum alter in sacerdotali, alter in subdiaconatus ordinibus sint, in ecclesia Sanctae Mariae de Campsoribus de Urbe, cujus facultates tenues sunt, perpetuis temporibus serventur.

« Ecclesiarum utilitatibus tunc... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis maii, anno tertio. »

2697 Sainte-Marie-Majeure, 14 mai 1290.

Ad Callensem civitatem construendam. (Reg. 45, c. 183, f. 32 r°.)

Magistro Matheo, canonico Asisinati, in spiritualibus marchie Anconitane rectori, mandat quatenus, civitatem Callensem adiens, satisfieri faciat eis qui possessiones in plano Sancti Angeli ad novam civitatem construendam concesserunt et has possessiones civitati et communi appropriet.

« Dudum ad audientiam... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, II idus maii, anno tertio. »

2698 Sainte-Marie-Majeure, 14 mai 1290.

De eodem negotio. (Reg. 45, c. 184, f. 32 r°; Potth., 23275.)

Nobili viro Johanni de Columpna, marchie Anconitane rectori, mandat quatenus Callensibus, ad eorum civitatem construendam, subsidium ab hominibus Marchiae et Massae Trabariae, civitatis Eugubii et castri Saxiferrati, secundum uniuscujusque facultates, exhiberi faciat.

« Dudum ut civitas... — Dat. ut supra. »

2699 Sainte-Marie-Majeure, 14 mai 1290.

Facultas eligendi potestatem. (Reg. 45, c. 185, f. 32 r°; Potth., 23276.)

Populo civitatis nove Sancti Angeli papalis.

« Merita vestre devotionis... — Dat. ut supra. »

2700 Sainte-Marie-Majeure, 6 mai 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 186, f. 32 r°.)

.. *episcopo Londoniensi* committit quatenus cum Roberto de Kyrkeseda et Mathilde de Cantilupo, Londoniensis dioecesis, dispenset ut in matrimonio quod olim, ignorantes quondam Johannem de Cantilupo, priorem Mathildis uxorem, eidem Roberto tertio gradu consanguinitatis conjunctum fuisse, contraxerunt et in quo plures filios procrearunt remanere possint.

« Petitio dilecti filii... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, II nonas maii, anno tertio. »

2701 Sainte-Marie-Majeure, 7 mai 1290.

De contentione inter Tholosanum episcopum et Cluniacense Lesatenseque monasteria. (Reg. 45, c. 187, f. 32 v°; Lap. du Theil, III, 129.)

Venerabili fratri .. episcopo Agathensi et dilectis filiis .. abbati secularis Sancti Pauli Narbonensis ac .. preposito Nemausensis ecclesiarum. « Exhibita nobis dilectorum filiorum .. Cluniacensis, et Aculei, Lesatensis monasteriorum abbatum, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentium, Cluniacensis ordinis, Matisconensis et Tholosane diocesium, petitio continebat quod, licet predictum monasterium Lesatense, cum prioratibus, ecclesiis et capellis suis, ab omni jurisdictione venerabilis fratris nostri .. episcopi et dilectorum filiorum capituli Tholosani prorsus sit liberum et exemptum, tamen episcopus et capitulum predicti, minus veraciter asserentes monasterium ipsum, cum prioratibus, ecclesiis et membris suis, eorum ordinarie jurisdictioni subesse, dictos abbatem et conventum ac prefatum monasterium Lesatense quibusdam ecclesiis et capellis necnon privilegiis ad dictum monasterium Lesatense spectantibus contra justitiam spoliarunt, alias eis dampna gravia et injurias irrogando. Verum abbatibus et conventibus predictis supplicantibus felicis recordationis Martino pape, predecessori nostro, ut providere ipsis in hac parte, faciendo eis super hiis apud sedem apostolicam exhiberi justitie complementum, paterna sollicitudine dignaretur, dictus predecessor bone memorie Jordano, Sancti Eustachii diacono cardinali, causam hujusmodi, non obstante quod causa ipsa non esset per appellationem vel alio modo ad sedem devoluta predictam, audiendam commisit, coram quo dictorum episcopi et capituli, qui auctoritate litterarum predicti predecessoris legitime citati fuerunt, ac ipsorum abbatum et conventuum procuratores comparere curarunt, sed apud sedem predictam hujusmodi causa pendente, pie memorie Honorius papa, predecessor noster, procurante dicto episcopo Tholosano, inquisitionem faciendam in dicto monasterio Lesatensi, tam in capite quam in membris, venerabili fratri nostro .. episcopo Albiensi primo, et postmodum, eodem episcopo Albiensi se super hoc excusante, venerabili fratri nostro A., archiepiscopo Auxitano, per suas duxit sub certa forma litteras committendam, et, licet dicti abbas et conventus ejusdem monasterii Lesatensis ex sufficienti gravamine ab eodem archiepiscopo ad sedem appellassent eandem, dictus tamen archiepiscopus, hujusmodi appellatione contempta, dictum Aculeum abbatem amovit de facto sententialiter a regimine dicti monasterii Lesatensis, ac quidam ipsius monasterii Lesatensis monachi, qui appellationi renuntiarunt eidem, Raymundum de Bauro, priorem prioratus Sancti Horiensi Auxitani, predicti or-

dinis, in abbatem prefati monasterii Lesatensis de facto, cum de jure nequiverint, elegerunt, ac predictus episcopus Tholosanus electionem hujusmodi, cui dictus Raymundus consensisse dicitur, confirmavit; propter quod ex parte dictorum abbatum et conventuum ad predictam sedem extitit appellatum. Cum autem nos omnes hujusmodi causas et contingentia causas ipsas dilecto filio nostro Petro, tituli Sancti Marchi presbytero cardinali, etiam si non sint per appellationem ad sedem ipsam devolute, duxerimus committendas, ut eas de plano et sine strepitu judicii audiat et debito fine decidat, prefati abbates et conventus nobis humiliter supplicarunt ut archiepiscopum et episcopum Tholosanum ac Raymundum predictos citari per discretum aliquem mandaremus. Nos igitur, ipsorum abbatum et conventuum supplicationibus inclinati, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus vos vel duo aut unus vestrum, per vos vel per alium seu alios, archiepiscopum et episcopum Tholosanum ac Raymundum prefatos et omnes alios qui sua crediderint interesse ex parte nostra peremptorie citare curetis ut infra duorum mensium spatium post citationem vestram, cum omnibus actis, juribus et munimentis suis predictas causas contingentibus, apostolico se conspectui representent, facturi et recepturi super premissis quod ordo dictaverit rationis, ita tamen quod per hoc occasione aliquarum appellationum predictarum citationibus factis a jure in aliquo nullatenus derogetur. Diem vero citationis hujusmodi et quicquid super hiis duxeritis faciendum nobis per vestras litteras tenorem presentium continentes studeatis quam totius intimare. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis maii, anno tertio. »

2702 Sainte-Marie-Majeure, 11 mai 1290.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 45, c. 188, f. 32 v°; Lap. du Theil, III, 131.)

Johanni de Lendiga, clerico Metensis diocesis. Cum eo, clerico et familiari J., Sanctae Mariae in Via lata diaconi cardinalis, consideratione ejusdem J., dispensat ut, non obstante defectu natalium quem patitur e presbytero genitus et soluta, ad omnes ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum suscipere possit.

« Etsi geniti ex... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, v idus maii, anno tertio. »

2703-2705 Sainte-Marie-Majeure, 15 mai 1290.

Gerardus Ilerdensis episcopus consecratur. (Reg. 45, c. 189, f. 33 r°.)

Gerardo, episcopo Ilerdensi. « Ad universalis ecclesie regimen exercendum etc. ut supra in eodem regesto, capitulo LXVIII (1), usque in episcopum preficimus et pastorem, ac tibi subsequenter fecimus per venerabilem fratrem nostrum L., Ostiensem episcopum, munus consecrationis impendi. Dat. Rome, ut supra, idibus maii, anno tertio. »

In e. m. .. decano et capitulo ecclesiae Ilerdensis mandat quatenus eidem episcopo debitam obedientiam praebeant. Dat. ut supra.

In e. m. .. archiepiscopum Terraconensem rogat ut favorem et auxilium eidem episcopo praebeat. Dat. ut supra.

2706 Sainte-Marie-Majeure, 7 mai 1290.

Dispensatio super defectu ordinum. (Reg. 45, c. 190, f. 33 r°.)

.. *episcopo Legionensi* mandat quatenus cum Johanne Alfonsi, subdiacono, rectore ecclesiae Sancti Laurentii de Sancto Facundo, Legionensis dioecesis, dispenset ut hanc ecclesiam, curam animarum habentem, cum capella Sanctae Mariae dictae Novae ab eadem ecclesia dependente, quas per decem annos tenuit, in presbyterum non promotus, ex eis fructus et proventus, sexdecim librarum turonensium valorem vix attingentes, percipiens, licite retinere valeat, ita tamen quod in presbyterum proximis statutis a jure temporibus promoveri se faciat et de fructibus perceptis ex ecclesia et capella praefatis aliquam congruam portionem in manifestam et perpetuam utilitatem earumdem ecclesiae et capellae convertat.

« Petitio dilecti filii. — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis maii, anno tertio. »

2707 Sainte-Marie-Majeure, 7 mai 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 191, f. 33 r°; Lap. du Theil, III, 133.)

.. *episcopo Lingonensi* committit quatenus cum nobili viro Guidone, nato nobilis viri Galteri de Firmitate su-

(1) N° 2435.

per Amantiam, et nobili muliere Aelide, nata Johannis de Choyseul, dispenset ut in matrimonio quod olim, ignorantes se quarto consanguinitatis gradu conjunctos esse, contraxerunt et in quo tres filios et unam filiam procrearunt remanere possint.

« Petitio dilecti filii.. — Dat. ut supra. »

2708 Sainte-Marie-Majeure, 15 mai 1290.

Lambertus decanus capellae ducis Burgundiae de Divione confirmatur. (Reg. 45, c. 192, f. 33 r°; Lap. du Theil, III, 137.)

Venerabili fratri .. episcopo Cabilonensi et dilecto filio .. abbati monasterii Cistertii, Cabilonensis diocesis, committit quatenus electionem Lamberti dicti Anterroise, presbyteri capellae ducis Burgundiae de Divione, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, Lingonensis dioecesis, ad ejusdem capellae, per obitum Artaldi vacantis, decanatum a capitulo factam confirment.

« Petitio dilectorum filiorum... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus maii, anno tertio. »

2709-2712 Sainte-Marie-Majeure, 16 mai 1290.

Jacobus Sutrinae ecclesiae episcopus praeficitur. (Reg. 45, c. 193, f. 33 v°.)

Jacobo, electo Sutrino. Vacante Sutrina ecclesia per obitum Aldebrandi, Petrus, archipresbyter, et capitulum, eligendi pastorem a sede apostolica petita et obtenta licentia, Jacobum, ejusdem ecclesiae canonicum, episcopum elegerunt, quam electionem papa confirmat.

« Rationis oculis intuentes... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XVII kalendas junii, anno tertio. »

In e. m. .. archipresbytero et capitulo ecclesiae Sutrinae mandat quatenus praedicto electo debitam obedientiam praebeant.

In e. m. clero Sutrinae civitatis et dioecesis.

In e. m. populo Sutrinae civitatis et dioecesis.

2713 Orvieto, 12 juin 1290.

Jacobus Sutrinus episcopus consecratur. (Reg. 45, c. 193², f. 33 v°.)

.. *Viterbiensi et .. Ortano episcopis.* Mandat quatenus Viterbiensis, si non fuerit impeditus, alioquin Ortanus episcopus, accersitis aliis duobus de vicinis episcopis, Jacobo, electo Sutrino, munus consecrationis impendat, recepturus ab eo fidelitatis juramentum.

« Nuper electionem factam... — Dat. apud Urbemveterem, II idus junii, anno tertio. »

2714 Sainte-Marie-Majeure, 7 mai 1290.

De modo juris visitationis exercendi. (Reg. 45, c. 194, f. 33 v°.)

.. *priori et capitulo ecclesie Wigorniensis.* Inhibet ne .. archiepiscopus Cantuariensis saeculares secum, visitationis tempore, in praedictum capitulum introducat.

« Petitio vestra nobis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis maii, anno tertio. »

2715 Sainte-Marie-Majeure, 15 mai 1290.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum et defectu ordinum. (Reg. 45, c. 195, f. 34 r°.)

Magistro Raynerio de Vitio, presbytero, rectori ecclesie de Hese, Londoniensis diocesis, qui olim ecclesiam de Hernygewelle, Norwicensis dioecesis, curam animarum habentem, cujus proventus, secundum communem extimationem patriae decem et septem marcarum sterlingorum valorem annuum non excedunt, primo, et postmodum ecclesiam de Hese, similem curam habentem, post generale concilium Lugdunense assecutus est, nec infra annum in presbyterum promoveri se fecit et nihilominus praedictas ecclesias tenuit et ex eis fructus percepit, indulget ut, ecclesia de Hernygewelle resignata, ecclesiam de Hese retinere possit. Ita tamen quod de fructibus ex praedictis ecclesiis perceptis aliquam congruam portionem in manifestam et perpetuam utilitatem earumdem ecclesiarum convertat.

« Provenit ex tue... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus maii, anno tertio. »

2716 Sainte-Marie-Majeure, 12 mai 1290.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 45, c. 196, f. 34 r°.)

Dilecto filio Jacobo, Sancte Marie in Via lata diacono cardinali. « Exhibita nobis dilecti filii Hermanni de Wilenowa, canonici Maguntini, petitio continebat quod ipse, dudum obtentis ab eo canonicatu et prebenda in ecclesia Maguntina, primo Limburgensis, sine cura,

Treverensis, et postmodum Giburgensis, Maguntine diocesium, curam habentem animarum annexam, ecclesiarum prepositurаs, ac deinde capellam in Rudeushein, cui cura similis imminet animarum, predicte diocesis Maguntine, ante concilium Lugdunense novissime celebratum extitit assecutus, et canonicatum, prebendam, prepositurаs et capellam predictos absque dispensatione sedis apostolice tenuit, fructus percipiens ex eisdem. Unde cum prefatus Hermannus capellam, ut dicit, dimiserit supradictam, nobis humiliter supplicavit cum eo, ut canonicatum, prebendam et prepositurаs eosdem, cum fructibus ex eis ac etiam ex capella predicta medio tempore perceptis, licite retinere valeat, constitutione generalis concilii et alia qualibet contraria non obstante, dispensare misericorditer dignaremur, omnem maculam et inhabilitatis notam contra eum ex retentione beneficiorum predictorum et perceptione fructuum eorumdem obortam de apostolice potestatis plenitudine abolentes. Nos itaque, prefatum Hermannum, obtentu meritorum suorum, super quibus laudabile sibi testimonium perhibetur, volentes favore prosequi gratioso, ac de tue probate circumspectionis industria plenam in Domino fidutiam obtinentes, tibi dispensandi cum eodem Hermanno super premissis, prout saluti et statui ejus videris utilius expedire, plenam et liberam presentium auctoritate concedimus potestatem. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, IIII idus maii, anno tertio. »

2717-2722 Sainte-Marie-Majeure, 11 mai 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 197, f. 34 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam centum dierum concedit eis qui ecclesiam Sanctorum Phylippi et Jacobi de Calognole, Fesulanae dioecesis, in festivitatibus eorumdem sanctorum visitaverint.

« Licet is de... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, V idus maii, anno tertio. »

Orte, 28 mai 1290.

In e. m. .. guardiano et fratribus ordinis minorum Ortanis. Indulgentiam trium annorum et trium quadragenarum concedit pro eorum ecclesia. Dat. Ortis, V kalendas junii, anno tertio. (Potth., 23290).

Orte, 27 mai 1290.

In e. m. .. abbati et conventui monasterii Sanctorum Andreae et Silvestri de Flumine, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, Civitatis Castellanae dioecesis. Eandem indulgentiam concedit pro eorum ecclesia.

« Vite perempnis gloria... — Dat. apud Ortas, VI kalendas junii, anno tertio » (*En marge*).

Orvieto, 13 juin 1290.

In e. m. universis Christi fidelibus. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit pro ecclesia Sancti Symphoriani de Thoches, Cabilonensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, idibus junii, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 27 juin 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sancti Stephani de Gressibus Parisiensi.

« Licet is de... — Dat. apud Urbemveterem, V kalendas julii, anno tertio. » (*Ibid.*)

Orvieto, 27 juin 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sancti Jacobi apostoli de Nigella, Noviomensis dioecesis.

« Loca sanctorum omnia... — Dat. apud Urbemveterem, V kalendas julii, anno tertio. » (*Ibid.*)

2723 Sainte-Marie-Majeure, 18 mai 1289.

Expropriatio bonorum ad constructionem ecclesiae cathedralis Sancti Angeli. (Reg. 45, c. 198, f. 34 v°.)

.. *vicario in spiritualibus marchie Anconitane.* « Petitio venerabilis fratris nostri .. episcopi Callensis nobis exhibita continebat quod, licet commune civitatis Sancti Angeli papalis, propter mutationem civitatis Callensis ad civitatem ipsam, pro constructione ecclesie cathedralis ac episcopalium et ejusdem ecclesie capituli domorum et officinarum necessariarum eis, episcopo et capitulo prefatis in certo loco assignaverint certum fundum, quia tamen fundus ipse adeo extitit modice quantitatis quod nec ecclesiam ipsam juxta sui honorificentiam, neque claustrum et domos sibi et dicto capitulo competentia, nec cimiterium eis et parrochianis ipsius ecclesie necessarium episcopus et capitulum prefati possunt construere in eodem; quare (*sic*) predictus episcopus nobis humiliter supplicavit ut providere sibi et eidem capitulo super hoc paterna diligentia curaremus. Quia vero tibi per nostras mandamus litteras ut terrena seu territoria inter ecclesias et personas ecclesiasticas ac cives civitatis ipsius Sancti Angeli juxta extimationem factam a dilecto filio nobili viro Johanne de Columpna, rectore marchie Anconitane, distributa, si tibi constiterit dominis terrenorum seu territoriorum ipsorum a personis et communi prefatis juxta

hujusmodi extimationem fuisse de illorum pretio satisfactum, ecclesiis, personis et civibus prefatis apropriare debeas et illorum usibus perpetuo libere deputare, nos, volentes quod ea cathedralis ecclesia, tanquam capud, ad constructionem sui ac claustri ejusdem et episcopalium ac dicti capituli domorum et officinarum necessariarum eis necnon et cimiterii juxta ipsam ecclesiam faciendi territorium habeat oportunum, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus, priusquam ad hujusmodi apropriationem procedas, tu episcopo et capitulo prefatis, paratis propter hoc juxta extimationem ipsam de pretio debito suis dominis respondere, ad edificationem seu constructionem ecclesie, claustri, domorum, officinarum et cimiterii predictorum de sufficienti territorio sive fundo studeas providere. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XV kalendas junii, anno secundo. »

2724 Sainte-Marie-Majeure, 4 mai 1290.

Ad solutionem debitorum Tridentinae ecclesiae. (Reg. 45, c. 199, f. 34 v°.)

Phylippo, episcopo Tridentino, indulget ut fructus, redditus et proventus primi anni omnium beneficiorum ecclesiasticorum quae usque ad triennium in Tridentina civitate et dioecesi vacabunt, dummodo haec beneficia ad collationem seu praesentationem exemptorum non pertineant, ad solutionem debitorum Tridentinae ecclesiae percipere valeat.

« Desideriis tuis in... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, IIII nonas maii, anno tertio. »

2725 Saint-Pierre, 19 mai 1290.

De solutione decimarum. (Reg. 45, c. 200, f. 34 v°.)

Venerabili fratri B., episcopo Paduano. « Ad audientiam nostram noveris pervenisse quod nonnulle ecclesiastice persone, tam religiose quam seculares, Aquilegensis et Gradensis patriarchatuum ac Januensis civitatis, diocesis et provintie, ac partium Lombardie, pro eo quod decimam subsidio Terre Sancte necnon et decimam dudum negotio regni Sicilie in patriarchatibus et aliis locis predictis hactenus per sedem apostolicam deputatas collectoribus decimarum ipsarum in statutis terminis solvere neglexerunt, latas in tales per eosdem collectores excommunicationum sententias incurrerunt. Verum quia, sicut accepimus, quamplures ex eisdem personis super hiis pro quibus excommunicate habentur satisfacere sunt parate, nos saluti animarum earumdem personarum, quantum cum Deo possumus, providere volentes, tibi, quem collectorem decime ipsius regni negotio nuper ab eadem sede concesse in patriarchatibus, civitate, diocesi, provintia et partibus supradictis duximus deputandum, presentium auctoritate committimus quatenus, ab illis ex eisdem personis que absolutionis beneficium humiliter implorabunt, super hiis pro quibus in earumdem excommunicationum laqueum inciderunt, plena et debita satisfactione recepta, personas ipsas a prefatis sententiis absolvas juxta formam ecclesie vice nostra et dispenses cum eis et earum qualibet super irregularitate, si quam, sic legate, non tamen in contemptum clavium, divina officia celebrando vel se immiscendo (1) eisdem, forsitan contraxerunt, injuncta eis et earum cuilibet propter hoc penitentia competenti. Volumus tamen quod ea que pro satisfactione hujusmodi decimarum ipsarum receperis semotius ac fideliter studeas conservare, ita quod de illis suo loco et tempore certam et distinctam reddere valeas rationem nosque sinceritatem tuam possimus exinde merito in Domino commendare. Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, XIIII kalendas junii, anno tertio. »

2726 Sainte-Marie-Majeure, 15 mai 1290.

Facultas absolvendi ab excommunicationis sententia. (Reg. 45, c. 201, f. 34 v°; Potth., 23279.)

.. *guardiano fratrum ordinis minorum Argentinensi* committit quatenus Matthiam, canonicum ecclesiae Sancti Stephani Argentinensis, et alios clericos ab excommunicatione tempore generalis interdicti contracta absolvat et cum eis super irregularitate dispenset.

« Ad audientiam nostram... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus maii, anno tertio. »

2727 Sainte-Marie-Majeure, 17 mai 1290.

De decima pro regno Siciliae. (Reg. 45, c. 202, f. 35 r°.)

Venerabili fratri B., episcopo Penestrino, apostolice sedis legato, mandat quatenus a capitulo et clero civitatis Gaietanae, qui a Jacobo, nato quondam Petri, regis Aragonum, et sequacibus ejus labores innumeros pertulerunt, et aliis personis ecclesiasticis civitatis ejusdem decimam ecclesiasticorum proventuum negotio regni Siciliae deputatam non exigat.

(1) *Ms.* : celebrarunt vel se immiscuerunt.

« Dum labores innumeros... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XVI kalendas junii, anno tertio. »

2728 Sainte-Marie-Majeure, 17 mai 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 202², f. 35 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui ecclesiam Gaietanam, in honorem beatae Mariae virginis constructam, in singulis ejusdem virginis, sanctorum Herasmi, Probi, Innocentii, Marchiani, Secundini et Casti, martyrum, et sanctarum Albinae et Heuporiae, virginum, quorum corpora in eadem ecclesia requiescunt, festivitatibus, per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae devote visitaverint.

« Virga venustissima et... — Dat. ut supra. »

2729-2730 Sainte-Marie-Majeure, 15 mars 1290.

Ad solutionem debitorum Lundensis ecclesiae. (Reg. 45, c. 203, f. 35 r°; Potth., 23209.)

Venerabili fratri J., archiepiscopo Lundensi, fructus, redditus et proventus primi anni omnium beneficiorum ecclesiasticorum quae per quinquennium in provincia Lundensi vacabunt, in solutionem debitorum Lundensis ecclesiae convertendos, concedit.

« Desideriis tuis in... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus martii, anno tertio. »

In e. m. .. episcopo Roskildensi, .. de Nestwe et .. Sanctae Mariae de Sora, Roskildensis dioecesis, monasteriorum abbatibus mandat ut eidem archiepiscopo praedictos fructus et redditus ministrari faciant.

« Desideriis venerabilis fratris... — Dat. ut supra. »

2731 Orvieto, 9 juin 1290.

Fratribus de Sempyngham venditur locus fratrum de Poenitentia Jesu Christi in Canthebrigia. (Reg. 45, c. 204, f. 35 r°.)

.. *archidiacono Stowe in ecclesia Lincolniensi.* « Ex parte dilectorum filiorum .. magistri et fratrum ordinis de Sempyngham in Anglia fuit expositum coram nobis quod ipsi ad castrum de Canthebrigia, Eliensis diocesis, ubi generale viget studium, fratres eorum frequenter destinant ad studium, qui cum ibidem domum non habeant, oportet eos in domibus secularium et cum secularibus commorari; unde, cum apud castrum predictum domum habere desiderent, in qua conventum habere intendant et in qua fratres studentes pro tempore inibi commorentur, et locus quem fratres de Penitentia Jesu Christi in castro predicto obtinent sit in brevi a dictis fratribus relinquendus, dicti magister et fratres nobis humiliter supplicarunt ut locum predictum, cum domibus et pertinentiis suis, pro pretio quod de illis haberi posset ab alio, eis benigne concedere dignaremur. Nos itaque, eorumdem magistri et fratrum supplicationibus inclinati, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus, si tibi constiterit de premissis, super quibus tuam intendimus conscientiam onerare, prefatum locum, cum domibus et pertinentiis suis, cedentibus vel decedentibus fratribus in domo residentibus memorata, vel eis in dicto ordine de Sempingham, si de ipsorum voluntate processerit, collocatis, prefatis magistro et fratribus, pro pretio quod poterit haberi ab alio de eisdem (licentiam), subastatione prehabita, auctoritate nostra concedas, ac idem pretium in aliquo tuto loco, nomine nostro et ecclesie romane, deponere non obmittas, in Terre Sancte subsidium, vel alias, prout nobis placuerit, convertendum, faciens super venditione ac depositione hujusmodi duo confici similia publica instrumenta, quorum alterum penes te retineas, nobis reliquum transmissurus. Dat. apud Urbemveterem, V idus junii, anno tertio. »

2732 Orvieto, 5 juin 1290.

Alienatio bonorum monasterii Sancti Germani de Pratis. (Reg. 45, c. 205, f. 35 v°; Lap. du Theil, III, 139.)

.. *abbati monasterii Sancti Petri de Meloduno, Senonensis diocesis*, mandat quatenus inquirat de petitione qua .. abbas et conventus monasterii Sancti Germani de Pratis Parisiensis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, permutandi quaedam bona quae in Suessionensi dioecesi possident poscunt.

« Dilecti filii .. abbas... — Dat. apud Urbemveterem, nonis junii, anno tertio. »

2733 Orvieto, 5 juin 1290.

Alienatio bonorum monasterii Trevortiensis. (Reg. 45, c. 205², f. 35 v°; Potth., III, 132.)

.. *episcopo Cabilonensi* mandat quatenus inquirat de petitione qua .. abbas et conventus monasterii Trevortiensis, ordinis S. Benedicti, Cabilonensis dioecesis,

permutandorum quorumdam bonorum licentiam poscunt.

« Dilecti filii .. abbas... — Dat. ut supra. »

2734 Sainte-Marie-Majeure, 13 juin 1290.

Ad sustentationem Policastrensis episcopi. (Reg. 45, c. 206, f. 35 v°.)

.. *episcopo Penestrino, apostolice sedis legato.* « Multa nimirum compassione... Cum itaque, sicut venerabilis noster Paganus, Policastrensis episcopus, flebili nobis relatione monstravit, pro devotione ac fidelitate quam ipse ac sui ad romanam gerunt ecclesiam, preter id quod duo fratres ipsius capti ab ipsis hostibus extiterunt, quorum unus in carcere jam decessit, idem, destitutus bonis omnibus et in exilio constitutus, non habeat unde defendat inopem suam, que olim in bonis temporalibus habundabat... fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus eidem episcopo aliquam ecclesiam seu beneficium ecclesiasticum, si quod vel si qua infra fines tue legationis vacat ad presens, vel quamprimum ad id obtulerit se facultas, auctoritate nostra committas, tandiu pro sui ac familie sue substentatione retinendam seu retinendum ab ipso donec ad Policastrensem ecclesiam secure redire valeat et in illa morari, tantumque percipere de fructibus ipsius quod ad ejusdem episcopi dicteque familie sustentationem sufficere dinoscatur. Non obstante... Dat. apud Urbemveterem, idibus junii, anno tertio. »

2735 Sainte-Marie-Majeure, 7 mai 1290.

Remittit iter ad limina. (Reg. 45, c. 207, f. 35 v°.)

Fernando, episcopo Abulensi.

« Ex parte tua... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis maii, anno tertio. »

2736 Sainte-Marie-Majeure, 1er mai 1290.

Facultas absolvendi ab excommunicatione. (Reg. 45, c. 207², f. 35 v°.)

Eidem facultatem concedit absolvendi clericos Abulensis dioecesis qui, « tanquam juris ignari et facti immemores, tempore interdicti generaliter in partibus Ispanie promulgati, interdum per simplicitatem et aliquando propter metum, qui cadere poterat in constantes, non tamen in contemptu clavium, celebraverunt divina sollempniter et, propter hoc excommunicatione ligati, immiscuerunt postmodum se divinis; » et dispensandi cum eis super irregularitate quam ex hoc incurrerunt.

« Cum sicut ex... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, kalendis maii, anno tertio. »

2737-2738 Sainte-Marie-Majeure, 10 juin 1290.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum et defectu ordinum. (Reg. 45, c. 208, f. 36 r°; Lap. du Theil, III, 141.)

Magistro Johanni dicto Legrant, archipresbytero de Ambernaco, Pictavensis diocesis. Cum eo dispensat ut archipresbyteratum de Ambernaco et ecclesiam de Pressaco, quae a G., episcopo Pictavensi, recepit et detinuit, et pro quibus se ad sacerdotium temporibus statutis promoveri non fecit, licite detinere possit.

« Lecta coram nobis... — Dat. apud Urbemveterem, IIII idus junii, anno tertio. »

In e. m. .. cantori Morinensis, Stephano de Borreto, majoris, et Baldoino Johannis, Sancti Ylarii Pictavensium ecclesiarum canonicis, mandat quatenus Johannem dictum Legrant in corporalem possessionem praedictorum archipresbyteratus et ecclesiae inducant.

2739 Sainte-Marie-Majeure, 13 mai 1290.

De contentione inter monasterium Sancti Ægidii, ordinis S. Benedicti, Nemausensis dioecesis, et alia monasteria villae Sancti Ægidii. (Reg. 45, c. 209, f. 36 r°; Lap. du Theil, III, 143.)

Venerabili fratri .. episcopo Ruthenensi. « Sua nobis dilecti filii .. guardianus fratrum ordinis minorum, .. preceptor domus militie Templi et .. prior hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani ac fratres sui de villa Sancti Egidii petitione monstrarunt quod, eis dudum significantibus nobis quod Raymundus, abbas monasterii Sancti Egidii, loci ejusdem, ordinis S. Benedicti, Nemausensis diocesis, metam sue jurisdictionis egrediens et ad ipsorum indebitam molestationem aspirans, predictos guardianum, preceptorem, priorem et fratres, necnon et servientes, familiares et donatos ipsorum in eadem villa et districtu consistentes ipsius, pretextu cujusdam privilegii eidem abbati, ut dicitur, per felicis recordationis Clementem papam, predecessorem nostrum, indulti, molestare, turbare ac vexare indebite presumebat, in eorum non modicum prejudicium et gravamen, apostolice sedis injuriam et contemptum ac non modi-

cum scandalum fidelium plurimorum. Nos dictum abbatem per nostras sub certa forma litteras rogandum attente duximus et hortandum, dantes sibi nichilominus in mandatis, ut ab hujusmodi eorumdem guardiani, preceptoris, prioris et fratrum gravaminibus, molestiis, injuriis et jacturis, pro divina et apostolice sedis ac nostra reverentia, penitus abstineret, eos occasione premissa ulterius non turbando, ita quod eis justa de abbate ipso conquerendi materia tolleretur, nosque devotionem ipsius possemus exinde non immerito commendare. Cumque guardianus, preceptor, prior et fratres predicti ac etiam Andreas Mathie, frater predicte domus militie Templi, cum quodam tabellione, ad dictum monasterium accessissent, ut dicto abbati litteras presentarent easdem, ac idem abbas, in camera propria se includens, eis sui copiam facere denegaret, predictus frater Andreas, de consensu guardiani, preceptoris et prioris ipsorum, presentibus .. officiali abbatis ejusdem ac etiam non modica multitudine monachorum monasterii supradicti, tabellionem rogavit eundem ut super eo quod prefatus abbas predictas nostras recipere litteras non curabat conficeret publicum instrumentum; predicti vero officialis et monachi, modestie monachalis obliti, sumptis armis, in guardianum, preceptorem, priorem et fratrem Andream et tabellionem prefatos temere irruentes, ipsos per gradus camere supradicte, non sine injectione manuum violenta, descendere compulerunt; et cum ipsi propterea non indigne perterriti per ipsius monasterii hostium exire putarent, ac per illud, cum clausum et firmatum clavibus et cathenis existeret, egredi non valerent, predictos officialem et monachos cum instantia rogaverunt ut eis prefatum facerent hostium aperiri, quibus id denegantibus in actum producere, guardianus, preceptor, prior, frater Andreas et tabellio memorati aliquandiu in dicto monasterio inviti quasi carceri traditi permanserunt; tandem abire permissi, exinde recesserunt; dieque sequenti ad prefatum monasterium redeuntes, dicto abbati pretactas nostras litteras presentarunt, quibus per eundem lectis et inspectis abbatem, dictus frater Andreas abbatem ipsum rogare curavit ut, ob reverentiam Dei et nostram, predictis nostris precibus et mandato pareret humiliter ac ea efficaciter adimpleret. Idem vero abbas, preces et mandatum hujusmodi deducens penitus in contemptum, taliter respondisse proponitur quod, si per ipsum vel officialem suum, sua vel privilegiorum dicte sedis auctoritate, contra guardianum, preceptorem, priorem et fratres prefatos in villa existentes eadem in aliquo processum fuerat, processus hujusmodi volebat in suo robore permanere, ac ipsos in perpetuum valere pronuntians, eos, quantum in eo extitit, confirmavit, tam eodem abbate quam predicto ejus officiali expresse communicantibus quod contra eosdem guardianum, preceptorem, priorem et fratres pejora prioribus committere procurarent, in nostram et predicte sedis injuriam et contemptum, ac dictorum guardiani, preceptoris, prioris et fratrum non modicum prejudicium et gravamen. Cumque prefati guardianus, preceptor, prior et fratres ad nostram super hoc providentiam recurrissent, nos experiri volentes an aliqua in abbate ipso scintilla obedientie remansisset, que posset in eo accendere fervorem obedientie filialis, sibi nostris dedimus litteris in mandatis ut, fame sue provide consulens et saluti, et ab ipsorum guardiani, preceptoris, prioris et fratrum molestia omnino quiescens, infra unius mensis spatium post receptionem litterarum ipsarum super hiis in quibus ipsos offenderat eis plenarie satisfacere procuraret, ita quod preteritam negligentiam per diligentiam redemerit subsequentem, injuncto nichilominus tibi per alias nostras litteras spetiales ut, si idem abbas hujusmodi mandatum nostrum infra prefixum tempus, in superbiam forsan erectus, contempneret adimplere, tu, si per famam seu indaginem non sollempnem de premissis tibi constaret, eundem abbatem ex tunc ex parte nostra per te vel per alium peremptorie citare curares ut infra tres menses post citationem tuam compareret personaliter coram nobis, pro meritis recepturus ac facturus super premissis quod ei duxerimus, suadente justitia, injungendum. Verum, etsi prefatus abbas, predictis litteris nostris ultimo sibi directis presentatis eidem, mandatis nostris in hac parte, non absque dicte sedis et persone nostre contemptu nimio, spreverit obedire, tu tamen, deferens homini contra Deum per prefatas litteras traditam tibi formam et ad inquisitionem sollempnem super premissis faciendam descendens, ac si spectaret ad te de predictis omnibus judicare, ad citationem faciendam predictam hucusque pro tuo procedere libito distulisti, sex mensibus et amplius jam elapsis, in eorumdem guardiani, preceptoris, prioris et fratrum grave prejudicium et gravamen, propter quod ipsi, gravati laboribus et exausti expensis, ad ejusdem sedis clementiam recurrere sunt coacti, nobis humiliter supplicantes ut, ne, quod absit, fiat quodammodo immortalis, providere ipsis super hoc misericorditer dignaremur. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta et sub suspensionis pena, quam eo ipso te incurrere volumus, si mandatum in hac parte nostrum neglexeris adimplere, districte precipiendo mandamus quatenus ad citationem hujusmodi per te vel per alium infra unius mensis spatium a receptione presentium computandum procedere non omittas, prefixo sibi termino peremptorio

competenti quo ipse personaliter compareat coram nobis, pro meritis recepturus et facturus super predictis quod ei, suadente justitia, duxerimus injungendum. Diem vero citationis et formam et quicquid super premissis faciendum duxeris nobis per tuas litteras harum seriem continentes studeas fideliter intimare. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, III idus maii, anno tertio. »

2740 Orvieto, 13 juin 1290.

Contra molestatores capituli Metensis. (Reg. 45, c. 210, f. 36 v°; Lap. du Theil, III, 147.)

.. *primicerio*, .. *decano et capitulo ecclesie Metensis.* « Desideriis vestris super... Vestris supplicationibus inclinati, ut manifestos occupatores bonorum ad ecclesiam ipsam, canonicos, cappellanos et clericos ipsius communiter vel divisim spectantium, et notarios malefactores ipsorum, nisi a vobis canonice moniti occupata hujusmodi restituerint et de dampnis illatis satisfecerint competenter infra competentem terminum, quem eis ad hoc duxeritis prefigendum, possitis excommunicationis, suspensionis et interdicti sententias promulgare, ac deinde ipsos ab illis absolvere, postquam vobis super hiis fuerit plenarie satisfactum... Dat. apud Urbemveterem, idibus junii, anno tertio. »

2741-2742 Orvieto, 13 juin 1290.

De decima regi Francorum in Metensi et Virdunensi dioecesibus concessa. (Reg. 45, c. 210², f. 37 r°; Lap. du Theil, III, 149.)

Collectoribus decime concesse carissimo in Christo filio nostro .. regi Francorum illustri pro negotio regni Aragonie. « Ex parte venerabilis fratris nostri .. episcopi et dilectorum filiorum capituli ac totius cleri civitatis et diocesis Metensis non sine magno dolore fuit expositum coram nobis quod, inimico homine in partibus illis seminante discordiam, adeo per incendia, rapinas, depopulationes agrorum hostiumque incursus sunt redditibus et proventibus ecclesiasticis diminuti quod, quasi ad paupertatem deducti, vix habent unde valeant sibi vite necessaria ministrare, propter quod de ipsorum redditibus et proventibus decimam pro negotio regni Aragonie ad tres annos indictam pro anno presenti, qui incepit in anno Nativitatis Domini proximo preterito, non potuerunt solvere neque possunt. Quare nobis humiliter supplicarunt ut ipsos a solutione ipsius decime pro dicto anno presenti absolvere de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque, necessitatibus eorum modo alio providere volentes, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus, si premissis veritas suffragetur, vos vel alter vestrum, ipsos a prestatione ipsius decime pro dicto anno presenti auctoritate nostra penitus absolventes, illam pro tribus annis futuris incipiendis in festo Nativitatis Domini proximo futuro predicto, prout indicta est et quatenus illam juxta quantitatem redditiuum ecclesiasticorum qui ad eos pervenerint solvere poterunt, ab eis fideliter exigatis. Si quos vero ex eisdem propter hoc excommunicationis sententiam et irregularitatem inveneritis incurrisse, ipsos a sententia ipsa absolvere ac cum eis super irregularitate hujusmodi auctoritate nostra dispensare curetis, prout secundum Deum et animarum suarum saluti videritis expedire. Dat. ut supra. »

Orvieto, 10 octobre 1290.

« In e. m. eisdem collectoribus, pro venerabili fratre .. episcopo et dilectis filiis capitulo ac toto clero civitatis et diocesis Virdunensis, sub Dat. apud Urbemveterem, VI idus octobris, anno tertio. » (*En marge*).

2743-2744 Orvieto, 13 juin 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 211, f. 37 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui ecclesiam cathedralem Metensem, in honorem beati Stephani protomartyris constructam, in singulis beatae Mariae, Nativitatis et Resurrectionis Domini, Pentecostes, Omnium Sanctorum, Inventionis S. Stephani et Conversionis S. Pauli festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint.

« Cum ad promerenda... — Dat. ut supra. »

Sainte-Marie-Majeure, 5 mars 1290.

In e. m. Jacobo, Sanctae Mariae in Via lata diacono cardinali, archipresbytero, ac .. priori et capitulo basilicae Sanctae Mariae Majoris de Urbe. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui altare in honorem Sancti Stephani de novo in praedicta basilica constructum in die dumtaxat qua illud contigerit consecrari, et postmodum basilicam et altare praedicta in anniversario hujus dedicationis die et in festo S. Stephani visitaverint.

« Loca sanctorum omnium... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, III nonas martii, anno tertio. »

2745-2746 Sainte-Marie-Majeure, 12 mai 1290.

Aldebrandus rector hospitalis Sancti Peregrini de Alpibus confirmatur. (Reg. 45, c. 212, f. 37 r°; Potth., 23272.)

Aldebrando, rectori hospitalis Sancti Peregrini de Alpibus, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, Lucane diocesis. Electionem ejus, tunc fratris praedicti hospitalis, per cessionem Bonacursi vacantis, confirmat.

« Dudum nobis per... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, IIII idus maii, anno tertio. »

In e. m. capitulo ejusdem hospitalis mandat ut eidem rectori debitam obedientiam praebeat.

2747 Orvieto, 5 juin 1290.

Decanatum Coloniensis ecclesiae, per mortem Theoderici de Buren vacantem, collationi apostolicae reservat. (Reg. 45, c. 213, f. 37 v°; Lap. du Theil, III, 140.)

Ad futuram rei memoriam.

« Cum sicut intelleximus... — Dat. apud Urbemveterem, nonis junii, anno tertio. »

2748 Orvieto, 13 juin 1290.

Archiepiscopo Coloniensi facultatem concedit conferendi decanatum Coloniensem. (Reg. 45, c. 213², f. 37 v°; Lap. du Theil, III, 151.)

Syfrido, archiepiscopo Coloniensi.

« Coloniensem ecclesiam ut... — Dat. apud Urbemveterem, idibus junii, anno tertio. »

2749 Sainte-Marie-Majeure, 1er mai 1290.

Dispensatio super defectu natalium et pluralitate beneficiorum. (Reg. 45, c. 214, f. 38 r°.)

Magistro Gotfrido, rectori ecclesie de Mistelbach, Pataviensis diocesis, quocum jam dispensatum est ut, non obstante defectu natalium quem patitur, e subdiacono et soluta genitus, ad omnes ordines promoveri et ecclesiasticum beneficium, etiam curam habens, obtinere posset, rursum, consideratione Alberti, ducis Austriae et Stiriae, primogeniti R., regis Romanorum, cujus protonotarius est praedictus Gotfridus, indulget ut personatum vel dignitatem, episcopali dignitate excepta, libere recipere et cum ecclesia de Mistelbach, curam animarum habente, licite retinere valeat.

« Virtutum merita grandia... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, kalendis maii, anno tertio. »

2750-2755 Orvieto, 20 juin 1290.

Guido ecclesiae Aniciensi episcopus praeficitur. (Reg. 45, c. 215, f. 38 r°; Lap. du Theil, III, 153.)

Guidoni, electo Aniciensi. Vacante Aniciensi ecclesia, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinenti, per mortem Fredoli, Raymundus, decanus, et capitulum per compromissarios suos, videlicet ipsum Raymundum, Armandum, abbatem Sancti Petri in Aniciensi ecclesia, Adelbertum de Petra, Johannem dictum Cardinalem et Gaufridum de Sancto Bonito, Aniciensis ecclesiae canonicos, elegerunt Andream, tunc archidiaconum Redensem in ecclesia Narbonensi; hoc vero electioni suae consentire nolente, papa Guidonem, capellanum suum et litterarum contradictarum auditorem, Aniciensi ecclesiae episcopum praeficit.

« Ad universas orbis... — Dat. apud Urbemveterem, XII kalendas julii, anno tertio. »

In e. m. .. decano et capitulo Aniciensibus mandat quatenus eidem electo debitam obedientiam praebeant.

In. e. m. clero civitatis et dioecesis Aniciensis.

In e. m. populo civitatis et dioecesis Aniciensis.

In e. m. universis vassallis Aniciensis ecclesiae.

In e. m. Philippum, regem Franciae, rogat ut praedictum electum favore suo prosequatur.

« Ad fovendum in... — Dat. ut supra. »

2756 Sainte-Marie-Majeure, 11 mai 1290.

Absolvit a juramento de solvendis usuris praestito. (Reg. 45, c. 216, f. 38 v°; Lap. du Theil, III, 157.)

Henrico, archiepiscopo Burdegalensi. « Ad audientiam nostram pervenit quod tu, necessitate cogente, a quibusdam mercatoribus quasdam pecuniarum summas mutuo recepisti, datis super hoc fidejussoribus, qui se, ad instantiam tuam, ad satisfaciendum de pecunia ipsa certis locis et terminis dictis mercatoribus (se) principaliter obligarunt, de solvendis et non repetendis usuris tam a te quam a dictis fidejussoribus corporalibus prestitis juramentis. Nos itaque, attendentes quod juramentum iniquitatis vinculum esse non debet, sed justitie firmamentum, ac volentes, quantum cum Deo possumus, tuis indempnitatibus precavere, te ac fidejussores eosdem ab observatione juramenti predicti auctoritate presentium

duximus absolvendos. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, v idus maii, anno tertio. »

2757 Orvieto, 5 juin 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 217, f. 38 v°.)

.. *archiepiscopo Toletano* committit quatenus cum Sancio Fernandi et Mentia, nata Didaci Petri dicti Machuca, civibus Tholetanis, dispenset ut in matrimonio olim ab ipsis, ignorantibus se tertio consanguinitatis gradu conjunctos esse, contracto remanere possint.

« Exhibita nobis dilecti... — Dat. apud Urbemveterem, nonis junii, anno tertio. »

2758 Orvieto, 14 juin 1290.

Collatio beneficii et dispensatio super defectu natalium. (Reg. 45, c. 218, f. 38 v°; Lap. du Theil, III, 159.)

Dilectis filiis .. Hanonie in ecclesia Cameracensi ac magistro Johanni de Insula, Leodiensi archidiaconis, ac .. cancellario ecclesie Tornacensis mandat quatenus magistrum Hellinum de Hyelemes in ecclesia Sancti Petri Insulensi canonicum recipi faciant et ei de praebenda provideant, non obstantibus defectu natalium quem ipse Hellinus patitur, de soluto genitus et soluta, et mandato capitulo Sancti Petri ab apostolica sede facto ne aliquem nisi de legitimo matrimonio natum recipere posset.

« Petitio dilecti filii... — Dat. apud Urbemveterem, xviii kalendas julii, anno tertio. »

2759 Orvieto, 17 juin 1290.

Exemptio decimae. (Reg. 45, c. 219, f. 39 r°.)

.. *magistro et fratribus hospitalis Sancte Marie de Urbeveteri.* Inhibet ne quis eos de bonis quae in usus infirmorum et pauperum convertuntur ad solutionem decimae negotio regni Siciliae deputatae compellat. Sententias quoque suspensionis, interdicti et excommunicationis, si quae propter hanc decimam in eos latae fuerint, irritas decernit.

« Pietati conveniens et... — Dat. apud Urbemveterem, xv kalendas julii, anno tertio. »

2760-2765 Orvieto, 22 juin 1290.

Guillelmus Reginae ecclesiae episcopus praeficitur. (Reg. 45, c. 220, f. 39 r°; Potth., 23294.)

Dilecto filio fratri Guillelmo, electo Regino. Vacante Regina ecclesia per obitum Guillelmi, duae electiones, altera videlicet de quondam Francisco de Fullano, Regino, altera de quondam Theodisio de Flisco, Laudunensi canonicis, in discordia celebratae fuerunt, quarum negotio ad sedem apostolicam devoluto et causa coram J., Sanctae Mariae in Via lata diacono cardinale pendente, Theodisius et deinde Franciscus mortui sunt. Provisionem igitur ejusdem ecclesiae papa sibi reservavit, et nunc ei Guillelmum, ordinem fratrum minorum professum, in officio poenitentiariae papae laudabiliter comprobatum, episcopum praeficit.

« Inter varia innumeraque... — Dat. apud Urbemveterem, x kalendas julii, anno tertio. »

In e. m. capitulo ecclesiae Reginae mandat quatenus eidem Guillelmo debitam obedientiam praebeat.

In e. m. clero civitatis et dioecesis Reginae.

In e. m. populo Regino.

In e. m. universis ecclesiae Reginae vassallis mandat quatenus eidem electo solita fidelitatis juramentum et servitia exhibeant.

In e. m. .. marchioni Estensi.

« Occurrit nobis de... — Dat. ut supra. »

2766-2771 Orvieto, 3 juillet 1290.

De eodem negotio. (Reg. 45, c. 221, f. 39 r°; en marge.)

Nicolaus etc. Venerabili fratri Guillelmo, episcopo Regino, salutem etc., « Inter varia etc., ut supra, usque possidere. Dat. apud Urbemveterem, v nonas julii, anno tertio. »

« In e. m. .. archidiacono, .. archipresbytero et capitulo ecclesie Regine, excepto quod ubi dicitur electus debet dici episcopus. »

In e. m. clero civitatis et dioecesis Reginae.

In e. m. populo Regino.

In e. m. universis ecclesiae Reginae vassallis.

In e. m. nobili viro .. marchioni Estensi.

2772 Sainte-Marie-Majeure, 7 mars 1290.

In subsidium Terrae Sanctae. (Reg. 45, c. 221², f. 39 v°.)

Nobili mulieri Blance, filie clare memorie Ludovici, regis Francorum, relicte quondam Ferrandi, primogeniti clare memorie Alfonsi, regis Castelle, vidue. « Cum, sicut asseris, zelo fidei ac devotionis inducta, quandam pecunie summam de propriis bonis, secundum confessoris tui consilium, proponas in Terre Sancte subsidium erogare, nos, devotionem tuam dignis in Domino laudibus commen-

dantes ac volentes ut ex hoc premium condigne remunerationis acquiras, tibi, postquam pecuniam ipsam in dicte terre subsidium erogaveris, illam, juxta hujusmodi quantitatem subsidii et devotionis affectum, auctoritate presentium, peccatorum tuorum, de quibus corde contrita et ore confessa fueris, veniam indulgemus que proficiscentibus in Terre Sancte subsidium in generali consilio a sede apostolica est concessa. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis martii, anno tertio. »

2773 Sainte-Marie-Majeure, 7 mars 1290.

Licentia celebrandi vel audiendi officia in locis interdictis. (Reg. 45, c. 221[3], f. 39 v°.)

Eidem.

« Apostolice sedis benignitas... — Dat ut supra. »

2774 Orvieto, 23 juillet 1290.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 45, c. 222, f. 39 v°.)

.. *electo Cassellensi* concedit quatenus cum Willelmo Patricii, presbytero Cassellensis dioecesis, quocum jam dispensatum est ut, non obstante defectu natalium quem patitur, e soluto genitus et soluta, ad omnes ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, etiam curam animarum habens, recipere posset, rursus dispenset ut quamlibet dignitatem, episcopali excepta, recipere valeat.

« Constitutus in nostra... — Dat. apud Urbemveterem, x kalendas augusti, anno tertio. »

2775 Orvieto, 13 juin 1290.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 45, c. 223, f. 39 v°.)

Gerardo dicto de Nerlis de Florentia, capellano venerabilis fratris nostri B., episcopi Penestrini, quocum jam dispensatum est ut, non obstante defectu natalium quem patitur, e soluto genitus et soluta, ad omnes ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, etiam curam animarum habens, recipere posset, rursus indulget ut personatum vel dignitatem, episcopali excepta, recipere valeat.

« Meritis tue devotionis... — Dat. apud Urbemveterem, idibus junii, anno tertio. »

2776 Orvieto, 22 juin 1290.

Ad inquisitionis officium in Francia. (Reg. 45, c. 224, f. 39 v°; Lap. du Theil, III, 161; Potth., 23297.)

.. *priori provintiali fratrum ordinis predicatorum in Francia* mandat ut sex fratres suae provintiae eligat eisque praecipiat ut inquisitionis officium in regno Franciae, comitatibus et terris C., regis Siciliae, exceptis, exequantur.

« Pre cunctis nostre... — Dat. apud Urbemveterem, x kalendas julii, anno tertio. »

2777 Orvieto, 27 juin 1290.

Praedicatoribus inquisitionis officium in regno Franciae committit (Reg. 45, c. 225, f. 40 r°).

Dilectis filiis fratribus ordinis predicatorum, inquisitoribus heretice pravitatis in regno Francie deputatis auctoritate apostolica et in posterum deputandis. « Pre cuntis nostre mentis, etc., ut supra, usque et doctrinam fundant erudita labia salutarem, ut sacro ipsarum ministerio prefatum regnum immune prorsus ab hujusmodi contagiis preservetur. Ut autem inquisitionis officium contra hereticos in prefato regno auctoritate apostolica possit efficatius adimpleri, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, in remissionem vobis peccaminum injungentes, quatenus in caritate Dei, hominum timore postposito, virtutem spiritus induentes ex alto, predictum officium, quod apostolica vobis auctoritate committimus in dicto regno, comitatibus et terris carissimi in Christo filii nostri C., regis Sicilie illustris et Provincie comitis, dumtaxat exceptis, simul vel separatim aut singulariter, prout negotii utilitas suadebit, sub spe mercedis eterne sic efficaciter prosequi et exequi studeatis ut per sollicitudinis vestre prudentiam de regno ipso radix iniquitatis heretice, si qua est in aliquibus ejus partibus, succidatur, et vinea Domini, exterminatis vulpeculis que perversis morsibus demoliuntur eandem, fructus afferat catholice puritatis. Si quos autem de pravitate predicta culpabiles inveneritis vel infectos seu etiam infamatos, contra ipsos, nisi examinati absolute velint mandatis ecclesie obedire, necnon et contra receptatores, defensores et fautores eorum, juxta sanctiones canonicas auctoritate apostolica, hominum metu divino timori postposito, procedatis. Non obstantibus aliquibus litteris ad quoscumque alios de regno ipso, exceptis locorum diocesanis et inquisitoribus pravitatis ejusdem in comitatibus et terris predictis a sede deputatis eadem, super hujusmodi negotio ab ipsa sede directis, quarum deinceps ad inquisitiones

hujusmodi faciendas nolumus auctoritate procedi; quinimmo ne procedatur per illas districtius inhibemus, nec pretextu commissionis spetialiter eisdem diocesanis super hoc facte vestros processus in eorundem diocesanorum civitatibus et diocesibus volumus impediri; nec per hoc quod fidei negotium generaliter in ipso regno vobis committimus commissiones a prefata sede diocesanis eisdem factas, si forsan illarum seu etiam ordinaria velint auctoritate procedere, intendimus revocare. Verum tamen, sive auctoritate ordinaria sive ex delegatione predicte sedis iidem diocesani in hujusmodi negotio processerint, nequaquam volumus vel per concursum processuum vel alias quomodolibet vestros impediri processus, quin diocesanorum ipsorum processibus non obstantibus in eodem negotio procedere libere valeatis. Si vero aliqui ex predictis, heretica labe penitus abjurata, redire voluerint ad ecclesiasticam unitatem, eis juxta formam ecclesie absolutionis beneficium impendatis et injungatis eisdem quod injungi talibus consuevit. Proviso sollerter ne simulata conversione redeant fraudulenter et, vos immo potius se ipsos fallentes, sub agni spetie gerant lupum. Quod si aliqui fuerint judicandi heretici vel incarcerationis pena perpetue alicui pro hujusmodi crimine fuerit infligenda, ad id per vos de diocesanorum vel vicariorum suorum, si ipsis diocesanis absentibus presentes fuerint, consilio procedatur, ut in tante animadversionis juditio non postponenda pontificum auctoritas intercedat. Verum quia in tam gravi crimine cum multa oportet cautela procedi, ut in reos sine ullo proferatur errore dure ac digne severitas ultionis, volumus et mandamus ut vos vel illi quos ad hoc duxeritis deputandos in examinatione testium quos recipi super crimine predicto ipsumque contingentibus oportuerit adhibeatis duas religiosas et discretas personas, in quarum presentia per publicam, si commode poterit haberi, personam aut per duos viros ydoneos fideliter eorundem depositiones testium conscribantur. Ad conscribendas quoque hujusmodi depositiones testium et ad faciendum omnia que in commisso vobis officio ad scrinarii seu tabellionis officium pertinent teneri districte precipimus, cum per vos seu per deputatos ad hoc a vobis requisiti fuerint, omnes et singulos vestri ordinis fratres qui, dum essent in seculo, hujusmodi tabellionatus officium habuisse et exercuisse noscuntur, et illos etiam quibus idem tabellionatus officium ratione prefati negotii fidei fuit a predicta sede commissum et in posterum committetur. Concedentes hujusmodi fratribus necnon et aliis religiosis quibuslibet qui similiter, dum essent in seculo, dictum tabellionatus officium habuerunt et exercuerunt, quibuscumque etiam clericis secularibus officium ipsum habentibus, etiam si iidem fratres et clerici sint in sacris ordinibus constituti, exercendi libere officium ipsum quo ad premissa, non obstante aliquo contrario statuto canonis vel ordinis quocumque vallato munimine, plenariam facultatem. Quod si testibus quos a vobis recipi vel alio vice vestra super eodem crimine examinari contigerit ex publicatione nominum eorundem videritis periculum imminere, ipsorum nomina non publice sed secrete coram aliquibus personis providis et honestis, religiosis et aliis, ad hoc vocatis, de quorum consilio ad sententiam vel condempnationem procedi volumus, exprimantur. Et sic, non obstante quod illis contra quos hujusmodi testes deposuerunt eorum nomina non fuerint publicata, ad cognitionem judicis instruendam adhibeatur plena fides testium depositionibus eorundem. Ut ergo commissi vobis officii debitum utilius et liberius exequamini, committendi citationes testium, examinationes, cum de hujusmodi crimine ac ipsius circumstantiis duxeritis inquirendum, ita tamen quod eidem examinationi due persone religiose, ut dictum est, intersint, et denuntiationes sententiarum quas in quoslibet hac de causa tuleritis, accersiendi quoque, prout expedierit, peritos quoslibet ut vobis in hujusmodi ferendis sententiis prebeant consilium oportunum ac vobis assistant, convocandi etiam clerum et populum civitatum, castrorum aliorumque locorum, prout dicto negotio fidei videritis expedire. Insuper in dicto negotio de plano et absque judiciorum et advocatorum strepitu, ac contra illos quos in predicto regno in hereseos crimine commisisse constiterit, licet ad alias partes se transferendos duxerint, procedendi, necnon faciendi vobis libros seu quaternos et alia scripta in quibus inquisitiones facte et processus per quoscumque auctoritate sedis apostolice vel legatorum ejus habiti contra hereticos continentur a quibuslibet assignari, et observari omnia statuta provide edita tam per sedem apostolicam quam in conciliis legatorum ejusdem sedis et etiam in forma pacis olim inite inter romanam ecclesiam et clare memorie regem Francie, ex parte una, et quondam R., comitem Tholosanum, ex altera, que negotium fidei tangere dinoscuntur, sicut promotioni negotii et augmentationi fidei fuerit oportunum; privandi preterea de diocesanorum vel eis absentibus vicariorum suorum consilio hereticos eosdem, credentes, receptatores et defensores eorumque filios et nepotes personatibus, dignitatibus ac beneficiis ecclesiasticis et officiis publicis ac honoribus quibuscumque; necnon largiendi viginti vel quadraginta dierum indulgentiam quoties oportunum videritis omnibus vere penitentibus et confessis qui ad nostram convocationem propter hoc faciendam accesserint plena sit vobis et singulis vestrum presentium te-

nore facultas. Vobis autem pro hujusmodi negotio laborantibus illam peccatorum veniam indulgemus que succurentibus Terre Sancte in generali concilio est concessa. Sociis vero fratribus vestri ordinis et notariis vestris qui una vobiscum in prosecutione hujusmodi negotii laborabunt et omnibus qui personaliter vobis astiterint in eodem negotio et qui ad impugnandum hereticos fautores, receptatores et defensores eorum vobis ex animo prestiterint consilium, auxilium vel favorem, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, auctoritate confisi, tres annos de injunctis eis penitentiis relaxamus. Et si qui ex hiis in prosecutione hujusmodi negotii forte decesserint, eis peccatorum omnium de quibus corde contriti et ore confessi fuerint plenam veniam indulgemus. Compescendi propterea, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, predicatores questuarios, ubi contigerit pro inquisitionis seu fidei negotio congregationem fieri vel alias eidem negotio quomodolibet ex hoc impedimentum afferri a predicationis officio, quod ad ipsos nullatenus pertinet, quorum interest tantum caritativa subsidia simpliciter petere, ac indulgentiam, si quam forte habent, exponere, liberam vobis et singulis vestrum concedimus auctoritate presentium facultatem. Ceterum si forte, quod non credimus, aliqui cujuscumque conditionis huic negotio vobis commisso se opponere seu illud presumpserint aliquatenus impedire, ut non possit procedi libere in eodem, contra eos tanquam contra hereticorum fautores et defensores, contra illos vero qui idem negotium requisiti juxta officium et posse suum non juverint seu foverint studiose, freti eadem auctoritate, intrepide procedatis secundum canonicas sanctiones. Denique, ut circa premissa plene vobis et singulis vestrum coertionis expedita et inviolabilis assit auctoritas, volumus ut ea omnia viriliter exequamini. Invocato, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Contradictores, etc. Non obstantibus aliquibus privilegiis vel indulgentiis quibuscumque personis, cujusvis conditionis, dignitatis vel gradus, religionis vel ordinis, et presertim Cisterciensis, predicatorum, minorum seu heremitarum, sive communitatibus vel universitatibus civitatum et locorum spetialiter vel generaliter sub quacumque verborum expressione vel forma a memorata sede concessis vel imposterum concedendis, etiam si dicatur in illis quod eis per aliquas litteras totum de verbo ad verbum tenorem non continentes privilegiorum vel indulgentiarum ipsarum nequeat derogari, et illis maxime privilegiis et indulgentiis quibus ab ipsa sede concessum est aliquibus seu concedetur deinceps quod excommunicari vel ipsorum terre supponi non possint ecclesiastico interdicto, aut quod predictorum vel aliorum quorumlibet ordinum fratres ad executiones negotiorum aut ad citationes quorumlibet sive denuntiationes sententiarum excommunicationis, suspensionis vel interdicti auctoritate litterarum apostolicarum minime cogi possint, nisi de ipsorum ordinibus et privilegiis vel indulgentiis eis super hoc a sede concessis eadem habeatur in eisdem litteris mentio spetialis, cum ex hujusmodi vel aliis privilegiis et indulgentiis nullum vobis in tante pietatis negotio velimus obstaculum interponi; et constitutione de duabus dietis edita in concilio generali. Dat. apud Urbemveterem, v kalendas julii, anno tertio. »

2778 Orvieto, 26 juin 1290.

Praedicatoribus inquisitionis officium in Bisuntina, Gebennensi, Lausanensi, Sedunensi, Tullensi, Metensi, Verdunensi dioecesibus committit (Reg. 45, c. 226, f. 41 r°.)

Dilectis filiis fratribus ordinis predicatorum, inquisitoribus heretice pravitatis in Bisuntina, Gebennenensi, Lausanensi, Sedunensi, Tullensi, Metensi, Verdunensi civitatibus et diocesibus suis deputatis auctoritate apostolica et in posterum deputandis.

« Pre cunctis etc... — Dat. apud Urbemveterem, vi kalendas julii, anno tertio. »

2779 Orvieto, 27 juin 1290.

De inquisitionis officio. (Reg. 45, c. 226², f. 41 r°; Potth., 23298.)

.. *priori provinciali fratrum ordinis predicatorum in Francia* mandat quatenus tres fratres sui ordinis eligat eisque praecipiat ut inquisitionis officium in Bisuntina, Gebennensi, Lausanensi, Sedunensi, Tullensi, Metensi et Verdunensi civitatibus et dioecesibus contra haereticos et fautores, defensores et receptatores eorum exequantur.

« Pre cunctis etc... — Dat. apud Urbemveterem, v kalendas julii, anno tertio. »

2780 Orvieto, 29 juin 1290.

De eodem negotio. (Reg. 45, c. 227, f. 41 r°; Potth., 23302.)

Dilectis filiis fratribus ordinis predicatorum inquisitoribus heretice pravitatis auctoritate sedis apostolice deputatis et in posterum deputandis significat se statuisse ut pro-

cessus contra haereticos habiti, etiam post obitum papae a quo inquisitores deputati fuerint, validi habeantur.

« Ne aliqui dubitationem... — Dat. apud Urbemveterem, III kalendas julii, anno tertio. »

2781 Orvieto, 7 juillet 1290.

De eodem negotio. (Reg. 45, c. 227², f. 41 r°, en marge; Potth., 23312.)

Nicolaus, etc. Dilectis filiis fratribus ordinis minorum inquisitoribus heretice pravitatis auctoritate sedis apostolice deputatis et in posterum deputandis. « Ne aliqui dubitationem forsan sollicitam excitantes in dubium revocent an processus per vos seu alios fratres vestri ordinis quibus inquisitionis officium contra respersos heretica pravitate etc. ut in proxima superiori, usque. Dat. apud Urbemveterem, nonis julii, anno tertio. »

2782 Orvieto, 13 juin 1290.

Facultas conferendi uni personae tabellionatus officium. (Reg. 45, c. 228, f. 41 v°; Lap. du Theil, III, 163.)

Venerabili fratri B., episcopo Sedunensi.

« Ex parte tua... — Dat. apud Urbemveterem, idibus junii, anno tertio. »

2783 Orvieto, 13 juin 1290.

Remittit iter ad limina. (Reg. 45, c. 228², f. 41 v°; Lap. du Theil, III.)

Eidem.

« Ex parte tua... — Dat. ut supra. »

2784 Orvieto, 13 juin 1290.

Collatio beneficiorum. (Reg. 45, c. 229, f. 41 v°; Lap. du Theil, III, 165.)

Eidem facultatem concedit recipiendi vel faciendi recipi in ecclesia Sedunensi duas personas in canonicos et fratres et providendi eis de praebendis.

« Ex parte tua... — Dat. ut supra. »

2785-2790 Orvieto, 27 juin 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 230, f. 41 v°; Lap. du Theil, III, 175.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui ecclesiam .. ministri et fratrum ordinis Sanctae Trinitatis et captivorum de Mirapice, Tholosanae dioecesis, in singulis sanctorum Dyonisii et Blasii et sanctae Clarae, in quorum honorem eadem ecclesia constructa est, per octo dies sequentes et prima die dominica post Pentecostes visitaverint.

« Vite perempnis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, V kalendas julii, anno tertio. »

Orvieto, 1er juillet 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia monasterii de Montiniaco, Petragoricensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, kalendis julii, anno tertio (*En marge*).

In e. m. eisdem, pro cathedrali ecclesia Tirasonensi. Dat. ut supra (*Ibid.*).

Orvieto, 27 juin 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia monasterii Sanctae Clarae Asisinatis. Dat. apud Urbemveterem, V kalendas julii, anno tertio (*Ibid.*; Potth., 23301).

Orvieto, 4 juillet 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Beati Firmini episcopi et confessoris extra Muros civitatis Uticensis. Dat. apud Urbemveterem, IIII nonas julii, anno tertio (*Ibid.*).

Orvieto, 21 juillet 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sanctae Mariae Magdalenae de Haya Paganelli, Constantiensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, XII kalendas augusti, anno tertio (*Ibid.*).

2791 Sainte-Marie-Majeure, 31 mai 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 230², f. 42 r°.)

.. priori et capitulo secularis ecclesie Sancti Angeli de Setia, Terracinensis diocesis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui ecclesiam praedictam, in honorem S. Angeli dedicatam, in singulis festivitatibus ejusdem sancti, per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint.

« Deus qui miro... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, II kalendas aprilis, anno tertio. »

2792-2793 Sainte-Marie-Majeure, 20 mai 1290.

Dispensatio super defectu aetatis et ordinum. (Reg. 45, c. 231, f. 42 r°.)

Thome de Goldebornh (sic), rectori ecclesie de Kirketon, Lincolniensis diocesis, qui olim ecclesiam de Kirketon Lincolniensis dioecesis, curam animarum habentem, defectum in aetate patiens, recepit et eam aliquandiu absque dispensatione apostolica tenuit, fructus percipendo ex eadem. Cum eo, nunc viginti unum annos nato, dispensat ut praedictam ecclesiam retinere valeat et tamen usque ad quinquennium ad presbyteratum promoveri non teneatur.

« Benigno tibi illa... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XIII kalendas junii, anno tertio. »

In e. m. Antonio de Goldeborch, rectori ecclesiae loci ejusdem, Eboracensis dioecesis. « Benigno, etc. ut in proxima superiori usque exhibita continebat quod tu olim ecclesiam de Goldeborch, Eboracensis diocesis, curam animarum habentem etc. usque humiliter postulasti ut cum vicesimum etatis annum, sicut proponis, attigeris etc. usque in fine. Dat. ut supra. »

2794-2795 Sainte-Marie-Majeure, 20 mai 1290.

Tabellionatus officium. (Reg. 45, c. 232, f. 42 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Dunelmensi facultatem concedit conferendi tabellionatus officium tribus personis.

« Ex parte tua... — Dat. Rome, ut supra. »

Orvieto, 1er juillet 1290.

In e. m. Guidoni, electo Aniciensi, facultatem concedit conferendi tabellionatus officium duabus personis. Dat. apud Urbemveterem, kalendis julii, anno tertio (*En marge*).

2796 Sainte-Marie-Majeure, 15 mars 1290.

Tabellionatus officium. (Reg. 45, c. 232², f. 42 r°.)

Venerabili fratri Johanni, archiepiscopo Lundensi, facultatem concedit conferendi tabellionatus officium tribus personis.

« Ex parte tua... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus martii, anno tertio. »

2797 Sainte-Marie-Majeure, 23 mars 1290.

Contra simoniacos. (Reg. 45, c. 233, f. 42 r°.)

Venerabili fratri Johanni, archiepiscopo Lundensi, Suetie primati. « Ex parte tua fuit propositum coram nobis quod nonnulli clerici et mulieres etiam in nonnullis monasteriis diversorum ordinum, tue civitatis et diocesis, tibi lege diocesana subjectis, ingressum habuerunt mediante vitio symonie, propter quod tu, de talium salute sollicitus, petivisti statui eorum per sedem apostolicam salubriter provideri. Nos itaque, super omnia cupientes occurrere periculis animarum, fraternitati tue presentium auctoritate committimus quatenus religiosos et religiosas predictos ad alia monasteria suorum ordinum transferre procures, injuncta eis et eorum cuilibet propter hoc penitentia competenti. Quod si talibus aliorum monasteriorum difficilis reddatur ingressus, ipsos in propriis monasteriis dispensative de novo recipi facias, eis in choris et refectoriis locis ultimis assignatis, proviso ut bona que predicti religiosi suis monasteriis pro ingressu symoniaco contulerunt convertantur in usus pauperum vel pro substentandis eisdem, si ad alia monasteria transeant, deputentur. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, X kalendas aprilis, anno tertio. »

2798-2799 Orvieto, 24 juin 1290.

Collatio beneficii. (Reg. 45, c. 233², f. 42 v°.)

Magistro Guidoni de Noalhas, canonico Xanctonensi, capellano nostro, canonicatum et praebendam vacantem dat vel vacaturam reservat in Xanctonensi ecclesia, dispensatque cum eo ut eam una cum capiceriatu in Pictavensi, canonicatibus et praebendis in Pictavensi, Remensi, Lemovicensi et Caturcensi ecclesiis, prioratu de Sancto Frontone, Agennensis dioecesis, licite detinere possit.

« Illo recte rationis... — Dat. apud Urbemveterem, VIII kalendas julii, anno tertio. »

In e. m. .. archiepiscopo Bituricensi, .. abbati monasterii Nobiliacensis, Pictavensis dioecesis, et magistro Matthaeo, protonobilissimo, cantori ecclesiae Carnotensis, capellano suo, mandat quatenus eundem Guidonem in corporalem possessionem sui canonicatus inducant.

2800-2801 Orvieto, 24 juin 1290.

Collatio beneficii et dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 45, c. 234, f. 42 v°; Lap. du Theil, III, 167.)

Magistro Guidoni de Noalhas, canonico Xanctonensi,

capellano nostro, personatum vel dignitatem in Xanctonensi ecclesia vacantem confert vel vacaturum reservat, dispensatque cum eo ut hoc beneficium una cum in Pictavensi capiceriatu, in eadem, Remensi, Lemovicensi et Caturcensi ecclesiis canonicatibus et praebendis, et prioratu de Sancto Frontone, Agennensis dioecesis, retinere possit.

« Illo recte rationis... — Dat. apud Urbemveterem, VIII kalendas julii, anno tertio. »

In e. m. .. archiepiscopo Bituricensi, .. abbati monasterii Nobiliacensis, Pictavensis dioecesis, et Matthaeo protonobilissimo, cantori ecclesiae Carnotensis, capellano suo, mandat quatenus Guidoni de Noalhas personatum vel dignitatem in Xanctonensi ecclesia assignari curent.

2802 Orvieto, 30 juin 1290.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 45, c. 235, f. 43 r°.)

Martino de Malegno, clerico Brixiensis diocesis. « Meritis tue devotionis... Ex parte siquidem tua fuit propositum coram nobis quod dudum Margarita, mater tua, credens quod Lanfrancus, laicus, vir ejus, pro eo quod idem L. extra regionem suam per septem annos et amplius fuerat, obiisset, de consensu parentum et amicorum suorum, Ardezoni de Malegno, laico, se matrimonialiter copulavit, et tam idem Ardezonus quam Margarita prefata te, priusquam de vita ipsius Lanfranci eis innotesceret, procrearunt. Quare nobis humiliter supplicasti ut, cum post nativitatem tuam de ipsius Lanfranci vita constaret, tecum quod, non obstante defectu natalium quem pateris de matre conjugata, ut premittitur, genitus et soluto, dispensare misericorditer dignaremur... Dat. apud Urbemveterem, II kalendas julii, anno tertio. »

2803 Orvieto, 1er juillet 1290.

De contentione inter monasterium Croylandiae et Franciscum de Foliano, ratione ecclesiae de Quappelade. (Reg. 45, c. 236, f. 43 r°.)

Dilecto filio R., capellano nostro, abbati, et conventui monasterii Croylandie, ordinis S. Benedicti, Lincolniensis diocesis. « Fervor religionis exposcit et devotionis vestre merita nos inducunt ut vos illa prosequamur gratia que digne vos possit a dispendiis preservare. Sane petitio vestra nobis exhibita continebat quod dudum inter vos, ex parte una, et quondam Franciscum de Foliano, canonicum Reginum, super parrochiali ecclesia de Quappelade, Lincolniensis diocesis, vobis in usus proprios canonice deputata, quam dictus canonicus auctoritate apostolica sibi collatam esse dicebat, ex altera, orta fuisset materia questionis, et (*ms.* in) causa hujusmodi ad sedem apostolicam devoluta, tandem inter vos et dictum canonicum talis compositio quanquam amicabilis intervenit, videlicet quod vos ex tunc dictam ecclesiam, prout ad vos spectabat, possetis in usus hujusmodi libere retinere, dictusque canonicus, quoad viveret, octoginta marchas sterlingorum pensionis nomine de ipsius redditibus et proventibus perciperet annuatim. Verum, quia dictus canonicus apud sedem apostolicam diem clausit extremum, vos de provisione de hujusmodi pensione per sedem ipsam alicui facienda turbari aut gravari, sicut asseritis, formidatis, super quo provideri vobis per ipsius sedis gratiam humiliter petivistis. Nos itaque, vestris supplicationibus inclinati, presentium auctoritate decernimus nulli fore de hujusmodi pensione ulterius auctoritate apostolica providendum et ad illius prestationem in posterum vos reddimus absolutos. Nulli ergo etc. nostre constitutionis etc. Dat. apud Urbemveterem, kalendis julii, anno tertio. »

2804 Orvieto, 25 juin 1290.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 45, c. 237, f. 43 r°.)

Johanni, cantori ecclesie Zwerinensis, qui olim archidiaconatum Tridentinae, primo, et cantoriam Zwerinensis ecclesiarum, postmodum, recepit et eos insimul aliquandiu sine dispensatione apostolica detinuit fructus ex eis percipiens, indulget ut, archidiaconatu resignato, cantoriam, canonicatus et praebendas, quos in Zwerinensi et Sancti Sebastiani, Magdeburgensis, Buczowensi et Cezwicensi, Brandeburgensis et Zwerinensis dioecesium, ecclesiis possidet, cum fructibus ex archidiaconatu et cantoria praedictis illicite perceptis, retinere possit.

« Benigno tibi sunt... — Dat. apud Urbemveterem, VII kalendas julii, anno tertio. »

2805 Orvieto, 1er juillet 1290.

Ad solutionem debitorum Verdunensis ecclesiae. (Reg. 45, c. 238, f. 43 v°.)

Venerabili fratri Jacobo, episcopo Virdunensi. « Intellecto pridem quod ecclesia Virdunensis magnis premi-

tur oneribus debitorum, nos, volentes super hoc de oportuno subventionis auxilio providere, percipiendi fructus, redditus et proventus primi anni omnium dignitatum, personatuum, ecclesiarum et aliorum beneficiorum ecclesiasticorum, etiam si curam habeant animarum, ad collationem vel presentationem exemptorum minime pertinentium, que in Virdunensi ecclesia, civitate ac diocesi tunc vacarent, vel ex tunc usque triennium vacare contingeret, in solutionem debitorum hujusmodi convertendos, tibi, sicut asseris, per nostras sub certa forma litteras concessimus facultatem; verum quia, sicut dicitur, in aliquibus ecclesiis earumdem civitatis et diocesis ex statuto vel antiqua consuetudine observatur quod fructus primi anni, et interdum secundi, ac deinde alicujus alterius anni, aut ecclesiarum ipsarum vel aliquarum personarum ecclesiasticarum ex certis causis sunt usibus deputati, tu, pro eo quod in predictis concessionis nostre litteris expressius continetur ut fructus, redditus et proventus primi anni hujusmodi beneficiorum sic vacantium percipere debeas et habere, dubitas tibi circa predictam gratiam tibi factam molestiam seu turbationem aliquam irrogari, super quo precaveri molestiis que ob id provenire possent per apostolice sedis gratiam suppliciter postuslati. Nos itaque, volentes quod predicta gratia tibi fructuosa reddatur et omnem ambiguitatis materiam submovere, tuis supplicationibus inclinati, quod fructibus, redditibus et proventibus beneficiorum, personatuum et dignitatum in majori et aliarum ecclesiarum predictarum vacantium, juxta illarum prescriptam consuetudinem vel statuta, sive ecclesiis aut personis aliquibus ecclesiasticis ad que spectant successive primitus persolutis, tu ex tunc immediate fructus, redditus et proventus dignitatum, personatuum et beneficiorum eorumdem pro anno tibi a nobis concesso per idem triennium integre juxta ipsius concessionis tenorem percipere possis, in solutionem debitorum ipsorum, ut premittitur, convertendos, fraternitati tue auctoritate presentium indulgemus. Nulli ergo etc., nostre concessionis etc... Dat. apud Urbemveterem, kalendis julii, anno tertio. »

2806 Orvieto, 13 juin 1290.

De solutione decimarum ad negotium Aragoniae. (Reg. 45, c. 239, f. 43 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo et dilectis filiis .. primicerio, .. decano et capitulo ac clero civitatis et diocesis Metensis. « Devotionis vestre precibus inclinati, ut pro eo quod vos ad solvendum decimam pro negotio regni Aragonie cum clero regni Francie per litteras nostras mandavimus coartari, nullum vobis in posterum prejudicium generetur, quodque, si de cetero decimas vel alia quecumque onera clero regni Francie per sedem apostolicam contingat imponi, ea cum clero ipso solvere vel perferre minime teneamini nec ad id compelli possitis per litteras apostolicas que de indulto hujusmodi plenam et expressam ac de verbo ad verbum non fecerint mentionem auctoritate vobis presentium indulgemus. Nulli ergo etc. nostre concessionis etc. Dat. apud Urbemveterem, idibus junii, anno tertio. »

2807-2814 Orvieto, 22 juin 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 240, f. 43 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit eis qui ecclesiam monasterii Sancti Quirici in Monticello prope civitatem Lucanam, in festo sanctorum Quirici et Julittae, in quorum honorem ecclesia constructa est, et per octo dies festum ipsum immediate sequentes, visitaverint.

« Vite perempnis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, x kalendas julii, anno tertio. »

Orvieto, 4 juillet 1290.

In e. m. eidem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Beatae Mariae Nigellensem, Noviomensis dioecesis, in S. Johannis Evangelistae et sanctae Gemmae virginis festivitatibus, et per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes, visitaverint. Dat. apud Urbemveterem, iiii nonas julii, anno tertio.

Orvieto, 7 juillet 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Beatae Mariae de Claromonte, Belvacensis dioecesis, in Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis et Nativitatis beatae Mariae, et S. Arnulphi martyris festivitatibus, et per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes, visitaverint.

« Virga venustissima et... — Dat. apud Urbemveterem, nonis julii, anno tertio. »

Orvieto, 1er juillet 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sanctae Mariae de Spineto, Cameracensis dioecesis, in Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis et Nativitatis beatae Mariae festivitatibus visitaverint.

« Vite perempnis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, kalendis julii, anno tertio. »

Orvieto, 1er juillet 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sancti Angeli de Pusterula Urbevetanam, in singulis beati Michaelis archangeli festivitatibus, per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes, et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae, visitaverint. Dat. apud Urbemveterem, kalendis julii, anno tertio.

Orvieto, 30 juin 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui cathedralem ecclesiam Tiburtinam, in honorem beati Laurentii martyris constructam, in festo ejusdem martyris, per octo dies festum ipsum immediate sequentes, et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae, visitaverint.

« Sanctorum meritis inclita... — Dat. apud Urbemveterem, II kalendas julii, anno tertio. » (*En marge*).

Orvieto, 27 juin 1290.

In e. m. .. abbati et capitulo saecularis ecclesiae Sancti Benedicti de Piperno, Terracinensis dioecesis. Eandem indulgentiam concedit eis qui praedictorum abbatis et capituli ecclesiam Sancti Nicolai, in festo ipsius sancti et usque ad octo dies festum ipsum immediate sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint. Dat. apud Urbemveterem, V kalendas julii, anno tertio (*Ibid.*).

Orvieto, 1er juillet 1290.

In e. m. universis Christi fidelibus etc. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam monasterii Sancti Petri Asisinatis, in honorem sancti Petri constructam, in singulis festivitatibus beati Petri apostoli et S. Victorini martyris, cujus corpus in monasterio requiescit, per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes, et in die lunae festum Resurrectionis dominicae sequente, quo ad ecclesiam ipsam confluit populus civitatis, visitaverint.

« Cum ad premerenda... — Dat. apud Urbemveterem, kalendis julii, anno tertio. » (*Ibid.*).

2815 Orvieto, 22 juin 1290 (1).

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 240², f. 44 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis.

(1) Ou 1er juillet, si le *ut supra* se rapporte au dernier *t. m.*

Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui ecclesiam Sancti Petri Ariensem, Morinensis dioecesis, in singulis S. Petri et sanctorum Jacobi de kalendis maii et Jacobi in julio, apostolorum, festivitatibus, et per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes, visitaverint.

« Ante thronum divine... — Dat. ut supra. »

2816-2817 Orvieto, 22 juin 1290.

Ad solutionem debitorum Vivariensis ecclesiae. (Reg. 45, c. 241, f. 44 r°; Lap. du Theil, III, 171; Potth., 23295.)

Venerabili fratri Hugoni, episcopo Vivariensi, indulget ut fructus, redditus et proventus primi anni omnium beneficiorum ecclesiasticorum in civitate vel dioecesi Vivariensi usque ad biennium vacaturorum percipere possit, in solutionem debitorum Vivariensis ecclesiae convertendos.

« Circa quarumlibet ecclesiarum... — Dat. apud Urbemveterem, X kalendas julii, anno tertio. »

In e. m. .. episcopo Gratianopolitano, .. abbati saecularis ecclesiae Claromontensis et .. priori de Sancto Valerio, Viennensis dioecesis, mandat quatenus praedictos fructus et redditus episcopo Vivariensi assignari faciant.

2818-2819 Orvieto, 1er juillet 1290.

Ad solutionem debitorum Aniciensis ecclesiae. (Reg. 45, c. 242, f. 44 r°; Lap. du Theil, III.)

Guidoni, electo Aniciensi, indulget ut fructus, redditus et proventus primi anni omnium beneficiorum ecclesiasticorum, ad collationem exemptorum non pertinentium, quae usque ad triennium in Aniciensi ecclesia vacabunt, percipere possit, in solutionem debitorum Aniciensis ecclesie convertendos.

« Quia debitorum onera... — Dat. apud Urbemveterem, kalendis julii, anno tertio. »

In e. m. .. abbati monasterii Terracinensis, .. priori de Briva, Lemovicensis et Petragoricensis dioecesium, et .. capicerio ecclesiae Pictavensis mandat ut praedictos fructus et redditus electo Aniciensi assignari faciant. (*En marge*).

2820 Orvieto, 5 juillet 1290.

Collatio beneficiorum. (Reg. 45, c. 243, f. 44 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Clusino indulget ut plebes

sibi subjectas Sancti Mamilliani de Cignano et Sancti Johannis de Clauciano, Clusinae dioecesis, cum fructibus et redditibus earumdem, licite retinere possit, una cum Clusino episcopatu, cujus partem reddituum quidam perversi occuparunt.

« Desideriis tuis in... — Dat. apud Urbemveterem, III nonas julii, anno tertio. »

2821 Orvieto, 30 juin 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 244, f. 44 r°; Lap. du Theil, III.)

Venerabili fratri .. episcopo Leodiensi committit quatenus cum Francone de Lewis et Katerina dicta de Redighem, Leodiensis dioecesis, dispenset ut in matrimonio quod olim, ignorantes impedimentum esse, contraxerunt et in quo prolem procrearunt, remanere valeant, quanquam « idem Franco, ante hujusmodi contractum matrimonium, quandam mulierem eidem Katerine in quarto consanguinitatis gradu carnaliter cognoverat attinentem. »

« Petitio dilecti filii... — Dat. apud Urbemveterem, II kalendas julii, anno tertio. »

2822 Sainte-Marie-Majeure, 7 mars 1290.

Licentia eligendi proprium confessorem. (Reg. 45, c. 246 (1), f. 44 v°.)

Nobili mulieri Blanche, filie clare memorie Ludovici, Francorum, relicte quondam Ferrandi, primogeniti clare memorie Alfonsi, Castelle regum, vidue.

« Benigno sunt illa... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis martii, anno tertio. »

2823 Orvieto, 4 juillet 1290.

Privilegia varia. (Reg. 45, c. 246², f. 44 v°.)

Eidem indulget ut confessor ejus eam a sententiis canonicis absolvere, vota ejus, continentiae et Jerosolimitanis dumtaxat exceptis, in alia pietatis opera commutare, et cum ea, si debilitate corporis vel infirmitate gravetur, super observatione jejuniorum dispensare valeat. Praesentibus post sex annos minime valituris.

« Desideriis tuis in... — Dat. apud Urbemveterem, IIII nonas julii, anno tertio. »

2824 Orvieto, 29 juin 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 247, f. 44 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Augustensi committit quatenus cum nobili viro Hartmanno, comite de Brandenberg, et nobili muliere Lucarde, nata nobilis viri H., marchionis de Burgowe, Constantiensis et Augustensis dioecesium, dispenset ut in matrimonio quod dudum, ignorantes se tertio et quarto consanguinitatis gradu conjunctos esse, per verba de praesenti contraxerunt.

« Petitio dilecti filii... — Dat. apud Urbemveterem, II kalendas julii, anno tertio. »

2825-2829 Orvieto, 1er juillet 1290.

Licentia testandi. (Reg. 45, c. 248, f. 44 v°.)

Venerabili fratri Ademaro, episcopo Oscensi, ordinis fratrum praedicatorum.

« Quia presentis vite... — Dat. apud Urbemveterem, kalendis julii, anno tertio. »

Orvieto, 15 juillet 1290.

In e. m. Guillelmo, episcopo Regino, ordinis fratrum minorum professo. Dat. apud Urbemveterem, idibus julii, anno tertio. (*En marge*; Potth., 23319.)

Orvieto, 18 août 1290.

In e. m. Lamberto, episcopo Veglensi. Dat. apud Urbemveterem, XV kalendas septembris, anno tertio (*Ibid.*).

Orvieto, 27 novembre 1290.

In e. m. Jacobo, episcopo Ferentinati, ordinis fratrum praedicatorum professo. Dat. apud Urbemveterem, V kalendas decembris, anno tertio (*Ibid.*).

Orvieto, 15 octobre 1290.

In e. m. Girardino, episcopo Humanati, ordinis fratrum minorum professo. Dat. apud Urbemveterem, idibus octobris, anno tertio (*Ibid.*, Potth., 23432).

(1) La lettre 245 est effacée; la voici :

Dispensatio matrimonii pro Petro dicto David, armigero, et Amelina, nata quondam Johannis de Poleyo, militis.

Venerabili fratri .. archiepiscopo Turonensi.

« Sua nobis dilectus... — Dat. apud Urbemveterem, V kalendas julii, anno tertio. »

2830 Orvieto, 1er juillet 1290.

Remittit iter ad limina. (Reg. 45, c. 248², f. 45 r°.)

Eidem.

« Ex parte tua... — Dat. ut supra. »

2831 Orvieto, 27 juin 1290.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 45, c. 249, f. 45 r°.)

Lupo Martini, decano ecclesie Tirasonensis. « Apostolice sedis benignitas consueta sic merita personarum provida deliberatione discernit ut eos qui litterarum scientia, honestate morum et aliis virtutibus pollere noscuntur favoris gratia efferat amplioris et majoribus studeat beneficiis honorare. Exhibita siquidem nobis tua petitio continebat quod fructus et proventus decanatus tui Tirasonensis ecclesie sunt adeo tenues et exiles quod non nisi quindecim libre usualis monete tibi ex eis in absentia proveniunt annuatim, quodque in ecclesia ipsa, propter generale interdictum cui regnum Aragonie, infra cujus limites ecclesia predicta consistit, per sedem apostolicam suppositum esse dinoscitur, non potes personaliter residere, nec ex proventibus ipsis juxta conditionem tuam, cum de nobilibus traxisse dicaris originem, comode sustentari, quodque in prosecutione negotii postulationis hactenus de te facte in ecclesia supradicta gravia te subire oportuit onera expensarum. Nos itaque, volentes personam tuam ob tuorum exigentiam meritorum et consideratione dilecti filii nostri J., Sancte Marie in Via lata diaconi cardinalis, cujus capellanus existis, speciali prosequi gratia et favore, tibi quod preter decanatum predictum, curam animarum habentem, quem obtines, unicum aliud beneficium ecclesiasticum, etiam si sit personatus vel dignitas et similem curam habeat, decanatu dumtaxat excepto, si tibi canonice offeratur, licite recipere, et cum predicto decanatu libere retinere valeas, constitutione generalis concilii super hoc edita non obstante, auctoritate presentium indulgemus; proviso quod predictus decanatus et beneficium quod te post hujusmodi dispensationem obtinere contigerit debitis non fraudentur obsequiis, et animarum cura in dicto decanatu et in eodem beneficio, si ei cura similis iminebit, nullatenus negligatur. Nulli ergo etc. nostre concessionis etc. Dat. apud Urbemveterem, v kalendas julii, anno tertio. »

2832-2833 Orvieto, 4 juillet 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 250, f. 45 r°; Lap. du Theil, III, 176.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit eis qui cathedralem ecclesiam Aniciensem, in honorem beatae Mariae constructam, in qua sancti Domnini martyris et sanctae Consortiae corpora requiescunt, in beatae Mariae, sancti et sanctae praedictorum et Innocentum festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint.

« Virga venustissima et... — Dat. apud Urbemveterem, iiii nonas julii, anno tertio. »

In e. m. eisdem, pro cathedrali ecclesia Ventiensi (*En marge*).

2834 Orvieto, 7 juillet 1290.

Ad consecrationem Aniciensis electi. (Reg. 45, c. 251, f. 45 r°; Lap. du Theil, III.)

Guidoni, electo Aniciensi. « Ne occasione prolixe dilationis consecrationis tue tibi et ecclesie tue Aniciensi possit dispendium imminere, ut a quocumque catholico episcopo gratiam et communionem apostolice sedis habente, non tamen ab archiepiscopo, in presbyterum, statuto tempore, promoveri, ac ipsius consecrationis munus juxta formam canonum recipere valeas, tibi auctoritate presentium concedimus facultatem. Dat. apud Urbemveterem, nonis julii, anno tertio. »

2835 Orvieto, 1er juillet 1290.

Dispensatio super defectu aetatis. (Reg. 45, c. 252, f. 45 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Lucano committit facultatem dispensandi cum Gerardo, clerico, nato nobilis viri Guillelmi Malaspinae, civis Lucani, ut, non obstante defectu aetatis, plebanatum plebis de Vigo, qui xvi parrochianos dumtaxat habet et cujus redditus viginti florenorum auri annuum valorem non excedunt, possidere possit.

« Ex parte dilecti... — Dat. apud Urbemveterem, kalendis julii, anno tertio. »

2836-2854 Orvieto, 7 juillet, 1290

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 253, f. 45 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis.

Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui ecclesiam Beatae Mariae de Insula bona, Rothomagensis dioecesis, in Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis et Nativitatis beatae Mariae, et S. Stephani protomartyris festivitatibus, et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint.

« Virga venustissima et... — Dat. apud Urbemveterem, nonis julii, anno tertio. »

Orvieto, 1er juillet 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sanctae Mariae Halberstadensem, in Nativitatis, Annuntiationis, Purificationis et Assumptionis beatae Mariae festivitatibus, per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint. Dat. apud Urbemveterem, kalendis julii, anno tertio.

Orvieto, 1er juillet 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sancti Archemii de Blanciaco, Engolismensis dioecesis, in singulis beati Petri apostoli, in cujus honorem altare majus constructum est, et S. Archemii festivitatibus, et per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes, visitaverint.

« Vite perempnis gloria... — Dat. ut supra. »

Orvieto, 5 juillet 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Beatae Mariae de Suuri, Cameracensis dioecesis, in Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis et Nativitatis beatae Mariae festivitatibus, per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint.

« Virga venustissima et... — Dat. apud Urbemveterem, III nonas julii, anno tertio. »

Orvieto, 6 juillet 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam .. abbatis et conventus monasterii Sancti Eusebii extra muros famosi castri Sagnonis, Aptensis dioecesis, in singulis S. Eusebii martyris, in cujus honorem haec ecclesia constructa est, et sanctae crucis festivitatibus, per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint.

« Vite perempnis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, II nonas julii, anno tertio. »

Orvieto, 7 juillet 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui capellam nobilis viri ducis Burgundiae de Divione, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentem, in Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis et Nativitatis beatae Mariae et S. Johannis Evangelistae, in quorum honorem capella constructa est, festivitatibus, visitaverint.

« Vite perempnis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, nonis julii, anno tertio. »

Orvieto, 7 juillet 1290.

In e. m. eisdem. Indulgentiam eandem concedit eis qui ecclesiam Sancti Baldulphi de Beligneyo subtus Belnam, Eduensis dioecesis, in sancti Baldulphi, cujus corpus ibidem requiescit, et in Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis et Nativitatis beatae Mariae, cui altare in eadem ecclesia constructum est, festivitatibus, visitaverint.

« Vite perempnis gloria... — Dat. ut supra. »

Orvieto, 3 juillet 1290.

In e. m. .. priorissae et conventui prioratus de Bolleyo, ordinis S. Benedicti, Turonensis dioecesis. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam hujus prioratus, in honorem S. Sulpicii confessoris constructam, in singulis ejusdem confessoris et S. Johannis Baptistae festivitatibus, et per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes, visitaverint. Dat. apud Urbemveterem, V nonas julii, anno tertio.

Orvieto, 7 juillet 1290.

In e. m. universis Christi fidelibus etc. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam fratrum ordinis minorum Sancti Angeli papalis, in singulis beatae Mariae et sanctorum Francisci et Antonii confessorum festivitatibus, et per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes. Dat. apud Urbemveterem, nonis julii, anno tertio (POTTH., 23309).

In e. m., pro ecclesia fratrum minorum Urbinati (*Ibid.*).

In e. m., pro ecclesia fratrum minorum de Fabriano, Camerinensis dioecesis (*Ibid.*).

In e. m., pro ecclesia fratrum minorum de Durante, Urbinatis dioecesis (*Ibid.*; POTTH., 23309).

In e. m., pro ecclesia fratrum minorum de Ripa Transonis, Firmanae dioecesis.

In e. m., pro ecclesia fratrum minorum Camerinensi.

In e. m., pro ecclesia fratrum minorum de Offida, Firmanae dioecesis.

Orvieto, 8 juillet 1290.

In e. m. universis Christi fidelibus etc. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sancti Petri de Sugnino, Terracinensis dioecesis, in singulis beatae

Mariae et S. Petri festivitatibus, et per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes, visitaverint. Dat. apud Urbemveterem, VIII idus julii, anno tertio.

Orvieto, 12 juillet 1290.

In e. m. .. archipresbytero et capitulo ecclesiae Sancti Angeli de Sompnino, Terracinensis dioecesis. Eandem indulgentiam concedit eis qui praedictam ecclesiam in S. Angeli et singulis beatae Mariae festivitatibus, et usque ad octo dies festivitates ipsas immediate sequentes, visitaverint.

« Loca sanctorum omnia... — Dat. apud Urbemveterem, IIII idus julii, anno tertio. »

Orvieto, 7 juillet 1290.

In e. m. universis etc. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam fratrum minorum de Valle Montonis, Siguinae dioecesis, in singulis beati Michaelis Archangeli, in cujus honorem haec ecclesia constructa est, festivitatibus et per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes, visitaverint.

« Vite perempnis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, nonis julii, anno tertio. » (POTTH., 23310.)

Orvieto, 7 juillet 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam .. abbatissae et conventus monasterii Sanctae Mariae in Silice de Valle Montonis, Signinae dioecesis, ordinis sanctae Clarae, in singulis beatae Mariae festivitatibus et per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes, visitaverint.

« Virgo (*sic*) venustissima et... — Dat. ut supra. » (POTTH., 23311.)

2855 Orvieto, 1er juillet 1290.

Dispensatio matrimonii. (REG. 45, c. 254, f. 46 r°.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Terraconensi committit quatenus cum Bernardo, nato Bernardi Laurentii, et Emperia, nata Michaelis Botherii, civibus Terraconensibus, dispenset ut, quanquam quarto consanguinitatis gradu conjuncti, tamen, ad sedandas inimicitias inter consanguineos obortas, matrimonium inter se contrahere valeant.

« Exhibita nobis dilecti... — Dat. apud Urbemveterem, kalendis julii, anno tertio. »

2856 Orvieto, 13 juin 1290.

Licentia habendi capellam et coemeterium. (REG. 45, c. 255, f. 46 r°; LAP. DU THEIL, III, 178.)

Venerabili fratri .. episcopo Agennensi mandat quatenus .. praeceptori et fratribus hospitalis pauperum de Ponte de Baysa Misericordiae de Condivio, Agennensis dioecesis, facultatem concedat habendi capellam, capellanum et coemeterium propria.

« Ex parte dilectorum... — Dat. apud Urbemveterem, idibus junii, anno tertio. »

2857 Orvieto, 7 juillet 1290.

Collatio beneficii. (REG. 45, c. 256, f. 46 r°; LAP. DU THEIL, III, 179.)

Capitulo ecclesie Sancti Fursei Peronensis, Noviomensis diocesis, facultatem concedit conferendi decanatum ejusdem ecclesiae, qui tanto tempore vacavit quod ad sedem apostolicam collatio ejus devoluta est.

« Desideriis vestris in... — Dat. apud Urbemveterem, nonis julii, anno tertio. »

2858 Orvieto, 11 juillet 1290.

Facultas absolvendi a canonicis sententiis. (REG. 45, c. 257, f. 46 r°; LAP. DU THEIL, III, 180.)

Dilecto filio G., electo Anitiensi, facultatem concedit absolvendi praelatos et clericos qui pro transgressione statutorum in Anitiensi ecclesia a Clemente papa IIII factorum canonicas sententias incurrerint, donec papa ab ipso electo his statutis certior factus fuerit.

« Circa statum Anitiensis... — Dat. apud Urbemveterem, V idus julii, anno tertio. »

2859 Orvieto, 14 juin 1290.

Creatio poenitentiariae in Caturcensi ecclesia. (REG. 45, c. 258, f. 46 r°; LAP. DU THEIL, III.)

Venerabili fratri .. episcopo Caturcensi facultatem concedit creandi in Caturcensi ecclesia, in qua beneficiorum collatio ad ipsum episcopum pertinet, et eorum certus numerus est, unam dignitatem, Poenitentiariam vulgariter nuncupatam, et conferendi eam.

« Devotionis tue meretur... — Dat. apud Urbemveterem, XVIII kalendas julii, anno tertio. »

2860-2865 Orvieto, 4 juillet 1290.

Ecclesia Turritana Pandulfo, episcopo Pactensi, committitur. (Reg. 45, c. 259, f. 46 v°.)

Pandulfo, episcopo Pactensi. Vacante Turritana ecclesia per mortem Dorgotorii, capitulum Raynerium, episcopum Plouasensem, in suum archiepiscopum postulavit, sed hanc postulationem papa non admisit sibique ecclesiae provisionem reservavit. Nunc Pandulfo, episcopo Pactensi, cujus Siculi ecclesiam detinent, Turritanae ecclesiae curam et administrationem committit.

« Dum variis innumerisque... — Dat. apud Urbemveterem, IIII nonas julii, anno tertio. »

In e. m. capitulo ecclesiae Turritanae mandat quatenus Pandulfo debitam obedientiam praebeat.

In e. m. clero Turritanae civitatis et dioecesis.

In e. m. populo Turritanae civitatis.

In e. m. vassallis ecclesiae Turritanae mandat quatenus solita fidelitatis juramentum et servitia eidem episcopo praebeant.

In e. m. nobilem virum Marianum, vicarium de Basso, judicem Arboreae, hortatur ut eidem episcopo in recuperandis et manutendis ipsius ecclesiae Turritanae juribus faveat.

2866 Orvieto, 7 juillet 1290.

Facultas construendi oratorium. (Reg. 45, c. 260, f. 47 r°; Lap. du Theil, III.)

.. *abbati et conventui Majoris monasterii Turonensis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti.* « Per grata devotionis obsequia meruistis ut desideriis vestris, quantum cum Deo possumus, favorabiliter annuamus. Vestris itaque supplicationibus inclinati, vobis ut, si contigerit vos aliquam domum in civitate Parisiensi vel ejus suburbio emere, aut alio legitimo modo acquirere, ut in ea scolares quos inibi jugiter in theologica facultate tenetis, ut dicitis, commorentur, possitis licite oratorium, non ecclesiam, in domo ipsa construere, ac in eadem altare erigere, ad divina officia celebranda, ne, propter oratorii vel altaris defectum, dicti scolares, qui fuerint in domo ipsa pro tempore, quique secundum monastica instituta simul et in eodem loco divina officia celebrare tenentur, ea diversis locis et temporibus celebrare cogantur, sine alieni juris prejudicio, auctoritate presentium indulgemus. Nulli ergo etc. nostre concessionis etc. Dat. apud Urbemveterem, nonis julii, anno tertio. »

2867 Orvieto, 12 juin 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 261, f. 47 r°.)

.. *episcopo Marsicano* committit quatenus cum Nicolao Odonis de Rocca de Butte et Gemma Girardi Martini, Marsicanae dioecesis, dispenset ut in matrimonio quod olim, ignorantes se quarto consanguinitatis gradu conjunctos esse, contraxerunt, et in quo filios procrearunt, remanere valeant.

« Sua nobis dilectus... — Dat. apud Urbemveterem, II idus junii, anno tertio. »

2868 Orvieto, 7 juillet 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 262, f. 47 r°; Lap. du Theil, III, 185.)

.. *episcopo Leodiensi* committit quatenus cum Johanne dicto de Kascelar et Beatrice de Winghen, Leodiensis dioecesis, dispenset ut in matrimonio quod olim, ignorantes impedimentum esse, contraxerunt, et in quo plures filios procrearunt, remanere possint, quanquam « idem Johannes, ante hujusmodi contractum matrimonium, quandam mulierem eidem Beatrici in quarto consanguinitatis gradu attinentem carnaliter cognoverat. »

« Petitio dilecti filii... — Dat. apud Urbemveterem, nonis julii, anno tertio. »

2869 Orvieto, 8 juillet 1290.

Johannes Upsalensi ecclesiae archiepiscopus praeficitur. (Reg. 45, c. 263, f. 47 r°; Potth., 23313.)

Dilecto filio .. abbati monasterii de Saba, Cisterciensis, .. priori predicatorum de Sictunia, Upsalensis et Strengenensis diocesium, ac .. guardiano minorum Upsalensi fratrum ordinum. Vacante Upsalensi ecclesia per obitum Magni, capitulum per compromissarios suos Johannem, archidiaconum, Andraeam, praepositum, et Olavum, canonicum Upsalensis ecclesiae, postularunt Johannem, Aboensem episcopum, ut Upsalensem archiepiscopum, et hanc postulationem per Oarum et Ervastum, Upsalenses canonicos, sedi apostolicae praesentarunt, quare papa praedictis abbati, priori et guardiano committit ut praedicto Johanni episcopo licentiam concedant transeundi ad Upsalensem ecclesiam.

« Militanti ecclesie disponent... — Dat. apud Urbemveterem, VIII idus julii, anno tertio. »

2870 Orvieto, 7 juillet 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 264; c. 47 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui manum porrexerint caritatis ad hospitale leprosorum Sancti Eunufrii de Sublacu, Tiburtinae dioecesis. — « Presentes vero litteras mitti per questuarios districtius inhibemus. »

« Quoniam ut ait... — Dat. apud Urbemveterem, nonis julii, anno tertio. »

2871-2872 Orvieto, 10 juillet 1290.

Solutio quaestionis inter Berardum de Camerino et Johannem de Cadomo pendentis. (Reg. 45, c. 265, f. 47 v°.)

Magistro Berardo de Camerino, capellano nostro, thesaurario ecclesie Turonensis. Confirmat instrumentum quo Matthaeus, Sancti Laurentii in Damaso presbyter cardinalis, questionem inter Berardum de Camerino, papae capellanum, thesaurarium Turonensem, et Johannem de Cadomo, canonicum ecclesiae Sancti Martini magni Londoniensis, causa canonicatus et praebendae per mortem Bonifatii de Coconato in Eboracensi ecclesia vacantis, pendentem arbiter terminavit, pronuntiavitque canonicatum et praebendam praefata Johanni remansura, eundem vero Johannem et successores ejus de fructibus ejusdem ecclesiae centum et quinquaginta marcas sterlingorum, pensionis nomine, annis singulis Berardo soluturos, nisi hic ad episcopalem dignitatem promoveatur. Hujus autem instrumenti tenor hic est :

« In nomine Domini amen. Dudum inter venerabilem... — Lata et pronuntiata fuit predicta sententia » seu ordinatio per dominum cardinalem predictum, et » alia omnia facta seu gesta ut superius scripta sunt » Rome, in ecclesia Sancte Marie Majoris, presentibus » venerabilibus patribus dominis Dei gratia Philippo, » Firmano, et G., Mimatensi episcopis, ac venerabilibus » viris magistris Guillelmo de Mandagotto, archidiacono Uticensi, Berengario Regis, auditore, Nicolino » de Iporegio, canonico Leodiensi, camerario ejusdem » domini cardinalis, et pluribus aliis testibus, anno » Domini a nativitate M.CC.LXXXX, indictione tertia, die » sextadecima mensis aprilis, pontificatus domini Nicolai » pape IIII anno tertio. Et ego Johannes quondam Jacobi de Bononia, apostolica et imperiali auctoritate notarius publicus, predictis omnibus interfui, et de man» dato dicti domini cardinalis ac ab ipsis partibus » rogatus premissa omnia scripsi, ipsaque in forma pu» blica redigens, meo signo et nomine roboravi. »

« Cum a nobis... — Dat. apud Urbemveterem, VI idus julii, anno tertio. »

In e. m. .. episcopo Urbevetano, Raynaldo de Castronovo, capellano papae, priori saecularis ecclesiae Sancti Laurentii de Gubiata, Tudertinae dioecesis, et Giffredo de Vezano, camerae apostolicae clerico, Cameracensi canonico, mandat quatenus predictum arbitratum exequi faciant.

« Petitio dilecti filii... — Dat. ut supra. »

2873 Orvieto, 9 juillet 1290.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 45, c. 266, f. 49 r°.)

Tadeolo, nato magistri Tadei phisici, civi Bononiensi. « Constitutus in presentia nostra dilectus filius magister Tadeus, phisicus, laicus, pater tuus, nobis humiliter supplicavit ut tecum super defectu natalium quem de ipso soluto genitus pateris et soluta, quod, eodem non obstante defectu, possis in bonis paternis et aliis qui tibi ex testamento vel ab intestato deferentur succedere, et ad omnes actus legitimos et civiles honores et alia omnia que de legitimo thoro natis competunt promoveri, eaque omnia exercere valeas, dispensare misericorditer curaremus. Nos igitur, ipsius magistri Tadei supplicationibus inclinati, quod, eodem non obstante defectu, in predictis bonis succedere et ad omnes actus legitimos et civiles honores et alia predicta promoveri, eaque libere exercere valeas ac si de legitimo matrimonio natus esses, tecum de spetiali gratia dispensamus. Nulli ergo etc. nostre dispensationis etc. Dat. apud Urbemveterem, V idus julii, anno tertio. »

2874 Orvieto, 13 juillet 1290.

Concessio decimarum. (Reg. 45, c. 267, f. 49 r°; Lap. du Theil, III, 186.)

Guidoni, electo Anitiensi, concedit in civitate et dioecesi Anitiensi decimas quae ecclesiis in quarum parrochiis consistunt hactenus non solutae sunt, dummodo earum partem eisdem ecclesiis exhibeat.

« Sincere devotionis quam... — Dat. apud Urbemveterem, III idus julii, anno tertio. »

2875 Orvieto, 1er juillet 1290.

Licentia redimendi decimas. (Reg. 45, c. 268, f. 49 vo; Lap. du Theil, III, 187).

.. *abbati et conventui monasterii Sancti Martini Sagiensis, ordinis S. Benedicti.* « Devotionis vestre precibus benignum impertientes assensum, quod possitis redimere decimas de manibus laicorum in parrochiis vestris, aut etiam alienis, rectorum ecclesiarum in quarum parrochiis decime ipse consistunt et diocesanorum earum ad id accedente consensu, auctoritate vobis presentium concedimus facultatem, sufficienti a vobis prius cautione prestita de restituendis ipsis eisdem ecclesiis quandocumque vobis ab illarum rectoribus fuerit de redemptionis pretio satisfactum. Nulli ergo etc. nostre concessionis etc. Dat. apud Urbemveterem, kalendis julii, anno tertio. »

2876 Orvieto, 13 juin 1290.

Eadem licentia. (Reg. 45, c. 268², f. 49 vo; Lap. du Theil, III, 188.)

.. *capicerio et capitulo ecclesie Sancti Maximi de Caynone, Turonensis diocesis.*

« Devotionis vestre precibus... — Dat. apud Urbemveterem, idibus junii, anno tertio. »

2877 Orvieto, 7 juillet 1290.

Licentia utendi pileis in officiorum celebratione. (Reg. 45, c. 269, f. 49 vo.)

Venerabili fratri .. episcopo Wigorniensi mandat quatenus abbati et conventui monasterii de Wynchecumbie, ordinis S. Benedicti, Wigorniensis dioecesis, licentiam concedat ferendi in officiorum celebratione pileos de nigris pellibus. « Ita tamen quod in lectione evangelica et elevatione corporis domini nostri Jesu Christi ex aliis debita reverentia observetur. »

« Ex parte dilecti... — Dat. apud Urbemveterem, nonis julii, anno tertio. »

2878 Orvieto, 30 juin 1290.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 45, c. 270, f. 49 vo.)

Venerabili fratri .. episcopo Pataviensi committit quatenus cum Benzone de Wormacia, presbytero, monacho monasterii Sanctae Crucis in Austria, Cisterciensis ordinis, Pataviensis dioecesis, quocum, tunc in minoribus ordinibus constituto, jam dispensatum est ut, non obstante defectu natalium quem patitur, e subdiacono genitus et conjugata, ad omnes ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, etiam si curam haberet animarum, obtinere valeret, rursum, consideratione Alberti, ducis Austriae et Stiriae, dispenset ut ad omnes regulares administrationes et praelaturas et ad abbatiam assumi possit.

« Ex parte dilecti... — Dat. apud Urbemveterem, II kalendas julii, anno tertio. »

2879 Orvieto, 28 juin 1290.

Facultas exercendi per alios visitationis officium. (Reg. 45, c. 271, f. 49 vo; Lap. du Theil, III, 189.)

Venerabili fratri Arnaldo, episcopo Aquensi.

« Ex tue devotionis... — Dat. apud Urbemveterem, IIII kalendas julii, anno tertio. »

2880 Orvieto, 22 juin 1290.

Facultas exercendi per alios visitationis officium. (Reg. 45, c. 271², f. 49 vo; Lap. du Theil, III, 190; Potth., 23296.)

Venerabili fratri Hugoni, episcopo Vivariensi.

« Devotionis affectus quem... — Dat. apud Urbemveterem, X kalendas julii, anno tertio. »

2881-2885 Orvieto, 7 juillet 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 272, f. 49 vo.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui ecclesiam seu capellam Sanctae Mariae Magdalenae hospitalis pauperum leprosorum de Regule, Asisinatis dioecesis, in singulis beatae Mariae, beatae Mariae Magdalenae et sanctorum Nicolai, Egidii et Blasii confessorum festivitatibus et usque ad octo dies festivitates ipsas immediate sequentes, visitaverint.

« Licet is de... — Dat. apud Urbemveterem, nonis julii, anno tertio. »

Orvieto, 1er juillet 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam fratrum minorum Sacri Montis Alverniae,

Aretinae dioecesis, in singulis sanctorum Francisci et Antonii confessorum et sanctae crucis festivitatibus, et per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes. Dat. apud Urbemveterem, kalendis julii, anno tertio. » (*En marge;* Potth., 23304.)

Orvieto, 23 août 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam fratrum minorum Paduanam, in honorem beati Antonii dedicatam, in singulis beatae Mariae, sanctorum Francisci, Antonii et beatae Clarae festivitatibus ac per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes, visitaverint. Dat. apud Urbemveterem, x kalendas septembris, anno tertio. (*Ibid.*, Potth., 23366.)

Orvieto, 13 septembre 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam .. abbatissae et conventus monasterii de Spinalo, Tullensis dioecesis, ordinis S. Benedicti, in honorem beati Goerici confessoris constructam, in S. Goerici et Assumptionis beatae Mariae virginis festivitatibus, per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes, et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae, visitaverint. Dat. apud Urbemveterem, idibus septembris, anno tertio.

Orvieto, 13 septembre 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam .. abbatissae et conventus monasterii Romaricensis, Tullensis dioecesis, ordinis S. Benedicti, in honorem beatorum Petri apostoli et Romarici confessoris constructam, in eorumdem sanctorum et Assumptionis beatae Mariae festivitatibus et per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes, visitaverint. Dat. ut supra.

2886 Orvieto, 29 juin 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 273, f. 50 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Parmensi committit quatenus cum Johanne de Therciis et Gerardina, nata Huberti Martini, civibus Parmensibus, dispenset ut in matrimonio quod olim, ignorantes quondam Aynesiam, uxorem Johannis, quarto gradu consanguinitatis Gerardinae conjunctam fuisse, contraxerunt remanere valeant.

« Petitio dilecti filii... — Dat. apud Urbemveterem, III kalendas julii, anno tertio. »

2887 Sainte-Marie-Majeure, 5 mai 1290.

Concessio tabellionatus officii. (Reg. 45, c. 274, f. 50 r°; Lap. du Theil, III, 191.)

Raynaldo Casali de Philitino, clerico in minoribus ordinibus constituto, Lemovicensis diocesis, tabellionatus officium, ad quod a Matthaeo, protonobilissimo, cantore Carnotensis ecclesiae, et Raynerio de Casulis, canonico Wulterano, idoneus judicatus est, concedit.

« Ne contractuum memoria... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, III nonas maii, anno tertio. »

2888 Orvieto, 21 juillet 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 274², f. 50 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui ecclesiam Sancti Laurentii martyris Pergamensem, in Annuntiationis et Assumptionis beatae Mariae et sancti Laurentii festivitatibus et per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes, visitaverint.

« Venerabilia martirum certamina... — Dat. apud Urbemveterem, XII kalendas augusti, anno tertio. »

2889 Orvieto, 12 juillet 1290.

Facultas conferendi duabus personis tabellionatus officium. (Reg. 45, c. 275, f. 50 r°.)

Venerabili fratri Bonifatio, episcopo Sedunensi.

« Ex parte tua... — Dat. apud Urbemveterem, IIII idus julii, anno tertio. »

2890 Orvieto, 13 juin 1290.

De contentione inter Coloniensem archiepiscopum et Walramum, comitem Juliacensem. (Reg. 45, c. 276, f. 50 r°.)

Venerabili fratri .. Maguntino et .. Treverensi archiepiscopis. « Ad audientiam nostram pervenit quod Walramus, comes Juliacensis, prepositus ecclesie Sancte Marie Aquensis, Leodiensis diocesis, Coloniensis ecclesie vassallus, cum suis in hac parte complicibus et fautoribus, contra fidelitatis debitum quo eidem Coloniensi ecclesie tenetur, temere veniens, conspirationem, conjurationem et confederationem cum civibus Coloniensibus, adversus venerabilem fratrem nostrum S., archiepiscopum Coloniensem, et eandem ecclesiam ne-

quiter inire presumpsit, terram ipsius Coloniensis ecclesie cum armatorum multitudine hostiliter postmodum invadendo. Cumque prefatus Walramus, cum complicibus et fautoribus supradictis, castrum Worinch, prope Coloniam constitutum, et ad eandem Coloniensem ecclesiam pertinens, artius obsedisset, possessiones et bona ipsius in circumpositis consistentia partibus nequiter dissipando, aliaque dampna irrogando gravia Coloniensi ecclesie supradicte, prefatus archiepiscopus intendens, prout spectabat ad eum, pravis illorum conatibus obviare, cum ipsius ecclesie Coloniensis vassallis, qui sibi super hoc favorabiliter assistebant, contra Walramum, complices et fautores eosdem exivit, eis, prout poterat, resistendo, qui, adversariorum prevalente potentia, cum nonnullis prelatis, clericis, comitibus, baronibus, nobilibus, militibus et aliis laicis, vassallis et ministerialibus pretacte Coloniensis ecclesie, qui in ejusdem archiepiscopi auxilium venerant, captus fuit et carceralibus vinculis mancipatus, dictique Walramus, complices et fautores, eandem Coloniensem ecclesiam in possessionibus et bonis ipsius multipliciter opprimentes, ac prefatum de Werinch (*sic*) et quedam alia castra et munitiones ipsius ecclesie per violentiam expugnantes, nonnulla ex illis funditus destruxerunt, castrum vero de Tulpeto prefatus Walramus, cum nonnullis aliis bonis, juribus, redditibus, villis et jurisdictionibus ipsius Coloniensis ecclesie temere occupavit et detinet occupata. Cum autem prefatum archiepiscopum ac nonnullos ex prelatis et aliis supradictis prefatus Walramus, cum eisdem complicibus et fautoribus suis, ab hujusmodi carcere liberarit, corporalibus tamen ab eodem archiepiscopo ac etiam ab aliis hujusmodi liberatis prestitis juramentis quod super premissis et aliis etiam injuriis et dampnis sibi et ecclesie ac prelatis et aliis pretactis illatis de Walramo, complicibus et fautoribus supradictis querimoniam nullam deponere, nec ipsos aut eorum aliquem molestare, nec impetrare litteras apostolicas contra ipsos vel aliquem eorumdem, neque impetratis uti quomodolibet procurarent; et quod quandam pecunie summam, quam Wulramo, complicibus et fautoribus prelibatis pro hujusmodi liberatione predictorum solvere promiserunt, nonnulla ipsis propterea castra, munitiones, villas, terras, possessiones, jura, jurisdictiones et quedam alia bona, tam ejusdem Coloniensis ecclesie quam liberatorum ipsorum, nichilominus obligando, non repeterent ab eis vel aliquo eorumdem, datis propter hoc eis ab ipso archiepiscopo ac liberatis eisdem quibusdam fidejussoribus, confectis litteris et instrumentis, ac promissionibus, alienationibus, renuntiationibus et obligationibus diversis et variis subsecutis et penarum etiam adjectione vallatis... Quocirca fraternitati vestre per apostolica scripta in virtute obedientie districte precipiendo mandamus quatinus memoratos Walramum, complices et fautores, quod prelatos, clericos, comites, barones et alios supradictos, quos adhuc captivos detinere dicuntur, reddant pristine libertati, tam liberatis quam liberandis hujusmodi bonis omnibus hac occasione ablatis et extortis eisdem integre restitutis, archiepiscopo vero et ecclesie Coloniensi predictis necnon sequacibus eorum prenotatis de dampnis et injuriis ipsis plenam et debitam satisfactionem impendant, ac eis predictum de Tulpeto et alia castra, munitiones et bona predicte Coloniensis ecclesie ac eorum sequatium ab eis hac occasione detenta et etiam occupata, sublata qualibet difficultate, restituant, monitione premissa, per excommunicationis in personas et terras eorum interdicti sententias, necnon et per feudorum privationem quorumlibet que ab eadem Coloniensi et quibuslibet aliis ecclesiis et monasteriis tenere noscuntur, ac alias etiam penas, de quibus videritis expedire, et spetialiter prefatum Walramum per privationem prepositure sue quam in predicta ecclesia Sancte Marie obtinere dinoscitur, appellatione remota, vos vel alter vestrum, per vos vel per alium seu alios, compellere studeatis. Non obstantibus supradictis juramentis, promissionibus... Invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Dat. apud Urbemveterem, idibus junii, anno tertio. »

2891 Orvieto, 15 juillet 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 277, f. 50 v°.)

Venerabili fratri .. patriarche Antiocheno, administratori ecclesie Januensis, et .. archiepiscopo Ravennati committit quatenus cum Jacobino, nato nobilis viri Guillelmi dicti Rubei de Parma, et Fliscarina, nata nobilis viri Andreoli de Flisco, civibus Januensibus, dispenset ut, non obstante quarto consanguinitatis gradu quo conjuncti sunt, ad sedandas inimicitias inter progenitores suos, matrimonium contrahere valeant.

« Lecta coram nobis... — Dat. apud Urbemveterem, idibus julii, anno tertio. »

2892-2893 Orvieto, 9 juillet 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 278, f. 50 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit eis qui

ecclesiam .. abbatis et conventus monasterii de Pontelevio, ordinis S. Benedicti, Carnotensis dioecesis, in singulis beatae Mariae, in cujus honorem ecclesia constructa est, festivitatibus et per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes, visitaverint.

« Virga venustissima et... — Dat. apud Urbemveterem, v idus julii, anno tertio. »

Orvieto, 15 juillet 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sanctae Crucis de Montilio, Valentinae dioecesis, in singulis sanctae crucis et sanctae Mariae festivitatibus et usque ad octo dies festivitates ipsas immediate sequentes, visitaverint.

« Splendor paterne glorie... — Dat. apud Urbemveterem, idibus julii, anno tertio. »

2894 Orvieto, 3 juillet 1290.

Mutatio possessionum inter domum Vallisviridis et prioratum Sanctae Mariae de Carpis. (Reg. 45, c. 279, f. 51 r°.)

.. *penitentiario ecclesie Parisiensis* mandat quatenus inquirat de opportunitate petitionis qua .. prior et conventus domus Vallisviridis prope Parisius, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, Cartucensis ordinis, licentiam poscunt permutandi quasdam possessiones suas cum aliis possessionibus prioratus Sanctae Mariae de Carpis, ordinis S. Benedicti, Parisiensis dioecesis.

« Supplicantibus nobis olim... — Dat. apud Urbemveterem, v nonas julii, anno tertio. »

2895-2897 Orvieto, 15 juillet 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 280, f. 51 r°; Potth., 23320.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit eis qui ecclesiam domus fratrum minorum Florentinae, in honorem Sanctae Crucis constructam, in singulis sanctae crucis, beatae Mariae virginis et sanctorum Francisci et Antonii festivitatibus, et usque ad octo dies festivitates ipsas immediate sequentes, visitaverint.

« Vite perempnis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, idibus julii, anno tertio. »

Orvieto, 15 juillet 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam domus fratrum minorum Pratensis, Pistoiensis dioecesis, in honorem beati Francisci constructam, in singulis sanctorum Francisci et Antonii ac beatae Mariae virginis festivitatibus, per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae, visitaverint. Dat. ut supra (Potth., 23321).

Orvieto, 13 juillet 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sancti Martini de Sanzayo, Pictavensis dioecesis, in singulis S. Martini festivitatibus et per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes. Dat. apud Urbemveterem, iii idus julii, anno tertio.

2898-2899 Orvieto, 15 juillet 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 280², f. 51 r°.)

Universis Christi fidelibus per Aquinatem et Verulanam civitates et dioceses ac terram monasterii Casinensis constitutis. Indulgentiam concedit eis qui ad domum leprosorum Sancti Antonii Aquinatem manum porrexerint caritatis.

« Quoniam ut ait... — Dat. apud Urbemveterem, idibus julii, anno tertio. »

Orvieto, 7 juillet 1290.

In e. m. universis Christi fidelibus per Perusinam, Asisinatem et Spoletanam civitates et dioeceses constitutis. Eandem indulgentiam concedit in favorem domus pauperum leprosorum Sanctae Mariae Magdalenae de Regule, Asisinatis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, nonis julii, anno tertio.

2900 Orvieto, 18 juillet 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 281, f. 51 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Menevensi committit quatenus cum Riccardo de Stakepol et Lucia de Kaumulla, Menevensis dioecesis, dispenset ut, quanquam quarto consanguinitatis gradu conjuncti sunt, tamen ad sedandas inimicitias inter progenitores suos obortas, matrimonium contrahere valeant.

« Ex parte dilecti... — Dat. apud Urbemveterem, xv kalendas augusti, anno tertio. »

2901 Orvieto, 1er août 1290.

Facultas absolvendi ab excommunicationis sententia. (Reg. 45, c. 282, f. 51 r°.)

.. *priori provintiali ordinis fratrum predicatorum in*

Ispania facultatem concedit absolvendi fratres ejusdem ordinis qui, interdictum in terra Petri de Aragonia positum non servando aut praestando eidem Petro favorem, sententiam excommunicationis incurrerunt; et dispensandi cum eis super irregularitate, si quam exinde incurrerint.

« Ad nostram noveris... — Dat. apud Urbemveterem, x kalendas augusti, anno tertio. »

2902 Orvieto, 15 juillet 1290.

Contra dilapidationes abbatis monasterii Psalmodiensis. (Reg. 45, c. 283, f. 51 v°.)

.. *episcopo Massiliensi* mandat quatenus ad monasterium Psalmodiense, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinens, ordinis S. Benedicti, Nemausensis dioecesis, adiens, ejus prioratus et administrationes restituat monachis quos ab eis Petrus, abbas, durante inquisitione a Matthaeo, Sancti Laurentii in Damaso presbytero cardinale, de excessibus et dilapidationibus ejus facta, privavit, et eundem abbatem, si ita expedire viderit, destituat, eumque citet ut coram sede apostolica personaliter compareat, et duobus monachis ad prosequendum hoc negotium expensas necessarias ministrari faciat.

« Cum olim ad... — Dat. apud Urbemveterem, idibus julii, anno tertio. »

2903-2910 Orvieto, 15 juillet 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 284, f. 51 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit eis qui cathedralem ecclesiam Reginam, in honorem Sanctorum Crisanti et Dariae constructam, in eorumdem sanctorum festivitatibus, per octo dies sequentes et anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint.

« Vite perempnis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, idibus julii, anno tertio. »

Orvieto, 6 juillet 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit pro hospitali Sanctae Mariae de Viri, Lingonensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, ii nonas julii, anno tertio.

Orvieto, 17 juillet 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia .. abbatis et conventus monasterii Sanctae Trinitatis de Exaquio, ordinis S. Benedicti, Constantiensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, xvi kalendas augusti, anno tertio.

Orvieto, 15 juillet 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sancti Georgii de Vindocino, Carnotensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, idibus julii, anno tertio (*En marge*).

Orvieto, 17 juillet 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia monasterii Sancti Mennii Cathalaunensis, ordinis S. Augustini. Dat. apud Urbemveterem, xvi kalendas augusti, anno tertio (*Ibid.*).

Orvieto, 15 juillet 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia hospitalis Sanctae Crucis Senensis. Dat. apud Urbemveterem, idibus julii, anno tertio (*Ibid.*).

Orvieto, 23 juillet 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sanctae Mariae Vecclae extra muros Venafranos.

« Virga venustissima et... — Dat. apud Urbemveterem, x kalendas augusti, anno tertio (*Ibid.*).

Orvieto, 23 juillet 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesiis Sancti Martini de Romengos, Beatae Mariae Magdalenae de Cavanacho, et Sancti Johannis de Querio, quarum duae a prima dependent, Tholosanae dioecesis.

« Vite perempnis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, x kalendas augusti, anno tertio » (*Ibid.*).

2911 Orvieto, 18 juillet 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 285, f. 52 r°.)

.. *episcopo Menevensi* committit quatenus cum Hewelo, dicto Vechau, nato Heweli Abrisgrit, et Eva Kemraes, Menevensis dioecesis, dispenset ut in matrimonio quod olim, ignorantes quondam Wernulem, Heweli uxorem, et Evam tertia et quarta consanguinitatis linea conjunctas esse, contraxerunt, remanere valeant.

« Petitio dilecti filii... — Dat. apud Urbemveterem, xv kalendas augusti, anno tertio. »

2912 Orvieto, 12 juillet 1290.

Locus fratrum de Poenitentia Jesu Christi monasterio Sanctae Clarae Claromontensi venditur. (Reg. 45, c. 286, f. 52 r°; Potth., 23316.)

.. *electo Aniciensi* mandat ut locum fratrum Poeniten-

tiae Jesu Christi Anitii situm abbatissae et conventui monasterii ordinis Sanctae Clarae Claromontensis vendat et pretium in tuto loco deponat.

« Cum sicut intelleximus... — Dat. apud Urbemveterem, IIII idus julii, anno tertio. »

2913 Orvieto, 19 juillet 1290.

De feudis quae haeretici tenent. (Reg. 45, c. 287, f. 52 r°.)

Inquisitoribus heretice pravitatis in partibus Vicentinis per sedem apostolicam constitutis. « Intimante nobis venerabili fratre nostro Petro, episcopo Vicentino, nuper accepimus quod, cum aliquos ecclesie Vicentine vassallos de heresi condempnatis, feuda que ab eadem tenent ecclesia, tanquam bona propria ipsorum, venditis, et pro vestra distrahitis voluntate, in non modicum ejusdem ecclesie detrimentum... Discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus feuda ipsa, si qua per vos aut per vestros predecessores inquisitores pravitatis heretice in illis partibus constitutos taliter sunt vendita vel distracta, cum intentionis nostre nequaquam existat ut feuda et terre ecclesiarum que ab eis heretici tenuerunt quibusve illos privari contingit aliquatenus distrahantur, sed potius ad ecclesias redeant supradictas, ad jus et proprietatem ejusdem ecclesie studeatis auctoritate nostra penitus revocare... Dat. apud Urbemveterem, XIIII kalendas augusti, anno tertio. »

2914 Orvieto, 19 juillet 1290.

De eodem negotio. (Reg. 45, c. 287², f. 52 r°.)

Petro, epicopo Vicentino, mandat quatenus si praefati inquisitores praedictum mandatum neglexerint adimplere, illud ipse exequi non postponat.

« Te nuper accepimus... — Dat. ut supra. »

2915 Orvieto, 21 juillet 1290.

Exemptio decimae. (Reg. 45, c. 288, f. 52 r°.)

.. *episcopo Penestrino, apostolice sedis legato*, mandat quatenus de .. magistri et fratrum hospitalis leprosorum Sancti Antonii Aquinatis redditibus, qui in usus leprosorum et pauperum convertuntur, decimam non exigat.

« Ex parte dilectorum... — Dat. apud Urbemveterem, XII kalendas augusti, anno tertio. »

2916 Orvieto, 7 juillet 1290.

Remittit iter ad limina. (Reg. 45, c. 289, f. 52 r°.)

Ewardo, abbati monasterii Aquicinctensis, ordinis S. Benedicti, Atrebatensis diocesis.

« Ex parte tua... — Dat. apud Urbemveterem, nonis julii, anno tertio. »

2917 Orvieto, 15 juillet 1290.

Facultas conferendi duabus personis tabellionatus officium. (Reg. 45, c. 290, f. 52 v°.)

Guillelmo, episcopo Ambianensi.

« Tue devotionis merita... — Dat. apud Urbemveterem, idibus julii, anno tertio. »

2918 Orvieto, 19 juillet 1290.

Privilegium jurisdictionis. (Reg. 45, c. 291, f. 52 v°.)

Nobili viro Arnaldo de Sancto Asterio, domino de Cravinhaco, Petragoricensis diocesis, qui lumine oculorum privatus est, indulget ut per litteras sedis apostolicae vel legatorum ejus extra civitatem et dioecesim Petragoricensem, super illis quae infra illa obtinet, in causam trahi vel ad judicium evocari non possit, dummodo infra easdem civitatem et dioecesim paratus sit coram competenti judice conquerentibus justitiae complementum exhibere.

« Devotionis tue meretur... — Dat. apud Urbemveterem, XIIII kalendas augusti, anno tertio. »

2919 Orvieto, 15 juillet 1290.

Alienatio possessionum Acconensis ecclesiae. (Reg. 45, c. 292, f. 52 v°.)

Venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Tyrensi et .. episcopo Tripolitano mandat quatenus .. patriarchae Jerosolimitano, cui cura et administratio Acconensis ecclesiae commissa est, et capitulo hujus ecclesiae postulatam licentiam concedant vendendi territorium, possessiones, domus ac jura ecclesiae Sancti Dometrii de Accon, ab inundationibus maris totaliter destructae, et pretium in possessessiones alias emendas convertendi.

« Ex parte venerabilis... — Dat. apud Urbemveterem, idibus julii, anno tertio. »

2920-2921 Orvieto, 23 juillet 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 293, f. 52 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et quadraginta dierum concedit eis qui ecclesiam Sancti Donnini de Burgo, Parmensis dioecesis, in singulis beatae Mariae virginis et S. Donnini martyris festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint.

« Splendor paterne glorie... — Dat. apud Urbemveterem, x kalendas augusti, anno tertio. »

Orvieto, 18 juillet 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sancti Lamberti de Eccles, Cameracensis dioecesis, in S. Lamberti ac Nativitatis, Purificationis, Annuntiationis et Assumptionis beatae Mariae festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint. Dat. apud Urbemveterem, xv kalendas augusti, anno tertio.

2922-2927 Orvieto, 4 juillet 1290.

Licentia testandi. (Reg. 45, c. 294, f. 52 v°.)

Gerardo, episcopo Ilerdensi.

« Quia presentis vite... — Dat. apud Urbemveterem, iiii nonas julii, anno tertio. »

Orvieto, 28 juillet 1290.

In e. m. A., episcopo Avinionensi. Dat. apud Urbemveterem, v kalendas augusti, anno tertio (*En marge*).

Orvieto, 7 octobre 1290.

In e. m. Pandulpho, episcopo Pactensi. Dat. apud Urbemveterem, nonis octobris, anno tertio (*Ibid.*).

Orvieto, 22 novembre 1290.

In e. m. Johanni, episcopo Esino. Dat. apud Urbemveterem, x kalendas decembris, anno tertio (*Ibid.*).

Orvieto, 9 février 1291.

In e. m. Dominico, episcopo Ulisbonensi. Dat. apud Urbemveterem, v idus februarii, anno tertio (*Ibid.*).

Orvieto, 10 février 1291.

In e. m. Raymundo, episcopo Valentino. Dat. apud Urbemveterem, iiii idus februarii, anno tertio (*Ibid.*).

2928 Orvieto, 7 juillet 1290.

Facultas absolvendi ab excommunicationis sententia. (Reg. 45, c. 295, f. 53 r°.)

Eidem licentiam concedit absolvendi clericos ipsius dioecesis qui sententiam excommunicationis a J., Sabinensi episcopo, tunc in illis partibus apostolicae sedis legato, in clericos concubinarios latam incurrerint, et dispensandi cum eis super irregularitate si quam exinde contraxerint.

« Ex parte tua... — Dat. apud Urbemveterem, nonis julii, anno tertio. »

2929 Orvieto, 7 juillet 1290.

Contra usurarios. (Reg. 45, c. 295², f. 53 r°.)

Eidem. « Petitio tua nobis exhibita continebat quod nonnulli usurarii tue civitatis et diocesis, cum infirmitatibus gravibus detinentur, ut eis sacramenta ecclesiastica non negentur et ecclesiasticam propter hoc effugiant disciplinam, omnia bona sua in restitutionem deputant usurarum, sed restituti postmodum sanitati, usuras hujusmodi restituere indebite contradicunt. Ne igitur dicti usurarii de sua malitia se comodum gaudeant reportasse, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus, si est ita, usurarios ipsos ad restitutionem hujusmodi faciendam, monitione premissa, nostra fretus auctoritate, compellas. Dat. ut supra. »

2930 Orvieto, 4 juillet 1290.

Facultas habendi altare portatile. (Reg. 45, c. 296, f. 53 r°.)

Eidem.

« Devotionis tue precibus... — Dat. apud Urbemveterem, iiii nonas julii, anno tertio. »

2931 Orvieto, 4 juillet 1290.

Remittit iter ad limina. (Reg. 45, c. 296², f. 53 r°.)

Eidem.

« Ex parte tua... — Dat. ut supra. »

2932-2936 Orvieto, 25 juillet 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 297, f. 53 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis.

Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui magistro et fratribus domus leprosorum de Rua, Ambianensis dioecesis, caritatis manum porrexerint.

« Quoniam ut ait... — Dat. apud Urbemveterem, VIII kalendas augusti, anno tertio. »

In e. m. pro .. magistro et fratribus domus leprosorum Ambianensis.

In e. m. pro .. magistro et fratribus domus leprosorum de Abbatisvilla, Ambianensis dioecesis.

In e. m. pro .. magistro et fratribus domus leprosorum de Cadomo, Baiocensis dioecesis.

In e. m. pro .. priore et fratribus domus leprosorum Baiocensis.

2937-2941 Orvieto, 25 juillet 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 297[1], f. 53 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui ecclesiam Sanctae Mariae de Castello, Ambianensis dioecesis, in Purificationis, Annuntiationis, Nativitatis et Assumptionis beatae Mariae virginis festivitatibus et per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes visitaverint.

« Vite perempnis gloria... — Dat. ut supra. »

Orvieto, 24 mars 1290.

In e. m. .. priori et conventui monasterii de Nageta, per priorem soliti gubernari, ordinis Cluniacensis, Calaguritanae dioecesis. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam praedicti monasterii in singulis beatae Mariae virginis et sancti Petri apostoli, in quorum honorem ecclesia constructa est, festivitatibus visitaverint.

« Splendor paterne glorie... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, VIII kalendas aprilis, anno tertio. »

Orvieto, 1er août 1290.

In e. m. universis Christi fidelibus etc. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam monasterii Sanctae Seraphiae Terdonensis, ordinis sanctae Clarae, in singulis sanctarum Seraphiae et Clarae festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint.

« Splendor paterne glorie... — Dat. apud Urbemveterem, kalendis augusti, anno tertio. » (POTTH., 23346.)

Orvieto, 28 juillet 1290.

In e. m. universis etc. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam monasterii de Plesseyo Grimondi, Baiocensis dioecesis, in honorem S. Stephani constructam, in S. Stephani et Nativitatis, Purificationis, Annuntiationis et Assumptionis beatae Mariae virginis festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint.

« Splendor paterne glorie... — Dat. apud Urbemveterem, V kalendas augusti, anno tertio. » (*En marge.*)

Orvieto, 18 juillet 1290.

In e. m. universis etc. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam hospitalis domus Dei de Toringneyo, Baiocensis dioecesis, in sancti Eligii et Nativitatis, Purificationis, Annuntiationis et Assumptionis beatae Mariae virginis festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint. Dat. apud Urbemveterem, XV kalendas augusti, anno tertio (*Ibid.*).

2942 Orvieto, 23 juillet 1290.

Facultas absolvendi ab excommunicationis sententia. (Reg. 45, c. 298, f. 53 v°.)

Bernardo, episcopo Barchinonensi, facultatem concedit absolvendi clericos qui sententiam excommunicationis per bonae memoriae J., episcopum Sabinensem, tunc in illis partibus apostolicae sedis legatum, in concubinarios clericos latam incurrerint, et dispensandi cum eis super irregularitate, si quam exinde contraxerint.

« Ex parte tua... — Dat. apud Urbemveterem, X kalendas augusti, anno tertio. »

2943 Orvieto, 23 juillet 1290.

Facultates variae Barchinonensi episcopo concessae. (Reg. 45, c. 298[2], f. 53 v°.)

Eidem. « Tue devotionis precibus inclinati, fraternitati tue conficiendi crisma clandestine in ecclesiis tibi subjectis et infra regnum Aragonie constitutis, assistentibus tibi sacerdotibus tue civitatis et diocesis de quibus videris expedire, postquam a sententiis excommunicationum latis auctoritate sedis apostolice in fautores quondam Petri Aragonie, si eas forsitan incurrerunt, fuerint absoluti, et crismandi seu confirmandi infantulos et puellas et alios sacro fonte renatos, et benedicendi calices, corporalia, pallas altaris, vestes sacerdotales et alia ecclesiastica sacramenta, ac dispensandi cum eisdem presbyteris super irregularitate, si quam sic legati, divina officia, non tamen in contemptu clavium, celebrando, contraxisse noscuntur, injuncto eis quod de jure fuerit injungendum,

liberam tibi presentium auctoritate concedimus facultatem. Dat. ut supra. »

2944 Orvieto, 12 juillet 1290.

Facultas redimendi decimas. (Reg. 45, c. 299, f. 53 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo et dilectis filiis capitulo Sedunensibus facultatem concedit redimendi decimas de manibus laicorum in parrochiis Sedunensis dioecesis, rectorum ad in accedente consensu.

« Devotionis vestre precibus... — Dat. apud Urbemveterem, IIII idus julii, anno tertio. »

2945-2946 Orvieto, 23 juillet 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 300, f. 53 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui ecclesiam de Bellomonte, Sanctae Mariae nomine insignitam, Tolosanae dioecesis, in singulis beatae Mariae et S. Georgii festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint.

« Excelsa super sidera... — Dat. apud Urbemveterem, X kalendas augusti, anno tertio. »

Orvieto, 15 juillet 1290.

In e. m. eisdem, pro cathedrali ecclesia Olorensi, Beatae Mariae vocabulo insignita.

« Gloriosus Deus in... — Dat. apud Urbemveterem, idibus julii, anno tertio. »

2947 Sainte-Marie-Majeure, 7 mai 1290.

Statuta Lateranensis ecclesiae. (Reg. 45, c. 301, f. 53 v°.)

Ad perpetuam rei memoriam.

« Ammonet nos suscepti... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis maii, anno tertio. »

2948 Orvieto, 23 juillet 1290.

Confirmatio compositionis inter episcopum Noviomensem et capitulum Sancti Fursei de Perona. (Reg. 45, c. 302, f. 55 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Noviomensi et dilectis filiis capitulo ecclesie Sancti Fursei de Perona, Noviomensis diocesis. Compositionem inter eos habitam confirmat; cujus instrumenta haec sunt :

« Universis presentes litteras inspecturis, Guido, Dei » gratia Noviomensis episcopus, salutem in Domino. » Cum olim, illo instigante qui discordiarum seminator » extitit, ortis controversiis, querelis et litibus gravibus » et dampnosis inter predecessores (*ms. :* predictos) nos- » tros Noviomenses episcopos, ex parte una, et viros ve- » nerabiles et discretos .. decanum et capitulum ecclesie » Peronensis, ex altera, super eo quod prefati decanus » et capitulum, asserentes se esse in possessione, seu » quasi, habendi et exercendi jurisdictionem et justitiam » omnimodam ecclesiasticam in villa et castro Peronen- » sibus ac personis degentibus inibi, necnon et curam » animarum, dicebant hec sibi licere et competere, tum » ex privilegiis romanorum pontificum, tum ex largi- » tione reverendi patris Symonis, Dei gratia tunc No- » viomensis atque Tornacensis episcopi, tum etiam ex » possessione, prescriptione et consuetudine longissi- » mis, ex privilegiis et largitione prefatis tanquam a suis » justis titulis causam et ortum sumentibus et progres- » sum, memoratis predecessoribus nostris ac nobis ipsis » contrarium dicentibus, ac ipsis predecessoribus nostris » ad se, et nobis postmodum ad nos eadem solummodo » causis plurimis ac rationibus tam facti quam juris as- » serentibus pertinere, et, cum castrum Peronense in » diocesi Noviomensi situm existeret, suam ac nostram » intentionem de jure communi proponentibus esse fun- » datam. Item et super eo quod iidem predecessores » nostri dicebant se habere, nomine ecclesie Noviomen- » sis, et sibi competere jus percipiendi annis singulis » fructus unius prebende in ecclesia Peronensi, nobis » postmodum attestantibus illud idem, predictis decano » et capitulo econtradicentibus fructus eosdem non de- » beri; et, eodem discordiarum seminatore procurante, » predictis litibus et discordiis, non sine gravi scandalo » et prejudicio maximo partium et ecclesiarum ipsarum, » tam in romana curia quam alibi longissimis tempori- » bus agitatis et adhuc continuatis, partium et ecclesia- » rum dispendiis durantibus et pendentibus, tandem, » illo qui ut pacem daret venit in mundum operante, » nos prefatus episcopus, nomine ecclesie nostre, de vo- » luntate et expresso consensu discretorum virorum » .. decani et capituli ipsius ecclesie Noviomensis, super » premissis litibus et discordiis cum capitulo ecclesie » Peronensis, vacante decanatu, post multos et varios » tractatus super hoc habitos, mediantibus bonis viris, » unanimi et concordi consensu, pro nobis et successo- » ribus nostris, ad infrascriptam formam devenimus » compositionis et pacis.

» Videlicet quod nos volumus quod decanus et capitulum ecclesie Peronensis prefate, et etiam capitulum, vacante decanatu, soli et in solidum libere habeant et exerceant omnimodam jurisdictionem et justitiam ecclesiasticam in omnibus causis et negotiis tam civilibus quam criminalibus motis et movendis in posterum, cujuscumque nature vel conditionis existant, in ecclesia Beati Furseii in canonicos et capellanos et in vicarios ipsius ecclesie ibidem deservientes, necnon et in omnes illos qui de choro Beati Furseii sunt vel erunt pro tempore, sine fraude. Item in canonicos Sancti Leodegarii. Item in quatuor perpetuos vicarios in quatuor ecclesiis in castro Peronensi constitutos, videlicet Beate Marie in Britannia, Sancti Salvatoris, Sancti Johannis, Sancti Quintini Capelle, in fratres et sorores hospitalis Sancti Johannis Peronensis, in officialem et apparitorem ac in servientem capituli Beati Furseii, necnon et in illos qui sunt et erunt pro tempore de familia seu servientes decani et singulorum canonicorum ecclesie Beati Furseii. Servientes vero et familiam in premissis appellamus et intelligimus bibentes et commedentes et cubantes in hospitiis dictorum decani et canonicorum Beati Furseii, sine fraude.

» Item volumus quod decanus et capitulum ecclesie Peronensis prefate, et capitulum, vacante decanatu, vel officialis eorumdem in tota villa et castro Peronensibus et in omnes et singulos habitantes dictam villam et castrum, tam laicos quam clericos, conjugatos et non conjugatos, qui non sint de choro vel familia seu servitores dictorum decani et canonicorum Beati Furseii vel de numero fratrum et sororum hospitalis Beati Johannis, soli et in solidum libere habeant et exerceant omnimodam jurisdictionem et justitiam ecclesiasticam in omnibus causis et negotiis, tam civilibus quam criminalibus, motis et movendis in posterum, cujuscumque nature vel conditionis existant, exceptis dumtaxat quatuor criminibus, videlicet falsi, symonie, heresis et sodomie; in quibus quatuor criminibus nos et successores nostri in dictas personas tantum, videlicet laicos et clericos predictos, conjugatos et non conjugatos, qui non sunt de choro vel familia dictorum decani et canonicorum ecclesie Beati Furseii vel de numero fratrum et sororum hospitalis Beati Johannis Peronensis, omnimodam jurisdictionem et justitiam soli et in solidum libere habebimus et exercebimus. Si tamen aliquod quatuor criminum predictorum, scilicet falsi, sodomie, heresis et symonie, in causis coram prefatis decano et capitulo Beati Furseii, vel coram capitulo, vacante decanatu, vel eorum officiali motis vel movendis pro tempore inciderit (1) vel excipiendo proponatur, volumus quod decanus et capitulum ecclesie Peronensis predicti vel eorum officialis possint de hoc libere cognoscere et pronuntiare, prout natura exceptionis requirit.

» Item volumus quod decanus et capitulum Peronenses predicti, et etiam capitulum, vacante decanatu, libere habeant et habere possint officialem suum in villa et castro Peronensibus, quem officialem ibidem ad arbitrium et ad voluntatem suam decanus et capitulum Peronenses predicti libere ponent, statuent et destituent, eumque vel alium subrogabunt pro sue libito voluntatis quotienscumque eis videbitur expedire. Idem tamen officialis nobis et successoribus nostris jurabit quod jura et emolumenta ad nos et successores nostros spectantia in premissis et sequentibus fideliter observabit. E converso vero ille qui pro tempore pro nobis et successoribus nostris in quatuor criminibus premissis, scilicet falsi, symonie, heresis et sodomie, jurisdictionem exercebit simili modo jurabit decano et capitulo Peronensibus quod jura et emolumenta ad decanum et capitulum Peronenses spectantia fideliter observabit. Si autem nos vel successores nostri velimus in hiis quatuor criminibus supradictis, scilicet falsi, symonie, heresis, et sodomie, in propria persona jurisdictionem exercere, supradictum juramentum non prestabimus decano et capitulo Peronensibus; jura tamen et emolumenta ad ipsos decanum et capitulum Peronenses spectantia nos et successores nostri servabimus bona fide. Si vero officialis decani et capituli Peronensium predictorum nobis vel successoribus nostris suspectus fuerit, et super causa suspitionis rationabili ipsis decano et capitulo Peronensibus fiat fides per nos vel successores nostros, predicti decanus et capitulum Peronenses eundem officialem amovebunt et alium loco sui subrogabunt non suspectum, qui nobis vel successoribus nostris simile prestabit juramentum.

» Item decanus et capitulum Peronenses prefati habebunt et tenebunt ad proprios sumptus suos officialem suum ejusque salarium de suo proprio solvent. Emolumentum autem sigilli officialatus curie decani et capituli Peronensium predictorum ipsi decanus et capitulum integraliter percipient et habebunt, ita quod nos et successores nostri in emolumento sigilli predicti nichil habebimus, nisi solvamus medietatem salarii officialis dictorum decani et capituli Peronensium; tunc vero cum medietatem salarii predicti solvere vo-

(1) *Ms.* : incidenter.

» luerimus, in emolumento sigilli predicti medietatem
» percipiemus, nobis et successoribus nostris salva sem-
» per super hoc optione.

» Item in emolumento alio jurisdictionis predictorum
» decani et capituli Peronensium nos et successores nos-
» tri, prius deductis expensis, medietatem habebimus et
» percipiemus, excepto emolumento sigilli predicti, in
» quo nec nos nec successores nostri aliquid habebimus
» vel percipiemus, prout est supra in proximo articulo
» declaratum, et excepto emolumento jurisdictionis quam
» ipsi decanus et capitulum Peronenses habent in illos
» qui sunt vel pro tempore fuerint de choro ecclesie Beati
» Furseii, sine fraude; in quo quidem emolumento nos
» vel successores nostri nichil percipiemus vel habe-
» bimus.

» Item in emolumento quod proveniet ex quatuor cri-
» minibus supradictis, scilicet falsi, symonie, heresis et
» sodomie, ad nostram et successorum nostrorum juris-
» dictionem, ut premissum est, spectantibus, decanus et
» capitulum Peronenses, et capitulum Peronense, vacante
» decanatu, medietatem, prius deductis expensis, perci-
» pient et habebunt.

» Item officialis predictorum decani et capituli Pero-
» nensium de emolumentis ad nos et successores nostros
» pertinentibus, quolibet anno, secunda die julii, Pero-
» nii, tenebitur reddere rationem nobis et successoribus
» nostris vel nostro nuntio ad hoc specialiter destinato.
» E converso vero nos et successores nostri, vel ille qui
» pro nobis in dictis quatuor criminibus, scilicet falsi,
» symonie, heresis et sodomie, jurisdictionem exercebit,
» de emolumentis ad decanum et capitulum Peronenses,
» et ad capitulum Peronense, vacante decanatu, perti-
» nentibus, ipsis decano et capitulo Peronensibus, et
» capitulo Peronensi, vacante decanatu, secunda die
» maii, Noviomi, tenebitur reddere rationem.

» Item nos et successores nostri jurisdictionem ordina-
» riam habebimus in decanum et capitulum Peronenses
» predictos, tanquam in collegium, et etiam, vacante
» decanatu, in capitulum, ut capitulum; sed in singulos
» de capitulo Peronensi nullam omnino jurisdictionem
» habebimus nec exercebimus.

» Item si contingat appellari ab audientia predictorum
» decani et capituli Peronensium vel officialis eorundem
» ad nos et successores nostros tanquam ad immediate
» superiores, salva apostolice sedis auctoritate, appellari
» de jure poterit et debebit, et nos et successores nostri
» vel officialis noster de ipsa appellatione poterimus
» cognoscere, et secundum ipsius appellationis merita
» judicare.

» Item nos et successores nostri qui pro tempore fuerint
» fructus unius prebende tanquam prebendarii in dicta
» ecclesia Peronensi singulis annis, videlicet quantum
» unus canonicus ibidem residens et deserviens integre
» percipiemus et habebimus in posterum. Volumus tamen
» quod, si contingat in dicta ecclesia Peronensi collec-
» tam seu contributionem fieri, dum tamen non fiat con-
» tra nos vel successores nostros, ratione dictorum fruc-
» tuum, sicut unum de canonicis ecclesie Peronensis,
» ad eandem collectam seu contributionem teneri, et
» quod ipsi decanus et capitulum ecclesie Peronensis,
» vel capitulum, vacante decanatu, usque ad summam
» contributionis hujusmodi et non ultra de fructibus
» dicte prebende arrestare valeant ac etiam detinere.

» Item volumus quod decanus et capitulum ecclesie
» Peronensis qui pro tempore fuerint, et etiam capitu-
» lum, vacante decanatu, soli et in solidum libere habeant
» et exerceant in villa et toto castro Peronensibus curam
» animarum virtute privilegiorum eisdem a sede apos-
» tolica indultorum, nec curam illam a nobis vel suc-
» cessoribus nostris recipient.

» Item electio decani ecclesie Peronensis pro tempore
» in eadem ecclesia celebrata nobis vel successoribus
» nostris qui pro tempore fuerint presentabitur : eam,
» sublato more diffugio, si eam canonicam invenerimus,
» nos vel successores nostri qui pro tempore fuerint te-
» nebimur confirmare; si vero minus canonicam ipsam
» invenerimus, ipsam poterimus infirmare.

» Item nos et successores nostri ac officiales Novio-
» menses qui pro tempore fuerint, ad requisitionem
» ipsorum decani et capituli Peronensium vel eorum
» officialis, excommunicatos, interdictos et suspensos ab
» ipsis decano et capitulo Peronensibus vel officiali suo
» vitabimus et vitari ac denuntiari faciemus in civitate
» et diocesi Noviomensi, quandiu fuerint sic ligati, nec
» eos nos vel successores nostri seu officiales nostri No-
» viomenses absolvemus vel absolvere poterimus, pre-
» terquam in casibus in quibus hec de jure facere pos-
» simus et etiam debeamus absque injuria vel prejudi-
» cio decani et capituli Peronensium seu jurisdictionis
» eorumdem; ipsosque excommunicatos, interdictos vel
» suspensos ab ipsis decano et capitulo Peronensibus vel
» eorum officiali nec nos nec successores nostri vel offi-
» ciales Noviomenses qui pro tempore fuerint, si sic ligati
» decesserint in civitate vel diocesi Noviomensi, recipie-
» mus vel recipi a nostris subditis permittemus ad sepul-
» turam ecclesiasticam vel ad alia ecclesiastica sacra-
» menta. Et ipsi decanus et capitulum Peronenses ac
» eorum officialis ad mandatum nostrum et successorum
» nostrorum ac officialium Noviomensium vitabunt, vitari
» ac denuntiari facient in villa et castro Peronensibus

» excommunicatos, interdictos vel suspensos a nobis et » successoribus nostris ac officialibus Noviomensibus, » nec eosdem sic ligatos absolvent seu absolvere pote- » runt nec eos recipient vel eos recipi permittent in » dictis villa et castro Peronensibus, si sic ligati deces- » serint, ad sepulturam ecclesiasticam vel ad alia eccle- » siastica sacramenta.

» Item volumus quod Peronensis decanus qui pro tem- » pore fuerit in omnibus causis et singulis civilibus et » pecuniariis sit de jurisdictione solius capituli Peronen- » sis, et quod si eundem decanum in dicta ecclesia non » residere contingat, capitulum Peronense fructus quos » in eadem ecclesia vel alibi ipsius decanatus nomine » obtinet seu etiam obtinebit in posterum sua auctoritate » saisire et arrestare valeat et etiam detinere.

» Item volumus quod, si decanus ecclesie Peronensis » delinquat in ecclesia Peronensi vel in aliquem de ec- » clesia Peronensi quoquo modo, jurisdictio et correctio » ejusdem decani delictique sui in ecclesia et personas » prefatas commissi sit et spectet ad solum capitulum » Peronense. In omnibus aliis erit de jurisdictione » nostra.

» Item jurisdictio et justitia omnimoda parrochie Sancti » Quintini in Aqua et omnium in eadem parrochia de- » gentium personarum pleno jure ad nos et successores » nostros libere pertinet et etiam pertinebit.

» Item nos et successores nostri qui pro tempore fue- » rint in suo jocundo adventu procurationem unam ha- » bebimus in ecclesia Beati Furseii Peronensi.

» Item nos et prefati successores nostri qui pro tem- » pore fuerint singulis annis pro procuratione nostra in » ecclesia Beati Furseii unum modium frumenti ad men- » suram Peronensem habebimus et percipiemus.

» Item volumus et in hoc expresse consentimus quod » ,occasione premissorum, nos nec successores nostri ,a » predictis decano et capitulo Peronensibus aliquid ra- » tione preteriti temporis petere possimus in futurum » quoquo modo, nec etiam ipsi a nobis.

» Et ad perpetue pacis observantiam, nos, pro nobis et » ecclesia nostra Noviomensi ac successoribus nostris, » ac predictum capitulum Peronense, vacante decanatu, » universa predicta et singula, prout superius sunt ex- » pressa, tenere perpetuo et inviolabiliter observare, ac » eadem procurari per sedem apostolicam confirmari, » nostris et ipsius capituli Peronensis sumptibus et ex- » pensis, bona fide repromittimus et sumus invicem sol- » lempniter stipulati; presentibus et contentis in ipsis » extunc dumtaxat valituris cum per summum pontifi- » cem ex certa scientia fuerint confirmata, nec aliter » possint eorum narratio et confessio, non habita dicta » confirmatione, primevo juri partium aliquod prejudi- » cium generare, sed dicta confirmatione non obtenta, » pro infectis totaliter habeantur.

» In quorum omnium testimonium sigillum nostrum » presentibus litteris duximus apponendum. Dat. anno » Domini M° CC° octogesimo nono, die Jovis post Bran- » dones.

» Universis presentes litteras inspecturis, capitulum » ecclesie Peronensis, decanatu vacante, salutem in Do- » mino. Cum olim, instigante qui discordiarum semina- » tor extitit, ortis controversiis, querelis et litibus gra- » vibus et dampnosis, inter reverendum patrem tunc » temporis Noviomensem episcopum, ex una parte, et » predecessores (*ms.* : predictos) nostros decanum et ca- » pitulum ecclesie Peronensis, ex altera, super eo quod » prefati predecessores nostri, asserentes se esse in pos- » sessione, seu quasi, habendi et exercendi jurisdictio- » nem et justitiam omnimodam ecclesiasticam in villa » et castro Peronensibus ac personis degentibus inibi, » dicebant hec sibi licere et competere, tum ex privile- » giis romanorum pontificum, tum ex largitione reve- » rendi patris Symonis, Dei gratia tunc Noviomensis » atque Tornacensis episcopi, tum etiam ex possessione, » prescriptione et consuetudine longissimis, ex privile- » giis et largitione prefatis tanquam a suis justis titulis » causam et ortum sumentibus et progressum, nobis » postmodum attestantibus illud idem prefato tunc No- » viomensi episcopo et suis successoribus contrarium » dicentibus et ad se eadem solummodo causis plurimis » ac rationibus tam facti quam juris asserentibus perti- » nere, et, cum castrum Peronense in diocesi Novio- » mensi situm existeret, suam intentionem de jure com- » muni proponentibus esse fundatam .Item super eo quod » predictus tunc temporis Noviomensis episcopus ac suc- » cessores sui dicebant se habere nomine ecclesie No- » viomensis et sibi competere jus percipiendi annis sin- » gulis fructus unius prebende in ecclesia Peronensi, » predictis predecessoribus nostris ac nobis etiam post » ipsos econtradicentibus fructus eosdem non deberi; et, » eodem discordiarum seminatore procurante, predictis » litibus et discordiis, non sine gravi scandalo et preju- » dicio maxime partium et ecclesiarum ipsarum, tam in » in romana curia quam alibi longissimis temporibus » agitatis, et adhuc continuant, partium et ecclesiarum » dispendiis durantibus et pendentibus, tandem, illo qui » ut pacem daret venit in mundum operante, nos capitu- » lum ecclesie Peronensis, vacante decanatu, super pre- » missis litibus et discordiis cum reverendo patre Gui- » done, Dei gratia Noviomensi episcopo, post multos et » varios tractatus super hoc habitos, unanimi et concordi

» consensu, pro nobis et successoribus nostris, ad in-
» frascriptam formam devenimus compositionis et pacis.

» Videlicet quod nos et decanus et capitulum ecclesie
» Peronensis qui pro tempore fuerint libere habeamus
» et exerceamus omnimodam jurisdictionem et justitiam
» ecclesiasticam in omnibus causis et negotiis tam civi-
» libus quam criminalibus motis et movendis in poste-
» rum, cujuscumque nature vel conditionis existant, in
» ecclesia nostra Beati Furseii in canonicos et capellanos
» et vicarios ipsius ecclesie nostre ibidem deservientes,
» necnon in omnes illos qui de choro Beati Furseii sunt
» vel erunt pro tempore, sine fraude. Item in canonicos
» Sancti Leodegarii. Item in quatuor perpetuos vicarios
» in quatuor ecclesiis in castro Peronensi constitutos,
» videlicet Beate Marie in Britannia, Sancti Salvatoris,
» Sancti Johannis, Sancti Quintini Capelle, in fratres
» et sorores hospitalis Sancti Johannis Peronensis, in
» officialem et apparitorem ac in servientem capituli
» Beati Furseii, necnon in illos qui sunt et erunt pro
» tempore de familia seu servientes decani et singulorum
» nostrorum et canonicorum Beati Furseii. Servientes
» vero et familiam in premissis appellamus et intelligi-
» mus bibentes et comedentes et cubantes in hospitiis
» dictorum decani et canonicorum Beati Furseii, sine
» fraude.

» Item volumus quod nos et decanus et capitulum nos-
» tre ecclesie Peronensis qui pro tempore fuerint et offi-
» cialis noster in tota villa et castro Peronensibus et in
» omnes et singulos habitantes dictam villam et castrum,
» tam clericos quam laicos, conjugatos et non conjugatos,
» qui non sunt de choro vel de familia seu servitores de-
» cani et canonicorum Beati Furseii qui pro tempore
» fuerint, vel de numero fratrum et sororum hospitalis
» Beati Johannis, soli et in solidum libere habeamus et
» exerceamus omnimodam jurisdictionem et justitiam
» ecclesiasticam in omnibus causis et negotiis, tam civi-
» libus quam criminalibus, motis et movendis in poste-
» rum, cujuscumque nature vel conditionis existant,
» exceptis dumtaxat quatuor criminibus, videlicet falsi,
» symonie, heresis et sodomie; in quibus quatuor crimi-
» nibus volumus quod dictus reverendus pater Novio-
» mensis episcopus et successores sui in dictas personas
» tantum, videlicet laicos et clericos predictos, conjuga-
» tos et non conjugatos, qui non sunt de choro vel fami-
» lia dictorum decani et canonicorum Beati Furseii vel
» de numero fratrum et sororum hospitalis Sancti Jo-
» hannis Peronensis, omnimodam jurisdictionem et jus-
» titiam soli et in solidum libere habeant et exerceant.
» Si tamen aliquod criminum predictorum, scilicet falsi,
» sodomie, heresis et symonie, in causis coram nobis vel
» decano et capitulo Beati Furseii qui pro tempore fue-
» rint vel officiali nostro motis et movendis pro tempore
» inciderit vel excipiendo proponatur, volumus quod nos
» et decanus et capitulum ecclesie Peronensis predicte
» vel noster officialis qui pro tempore fuerint possimus
» de hoc libere cognoscere et pronuntiare, prout natura
» exceptionis requirit.

» Item volumus quod nos et decanus et capitulum Pe-
» ronenses predicti qui pro tempore fuerint libere habea-
» mus et habere possimus officialem nostrum in villa et
» castro Peronensibus, quem officialem ibidem ab arbi-
» trium et voluntatem nostram ac decani et capituli Pe-
» ronensium qui pro tempore fuerint libere ponemus,
» statuemus et destituemus, eumque vel alium subroga-
» bimus pro nostre libito voluntatis quotiens nobis vide-
» bitur expedire. Idem tamen officialis noster dicto re-
» verendo patri Noviomensi episcopo et successoribus
» suis jurabit quod jura et emolumenta ad ipsum domi-
» num episcopum et successores suos spectantia in pre-
» missis et sequentibus fideliter observabit. Et e converso
» ille qui pro tempore pro dicto domino episcopo et suc-
» cessoribus ejus in quatuor criminibus premissis, scili-
» cet falsi, symonie, heresis et sodomie, jurisdictionem
» exercebit simili modo jurabit nobis et decano et capi-
» tulo Peronensibus qui pro tempore fuerint quod jura
» et emolumenta ad nos et decanum et capitulum Pero-
» nenses qui pro tempore fuerint spectantia fideliter ob-
» servabit. Si autem dictus episcopus vel successores sui
» velint in quatuor criminibus supradictis in propria
» persona jurisdictionem exercere, supradictum jura-
» mentum non prestabunt nobis vel decano et capitulo
» Peronensibus qui pro tempore fuerint; jura tamen et
» emolumenta ad nos spectantia dictus episcopus et suc-
» cessores sui bona fide servare tenebuntur. Si vero offi-
» cialis noster predictus dicto domino episcopo vel suis
» successoribus suspectus fuerit, et super causa suspi-
» tionis rationabili nobis vel decano et capitulo Peronen-
» sibus fiat fides per dictum dominum episcopum vel
» successores suos, nos et decanus et capitulum Pero-
» nenses predicti eundem officialem amovebimus et
» alium loco sui subrogabimus non suspectum, qui dicto
» domino episcopo et successoribus suis prestabit simile
» juramentum.

» Item nos ac decanus et capitulum Peronenses qui
» pro tempore fuerint habebimus et tenebimus ad pro-
» prios sumptus nostros officialem nostrum ejusque sa-
» larium de proprio nostro solvemus. Emolumentum
» autem sigilli offitialatus curie nostre nos et decanus et
» capitulum Peronenses qui pro tempore fuerint inte-
» graliter percipiemus et habebimus, ita quod dicti epis-

» copus et successores sui in emolumento sigilli predicti » nichil percipient vel habebunt, nisi solvant medietatem salarii officialis nostri predicti; tunc vero cum » medietatem salarii solvere voluerint, in emolumento » sigilli predicti medietatem percipient, dictis episcopo » et successoribus suis salva super hoc opinione.

» Item in emolumento alio jurisdictionis nostre et decani et capituli Peronensium qui pro tempore fuerint » dictus episcopus et successores sui, prius deductis expensis, medietatem habebunt et percipient, excepto » emolumento sigilli predicti, in quo nec dictus episcopus nec successores sui aliquid habebunt vel percipient, nisi prout est supra in proximo articulo declaratum, et excepto emolumento jurisdictionis quam nos » et decanus et capitulum Peronenses qui pro tempore » fuerint habebimus in illos qui sunt vel qui pro tempore » fuerint de choro ecclesie nostre Beati Furseii predicte, » sine fraude; in quo quidem emolumento dictus episcopus vel successores sui nichil percipient vel habebunt.

» Item in emolumento quod proveniet ex quatuor criminibus supradictis, scilicet falsi, symonie, heresis, » sodomie, ad ipsorum episcopi et successorum suorum » jurisdictionem, ut premissum est, spectantibus, nos » et decanus et capitulum Peronenses qui pro tempore » fuerint medietatem, prius deductis expensis, percipiemus et habebimus.

» Item officialis noster vel decani et capituli Peronensium qui pro tempore fuerint de emolumentis ad dictum Noviomensem episcopum et successores suos qui » pro tempore fuerint pertinentibus, quolibet anno, secunda die julii, Peronii, tenebitur reddere rationem » dicto episcopo vel successoribus suis qui pro tempore » fuerint vel ipsorum nuntio ad hoc spetialiter destinato. » E converso vero dictus episcopus vel sui successores, » vel ille qui pro ipsis in dictis quatuor criminibus, videlicet falsi, symonie, heresis et sodomie, jurisdictionem » exercebit, de emolumentis ad nos vel decanum et capitulum Peronenses qui pro tempore fuerint spectantibus » nobis vel nostro nuntio ad hoc spetialiter destinato, » secunda die maii, Noviomi, tenebitur reddere rationem.

» Item volumus quod prefatus episcopus et successores » sui jurisdictionem ordinariam habeant in decanum et » capitulum Peronenses predictos, tanquam in collegium, » et etiam, vacante decanatu, in capitulum ut in capitulum; sed in singulos de capitulo Peronensi nullam » omnino jurisdictionem habebunt nec exercebunt.

» Item si contingat appellari ab audientia nostra aut » decani vel capituli Peronensium qui pro tempore fuerint vel officialis nostri ad dictum episcopum et successores suos tanquam ad immediate superiores, salva » apostolice sedis auctoritate, appellari de jure poterit » et debebit, et dictus episcopus et successores sui vel » eorum officialis de ipsa appellatione poterunt cognoscere » et secundum ipsius appellationis merita judicare.

» Item volumus quod prefatus reverendus pater et successores sui qui pro tempore fuerint fructus unius » prebende tanquam prebendarii in dicta nostra ecclesia » Peronensi singulis annis, videlicet sicut unus canonicus ibidem deserviens et residens integre percipiant et » habeant in posterum. Volumus tamen quod, si contingat in dicta nostra ecclesia Peronensi collectam seu » contributionem fieri, dum tamen [non] sit contra dictum episcopum vel successores suos, ipsum episcopum » et successores suos ratione dictorum fructuum, sicut » unum de canonicis ecclesie nostre Peronensis predicte, » ad eandem collectam seu contributionem teneri, et » quod nos et decanus et capitulum ecclesie Peronensis » qui pro tempore fuerint usque ad summam contributionis hujusmodi et non ultra de fructibus dicte prebende arrestare valeamus ac etiam detinere.

» Item volumus quod nos et decanus et capitulum » Peronenses qui pro tempore fuerint soli et in solidum » libere habeamus et exerceamus in villa et toto castro » Peronensibus curam animarum virtute privilegiorum » nobis a sede apostolica indultorum, nec curam illam » a dicto domino episcópo vel successoribus suis recipiemus.

» Item electio decani nostre ecclesie Peronensis pro » tempore in eadem ecclesia celebrata dicto domino » episcopo vel ejus successoribus qui pro tempore fuerint » presentabitur, et eam, sublato more diffugio, si eam » canonicam invenerint, dicti dominus episcopus vel » successores sui qui pro tempore fuerint tenebuntur » confirmare; si vero minus canonicam ipsam invenerint, poterunt infirmare.

» Item dicti dominus episcopus et successores sui ac » officialis Noviomensis qui pro tempore fuerint, ad requisitionem nostram et decani et capituli Peronensium » qui pro tempore fuerint vel officialis nostri, excommunicatos, interdictos et suspensos a nobis vel decano et » capitulo Peronensibus vel officiali nostro vitabunt et » vitari ac denuntiari facient in civitate et diocesi Noviomensibus, quandiu fuerint sic ligati, nec eosdem dictus episcopus vel successores sui vel eorum officialis » absolvent vel absolvere poterunt, preterquam in casibus in quibus hec de jure facere possint et etiam debeant absque injuria vel prejudicio nostro seu jurisdictionis nostre seu decani et capituli Peronensium qui » pro tempore fuerint; ipsosque excommunicatos, inter-

» dictos vel suspensos a nobis et decano vel capitulo » Peronensibus vel officiali Peronensi qui pro tempore » fuerint dictus episcopus nec successores sui vel eorum » officialis Noviomensis qui pro tempore erunt, si sic » ligati decesserint, in civitate vel diocesi Noviomensi- » bus recipient vel recipi a suis subditis permittent ad » sepulturam ecclesiasticam vel ad alia ecclesiastica sa- » cramenta. Et nos et decanus et capitulum Peronenses » qui pro tempore fuerint ac officialis noster ad manda- » tum dicti episcopi et successorum suorum ac officialis » Noviomensis vitabimus, vitari ac denuntiari faciemus » in villa et castro Peronensibus excommunicatos, inter- » dictos vel suspensos ab ipsis episcopo et successoribus » suis ac officiali Noviomensi, nec eos sic ligatos absol- » vemus seu absolvere poterimus nec eos recipiemus » vel recipi permittemus in dictis villa et castro Pero- » nensibus, si sic ligati decesserint, ad sepulturam » ecclesiasticam vel ad alia ecclesiastica sacramenta.

» Item volumus quod decanus Peronensis qui pro » tempore fuerit in omnibus causis et singulis civilibus » et pecuniariis sit de sola jurisdictione nostra, et quod, » si eundem decanum in dicta ecclesia Peronensi non » residere contingat, nos capitulum Peronense predictum » fructus quos in eadem ecclesia vel alibi ipsius decana- » tus nomine obtinet seu etiam obtinebit in posterum » nostra auctoritate saisire et arrestare valeamus et etiam » detinere.

» Item volumus quod, si decanus ecclesie Peronensis » qui pro tempore fuerit delinquat in ecclesia Peronensi » vel in aliquem de ecclesia Peronensi quoquo modo, » jurisdictio et correctio ejusdem decani delictique sui » in ecclesia et personas prefatas commissi sit et spectet » ad nos solum capitulum Peronense. In omnibus aliis » erit de jurisdictione dicti episcopi et successorum » suorum.

» Item jurisdictio et justitia omnimoda parrochie Sancti » Quintini in Aqua et omnium in eadem parrochia de- » gentium personarum pleno jure ad dictum dominum » Noviomensem episcopum et successores suos libere » pertinet et etiam pertinebit.

» Item dictus episcopus et successores sui qui pro tem- » pore fuerint in suo jocundo adventu procurationem » unam habebunt in ecclesia Beati Furseii Peronensi.

» Item dictus episcopus et successores sui qui pro » tempore fuerint singulis annis pro procuratione sua in » dicta ecclesia Beati Furseii unum modium frumenti » ad mensuram Peronensem percipient et habebunt.

» Item volumus et in hoc expresse consentimus quod » occasione premissorum nec nos nec successores nostri » a predictis episcopo et successoribus suis aliquid ra- » tione preteriti temporis petere possimus in futurum » quoquo modo, nec etiam ipsi episcopus vel successores » a nobis.

» Et ad perpetue pacis observantiam, nos, pro nobis et » ecclesia nostra Peronensi ac successoribus nostris, ac » prefatus dominus Noviomensis episcopus, pro se et » ecclesia sua Noviomensi et successoribus suis, uni- » versa predicta et singula, prout superius sunt expressa, » tenere perpetuo et inviolabiliter observare, et eadem » procurari per sedem apostolicam confirmari, nostris » et ipsius episcopi sumptibus et expensis, bona fide re- » promittimus et sumus invicem sollempniter stipulati; » presentibus et contentis in ipsis extunc dumtaxat vali- » turis cum per summum pontificem ex certa scientia » fuerint confirmata; nec aliter possint eorum narratio » et confessio, non habita dicta confirmatione, primevo » juri partium aliquod prejudicium generare, sed dicta » confirmatione non obtenta, pro infectis totaliter » habeantur.

» In quorum omnium testimonium sigillum nostrum » presentibus litteris duximus apponendum. Dat. anno » Domini M°CC°LXXXVIII°, die Jovis post Brandones.

» Universis presentes litteras inspecturis, capitulum » ecclesie Peronensis, Noviomensis diocesis, vacante » ipsius ecclesie decanatu, salutem in Domino. Noverit » universitas vestra quod, cum super quibusdam certis » articulis in nostris litteris comprehensis que sic inci- » piunt : Universis presentes litteras inspecturis, et sic » terminantur : Dat. anno Domini M°CC° octogesimo » nono, die Jovis post Brandones, inter reverendum » patrem ac dominum Guidonem, Dei gratia Novio- » mensem episcopum, ex parte una, et nos capitulum » predictum, ex altera, pax extitisset reformata, sicut in » eisdem litteris nostris plenius continetur, nos capitu- » lum predictum, postmodum super articulo infrascripto, » ne ulterius occasione ejusdem inter ipsum dominum » episcopum et ejus successores episcopos Noviomenses » et nos capitulum predictum possit haberi materia » questionis, promittimus et ad hoc nos obligamus » quod, quotiescunque ipsum dominum episcopum vel » ejus successores episcopos Noviomenses ex quacunque » causa a curia romana redire contigerit et venire ad » ecclesiam Peronensem, prefato domino episcopo et » suis successoribus episcopis Noviomensibus procura- » tionem integram conferamus. Presentibus litteris et » contentis in ipsis extunc dumtaxat valituris cum per » summum pontificem ex certa scientia pax predicta » fuerit confirmata; nec aliter narrata in presenti littera » et contenta, non habita dicta confirmatione, possint » primevo juri partium aliquod prejudicium generare,

» sed dicta confirmatione non obtenta, pro infectis tota-
» liter habeantur.

» In quorum omnium testimonium sigillum nostrum
» presentibus litteris duximus apponendum. Dat. anno
» Domini M°CC° octogesimo nono, die Jovis post Bran-
» dones.

» Universis presentes litteras inspecturis, E., decanus,
» et capitulum ecclesie Beate Marie Noviomensis, salu-
» tem in Domino. Cum jamdudum inter reverendum
» patrem et dominum Noviomensem episcopum, ex parte
» una, et capitulum ecclesie Sancti Furseii Peronensis,
» ex altera, super jurisdictione spirituali exercenda in
» castro Peronensi in pluribus et diversis casibus et ar-
» ticulis orta sit materia questionis, lite et causa super
» premissis pendentibus in curia romana inter partes
» predictas, et nonnulli amicabiles compositores, finem
» litibus cupientes imponi ac etiam periculum animarum
» evitare volentes, circa reformationem pacis de predictis
» inter dictas partes, quantum cum Deo poterunt, inten-
» dant fideliter laborare, ut intelleximus, noveritis quod
» nos, premissa considerantes, in reformatione predicta
» consentimus expresse, dantes et concedentes, quantum
» in nobis est, reverendo patri ac domino G., Dei gratia
» Noviomensi episcopo, plenariam potestatem et man-
» datum spetiale componendi, transigendi et pacificandi
» de premissis et ea tangentibus, ratum et gratum ha-
» bentes et habituri quicquid per ipsum actum fuerit in
» eisdem et etiam ordinatum.

» In quorum omnium testimonium sigillum nostrum
» presentibus litteris duximus apponendum. Dat. anno
» Domini M°CC° octogesimo nono, die Veneris ante Tri-
» nitatem. »

« Ea que judicio... — Dat. apud Urbemveterem, x kalendas augusti, anno tertio. »

2949-2951 Orvieto, 18 juillet 1290.

Collatio beneficii. (Reg. 45, c. 303, f. 57 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Londoniensi ac .. decano ecclesie Baiocensis mandat quatenus unum reginae Angliae clericum in ecclesia Dublinensi recipi faciant in canonicum et in fratrem et ei de praebenda provideant.

« Grandis et sincera... — Dat. apud Urbemveterem, xv kalendas augusti, anno tertio. »

In e. m. eisdem, pro eadem regina in ecclesia Londoniensi.

In e. m. eisdem, pro eadem regina in ecclesia Lichefeldensi.

2952-2953 Orvieto, 8 juillet 1290.

Collatio beneficii. (Reg. 45, c. 304, f. 58 r°.)

Guillelmo de Noalhaco, canonico Agennensi, canonicatum et praebendam in ecclesia Agennensi vacantia confert vel vacatura reservat, et cum eo dipensat ut ea una cum beneficio *decima* vulgariter appellato in ecclesia Sancti Aviti de Calhaveto, Agennensis dioecesis, retinere possit.

« Quia venustate morum... — Dat. apud Urbemveterem, viii idus julii, anno tertio. »

In e. m. Petro de Altis vineis, archidiacono de Tyneyo Ovetensis, .. sacristae Vasatensis et Petro de Mota, canonico Lectorensis ecclesiarum, mandat ut Guillelmum de Noalhaco in possessionem praedictae praebendae inducant.

2954-2961 Orvieto, 23 juillet 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 305, f. 58 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit eis qui ecclesiam Sancti Petri de Maceriis, Remensis dioecesis, in singulis S. Petri festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint.

« Vite perempnis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, x kalendas augusti, anno tertio. »

Orvieto, 23 juillet 1290.

In e. m., pro ecclesia Sancti Petri in Castello Veronensi.

Orvieto, 15 juillet 1290.

In e. m. Universis etc. Eandem indulgentiam concedit eis qui cathedralem ecclesiam Reginam, in honorem beatae Mariae virginis constructam, et sanctorum Crisanti et Dariae, quorum corpora in ea requiescunt, in singulis eorumdem virginis et sanctorum festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint. Dat. apud Urbemveterem, idibus julii, anno tertio » (*En marge*).

Orvieto, 26 juillet 1290.

In e. m. Universis etc. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sancti Stephani de Noysiaco sicco, Parisiensis dioecesis, in Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis et Nativitatis beatae Mariae virginis et S. Stephani festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint. Dat. apud Urbemveterem, vii kalendas augusti, anno tertio (*Ibid.*).

Orvieto, 31 juillet 1290.

In e. m. Universis etc. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sanctae Trinitatis de Bellomonte in Algia, Lexoviensis dioecesis, in Purificationis, Annuntiationis, Nativitatis et Assumptionis beatae Mariae virginis et sancti Clari festivitatibus, prima die dominica post Pentecosten et per octo dies sequentes visitaverint. Dat. apud Urbemveterem, II kalendas augusti, anno tertio (*Ibid.*).

Orvieto, 5 août 1290.

In e. m. Universis etc. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sancti Fursei Peronensem, Noviomensis dioecesis, in Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis et Nativitatis beatae Mariae virginis et sancti Fursei festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint. Dat. apud Urbemveterem, nonis augusti, anno tertio (*Ibid.*).

Orvieto, 27 juillet 1290.

In e. m. Universis etc. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sancti Martini de Loberghe, Morinensis dioecesis, in Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis et Nativitatis beatae Mariae virginis et S. Martini festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint. Dat. apud Urbemveterem, VI kalendas augusti, anno tertio (*Ibid.*).

Orvieto, 27 juillet 1290.

In e. m. Universis etc. Eandem indulgentiam concedit eis qui parrochialem ecclesiam Beatae Mariae de Draguynhano, Forojuliensis dioecesis, in Nativitatis, Annuntiationis, Purificationis et Assumptionis beatae Mariae virginis et sanctorum Johannis Baptistae et Johannis Evangelistae festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint. Dat. ut supra (*Ibid.*).

2962-2963 Orvieto, 27 juillet 1290.

Controversiam inter monasterium Sancti Salvatoris de Monte acuto et capitulum basilicae principis apostolorum de Urbe, ex una parte, et monasterium Cistercii, ex altera, terminat. (Reg. 45, c. 306, f. 58 v°; Potth., 23340.)

Ad perpetuam rei memoriam.

« Circa dirimendas lites... — Dat. apud Urbemveterem, VI kalendas augusti, anno tertio. »

In e. m. .. abbati monasterii Sancti Petri Perusini ac Ugutioni, marchioni de Monte Mejano, canonico Rothomagensi, capellano suo, mandat ut abbatem et conventum Cistercienses vel procuratorem eorum in corporalem possessionem juris praedicti reducant.

« Significarunt nobis dilecti... — Dat. ut supra. »

2964 Orvieto, 15 juillet 1290.

Ut restituatur apostata monasterio suo. (Reg. 45, c. 307, f. 59 r°; Potth., 23323.)

.. *archiepiscopo Coloniensi* mandat ut fratres domus hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani provintiae Alamaniae cogat ad restituendum guardiano et conventui fratrum minorum de Grimenberch, Maguntinae dioecesis, Henricum de Baccemburch, apostatam ordinis minorum.

« Dilecti filii .. minister... — Dat. apud Urbemveterem, idibus julii, anno tertio. »

2965 Orvieto, 23 juillet 1290.

Facultas absolvendi a canonicis sententiis. (Reg. 45, c. 308, f. 59 r°; Potth., 23328.)

.. *ministro provintiali ordinis fratrum minorum in Aragonia* facultatem concedit absolvendi fratres ordinis ejusdem ab excommunicationis sententia quam interdictum in terra quondam Petri de Aragonia positum non servantes aut Petro eidem faventes incurrerint et dispensandi cum eis super irregularitatibus si quas sic ligati contraxerint.

« Ad nostram noveris... — Dat. apud Urbemveterem, X kalendas augusti, anno tertio. »

2966 Orvieto, 11 juillet 1290.

Bona monasterii Sancti Gerontii Callensis inter capitulum et episcopum Callenses partiuntur. (Reg. 45, c. 309, f. 59 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo et dilecto filio capitulo Callensibus. Dudum monasterium Sancti Gerontii Callense, ordinis S. Benedicti, vacans episcopatui Callensi adnexit, sed nunc, de hujus monasterii bonis certior factus, tertiam partem eorum, « videlicet duos campos, qui fuerunt quondam Manentis, positos in Aquaviva Johannis, ac campum de Masano et campum de Plano abbatis, positum in Falconario, necnon unum molendinum positum juxta pontem Stafulini et partem molendinorum de Polegio ac partem molendinorum et engualcherie consistentium in loco de Fontanellis, ac medietatem mo-

lendini positi in loco de Bubulis et medietatem de saliquatico quod colligitur in civitate Sancti Angeli papalis » capitulo, et reliqua episcopo donat.

« Inter iminentes menti... — Dat. apud Urbemveterem, v idus julii, anno tertio. »

2967-2976 Orvieto, 15 juillet 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 310, f. 59 v°; Potth., 23324.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit eis qui ecclesiam patrum domus Sanctae Mariae de Cafagio Florentinae, ordinis S. Augustini, in singulis beatae Mariae et S. Augustini festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint.

« Virga venustissima et... — Dat. apud Urbemveterem, idibus julii, anno tertio. »

Orvieto, 28 juillet 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui cathedralem ecclesiam Avinionensem, in honorem beatae Mariae constructam, in singulis ejusdem virginis festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint. Dat. apud Urbemveterem, v kalendas augusti, anno tertio.

Orvieto, 15 juin 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sancti Petri de Rocca Misini, Theanensis dioecesis, in singulis S. Petri et beatae Mariae festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint.

« Princeps apostolorum Petrus... — Dat. apud Urbemveterem, xvii kalendas julii, anno tertio. »

Orvieto, 14 juillet 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Omnium sanctorum de Rocca Misini, Theanensis dioecesis, in singulis beatae Mariae festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint.

« Splendor paterne glorie... — Dat. apud Urbemveterem, ii idus julii, anno tertio. »

Orvieto, 23 juillet 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sanctae Aldegundis Melbodiensem, Cameracensis dioecesis, in festivitatibus ejusdem sanctae, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint.

« Sanctorum meritis inclita... — Dat. apud Urbemveterem, x kalendas augusti, anno tertio. »

Orvieto, 28 juillet 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui capellam Sancti Jacobi prope portam Mileti de Cadomo, Baiocensis dioecesis, hospitali domus Dei de Cadomo immediate subjectam, in sanctorum Jacobi, Thomae, Eligii et Nativitatis, Purificationis, Annuntiationis et Assumptionis beatae Mariae festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint. Dat. apud Urbemveterem, v kalendas augusti, anno tertio (*En marge*).

Orvieto, 28 juillet 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam hospitalis domus Dei de Cadomo, Baiocensis dioecesis, in honorem S. Thomae martyris constructam, in sanctorum Thomae et Eligii ac Nativitatis etc. ut supra (*Ibid.*).

Orvieto, 23 juillet 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam monasterii de Fontaneto, in honorem S. Stephani constructam, in S. Stephani et Nativitatis, Purificationis, etc. ut supra. Dat. apud Urbemveterem, x kalendas augusti, anno tertio (*Ibid.*).

Orvieto, 23 juillet 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam monasterii Montis Burgi, Constantiensis dioecesis, in honorem beatae Mariae constructam, in S. Stephani, Nativitatis, Purificationis, Annuntiationis et Assumptionis beatae Mariae festivitatibus visitaverint.

« Gloriosus Deus in... — Dat. ut supra. » (*Ibid.*)

Orvieto, 18 juillet 1290.

In e. m. .. abbati et conventui monasterii Sanctae Mariae de Alneto, Cisterciensis ordinis, Baiocensis dioecesis. Eandem indulgentiam, ut in proxima superiori, pro eorum ecclesia concedit. Dat. apud Urbemveterem, xv kalendas augusti, anno tertio (*Ibid.*).

2977-2978 Sainte-Marie-Majeure, 15 mars 1290.

Dispensatio residentiae. (Reg. 45, c. 311, f. 60 r°.)

Nobili mulieri Blance, nate clare memorie Ludovici, regis Francorum, relicte quondam Ferrandi, primogeniti

Alfonsi, regis Castelle, vidue, concedit ut praeter tres clericos quos in obsequiis suis habet, tres alios eligere possit, qui fructus, redditus et proventus beneficiorum suorum, ac si in ecclesiis suis residerent, percipere valeant.

« Inducunt nos tue... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus martii, anno tertio. »

In e. m .. Sancti Victoris et .. Sanctae Genovefae Parisiensium monasteriorum abbatibus mandat quatenus praedictis sex clericis fructus, redditus et proventus beneficiorum suorum integre ministrari faciant.

« Inducunt nos sinceritatis... — Dat. ut supra. »

2979 Orvieto, 25 juillet 1290.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 45, c. 312, f. 60 r°.)

.. *archiepiscopo Bracharensi* mandat quatenus cum Gondisalvo, de nobilibus originem trahente, dispenset ut ecclesiam Sancti Andreae de Tholomes, Bracharensis dioecesis, una cum ecclesia Sancti Salvatoris de Villacova, ejusdem dioecesis, et praebenda in ecclesia Bracharensi tenere possit.

« Apostolice sedis benignitas ... — Dat. apud Urbemveterem, viii kalendas augusti, anno tertio. »

2980-2986 Orvieto, 7 juillet 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 313, f. 60 r°; Potth., 23309.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit eis qui ecclesiam .. guardiani et fratrum minorum de Sancto Severino, Camerinensis dioecesis, in singulis beatae Mariae et sanctorum Francisci et Antonii festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint.

« Vite perempnis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, nonis julii, anno tertio. »

Orvieto, 11 juillet 1290.

In e. m., pro ecclesia fratrum minorum de Monte Macelarum, Aesculanae dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, v idus julii, anno tertio.

Orvieto, 11 juillet 1290.

In e. m. Universis etc. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam .. abbatissae et conventus monasterii Sancti Nicolai Racanatis, ordinis sanctae Clarae, in singulis S. Nicolai et sanctae Clarae festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint. Dat. apud Urbemveterem, v idus julii, anno tertio (Potth., 23315.)

Orvieto, 30 juillet 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Beatae Mariae de Placentia, Pictavensis dioecesis, in beatae Mariae festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint. Dat. apud Urbemveterem, iii kalendas augusti, anno tertio.

Orvieto, 29 juillet 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sancti Mac[l]uti de Barro super Albam, Lingonensis dioecesis, in beatae Mariae et S. Mac[l]uti festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint. Dat. apud Urbemveterem, iiii kalendas augusti, anno tertio.

Orvieto, 30 juillet 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sancti Johannis Baptistae de Bancellis, Nemausensis dioecesis, in singulis beatae Mariae et S. Johannis Baptistae festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint. Dat. ut supra, iii kalendas augusti, anno tertio.

Orvieto, 28 juillet 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam .. praeceptoris et fratrum domus militiae Templi Jerosolimitani de Inconio Paduanae, in honorem beatae Mariae constructam, in singulis beatae Mariae festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint.

« Virga venustissima et... — Dat. apud Urbemveterem, v kalendas augusti, anno tertio. »

2987 Orvieto, 23 juillet 1290.

Tabellionatus officium. (Reg. 45, c. 314, f. 60 v°.)

Venerabili fratri Michaeli, episcopo Ovetensi, facultatem concedit conferendi officium tabellionatus duabus personis.

« Ex parte tua... — Dat. apud Urbemveterem, x kalendas augusti, anno tertio. »

2988 Orvieto, 23 juillet 1290.

Johannes Westnal, abbas monasterii de Rossenvelde, confirmatur. (Reg. 45, c. 315, f. 60 v°; Potth., 23327.)

.. *abbati monasterii Stadensis, ordinis S. Benedicti, Bre-*

mensis diocesis, .. priori predicatorum et .. guardiano minorum fratrum ordinum Bremensium committit quatenus electionem Johannis dicti Westnal, jam monachi, nunc abbatis monasterii de Rossenvelde, ordinis S. Benedicti, Bremensis dioecesis, confirment.

« Dudum monasterio de Rossenvelde... — Dat. apud Urbemveterem, x kalendas augusti, anno tertio. »

2989 Orvieto, 7 août 1290.

Landulfo de Columpna ecclesiam Sanctorum Sergi et Bacchi de Urbe committit. (Reg. 45, c. 316, f. 60 v°.)

Landulfo, nato nobilis viri Johannis Landulfi de Columpna, canonico Carnotensi, ecclesiam Sanctorum Sergi et Bacchi de Urbe, tunc proprio cardinali carentem, in spiritualibus et temporalibus, usque ad beneplacitum sedis apostolicae, per eum vel alios gubernandam, committit.

« Inter alia que... — Dat. apud Urbemveterem, VII idus augusti, anno tertio. »

2990 Orvieto, 28 juillet 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 317, f. 60 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui manum porrexerint adjutricem Avinionensibus, qui pontem supra flumen Rodanum in strata publica aedificare opere sumptuoso inceperunt.

« Quoniam ut ait... — Dat. apud Urbemveterem, V kalendas augusti, anno tertio. »

2991 Orvieto, 3 août 1290

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 317², f. 60 v°.)

.. archipresbytero et capitulo ecclesie Sancti Andree de Mortarariis de Urbe. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui praedictam ecclesiam, quam Celestinus papa propriis manibus consecravit, in festivitate ipsius S. Andreae et in die dedicationis ejusdem ecclesiae et per octo dies sequentes visitaverint.

« Apostolorum gloria inter... — Dat. apud Urbemveterem, III nonas augusti, anno tertio. »

2992 Orvieto, 8 août 1290.

Statuta fratrum Poenitentium. (Reg. 45, c. 318, f. 61 r°; Potth., 23355.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis significat se statuere ut fratres ordinis Poenitentium sibi visitatores et procuratores ex fratribus ordinis minorum, ministros vero ex suo ordine eligant.

« Unigenitus Dei filius... — Dat. apud Urbemveterem, VI idus augusti, anno tertio. »

2993 Orvieto, 15 juillet 1290.

Facultas absolvendi. (Reg. 45, c. 319, f. 61 r°.)

Venerabili fratri Michaeli, episcopo Ovetensi, facultatem concedit absolvendi clericos suae dioecesis ab excommunicationis sententia quam non solventes decimam Terrae Sanctae subsidio a concilio Lugdunensi deputatam incurrerint, si jam eam solverint, et dispensandi cum eis super irregularitatibus, si quas exinde contraxerint.

« Habet tue fraternitatis... — Dat. apud Urbemveterem, idibus julii, anno tertio. »

2994 Orvieto, 23 juillet 1290.

Licentia exercendi per alium jus visitationis. (Reg. 45, c. 319², f. 61 v°.)

Eidem.

« Personam tuam ob... — Dat. apud Urbemveterem, X kalendas augusti, anno tertio. »

2995 Orvieto, 31 juillet 1290.

Episcopo Humanati redditus ecclesiae Sancti Jacobi de castro Ficardi concedit. (Reg. 45, c. 320, f. 61 v°.)

Venerabili fratri Gerardino, episcopo Humanati, cujus sedis tenues sunt redditus, indulget ut fructus et proventus ecclesiae Sancti Jacobi de castro Ficardi, Humanatis dioecesis, ipsi subjectae, accedente patronorum laicorum consensu, percipere valeat.

« Desideriis tuis in... — Dat. apud Urbemveterem, II kalendas augusti, anno tertio. »

2996-3006 Orvieto, 30 juillet 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 321, f. 61 v°; Potth., 23343.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis.

Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui ecclesiam fratrum minorum Grayacensem, Bisuntinae dioecesis, in honorem beati Francisci constructam, in ejusdem sancti, S. Antonii et sanctae Clarae festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint.

« Cum ad promerenda... — Dat. apud Urbemveterem, III kalendas augusti, anno tertio. »

In e. m. eisdem, pro cathedrali ecclesia Claromontensi, in honorem beatae Mariae et beatorum Vitalis et Agricolae constructa. Dat. ut supra.

In e. m. eisdem, pro ecclesia fratrum minorum de Lissordem, Lausanensis dioecesis.

« Licet is de... — Dat. ut supra. » (POTTH., 23344).

Orvieto, 8 août 1290.

In e. m. eisdem, pro cathedrali ecclesia Tornacensi.

« Vite perempnis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, VI idus augusti, anno tertio. »

Orvieto, 23 juillet 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sancti Saturnini de Labegia, Tholosanae dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, X kalendas augusti, anno tertio.

Orvieto, 26 juillet 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia .. abbatissae et conventus monasterii Beatae Mariae de Regula Lemovicensis. Dat. apud Urbemveterem, VII kalendas augusti, anno tertio.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sancti Aredii, Lemovicensis dioecesis. Dat. ut supra (*En marge*).

Orvieto, 15 juillet 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia .. guardiani et conventus fratrum minorum Mediolanensium, in qua caput beati Barnabae apostoli et corpora sanctorum Martini et Gaii, archiepiscoporum Mediolanensium, requiescunt. Dat. apud Urbemveterem, idibus julii, anno tertio (*Ibid.*).

In e. m. eisdem, pro ecclesia .. guardiani et conventus fratrum minorum Vercellensium. Dat. ut supra (*Ibid.*).

Orvieto, 18 juillet 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia .. guardiani et fratrum minorum Recanatensium. Dat. apud Urbemveterem, XV kalendas augusti, anno tertio (*Ibid.*; POTTH., 23325).

Orvieto, 31 juillet 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia fratrum minorum Anconitana. Dat. apud Urbemveterem, II kalendas augusti, anno tertio.

3007-3011 Orvieto, 30 juillet 1290.

Johannes abbas monasterio Sancti Dionysii in Francia praeficitur. (REG. 45, c. 322, f. 62 r°.)

Dilecto filio fratri Johanni, electo monasterii Sancti Audoeni Rothomagensis, ordinis S. Benedicti. Vacante monasterio Sancti Audoeni Rothomagensi per mortem Johannis, conventus duas electiones, alteram videlicet de Thoma de Brueriis et alteram de quondam Roberto, monachis ejusdem monasterii, fecerunt. Hoc vero negotio ad sedem apostolicam devoluto et B., Sancti Nicolai in Carcere Tulliano cardinali, auditore partibus concesso, post aliquos processus Robertus mortuus est et Thomas juri suo renuntiavit. Quare nunc papa Johannem, priorem monasterii Sancti Dionysii in Francia, monasterio Sancti Audoeni abbatem praeficit.

« Ad universalis ecclesie... — Dat. apud Urbemveterem, III kalendas augusti, anno tertio. »

In e. m. conventui monasterii Sancti Audoeni mandat quatenus praedicto abbati debitam obedientiam praebeant.

In e. m. universis vassallis ejusdem monasterii.

In e. m. .. archiepiscopo Rothomagensi mandat ut eidem abbati munus consecrationis impendat.

In e. m. .. regem Franciae rogat ut eidem abbati favorem suum praebeat.

« Numinis superni benignitas... — Dat. ut supra. »

3012 Orvieto, 14 juillet 1290.

Ne monasterio de Montemajori, Arelatensis dioecesis, praejudicio sit facultas quaestandi fratribus hospitalis Sancti Antonii concessa. (REG. 45, c. 323, f. 62 v°.)

.. *abbati et conventui monasterii de Montemajori, ordinis S. Benedicti, Arelatensis diocesis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ac .. priori prioratus Sancti Antonii, eidem monasterio immediate subjecto, Viennensis diocesis.* « Dudum ad audientiam nostram perlato quod nonnulli iniquitatis filii, dicentes se fratres Militie Templi, Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani et aliorum diversorum ordinum, domorum Dei et hospitalium, nomine Templi, Hospitalis, domorum et ordinum predictorum, elemosinas, legata et maleablata incerta et que alias ratione predicationis crucis offerri contingebat in Terre Sancte subsidium convertenda petere ac colligere minime formidabant, ea in usus proprios temere convertendo, nos universis et singulis religiosis et ordinibus, hospitalium et domorum Dei magistris et fratribus, cujuscumque forent conditionis vel ordinis, questus om-

nis exercitium interdicentes omnino, quelibet privilegia, indulgentias et litteras, cujuscumque tenoris existerent, eis ab apostolica sede vel ejus legatis aut aliis quibuscumque concessa quoad questum hujusmodi faciendum per nostras prorsus litteras duximus revocanda ac nullius decrevimus existere firmitatis, universis archiepiscopis et episcopis ac aliis ecclesiarum prelatis, exemptis et non exemptis, dantes per nostras litteras in virtute obedientie districtius in preceptis ut eorum quilibet in civitatibus, diocesibus et locis sibi subjectis questores seu fratres hujusmodi ad colligendum elemosinas, legata et maleablata predicta nequaquam admitterent, neque permitterent a subditis eorum admitti, nisi post hujusmodi prohibitionem nostram mandatum super hoc ab eadem sede ipsos fratres habere contingeret spetiale. Verum dilectis filiis .. magistro et fratribus hospitalis Sancti Antonii, Viennensis diocesis, suggerentibus nobis quod nunquam quod Terre Sancte predicte subsidio deputatum fuisset petierant hactenus, ac ea dumtaxat, exclusis omnibus eidem subsidio debitis, in posterum petere intendebant que beato Antonio et ejusdem hospitalis pauperibus et infirmis pia devotione fidelium spetialiter assignantur, ac dubitantibus ne aliqui ecclesiarum prelati eos et nuntios ipsorum ad petendum et colligendum predicta ejusdem sancti Antonii nomine sibi et prefatis pauperibus et infirmis deputata, occasione interdicti et revocationis hujusmodi, admittere indebite contradicerent, nos, ad ipsorum magistri et fratrum supplicationis instantiam, per nostras decrevimus litteras ut per interdictum et revocationem predicta per nos facta vel eorum occasione nullum eis aut hospitali predicto prejudicium quomodolibet generetur quin sine cujusquam contrarietatis objectu possint petere ac recipere ad opus infirmorum et pauperum predictorum elemosinas et alia quelibet caritatis subsidia que ipsis pro sustentatione dictorum pauperum pia devotio fidelium exhibebit, et omnia privilegia sive littere dictis magistro et fratribus super hoc ab apostolica sede concessa in sua maneant firmitate. Quare nobis humiliter supplicastis ut, cum per hujusmodi decretum nostrum vestris juribus contra magistrum et fratres predictos vobis ac dicto monasterio et eidem prioratui, ubi corpus dicti sancti requiescere dicitur, competentibus ac privilegiis vobis et monasterio prefatis adversus illos ab apostolica sede concessis dubitetis in posterum derogari, providere vobis et eisdem monasterio ac prioratui super hoc paterna diligentia dignaremur. Nos igitur sic magistrum et fratres predictos benigno favore prosequi cupimus ut jus exinde alterius non ledatur; presentium auctoritate statuimus ut per decretum nostrum predictum circa interdictum et revocationem eadem factum nullum eidem prioratui generari possit prejudicium, nec contra ipsum prioratum eisdem magistro et fratribus in aliquo jus acquiri. Nulli ergo etc., nostre constitutionis etc. Dat. apud Urbemveterem, II idus julii, anno tertio. »

3013 Orvieto, 29 juillet 1290.

Concessio ecclesiae Sanctae Mariae in Baro Theatino episcopo confirmatur. (Reg. 45, c. 324, f. 62 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Theatino confirmat litteras quibus bonae memoriae Nicolaus, praedecessor ejusdem episcopi, usui suo ecclesiam Sanctae Mariae in Baro, Theatinae dioecesis, deputavit.

« Cum a nobis... — Dat. apud Urbemveterem, IIII kalendas augusti, anno tertio. »

3014 Orvieto, 28 juillet 1290.

Dispensatio residentiae. (Reg. 45, c. 325, f. 62 v°.)

Dyonisio, regi Portugalie illustri, indulget ut sex clerici ejus fructus et proventus beneficiorum ecclesiasticorum suorum cum ea integritate ac si in ecclesiis suis residerent percipere valeant.

« Personam tuam precipua... — Dat. apud Urbemveterem, V kalendas augusti, anno tertio. »

3015 Orvieto, 4 juillet 1290.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 45, c. 326, f. 63 r°.)

Magistro Roberto de Pikeringe, juris civilis professori, rectori ecclesie de Bilton, Eboracensis diocesis, quocum jam dispensatum est ut praeter ecclesiam de Bilton, Eboracensis dioecesis, curam animarum habentem, unicum aliud beneficium recipere posset, indulget ut hoc beneficium, etiam si personatus vel dignitas sit et curam habeat animarum, cum ecclesia de Bilton retinere valeat.

« Lecta coram nobis... — Dat. apud Urbemveterem, IIII nonas augusti, anno tertio. »

3016 Orvieto, 4 juillet 1290.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 45, c. 327, f. 63 r°.)

Magistro Willelmo de Pikeringe, doctori decretorum, rec-

tori ecclesie de Birstal, Eboracensis diocesis, indulget ut praeter ecclesias de Thorpenhon (*sic*), Karleolensis, et de Birstal, Eboracensis dioecesium, curam animarum habentes, archidiaconatum de Notingham in ecclesia Eboracensi, qui nullum mansum proprium seu habitationem habet sibi annexam, licite recipere valeat, ecclesia de Thorpenhen (*sic*) prius dimissa.

« Apostolice sedis benignitas... — Dat. ut supra. »

3017 Orvieto, 10 août 1290.

Gaietanis contra Siculos pugnantibus peccata remittit. (Reg. 45, c. 328, f. 63 r°; Potth., 23357.)

Venerabili fratri .. episcopo et dilectis filiis clero et populo Gaietanis, si forte Jacobo, nato quondam Petri regis Aragonum, et Siculis, ad obsidendam civitatem Gaietanam redeuntibus, fortiter restiterint, eandem peccaminum veniam quae proficiscentibus in Terrae Sanctae subsidium concessa est indulget.

« Dum persecutiones validas... — Dat. apud Urbemveterem, IIII idus augusti, anno tertio. »

3018 Orvieto, 15 juillet 1290.

Facultas absolvendi ab excommunicationis sententia. (Reg. 45, c. 329, f. 63 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Ovetensi facultatem concedit absolvendi clericos qui sententiam excommunicationis, per bonae memoriae Johannem, Sabinensem episcopum, tunc in illis partibus legatum, in clericos concubinarios latam, incurrerint et dispensandi cum eis super irregularitate si quam exinde contraxerint.

« Ex parte tua... — Dat. apud Urbemveterem, idibus julii, anno tertio. »

3019-3025 Orvieto, 28 juillet 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 329², f. 63 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui cathedralem ecclesiam Ovetensem, in honorem salvatoris nostri Jesu Christi constructam, in singulis beatae Mariae festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint.

« Licet is de... — Dat. apud Urbemveterem, V kalendas augusti, anno tertio. »

Orvieto, 31 juillet 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sancti Eustachii de Fontanella, Theanensis dioecesis, in festivitate Sancti Eustachii et per octo dies sequentes visitaverint. Dat. apud Urbemveterem, II kalendas augusti, anno tertio.

Orvieto, 11 août 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sancti Petri apostoli de Canusco, Taurinensis dioecesis, in singulis ejusdem S. Petri festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint.

« Vite perempnis gloria... — Dat. ut supra, III idus augusti, anno tertio. »

Orvieto, 11 août 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui cathedralem ecclesiam Maurianensem, in honorem beati Johannis Baptistae constructam, in singulis ejusdem S. Johannis festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint. Dat. ut supra.

Orvieto, 23 août 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam sororum Sanctae Ceciliae Cumanam, ordinis S. Augustini, in singulis sanctae Ceciliae festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint. Dat. apud Urbemveterem, X kalendas septembris, anno tertio.

Orvieto, 23 août 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam fratrum minorum Cumanam, in singulis beatae Mariae et beatorum Francisci et Antonii festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint. Dat. ut supra. (Potth., 23367.)

Orvieto, 26 juillet 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sancti Germani Altisiodorensis Parisiensem in sanctorum Landerici et Ulfrani, quorum corpora in ea requiescunt, Germani et Vincentii, quorum festa in eadem ecclesia sollempniter celebrantur, festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint. Dat. apud Urbemveterem, VII kalendas augusti, anno tertio.

3026 Sainte-Marie-Majeure, 6 août 1290.

Exemptio decimae. (Reg. 45, c. 330, f. 63 v°.)

Venerabili fratri B., episcopo Penestrino, apostolice sedis legato, mandat quatenus decimam ecclesiasticorum pro-

ventuum negotio regni Siciliae deputatam a sede episcopali, monasteriis vel ecclesiis in Gaietano territorio constitutis non exigat. — Jam idem mandatum ei papa misit, sed quia in suis litteris de episcopo Gaietano, jam tunc decesso, et quibusdam monasteriis et ecclesiis in territorio Gaietano consistentibus mentionem non fecit, ille decimam ipsam exigit. Cum vero possessiones et bona sedis, monasteriorum et ecclesiarum praedictorum a Jacobo, filio quondam regis Aragonum, et sequacibus ejus dissipata graviter et destructa fuerint, praedictam exemptionem confirmat.

« Pridem labores innumeros... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, VIII idus augusti, anno tertio. »

3027 Sainte-Marie-Majeure, 7 mars 1290.

Licentia habendi altare portatile. (Reg. 45, c. 330², f. 63 r°, *en marge.*)

Nicolaus etc. Dilecte in Christo filie nobili mulieri Blance, filie clare memorie Lodovici regis Francorum, relicte quondam Ferrandi, primogeniti clare memorie Alfonsi regis Castelle, vidue.

« Devotionis tue precibus... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis martii, anno tertio. »

3028 Orvieto, 20 juin 1290.

Facultas reconciliandi per alium ecclesias et coemeteria violata. (Reg. 45, c. 331, f. 63 v°.)

Beraldo, archiepiscopo Lugdunensi.

« Sacra Petri sedes... — Dat. apud Urbemveterem, XII kalendas julii, anno tertio. »

3029 Orvieto, 20 juin 1290.

In monachos simoniacos. (Reg. 45, c. 331², f. 63 v°.)

Eidem mandat quatenus eos qui per simoniam in monasteriis Lugdunensis dioecesis recepti fuerint ad alia monasteria ejusdem ordinis transferat, injuncta eis poenitentia competenti. Quod si forte aliorum monasteriorum eis difficilis reddatur ingressus, ipsos in suis monasteriis dispensative de novo recipi faciat, eis in choro et refectorio locis ultimis assignatis; proviso ut bona quae suis monasteriis contulerint convertantur in pios usus, vel ad eos substentandos, si ad alia monasteria transeant, deputentur.

« Ex parte tua... — Dat. ut supra. »

3030 Orvieto, 20 juillet 1290.

Dispensatio super defectu natalium et pluralitate beneficiorum. (Reg. 45, c. 332, f. 63 v°.)

Geraldo de Lisona, canonico ecclesie Olerensis, quocum jam dispensatum est ut, non obstante defectu natalium quem patitur, e soluto genitus et soluta, ad omnes ordines promoveri et unum ecclesiasticum beneficium recipere valeret, indulget ut aliud beneficium recipere possit.

« Meritis tue devotionis... — Dat. apud Urbemveterem, XIII kalendas augusti, anno tertio. »

3031 Orvieto, 1er août 1290.

Dispensatio super deformitate oculi. (Reg. 45, c. 333, f. 64 r°.)

Hugoni dicto Galant, presbytero, rectori ecclesie de Loberge (1), *Morinensis diocesis*, qui a Morinensi episcopo subdiaconatus et diaconatus ordines, et ab Atrebatensi, Morinensis episcopi licentia, presbyteratus ordinem suscepit, indulget ut, non obstante deformitate in sinistro oculo, quae eum a lumine hujus oculi non totaliter privat, in susceptis ordinibus ministrare possit.

« Petitio tua nobis... — Dat. apud Urbemveterem, kalendis augusti, anno tertio. »

3032 Orvieto, 28 juillet 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 334, f. 64 r°.

Venerabili fratri .. episcopo Scarensi committit quatenus cum nobili viro Rorico, nato nobilis viri Algoti, Scarensis dioecesis, et nobili muliere Birgitta, nata quondam Phylippi, Stregninensis dioecesis, dispenset ut in matrimonio quod olim, ignorantes se quarto consanguinitatis gradu conjunctos, contraxerunt et in quo duas filias procrearunt remanere valeant.

« Petitio dilecti filii... — Dat. apud Urbemveterem, V kalendas augusti, anno tertio. »

3033 Orvieto, 22 juin 1290.

Facultas celebrandi missam ante lucem. (Reg. 45, c. 335, f. 64 r°.)

Venerabili fratri Beraldo, archiepiscopo Lugdunensi, indulget ut missam ante lucem per capellanum suum celebrari facere possit.

(1) Aussi écrit *Loberghe*.

« Devotionis tue precibus... — Dat. apud Urbemveterem, x kalendas julii, anno tertio. »

3034 Orvieto, 18 août 1290.

Facultas alienandi. (Reg. 45, c. 336, f. 64 r°; Potth., 23360.)

.. *guardiano et fratribus conventus Sancte Marie de Venetiis, ordinis minorum, Castellane diocesis*, concedit licentiam vendendi ante statutum tempus domos et possessiones ipsis a Palmeria, relicta Thomae Mudacii, de Venetiis, concessas.

« Exhibita nobis vestra... — Dat. apud Urbemveterem, xv kalendas septembris, anno tertio. »

3035-3040 Orvieto, 21 août 1290.

Stephanus archiepiscopus Cassellensis confirmatur. (Reg. 45, c. 337, f. 64 v°; Potth., 23363.)

Venerabili fratri Stephano, archiepiscopo Cassellensi. Electionem ejus, tunc archidiaconi Clendelacensis in ecclesia Dublinensi, ad archiepiscopatum Cassellensem, per obitum David vacantem, a .. decano, Galfrido, thesaurario Corkagensi, et Nicolao Maclin, Cassellensibus canonicis, capituli compromissariis, factam, confirmat.

« Militanti ecclesie disponente... — Dat. apud Urbemveterem, xii kalendas septembris, anno tertio. »

In e. m. .. decano et capitulo Cassellensis ecclesiae mandat quatenus eidem archiepiscopo debitam obedientiam praebeant.

In e. m. clero et populo civitatis et dioecesis Cassellensis.

In e. m. universis vassallis ecclesiae Cassellensis.

In e. m. universis suffraganeis Cassellensis ecclesiae.

In e. m. .. regem Angliae rogat ut eidem archiepiscopo favorem suum praebeat.

3041 Orvieto, 1er août 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 338, f. 65 r°.)

.. *patriarche Antiocheno, administratori ecclesie Januensis*, committit quatenus cum nobili viro Riccardo de Auria et nobili muliere Petrina de Castro, civibus Januensibus, dispenset ut in matrimonio quod olim, ignorantes se quarto consanguinitatis gradu conjunctos, contraxerunt, et in quo plures filios procrearunt, remanere valeant.

« Petitio dilecti filii... — Dat. apud Urbemveterem, kalendis augusti, anno tertio. »

3042-3043 Orvieto, 11 août 1290.

Ad solutionem debitorum Ebredunensis ecclesiae. (Reg. 45, c. 339, f. 65 r°.)

Raymundo, archiepiscopo Ebredunensi, fructus, redditus et proventus primi anni omnium beneficiorum ecclesiasticorum in Ebredunensi provincia per triennium vacaturorum, ad solutionem debitorum Ebredunensis ecclesiae convertendos, concedit.

« Circa quarumlibet ecclesiarum... — Dat. apud Urbemveterem, iii idus augusti, anno tertio. »

In e. m. .. decano, .. praeposito et .. sacristae ecclesiae Vapincensis mandat quatenus eidem archiepiscopo praedictos redditus et proventus integre ministrari faciant.

3044-3057 Orvieto, 11 août 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 340, f. 65 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit eis qui ecclesiam de Villarisarnay, Remensis dioecesis, in Assumptionis beatae Mariae et S. Pontii, in cujus honorem eadem ecclesia constructa est, festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint.

« Vite perempnis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, iii idus augusti, anno tertio. »

Orvieto, 5 août 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sancti Maymbodi de Montebelgardo, Bisuntinae dioecesis, in festo Sancti Maymbodi et per octo dies sequentes visitaverint. Dat. apud Urbemveterem, nonis augusti, anno tertio. »

Orvieto, 30 juillet 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Beatae Mariae de Janarzayo, Pictavensis dioecesis, in beatae Mariae festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint. Dat. ut supra, iii kalendas augusti, anno tertio. »

Orvieto, 12 juillet 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sancti Germani Autisiodorensem, in singulis beatae Mariae, S. Germani et S. Eligii, in cujus

honorem altare in eadem constructum est, festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint. Dat. apud Urbemveterem, IIII idus julii, anno tertio.

Orvieto, 8 août 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Beatae Mariae de Lomberiis, Tholosanae dioecesis, in singulis ipsius virginis festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint. Dat. apud Urbemveterem, VI idus augusti, anno tertio.

Orvieto, 9 août 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sancti Georgii prope Rapistagnum, Albiensis dioecesis, in festo S. Georgii, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint. Dat. ut supra, V idus augusti, anno tertio.

Orvieto, 5 août 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam de Sancto Ubaldo, Eugubinae dioecesis, in festo S. Ubaldi, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint. Dat. ut supra, nonis augusti, anno tertio.

Orvieto, 5 août 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui cathedralem ecclesiam Eugubinam, in sanctorum Mariani et Jacobi martyrum, in quorum honorem eadem ecclesia constructa est, festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint. Dat. ut supra.

Orvieto, 3 août 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Beatae Mariae de Cartura, Paduanae dioecesis, in singulis Beatae Mariae festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint. Dat. apud Urbemveterem, III nonas augusti, anno tertio.

Orvieto, 3 août 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam monasterii Sancti Prosdocini Paduani, in festo S. Prosdocini et per octo dies sequentes visitaverint. Dat. ut supra.

Orvieto, 31 juillet 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sancti Gaugerici Cameracensem, in singulis ejusdem sancti festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint. Dat. ut supra, II kalendas augusti, anno tertio.

Orvieto, 13 août 1290.

In e. m. eisdem. Indulgentiam centum dierum concedit eis qui ecclesiam Sancti Johannis de Platea Urbevetanam, in singulis sanctorum Johannis Baptistae, Johannis Evangelistae et Augustini festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint. Dat. ut supra, idibus augusti, anno tertio.

Orvieto, 13 août 1290.

In e. m. eisdem. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui ecclesiam Sancti Sixti Viterbiensem, in singulis S. Sixti, beatorum Bonifatii et Magni et sanctae Felicissimae virginis, quorum corpora in eadem ecclesia requiescunt, et S. Augustini festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint. Dat. ut supra.

Orvieto, 13 août 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sancti Johannis ad novum monasterium Metense, in singulis sanctorum Johannis Baptistae et Johannis Evangelistae festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint. Dat. apud Urbemveterem, idibus augusti, anno tertio.

3058-3076 Orvieto, 23 juillet 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 340², f. 66 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui ecclesiam Beatae Mariae de Malodiversorio, Rothomagensis dioecesis, in festivitatibus beatae Mariae, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint.

« Virga venustissima et... — Dat. apud Urbemveterem, X kalendas augusti, anno tertio. »

Orvieto, 30 juillet 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui cathedralem ecclesiam Lodovensem, in singulis sanctorum Genesii et Fulcrani festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint.

« Loca sanctorum omnium... — Dat. ut supra, III kalendas augusti, anno tertio. »

Orvieto, 6 août 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam de Masereto prope Medicinum, Agennensis dioecesis, in singulis S. Honentii et sanctae Brigidae, in quorum honorem eadem ecclesia constructa est, festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint.

« Vite perempnis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, VIII idus augusti, anno tertio. »

Orvieto, 5 août 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sancti Stephani protomartyris de Goriano, Lodovensis dioecesis, in singulis S. Stephani festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint.

« Vite perempnis gloria... — Dat. apud Urbemveterem nonis augusti, anno tertio. »

Orvieto, 16 août 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sanctae Mariae de Valle Olleti, Palentinae dioecesis, in beatae Mariae et sanctorum Antonini martyris et Ildefonsi confessoris festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint.

« Vite perempnis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, XVII kalendas septembris, anno tertio. »

Orvieto, 16 août 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sancti Michaelis Palentinam in S. Michaelis et sanctorum apostolorum Philippi et Jacobi festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint.

« Vite perempnis gloria... — Dat. ut supra. »

Orvieto, 23 août 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam .. guardiani et fratrum minorum de Venetiis, Castellanae dioecesis, in singulis beatae Mariae, in cujus honorem eadem ecclesia constructa est, et sanctorum Francisci et Antonii festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint. Dat. apud Urbemveterem, X kalendas septembris, anno tertio (POTTH., 23370).

Orvieto, 26 août 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui cathedralem ecclesiam Interannensem, in beatae Mariae honorem constructam, in singulis festivitatibus ejusdem virginis et beatorum Johannis apostoli, Johannis Evangelistae et Anastasii, quorum festa in eadem ecclesia solemniter celebrantur, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint.

« Virga venustissima et... — Dat. apud Urbemveterem, VII kalendas septembris, anno tertio. »

Orvieto, 14 août 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sancti Salvatoris de Martillanicis, Nemausensis dioecesis, in singulis beatae Mariae et sancti Salvatoris festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint.

« Vite perempnis gloria... — Dat. ut supra, XVIII kalendas septembris, anno tertio. »

Orvieto, 28 juillet 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sancti Petri apostoli de Plexano, Biterrensis dioecesis, in Assumptionis beatae Mariae et S. Petri festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint. Dat. ut supra, V kalendas augusti, anno tertio.

Orvieto, 31 juillet 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam monasterii Sancti Helyae Racanatensis, in beatae Mariae Magdalenae festivitate et per octo dies sequentes visitaverint. Dat. ut supra, II kalendas augusti, anno tertio.

Orvieto, 18 août 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam .. abbatissae et conventus monasterii de Avenayo, ordinis S. Benedicti, Remensis dioecesis, in honorem S. Petri apostoli et sanctae Bertae constructam, in beatae Mariae virginis et sanctorum Petri et Bertae festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint. Dat. ut supra, XV kalendas septembris, anno tertio.

Orvieto, 18 août 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia .. abbatissae et conventus monasterii de Aureomonte, ordinis S. Victoris, Remensis dioecesis. Dat. ut supra.

Orvieto, 9 août 1290.

In e. m. eisdem. Indulgentiam centum dierum concedit pro ecclesia Sancti Egidii de Wilton, Eboracensis dioecesis.

« Cum ad premerenda... — Dat. apud Urbemveterem, V idus augusti, anno tertio. » (*En marge.*)

Orvieto, 9 août 1290.

In e. m. eisdem. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit pro ecclesia domus fratrum minorum de Oxonia, Lincolniensis dioecesis. Dat. ut supra (*Ibid.*).

Orvieto, 18 août 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sancti Angeli de Fractis, Gaietanae dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, xv kalendas septembris, anno tertio (*Ibid.*).

Orvieto, 18 août 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sanctae Mariae de Castello, Gaietanae dioecesis.

« Virga venustissima et... — Dat. ut supra (*Ibid.*).

Orvieto, 13 août 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sanctae Mariae de Piperno, Terracinensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, idibus augusti, anno tertio (*Ibid.*).

Orvieto, 13 août 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia .. guardiani et fratrum ordinis minorum Cameracensi.

« Vite perempnis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, idibus augusti, anno tertio (*Ibid.* ; Potth., 23359).

3077 Orvieto, 5 août 1290.

Facultas ingrediendi monasteria. (Reg. 45, c. 341, f. 66 r°; Potth., 23351.)

Nobili mulieri Blance, nate clare memorie Ludovici, regis Francorum, facultatem concedit ingrediendi ter in anno, cum octo honestis matronis, Cisterciensis, Sanctae Clarae aliorumque ordinum monasteria.

« In gratia de... — Dat. apud Urbemveterem, nonis augusti, anno tertio. »

3078 Orvieto, 23 août 1290.

Ad transfretationem in Terram Sanctam. (Reg. 45, c. 341², f. 66 r°; Potth., 23365.)

.. priori predicatorum et .. ministro minorum provintialibus in marchia Anconitana mandat ut crucesignatos castri Fabriani, Camerinae dioecesis, a transfretatione in Terram Sanctam subsistere usque ad sedis apostolicae beneplacitum faciant.

« Volentes dudum ac... — Dat. apud Urbemveterem, x kalendas septembris, anno tertio. »

3079 Orvieto, 13 août 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 342, f. 66 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Leodiensi committit ut cum Guillelmo de Roggele et Bela de Werht dispenset ut in matrimonio quod olim, ignorantes impedimentum esse, contraxerunt et in quo plures filios et filias procrearunt, remanere possint, quanquam Gertrudis de Werht, a Guillelmo ante hoc matrimonium carnaliter cognota, Belae quarto consanguinitatis gradu conjuncta sit.

« Petitio dilecti filii... — Dat. apud Urbemveterem, idibus augusti, anno tertio. »

3080-3083 Orvieto, 7 août 1290.

De quibusdam malefactoribus capiendis. (Reg. 45, c. 343, f. 66 r°; Potth., 23352.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Bremensi. Eum laudat quod malefactores qui Manninum Bonrote et Gutium Petri et alios cives et mercatores Florentinos, cum pecunia decimae in Norweya collectae et nonnullis mercibus per mare ad Flandriam redeuntes, spoliarunt eosque, Gutio excepto, interfecerunt, spoliaque ad partes Frisiae transportarunt, capere conatus est; eique mandat ut pecuniam quam recuperare poterit Gutio vel Nerio Johannis, socio ejus, assignari faciat.

« Ex parte dilectorum... — Dat. apud Urbemveterem, vii idus augusti, anno tertio. »

In e. m. communitati civitatis Bremensis.

In e. m. R., regi Romanorum.

In e. m. Theoderico, priori saecularis ecclesiae Sancti Andreae Urbevetanae, capellano suo, collectori decimae Terrae Sanctae in Alamaniae partibus deputato.

3084-3095 Orvieto, 1er septembre 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 344, f. 66 r°; Potth., 23375.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit eis qui ecclesiam monasterii sororum de Collazone, Tudertinae dioecesis, in honorem beati Laurentii constructam, in ejusdem sancti, sanctorum Antonii, Francisci et sanctae Clarae festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis hujus ecclesiae visitaverint.

« Vite perennis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, kalendis septembris, anno tertio. »

Orvieto, 17 août 1290.

In e. m. eisdem, pro capella Beati Thomae martyris Cantuariensis in marisco Holandiae, Lincolniensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, xvi kalendas septembris, anno tertio.

In e. m., pro capella Beatae Mariae de Wrictebaud, Lincolniensis dioecesis.

In e. m., pro ecclesia monasterii de Sempingham, Lincolniensis dioecesis, in honorem beatae Mariae constructa.

Orvieto, 23 juillet 1290.

In e. m., pro ecclesia monasterii de Troarn, Bajocensis dioecesis, in honorem S. Martini constructa.

« Sanctorum meritis inclita... — Dat. apud Urbemveterem, x kalendas augusti, anno tertio. » (*En marge.*)

Orvieto, 27 juin 1290.

In e. m. abbati et capitulo saecularis ecclesiae Sancti Benedicti de Piperno, Terracinensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, v kalendas julii, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 30 août 1290.

In e. m. universis Christi fidelibus, pro ecclesia monasterii Sanctae Mariae de Monte Morelli, Abrincensis dioecesis.

« Vite perennis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, III kalendas septembris, anno tertio. » (*Ibid.*)

Orvieto, 28 août 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sanctae Mariae in Via lata de Urbe. Dat. apud Urbemveterem, v kalendas septembris, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 1er septembre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia fratrum minorum de Compendio, Suessionensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, kalendis septembris, anno tertio. (*Ibid.*, Potth., 23376.)

In e. m., pro ecclesia fratrum minorum Suessionensis.

In e. m., pro ecclesia fratrum minorum de Donecastrie, Eboracensis dioecesis.

Orvieto, 2 septembre 1290.

In e. m., pro ecclesia Sancti Martini de Camberun Ambianensis. Dat. apud Urbemveterem, IIII nonas septembris, anno tertio.

3096-3099 Orvieto, 23 août 1290.

Huguitio abbas Beatae Mariae de Farneto confirmatur. (Reg. 45, c. 345, f. 67 r°.)

Huguitioni, abbati monasterii Beate Marie de Farneto, ordinis S. Benedicti, Aretine diocesis. Confirmat litteras quibus Matthaeus, Sancti Laurentii in Damaso presbyter cardinalis, Huguitionem, tunc abbatem monasterii Sancti Viti Vallis Opli, ordinis S. Benedicti, Tudertinae dioecesis, monasterio Beatae Mariae de Farneto, per resignationem Francisci vacanti, abbatem praefecit.

« Licet ea que... — Dat. apud Urbemveterem, x kalendas septembris, anno tertio. »

In e. m. .. priori et conventui monasterii Beatae Mariae de Farneto mandat ut eidem abbati debitam obedientiam praebeant.

In e. m. universis abbatibus et prioribus monasterio Beatae Mariae de Farneto subjectis.

In e. m. universis vassallis ejusdem monasterii.

3100-3101 Orvieto, 23 août 1290.

Collatio beneficii et dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 45, c. 346, f. 67 v°.)

Magistro Guidoni de Collemedio, capellano nostro, canonico ecclesie Noviomensis, consideratione Matthaei, Sancti Laurentii in Damaso presbyteri cardinalis, canonicatum ecclesiae Noviomensis cum plenitudine juris canonici et praebendam non sacerdotalem, et personatum seu dignitatem, ad collationem episcopi Noviomensis pertinentia, vacantia confert vel vacatura reservat. Dispensatque cum eo ut praedicta beneficia una cum canonicatu sub expectatione praebendae in Parisiensi, archidiaconatu, canonicatu et praebenda in Atrebatensi ecclesiis detinere possit.

« Dum conditiones et... — Dat. apud Urbemveterem, x kalendas septembris, anno tertio. »

In e. m. .. Sancti Vedasti Atrebatensis et .. Sancti Bartholomaei Noviomensis monasteriorum abbatibus ac Landoni de Vallemontone, archidiacono Acconensi, capellano suo, mandat ut Guidonem in corporalem possessionem praedicti beneficii inducant.

3102 Orvieto, 9 août 1290.

De universitate Ulixbonensi. (Reg. 45, c. 347, f. 68 r°; Potth., 23356.)

Universitati magistrorum et scolarium Ulixbonensium gratulatur quod a Dionysio, Portugaliae rege, studia cujuslibet licitae facultatis in civitate Ulixbonensi de novo constituta sunt, additque se praefatum regem rogare ut Ulixbonenses cives ad domos vacantes scholaribus pretio a duobus clericis et duobus laicis taxando locandas compellat.

« De statu regni... — Dat. apud Urbemveterem, v idus augusti, anno tertio. »

3103 Orvieto, 9 août 1290.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 45, c. 348, f. 68 r°.)

Cristiano, presbytero, monacho monasterii Sancte Crucis in Austria, Cisterciensis ordinis, Pataviensis diocesis. Cum eo, consideratione Alberti, ducis Austriae et Styriae, dispensat ut, non obstante defectu natalium quem patitur, e presbytero genitus et soluta, in susceptis ordinibus ministrare, et ad regulares administrationes et praelaturas et etiam ad regimen abbatiae sui ordinis assumi possit.

« Testimonio de te... — Dat. apud Urbemveterem, ut supra. »

3104 Orvieto, 21 août 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 348², f. 68 v°; Potth., 23362.)

.. *episcopo Pragensi* committit ut cum nobili viro Hebardo de Sirotin et nobili muliere Scolastica, nata quondam Sdezlai de Sternemberch, Pragensis dioecesis, dispenset ut in matrimonio quod olim, ignorantes impedimentum esse, contraxerunt et in quo plures filias procrearunt, remanere valeant, non obstante quarto consanguinitatis gradu quo conjuncti sunt.

« Petitio dilecti filii... — Dat. apud Urbemveterem, XII kalendas septembris, anno tertio. »

3105 Orvieto, 23 août 1290.

Immunitas decimarum. (Reg. 45, c. 349, f. 68 v°; Potth., 23364.)

.. *abbatisse et conventui monasterii de Scalalapidis Sancte Marie, ordinis Sancte Clare, Cracoviensis diocesis*, indulget ut nulli decimas de possessionibus suis solvere teneantur.

« Volentes vobis que... — Dat. ut supra, X kalendas septembris, anno tertio. »

3106 Orvieto, 23 août 1290.

Remittit iter ad limina. (Reg. 45, c. 349², f. 68 v°.)

Lamberto, episcopo Veglensi.

« Ex parte tua... — Dat. apud Urbemveterem, ut supra. »

3107 Orvieto, 30 août 1290.

De juribus Racanatensis ecclesiae ad dignitatem episcopalem restitutae. (Reg. 45, c. 350, f. 68 v°; Potth., 23373.)

Venerabili fratri .. episcopo Racanatensi.

« Apostolice sedis circumspecta... — Dat. apud Urbemveterem, III kalendas septembris, anno tertio. »

3108 Orvieto, 29 août 1290.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 45, c. 351, f. 69 r°.)

Magistro Dominico de Sancto Urbano, canonico Remensi. Cum eo, qui cathedram magistralem in jure civili ascendit et cum quo jam dispensavit ut, non obstante defectu natalium quem patitur, e presbytero genitus et quondam Ysabelle, cujus maritus Menerius, muliere relicta, ad partes remotas transiit, in susceptis minoribus ordinibus ministrare, ad superiores promoveri, canonicatum et praebendam in ecclesia Sancti Symphoriani Remensi retinere, aliaque beneficia etiam in cathedralibus et collegiatis ecclesiis obtinere posset, rursus, consideratione M., Sancti Laurentii in Damaso, et H., Sanctae Sabinae presbyterorum cardinalium, dispensat ut dignitates seu personatus in metropolitana, cathedralibus et aliis collegiatis ecclesiis obtinere valeat.

« Virtutum titulis quibus... — Dat. apud Urbemveterem, IIII kalendas septembris, anno tertio. »

3109 Orvieto, 30 août 1290.

Facultas absolvendi a canonicis sententiis. (Reg. 45, c. 352, f. 69 r°.)

.. *episcopo Tudertino* committit ut potestatem, consiliarios et singulares personas civitatis et dioecesis Tudertinae ab excommunicationis absolvat sententia quam, auxilium Perusinis contra civitatem Fulginei praestantes, incurrerunt.

« Sedes apostolica circa... — Dat. apud Urbemveterem, III kalendas septembris, anno tertio. »

3110 Orvieto, 28 août 1290.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 45, c. 353, f. 69 r°.)

Gualterio, rectori ecclesie de Castellione, Sabinensis dio-

cesis. Cum eo, consideratione J., Sanctae Mariae in Via lata diaconi cardinalis, cujus capellanus est, dispensat ut, praeter ecclesiam de Castellione, archipresbyteratum ecclesiae Sancti Blasii de Palumbaria, Sabinensis dioecesis, obtinere possit.

« Probitatis tue merita... — Dat. apud Urbemveterem, v kalendas septembris, anno tertio. »

3111 Orvieto, 26 août 1290.

Exemptio pedagii et gabellae. (Reg. 45, c. 353², f. 69 v°; Potth., 23372.)

Theoderico, episcopo Cerviensi, concedit ut certam salis quantitatem ex salinis suis usque ad Bononiam sine pedagii et gabellae exactione deferri facere possit.

« Habet tue fraternitatis... — Dat. apud Urbemveterem, vii kalendas septembris, anno tertio. »

3112 Orvieto, 2 août 1290.

Ad concordiam inter commune et clerum Pisanos. (Reg. 45, c. 354, f. 69 v°; Potth., 23347.)

Ad perpetuam rei memoriam. Confirmat quod Petrus de Columpna, Sancti Eustachii diaconus cardinalis, ad concordiam inter commune et clerum Paduanos reformandam fecit.

« Ab olim dum... — Dat. apud Urbemveterem, iiii nonas augusti, anno tertio. »

3113 Orvieto, 27 août 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 355, f. 71 r°.)

.. *archiepiscopo Toletano* committit ut cum Sanctio Fernandi, nato Johannis Fernandi, et Mentia, nata Martini Guntisalvi, civibus Toletanis, dispenset ut, non obstante tertio affinitatis gradu, in matrimonio quod olim, ignorantes impedimentum esse, contraxerunt remanere valeant.

« Petitio dilecti filii... — Dat. apud Urbemveterem, vi kalendas septembris, anno tertio. »

3114 Orvieto, 2 septembre 1290.

Ad quaestionem inter monasterium Sancti Johannis et fratres minores Laudunenses terminandam. (Reg. 45, c. 356, f. 71 r°; Potth., 23377.)

Magistro Johanni de Vasonia et Auberto de Marla, canonicis Laudunensibus, mandat ut abbatem et conventum monasterii Sancti Johannis Laudunensis, ordinis S. Benedicti, cogant ad cedendum pro competenti pretio partem suam fundi quem clarae memoriae Ludovicus, rex Francorum, guardiano et fratribus minoribus Laudunensibus, intra civitatem Laudunensem, ad Quarrellum juxta ecclesiam Sancti Cornelii positum, concessit.

« Petitio dilectorum filiorum... — Dat. apud Urbemveterem, iiii nonas septembris, anno tertio. »

3115 Orvieto, 23 août 1290.

Facultas absolvendi a canonicis sententiis. (Reg. 45, c. 357, f. 71 r°.)

Venerabili fratri M., episcopo Ovetensi, facultatem concedit dispensandi cum praelatis et clericis suae dioecesis qui, excommunicationis et interdicti sententias sine scriptis proferentes, suspensionem incurrerint et sic legati irregularitatem contraxerint.

« Exposuit tua fraternitas... — Dat. apud Urbemveterem, x kalendas septembris, anno tertio. »

3116-3117 Orvieto, 23 août 1290.

Facultas absolvendi a canonicis sententiis. (Reg. 45, c. 357², f. 71 v°.)

Eidem facultem concedit absolvendi eos dioecesis suae qui pro violenta injectione manuum in clericos excommunicationem incurrerint.

« Tua nobis fraternitas... — Dat. ut supra. »

Orvieto, 25 août 1290.

In e. m. episcopo Burgensi. Dat. ibidem, viii kalendas septembris, anno tertio.

3118 Orvieto, 25 août 1290.

Facultas absolvendi a canonicis sententiis. (Reg. 45, c. 358, f. 71 v°.)

Venerabili fratri F., episcopo Burgensi, facultatem concedit absolvendi clericos suae dioecesis qui, non obedientes litteris quibus Martinus papa IIIIus rebellibus regni Castellae regi obedire injunxit, canonicas sententias incurrerint.

« Exposita nobis tua... — Dat. ut supra. »

3119 Orvieto, 25 août 1290.

Facultas ingrediendi monasteria. (Reg. 45, c. 358², f. 71 v°.)

Eidem indulget ut, cum monasteria monialium suae dioecesis intrabit, duo fratres ordinis minorum cum eo ingredi valeant.

« Volentes benigne annuere... — Dat. ut supra. »

3120 Orvieto, 27 août 1290.

Dispensatio super defectu aetatis. (Reg. 45, c. 359, f. 71 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Aretino committit ut cum Aduardo, filio Andreae Bernardini, militis, de Cortone, Aretinae dioecesis, unum et viginti annos nato, dispenset ut, non obstante defectu aetatis, beneficium ecclesiasticum curam habens recipere possit.

« Ex parte dilecti... — Dat. apud Urbemveterem, VI kalendas septembris, anno tertio. »

3121 Orvieto, 1er juillet 1290.

Contra monachos errantes. (Reg. 45, c. 359², f. 71 v°.)

.. abbati et conventui monasterii Majoris monasterii Turonensis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, indulget ut monachos sui monasterii qui extra monasterium per diversas partes discurrunt capere per laicos monasterio subjectos faciant.

« Paterna nos inducit... — Dat. apud Urbemveterem, kalendis julii, anno tertio. »

3122 Orvieto, 19 août 1290.

Facultas habendi infra claustra doctorem qui sacram paginam monachos doceat. (Reg. 45, c. 359³, f. 71 v°, en marge.)

Nicolaus etc. Dilectis filiis .. priori et fratribus ordinis Sancti Giliberti de Sempingham salutem etc.

« Devotionis vestre sinceritas... — Dat. apud Urbemveterem, XIIII kalendas septembris, anno tertio. »

3123-3141 Orvieto, 16 août 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 360, f. 72 r°.)

.. abbati et capitulo secularis ecclesie Sancti Affrodisii Biterrensis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui ecclesiam praedictam in S. Affrodisii et quatuor beatae Mariae festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint.

« Vite perennis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, XVII kalendas septembris, anno tertio. »

Orvieto, 13 août 1290.

In e. m. universis Christi fidelibus, pro ecclesia Sanctorum Quirici et Julittae de Campannore, Lucanae dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, idibus augusti, anno tertio.

Orvieto, 31 août 1290.

In e. m., pro ecclesia Sancti Andreae Urbevetana. Dat. apud Urbemveterem, II kalendas septembris, anno tertio.

Orvieto, 30 août 1290.

In e. m., pro ecclesia de Pitgham, Morinensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, III kalendas septembris, anno tertio.

Orvieto, 30 août 1290.

In e. m., pro capella hospitalis Sanctae Katerinae Ypreusis, Morinensis dioecesis. Dat. ut supra.

Orvieto, 21 août 1290.

In e. m., pro ecclesia hospitalis Sancti Juliani Burdegalensis. Dat. apud Urbemveterem, XII kalendas septembris, anno tertio.

Orvieto, 21 août 1290.

In e. m., pro cathedrali ecclesia Vasatensi. Dat. ut supra.

Orvieto, 9 septembre 1290.

In e. m., pro ecclesia monasterii Sancti Leodegaris, ordinis S. Benedicti, Lexoviensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, V idus septembris, anno tertio.

In e. m., pro ecclesia monasterii Beatae Margaretae de Goutfer, ordinis S. Benedicti, Sagiensis dioecesis.

In e. m., pro ecclesia monasterii Beatae Mariae de Aumanesches.

In e. m., pro ecclesia Sancti Pantaleonis Belvacensi.

Orvieto, 4 septembre 1290.

In e. m., pro ecclesia Sanctae Crucis de Pileo, Anagninae dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, II nonas septembris, anno tertio.

Orvieto, 9 septembre 1290.

In e. m., pro ecclesia Sancti Sepulcri de Monte Desiderii, Ambianensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, V idus septembris, anno tertio.

Orvieto, 5 septembre 1290.

In e. m., pro ecclesia fratrum minorum Laudunensi. Dat. apud Urbemveterem, nonis septembris, anno tertio. (*En marge;* Potth., 23381.)

In e. m., pro ecclesia fratrum minorum Remensi. (*Ibid.*; Potth., 23382.)

Orvieto, 9 septembre 1290.

In e. m. .. priori et fratribus domus Beatae Mariae ante portam Sancti Cristofori de burgo Sancti Sepulcri, ordinis S. Augustini, Castellanae dioecesis, pro eorum ecclesia.

« Gloriosus Deus in... — Dat. apud Urbemveterem, v idus septembris, anno tertio. » (*Ibid.*)

Orvieto, 1er août 1290.

In e. m. universis Christi fidelibus, pro ecclesia Sanctae Mariae de Salas, Oscensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, kalendis augusti, anno tertio.

In e. m., pro ecclesia Sanctae Mariae de Podio de Barbastro, Oscensis dioecesis.

Orvieto, 11 septembre 1290.

In e. m., pro ecclesia Sanctae Mariae della Pecza extra muros castri de Guarcino, Alatrinae dioecesis. Dat. ut supra, III idus septembris, anno tertio. »

3142 Orvieto, 23 août 1290.

Privilegium jurisdictionis. (Reg. 45, c. 361, f. 72 v°.)

Dilectis filiis Reginaldo, abbati, et conventui monasterii Sancti Dyonisii in Francia, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, Parisiensis dioecesis. Ad instar Celestini papae III[i], inhibet « ne aliquis pro monachorum delictis, dummodo abbatis sui tanquam ordinarii judicis voluerint stare mandato, in ecclesias vel homines vestros vel in illos qui vobis decimas vel alios redditus tenentur exolvere, suspensionis seu excommunicationis audeat sententiam promulgare. »

« Dudum in felicis... — Dat. apud Urbemveterem, x° kalendas septembris, anno tertio. »

3143 Orvieto, 23 août 1290.

Privilegium jurisdictionis. (Reg. 45, c. 362, f. 72 v°.)

Eisdem, ad instar Innocentii IIII[i], indulget ut nullum eorum immunitatibus praejudicium in posterum generetur occasione constitutionis qua sedes apostolica statuit exemptos ratione delicti seu contractus aut alius rei coram locorum ordinariis conveniri posse.

« Cum olim felicis... — Dat. ut supra. »

3144 Orvieto, 23 août 1290.

Privilegium jurisdictionis. (Reg. 45, c. 363, f. 72 v°.)

Eisdem. Ad instar Urbani IIII[i], inhibet ne quis archiepiscopus vel episcopus contra eos, absque auctoritate romani pontificis vel legati a latere, excommunicationis vel interdicti aut suspensionis sententias promulgare possit.

« Dignum est et... — Dat. ut supra. »

3145 Orvieto, 23 août 1290.

Facultas absolvendi a canonicis sententiis. (Reg. 45, c. 364, f. 72 v°.)

Dilecto filio R., abbati monasterii Sancti Dyonisii in Francia, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, Parisiensis dioecesis, facultatem concedit absolvendi monachos monasterii sui ab excommunicationis sententia quam pro injectione manuum in clericos contraxerint.

« Dudum quondam .. abbate... — Dat. ut supra. »

3146 Orvieto, 23 août 1290.

Facultas recuperandi bona a detentoribus. (Reg. 45, c. 365, f. 73 r°.)

Eidem, ad instar Gregorii X, potestatem concedit exigendi et recuperandi a detentoribus possessiones et jura monasterii sui nisi centenaria currat prescriptio.

« Sicut nuper accepimus... — Dat. ut supra. »

3147 Orvieto, 23 août 1290.

Facultas absolvendi a canonicis sententiis. (Reg. 45, c. 366, f. 73 r°.)

Eidem facultatem concedit absolvendi personas villae Sancti Dionysii et aliorum locorum suae jurisdictionis ab excommunicationis sententiis quas pro violenta injectione manuum in clericos incurrerint.

« Volentes aliqua tibi... — Dat. ut supra. »

3148 Orvieto, 23 août 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 367, f. 73 r°. Potth., 23368.)

Eidem concedit ut, quotiens diebus solemnibus in pontificalibus missarum solemnia celebret, omnibus assistentibus indulgentiam xx dierum largiatur.

« Ut populus tue... — Dat. ut supra. »

3149 Orvieto, 23 août 1290.

Contra clericos Sancti Dionysii qui uxores habent, aut negotiationes et usuras exercent. (Reg. 45, c. 367², f. 73 r°.)

.. *archiepiscopo Rothomagensi*, ad instar Alexandri IIII, mandat ut nuntiet ab immunitatibus ecclesiasticis alienos esse quosdam clericos, in minoribus ordinibus constitutos, qui uxores habent, aut negotiationes clericis interdictas et etiam usuras exercent, et tamen privilegium immunitatis ecclesiasticae praetendentes, onera laicorum monasterio Sancti Dionysii in Francia subjectorum supportare negant.

« Exhibita nobis dilectorum... — Dat. ut supra. »

3150 Orvieto, 23 août 1290.

Immunitas. (Reg. 45, c. 368, f. 73 r°.)

Archiepiscopis et episcopis in quorum diocesibus monasterium Sancti Dyonisii in Francia et ejus prioratus consistunt inhibet ne, cum contra monachos hujus monasterii canonicas sententias ferre nequeant, easdem contra eos qui in eorum molendinis moleant, in eorum furnis coquant aut vendendo, emendo vel alias cum eis communicent proferant.

« Quanto amplius esse... — Dat. ut supra. »

3151 Orvieto, 23 août 1290.

Immunitas. (Reg. 45, c. 369, f. 73 r°.)

Archiepiscopis et episcopis in quorum diocesibus monasterium Sancti Dyonisii in Francia prioratus aut preposituras vel ecclesias habet inhibet, ad instar Clementis III, ne quis eorum in monachos hujus monasterii excommunicationis vel interdicti sententiam sine auctoritate romani pontificis vel legati a latere proferat.

« Quanto cenobium Sancti... — Dat. ut supra. »

3152-3171 Orvieto, 30 juillet 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 370, f. 73 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit eis qui ecclesiam Sancti Salvatoris de Rippa, Lodovensis dioecesis, in quatuor beatae Mariae et S. Salvatoris festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint.

« Vite perempnis gloria... — Dat. ut supra, iii kalendas augusti, anno tertio. »

Orvieto, 13 août 1290.

In e. m., pro ecclesia Sancti Esparchii de Suburbio Engolismensi. Dat. apud Urbemveterem, idibus augusti, anno tertio.

Orvieto, 13 septembre 1290.

In e. m., pro ecclesia fratrum minorum de Sancto Quintino, Noviomensis dioecesis. Dat. ut supra, idibus septembris, anno tertio. (Potth., 23401.)

In e. m., pro ecclesia fratrum minorum Hisdiniensi, Morinensis dioecesis. (*Ibid.*)

In e. m., pro ecclesia fratrum minorum Noviomensi, in honorem S. Laurentii constructa. (*Ibid.*)

Orvieto, 3 septembre 1290.

In e. m., pro capella .. praeceptoris et fratrum domus militiae Templi Aniciensis, in honorem beati Bartholomaei apostoli constructa. Dat. apud Urbemveterem, iii nonas septembris, anno tertio.

Orvieto, 5 septembre 1290.

In e. m., pro ecclesia monasterii Sancti Felicis Vicentini, ordinis S. Benedicti. Dat. apud Urbemveterem, nonis septembris, anno tertio.

Orvieto, 5 septembre 1290.

In e. m., pro ecclesia prioratus Sanctorum Innocentium Tregestini, ordinis S. Benedicti. Dat. ut supra.

Orvieto, 1er septembre 1290.

In e. m., pro ecclesia Beatae Mariae de Vitriaco castro, Cathalaunensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, kalendis septembris, anno tertio.

Orvieto, 5 septembre 1290.

In e. m., pro ecclesia Sancti Maximi de Cainone Turonensi. Dat. ut supra, nonis septembris, anno tertio.

Orvieto, 14 août 1290.

In e. m., pro ecclesia de Montiliis, Carpentoratensis dioecesis, in honorem Beatae Mariae et S. Antonii con-

structa. Dat. apud Urbemveterem, XVIIII kalendas septembris, anno tertio.

Orvieto, 25 août 1290.

In e. m., pro cathedrali ecclesia Nannetensi, in qua sanctorum Donatiani et Rogatiani corpora sunt. Dat. apud Urbemveterem, VIII kalendas septembris, anno tertio.

Orvieto, 5 septembre 1290.

In e. m., pro ecclesia Sanctae Mariae de Fumone, Alatrinae dioecesis. Dat. ut supra, nonis septembris, anno tertio.

Orvieto, 7 août 1290.

In e. m., pro ecclesia Sancti Marcialis Lemovicensi, ordinis S. Benedicti. Dat. apud Urbemveterem, VII idus augusti, anno tertio. (*En marge.*)

Orvieto, 5 septembre 1290.

In e. m., pro ecclesia .. abbatissae et conventus monasterii Beatae Mariae in Bona via prope Lucembourch, Cisterciensis ordinis, Treverensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, nonis septembris, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 5 septembre 1290.

In e. m., pro ecclesia Sancti Albani Namurcensi, Leodiensis dioecesis. Dat. ut supra. (*Ibid.*; POTTH., 23380.)

Orvieto, 9 septembre 1290.

In e. m., pro ecclesia Sancti Martini de Wimbeskirchen, Treverensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, V idus septembris, anno tertio. (*Ibid.*)

In e. m., pro capella Sancti Pauli in ecclesia Metensi. (*Ibid.*)

In e. m., pro capella Sanctae Margaritae in ecclesia Metensi. (*Ibid.*)

Orvieto, 12 septembre 1290.

In e. m., pro ecclesia de Sancto Restituto, Sabinensis dioecesis, in honorem S. Restituti constructa. Dat. apud Urbemveterem, II idus septembris, anno tertio. (*Ibid.*)

3172-3173 Orvieto, 1er septembre 1290.

Assignatio pallei. (REG. 45, c. 371, f. 74 r°.)

G., electo Anitiensi, palleum a .. Claromontensi et .. Vivariensi episcopis ei assignandum per Raymundum, decanum, et Raymundum de Garda, canonicum Anitiensis ecclesiae, mittit.

« Cum palleum insigne... — Dat. apud Urbemveterem, kalendis septembris, anno tertio. »

In e. m. .. Claromontensi et .. Vivariensi episcopis mandat ut G., electo Anitiensi, palleum assignent.

3174-3175 Orvieto, 18 août 1290.

Contra molestatores Tullensis capituli. (REG. 45, c. 372, f. 74 r°.)

.. *decano et capitulo ecclesie Tullensis* eadem concedit quae primicerio, decano et capitulo ecclesiae Metensis, cap. CCX, concessit (1).

« Desideriis vestris super... — Dat. apud Urbemveterem, XV kalendas septembris, anno tertio. »

Orvieto, 10 octobre 1290.

In e. m. .. primicerio, decano et capitulo ecclesiae Virdunensis. Dat. apud Urbemveterem, VI idus octobris, anno tertio. (*En marge.*)

3176-3177 Orvieto, 10 octobre 1290.

Ne concessio decimae regi Franciae in Tullensi et Virdunensi dioecesibus clero praejudicium afferat. (REG. 45, c. 372², f. 74 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo et dilectis filiis .. decano et capitulo totique clero civitatis et diocesis Tullensis. « Devotionis vestre precibus inclinati, ut, pro eo quod vos ad solvendum decimam pro negotio regni Aragonie cum clero regni Francie per litteras nostras mandavimus coartari, nullum vobis imposterum prejudicium generetur, quodque, si de cetero decimas vel alia quecumque onera clero regni Francie per sedem apostolicam contingat imponi, ea cum clero ipso solvere vel perferre minime teneamini nec ad id compelli possitis per litteras apostolicas que de indulto hujusmodi plenam et expressam ac de verbo ad verbum non fecerint mentionem, auctoritate vobis presentium indulgemus. Nulli ergo nostre concessionis etc. Dat. ut supra. »

Orvieto, 10 octobre 1290.

In e. m. .. episcopo, .. primicerio, .. decano et capitulo totique clero civitatis et dioecesis Virdunensis. Dat. apud Urbemveterem, VI idus octobris, anno tertio.

(1) N. 2740.

3178 Orvieto, 9 septembre 1290.

Facultas conferendi beneficium. (Reg. 45, c. 373, f. 74 r°; Potth., 23390.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Dublinensi mandat ut archidiaconatum Glandensem in ecclesia Dublinensi, per promotionem Stephani ad Cassellensem archiepiscopatum vacantem, alicui viro de partibus Yberniae oriundo conferat.

« Cum archidiaconatus Glandensis... — Dat. apud Urbemveterem, v idus septembris, anno tertio. »

3179 Orvieto, 30 août 1290.

Licentia testandi. (Reg. 45, c. 373², f. 74 v°.)

Johanni, abbati monasterii Sancti Benedicti de Padolyrone, ordinis S. Benedicti, Mantuane diocesis.

« Tuis devotis supplicationibus... — Dat. apud Urbemveterem, III kalendas septembris, anno tertio. »

3180 Orvieto, 23 août 1290.

Episcopus Faventinus coram sede apostolica citatur. (Reg. 45, c. 374, f. 74 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Vicentino, in spiritualibus provintie Romaniole rectori, mandat ut .. episcopum Faventinum, qui Guidonem, presbyterum, priorem hospitalis et ecclesiae Sancti Lazari Leprosorum de Miscino, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentium, Faventinae dioecesis, ab eodem prioratu privavit eumque capi et manibus et pedibus ferreis ligatum vinculis in carcere detineri aliquandiu fecit, citet ut coram sede apostolica compareat.

« Sua nobis Guido... — Dat. ut supra, x kalendas septembris, anno tertio. »

3181 Orvieto, 28 août 1290.

Tabellionatus officium. (Reg. 45, c. 375, f. 74 v°.)

P., episcopo Vicentino, vicario Romaniole in spiritualibus, mandat ut, consideratione P., Sancti Eustachii diaconi cardinalis, Petrum dictum Budellum de Setia, Terracinensis dioecesis, examinet eique, si viderit idoneum, tabellionatus officium concedat.

« Cum emula juris... — Dat. apud Urbemveterem, v kalendas septembris, anno tertio. »

3182 Orvieto, 28 août 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 375², f. 74 v°.)

Venerabili fratri .. Feltrensi et Belunensi episcopo committit ut cum Antonio, nato quondam Valdineli de Castilione, et Saura, nata quondam Ayroldi de Rudo, praedictae dioecesis, dispenset ut in matrimonio quod olim, ignorantes se quarto consanguinitatis gradu conjunctos esse, contraxerunt et in quo plures filios procrearunt remanere valeant.

« Petitio dilecti filii... — Dat. apud Urbemveterem, ut supra. »

3183 Orvieto, 5 septembre 1290.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 45, c. 376, f. 75 r°.)

Willelmo de Ameldon, archidiacono Eboracensi. Cum eo, consideratione E., regis Angliae, cujus obsequiis in cancellariae officio per non modici temporis spatium hactenus institit, dispensat ut archidiaconatum Eboracensem, ecclesias de Emeldon, Micheldensem et de Salbrithesworh, et medietatem ecclesiae de Kirkebi in Kendale, Dunelmensis, Wintoniensis, Londoniensis et Eboracensis dioecesium, quae sine dispensatione detinuit, licite retinere valeat.

« Exposita nobis tua... — Dat. apud Urbemveterem, nonis septembris, anno tertio. »

3184 Orvieto, 4 août 1290.

Donationem ecclesiae Sancti Basilii fratribus minoribus Anagninis factam confirmat. (Reg. 45, c. 377, f. 75 r°; Potth., 23348).

.. guardiano et fratribus minoribus Anagninis donationem ecclesiae Sancti Basilii eis ab .. abbatissa et soroibus monasterii Sancti Petri de Vineis Anagnini, ordinis Sanctae Clarae, factam confirmat.

« Cum a nobis... — Dat. apud Urbemveterem, II nonas augusti, anno tertio. »

3185 Orvieto, 6 septembre 1290.

Facultas absolvendi a canonicis sententiis. (Reg. 45, c. 378, f. 75 r°.)

Venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Terraconensi et

.. *Barchinonensi ac .. Cesaragustano episcopis* facultatem concedit absolvendi clericos qui interdictum in regno Aragoniae positum non observantes vel Petro Aragono auxilium praebentes excommunicationis sententiam incurrerunt.

« Ex parte totius... — Dat. apud Urbemveterem, VIII idus septembris, anno tertio. »

3186 Orvieto, 9 septembre 1290.

Contra conversos et reversos ad judaicam religionem. (Reg. 45, c. 379, f. 75 r°; Potth., 23391.)

Fratribus minoribus inquisitoribus heretice pravitatis in Romana provintia per sedem apostolicam deputatis et in posterum deputandis mandat ut contra illos qui, ad fidem christianam conversi, ad judaicam religionem reversi sint, et contra illos qui se ad ritum judaicum transtulerint procedant.

« Turbato corde audivimus... — Dat. apud Urbemveterem, V idus septembris, anno tertio. »

3187 Orvieto, 6 septembre 1290.

Electio officialium in communi castri Sancti Elpidii. (Reg. 45, c. 380, f. 75 v°.)

Consilio et communi castri Sancti Elpidii, Firmane diocesis, concedit ut potestates et alios officiales sub annuo centum librarum Ravennatum censu romanae ecclesiae solvendo eligere possint.

« Reducentes ad benigne... — Dat. apud Urbemveterem, VIII idus septembris, anno tertio. »

3188 Orvieto, 27 août 1290.

Monasterium Sanctae Mariae Magdalenae Pisanum monasterio de Fossabaudi unitur. (Reg. 45, c. 381, f. 75 v°.)

.. *priorisse et conventui monasterii de Fossabaudi juxta muros civitatis Pisane, ordinis S. Augustini, secundum instituta et sub cura fratrum predicatorum viventibus*, unionem monasterii Sanctae Mariae Magdalenae Pisani, ordinis S. Augustini, in quo soror una, priorissa videlicet, remanserat, monasterio de Fossabaudi a R., archiepiscopo Pisano, factam confirmat.

« Cum a nobis... — Dat. apud Urbemveterem, VI kalendas septembris, anno tertio. »

3189 Orvieto, 5 septembre 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 382, f. 76 r°.)

.. *episcopo Urbinati* committit ut cum Daniele, nato quondam Bonamati, et Carsidina (*sic*), nata nobilis viri Ordelapti, civibus Urbinatibus, dispenset ut in matrimonio quod olim, ad sedandas inimicitias inter consanguineos, ignorantes impedimentum esse, contraxerunt, remanere valeant, quanquam quondam Himilia, dudum Danielis uxor, Garsidinae (*sic*) quarto consanguinitatis gradu conjuncta erat.

« Petitio dilecti filii... — Dat. apud Urbemveterem, nonis septembris, anno tertio. »

3190 Orvieto, 6 septembre 1290.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 45, c. 383, f. 76 r°.)

Villano, plebano plebis de Linione, Pisane diocesis. Cum eo dispensat ut praeter plebanatum plebis de Linione aliud ecclesiasticum beneficium suscipere possit.

« Meritis tue devotionis... — Dat. apud Urbemveterem, VIII idus septembris, anno tertio. »

3191 Orvieto, 23 août 1290.

Facultas absolvendi a canonicis sententiis (Reg. 45, c. 383², f. 76 r°.)

.. *decano capelle ducis Burgundie de Divione, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, Lingonensis diocesis*, facultatem concedit absolvendi clericos ejusdem capellae ab excommunicationis sententia quam pro violenta injectione manuum in personas ecclesiasticas incurrerint.

« Ut eo gratiosior... — Dat. apud Urbemveterem, X kalendas septembris, anno tertio. »

3192 Orvieto, 23 août 1290.

Ut Johannes de Ligni, monachus Sancti Andreae in Castello, suae famae restituatur. (Reg. 45, c. 384, f. 76 r°.)

.. *abbati monasterii Sancti Auberti Cameracensis*. « Petitio dilecti filii Johannis de Ligni, monachi monasterii Sancti Andree in Castello, ordinis S. Benedicti, Cameracensis diocesis, nobis exhibita continebat quod dudum quedam littere confecte fuerunt, venerabilis fratris nostri .. episcopi Cameracensis et ejus officialis sigillis signate, in quibus inter alias narrabatur se recognovisse in judicio coram eis contra .. abbatem suum calumpniose

litem movisse, quarum occasione sine causa rationabili contra eum infamia est suborta. Quare predictus monachus nobis humiliter supplicavit ut, cum eedem littere preter assensum suum, scientiam et mandatum omnino fuerint impetrate, ac rem que culpa caret in dampnum non conveniat evocari, providere statui suo in hac parte misericorditer dignaremur. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus, inquisita super hoc diligentius veritate, si inveneris ita esse, prefatum monachum auctoritate nostra restituas fame sue. Dat. ut supra. »

3193 Orvieto, 10 septembre 1290.

Remittit iter ad limina. (Reg. 45, c. 385, f. 76 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Eduensi.

« Ex parte tua... — Dat. apud Urbemveterem, IIII idus septembris, anno tertio. »

3194 Orvieto, 5 septembre 1290.

Alienatio bonorum monasterii Sancti Dionysii in Francia. (Reg. 45, c. 386, f. 76 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Silvanectensi mandat quatenus inquirat de opportunitate petitionis qua .. abbas et conventus monasterii Sancti Dionysii in Francia licentiam poscunt permutandi terras, nemora, forestas, possessiones et jurisdictionem quae in villa de Montemeliandi et ejus territorio possident, cum nobili viro Johanne, domino de Chantilliaco, qui partem jurisdictionis et redditus aliquos in eadem villa et usum in praedictis nemoribus et forestis habet, pro aliis possessionibus monasterio utilioribus.

« Ex parte dilectorum... — Dat. apud Urbemveterem, nonis septembris, anno tertio. »

3195 Orvieto, 1er septembre 1290.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 45, c. 387, f. 76 v°.)

.. *episcopo Tervisino* committit ut cum Arvisino, nato nobilis viri Manfredi de Lesmamis, clerico in minoribus ordinibus constituto, monacho monasterii de Nervisia, ordinis S. Benedicti, Tervisinae dioecesis, dispenset ut, non obstante defectu natalium quem patitur, e soluto genitus et soluta, ad omnes ordines promoveri et ad administrationes et abbatiam sui ordinis assumi valeat.

« Virtutum merita numerare... — Dat. apud Urbemveterem, kalendis septembris, anno tertio. »

3196-3208 Orvieto, 1er septembre 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 387², f. 76 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui ecclesiam Sanctae Walburgis de Furnis, Morinensis dioecesis, in sanctae Walburgis, beatae Mariae et sanctae crucis festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint.

« Cum ad promerenda... — Dat. ut supra. »

Orvieto, 13 septembre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sancti Lentii Verulana. Dat. apud Urbemveterem, idibus septembris, anno tertio.

Orvieto, 11 septembre 1290.

In e. m., pro ecclesia Sancti Foillani Fossensi, Leodiensis dioecesis.

« Vite perennis gloria... — Dat. ut supra, III idus septembris, anno tertio. »

Orvieto, 13 septembre 1290.

In e. m., pro ecclesia Sancti Jacobi Viterbiensi. Dat. ut supra, idibus septembris, anno tertio.

Orvieto, 11 septembre 1290.

In e. m., pro ecclesia de Cardalhiaco, Caturcensis dioecesis, in honorem Sancti Juliani constructa. Dat. III idus septembris, anno tertio.

Orvieto, 12 août 1290.

In e. m., pro ecclesia Xanctensi, Coloniensis dioecesis, in honorem Beati Victoris constructa. Dat. apud Urbemveterem, II idus augusti, anno tertio.

Orvieto, 5 septembre 1290.

In e. m., pro ecclesia Sancti Vedasti de Noyentello, Belvacensis dioecesis.

« Cum ad promerenda... — Dat. apud Urbemveterem, nonis septembris, anno tertio. »

Orvieto, 22 septembre 1290.

In e. m., pro ecclesia fratrum minorum Silvanectensi.

« Vite perennis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, X kalendas octobris, anno tertio. (*En marge;* Potth., 23411.)

Orvieto, 12 septembre 1290.

In e. m., pro ecclesia Sancti Nicolai de Podio Montis

Albani, Tiburtinae dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, II idus septembris, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 13 septembre 1290.

In e. m. .. priorissae et conventui monasterii Sanctae Mariae de Pino in Suburbiis Ferrariensis, per priorissam soliti gubernari, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Augustini, pro earum ecclesia. Dat. apud Urbemveterem, idibus septembris, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 13 septembre 1290.

In e. m. Universis etc., pro ecclesia Sancti Jacobi de Rivisio, Venetensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, idibus septembris, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 17 septembre 1290.

In e. m., pro ecclesia .. prioris et fratrum ordinis Beatae Mariae de Monte Carmeli de Trapano, Mazariensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, XV kalendas octobris, anno tertio. (*Ibid.*; POTTH., 23406.)

Orvieto, 22 septembre 1290.

In e. m., pro ecclesia Sancti Angeli Sorana. Dat. apud Urbemveterem, X kalendas octobris, anno tertio. (*Ibid.*)

3209 Orvieto, 7 juillet 1290.

Ad ecclesiam et domos episcopales civitatis Sancti Angeli construendas. (REG. 45, c. 388, f. 77 r°.)

.. *episcopo Forosinfroniensi* mandat quatenus, civitatem Sancti Angeli papalis adiens, .. episcopo et capitulo tantum terreni assignari faciat ut centum et quinquaginta pedes in longitudinem et latitudinem ad ecclesiam et tantumdem ad domos et officinas episcopi construendas habeant.

« Exponentibus olim nobis... — Dat. apud Urbemveterem, nonis julii, anno tertio. »

3210 Orvieto, 4 septembre 1290.

Alienatio bonorum monasterii Sancti Pauli de Urbe. (REG. 45, c. 389, f. 77 r°.)

.. *episcopo Esino* mandat ut .. abbati et conventui monasterii Sancti Pauli de Urbe licentiam commutandi quasdam possessiones, possessionibus nobilis viri Florentii, civis Romani, contiguas, cum aliis ejusdem nobilis largiatur.

« Supplicantibus nobis dudum... — Dat. apud Urbemveterem, II nonas septembris, anno tertio. »

3211 Orvieto, 5 septembre 1290.

Facultas exercendi per alium durantibus quibusdam inimicitiis visitationis officium. (REG. 45, c. 390, f. 77 r°.)

Guillelmo, episcopo Cabilonensi.

« Intimasti nobis quod... — Dat. apud Urbemveterem, nonis septembris, anno tertio. »

3212 Orvieto, 5 septembre 1290.

Ad solutionem debitorum monasterii de Monte Sancti Quintini. (REG. 45, c. 391, f. 77 r°.)

Druardo de Achies, canonico ecclesie Sancti Fursei Peronensis, Noviomensis diocesis, mandat quatenus fructus et redditus monasterii de Monte Sancti Quintini, juxta Peronam, ordinis S. Benedicti, colligi faciens, ex eis debita ejusdem monasterii solvat.

« Ad audientiam nostram... — Dat. ut supra. »

3213 Orvieto, 1er septembre 1290.

Super pluralitate beneficiorum. (REG. 45, c. 392, f. 77 v°.)

Petro, decano ecclesie Lincopensis. Cum eo dispensat ut fructus ecclesiarum Sancti Petri de Lodosio et de Medheloso, Scarensis et Strenginensis dioecesium, quas sine dispensatione detinuit et postea dimisit, retinere valeat, dummodo quandam partem fructuum ex eis jam perceptorum ad utilitatem earum convertat.

« Porrecta nobis ex... — Dat. apud Urbemveterem, kalendis septembris, anno tertio. »

3214-3215 Orvieto, 8 septembre 1290.

Personam et bona reginae Castellae et Legionis sub beati Petri protectione suscipit. (REG. 45, c. 393, f. 77 v°.)

Yolense, regine Castelle ac Legionis illustri.

« Magne devotionis affectus... — Dat. apud Urbemveterem, VI idus septembris, anno tertio. »

In e. m. .. decano ecclesiae Egitaniensis mandat ut Yolensam molestari non permittat.

3216 Orvieto, 8 septembre 1290.

De eodem negotio. (REG. 45, c. 394, f. 77 v°.)

.. *episcopo Egitaniensi.* Eum rogat ut detentores bono-

rum dotalicii Yolensae, reginae Castellae et Legionis, ad eadem restituenda moneat.

« Meruit sincera devotio... — Dat. ut supra. »

3217 Orvieto, 12 septembre 1290.

Contra usurpationes primicerii ecclesiae Virdunensis. (Reg. 45, c. 395, f. 77 v°.)

.. *abbati monasterii Sancti Pauli Virdunensis et .. archidiacono Lingonensi.* « Petitio venerabilis fratris nostri Jacobi, episcopi Virdunensis, nobis exhibita continebat quod, dudum bone memorie H., episcopo Virdunensi, predecessore dicti episcopi, significante felicis recordationis Honorio pape, predecessori nostro, quod Thomas, primicerius ecclesie Virdunensis, olim, dum ecclesia ipsa pastore vacabat, ad bona episcopalis sedis Virdunensis avidas manus extendens, non solum episcopales reditus et proventus, qui tam de jure quam de consuetudine ipsius ecclesie servandi erant futuro episcopo, temeritate propria, capitulo invitis et renitentibus, occuparat, et alias eidem sedi, per ablationem piscium stagnorum et in aliis rebus et bonis, dampna gravia, usque ad extimationem septem milium librarum turonensium et amplius, irrogarat, quodque prefatus primicerius nominatum H. episcopum quominus episcopalem jurisdictionem in civitate ac diocesi Virdunensi libere, prout ad eum spectabat, exercere posset impedire, contra justitiam, presumebat; ac eodem H. episcopo asserendo quod, si hujusmodi causam in illis partibus ventilari contingeret, gravioris posset inter partes dissensionis materia suscitari et exinde pericula provenire, supplicante dicto predecessori nostro Honorio humiliter ut providere in hac parte sibi et predicte sedi de oportuno remedio dignaretur, dictus predecessor, volens hujusmodi periculis per sue providentie studium obviare, vobis sub ea forma suis dedit litteris in mandatis ut, si super premissis contra prefatum primicerium fama laboraret, vos ipsum ex parte sua diligenter moneretis ut infra duorum mensium spatium post monitionem vestram memorato episcopo de hujusmodi fructibus et proventibus ac dampnis plenam et debitam satisfactionem impenderet et ab hujusmodi impedimento omnino cessaret, alioquin vos eundem primicerium citare peremptorie curaretis ut infra duorum mensium spatium predictos duos menses immediate sequentium personaliter apostolico se conspectui presentaret, eidem episcopo super premissis de justitia responsurus et facturus ac recepturus super hoc quod justitia suaderet. Verum eodem H., episcopo Virdunensi, nature debitum persolvente, nominatus primicerius, prioribus non contentus injuriis, fructus et proventus dicte sedis Virdunensis adhuc vacantis sibi indebite usurpavit et occupavit etiam, et adhuc detinet occupatos, in anime sue periculum, plurimorum scandalum, et J. episcopi et sedis Virdunensis predictorum prejudicium et gravamen, ac dictum Jacobum episcopum quominus in eisdem civitate et diocesi jurisdictionem episcopalem, prout ad eum pertinet, libere exercere possit presumpsit et adhuc presumit, contra justitiam, impedire. Super quo nominatus J., episcopus Virdunensis, adhiberi sibi et dicte sedi congruum remedium per apostolice sedis providentiam humiliter postulavit. Nos igitur, nolentes in hac parte in suo jure deesse, qui sumus in illo omnibus debitores, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus, si super premissis contra prefatum primicerium fama laborat, dictum primicerium ex parte nostra efficaciter monere ac inducere procuretis ut, infra duorum mensium spatium post monitionem vestram, de omnibus fructibus et proventibus de bonis dicte sedis Virdunensis occupatis taliter ac dampnis in hujusmodi subtractione piscium et aliis bonis predictis dicte sedi etiam irrogatis predicto J. episcopo et dicte sedi Virdunensi plenam et debitam satisfactionem impendat et ab impedimento hujusmodi omnino desistat. Quod si predictus primicerius hujusmodi monitioni vestre infra predictum tempus parere forte contempserit, vos ipsum ex tunc peremptorie citare curetis ut infra duorum mensium spatium predictos duos immediate sequentium personaliter apostolico se conspectui representet, dicto episcopo super premissis de justitia responsurus ac facturus et recepturus super hoc quod justitia suadebit. Diem vero citationis et formam et quicquid super hoc feceritis nobis per vestras litteras, harum seriem continentes, studeatis fideliter intimare. Dat. apud Urbemveterem, II idus septembris, anno tertio. »

3218 Orvieto, 3 septembre 1290.

Facultas eligendi confessorem proprium. (Reg. 45, c. 396, f. 78 r°; Potth., 23378.)

.. *abbatisse et conventui monasterii Romaricensis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, Tullensis diocesis*, concedit ut ex presbyteris monasterii beneficiatis confessores sibi eligere possint.

« Qui salutem et... — Dat. apud Urbemveterem, III nonas septembris, anno tertio. »

3219 Orvieto, 9 septembre 1290.

Privilegia Wratislaviensi ecclesiae ab Henrico, duce Slesiae, concessa, confirmat. (Reg. 45, c. 397, f. 78 r°; Potth., 23392.)

Venerabili fratri .. episcopo et dilectis filiis capitulo Wratislaviensibus.

« Cum a nobis... — Dat. apud Urbemveterem, v idus septembris, anno tertio. »

3220 Orvieto, 20 septembre 1290.

Facultas absolvendi ab excommunicatione. (Reg. 45, c. 398, f. 78 v°; Potth., 23410.)

Fratribus minoribus inquisitoribus heretice pravitatis in Romana provintia per sedem apostolicam deputatis et in posterum deputandis facultatem concedit absolvendi haereticos in provincia Romana ab excommunicatione.

« Cum sicut ex... — Dat. apud Urbemveterem, xii kalendas octobris, anno tertio. »

3221 Orvieto, 23 août 1290.

De foro aut mercatu in castro de Murmurione statuendo. (Reg. 45, c. 399, f. 78 v°.)

Philippo de Berenso, rectori comitatus Venesini. « Ex parte dilectorum filiorum universitatis castri de Murmurione, Carpentoratensis diocesis, terre comitatus Venesini, ecclesie romane fidelium, fuit nobis humiliter supplicatum ut, cum ipsi, ad quos tantum jus exigendi vel levandi duanam seu ledam ab ementibus et vendentibus in dicto castro pertinere dinoscitur, pro utilitate ac honore ipsius ecclesie dictique castri honorificentia, ut semel in ebdomada in castro ipso sollempne forum seu mercatum perpetuis temporibus fiat statuere ac ordinare proponant, ita quod tertia pars duane seu lede que ab ementibus seu vendentibus in dicto mercatu seu foro exigetur et recipietur ad ecclesiam ipsam debeat provenire et ad quam solvendam annuatim ipsi offerunt se astringi, statuendi seu ordinandi forum aut mercatum hujusmodi in castro predicto licentiam concedere dignaremur. Nos itaque, de discretione tua plenam in Domino fidutiam obtinentes, per apostolica tibi scripta mandamus quatenus inquiras super premissis diligentius veritatem et quod super hiis utilitati ejusdem ecclesie expedire videris, super quo tuam intendimus conscientiam onerare, illud nobis per tuas litteras fideliter intimare procures. Dat. apud Urbemveterem, x kalendas septembris, anno tertio. »

3222-3225 Orvieto, 17 septembre 1290.

Gerardo administratio monasterii Sancti Januarii de Campoleonis committitur. (Reg. 45, c. 400, f. 78 v°.)

Gerardo, plebano plebis Sancti Cassiani de Lacerino, Aretine diocesis. Vacante monasterio Sancti Januarii de Campoleonis, ordinis S. Benedicti, Aretinae dioecesis, duae electiones, una videlicet de Ildebrando, priore Sancti Clementis Aretini, et altera de Symone, monacho praedicti monasterii, a monachis celebratae sunt; negotio autem per appellationem ad sedem apostolicam legitime devoluto, H., Sanctae Sabinae presbyter cardinalis, in negotio auditor, ne haec questio in longum praetendatur, administrationem monasterii personae idoneae committendam arbitratus est, eamque papa Gerardo praedicto committit.

« Dudum monasterio Sancti... — Dat. apud Urbemveterem, xv kalendas octobris, anno tertio. »

In e. m. conventui monasterii Sancti Januarii praedicti mandat quatenus praedicto plebano solitam obedientiam praebeat.

In e. m. vassallis ejusdem monasterii.

In e. m. .. episcopum Aretinum rogat ut eidem plebano favorem suum praebeat.

3226-3232 Orvieto, 11 septembre 1290.

Tabellionatus officium. (Reg. 45, c. 401, f. 79.)

Dilecto filio Andree Bonihostis, clerico Urbevetano, in minoribus ordinibus constituto, examinato per Matthaeum, protonobilissimum cantorem ecclesiae Carnotensis, et Raynerium de Casulis, canonicum Vulteranum, capellanos papae, tabellionatus officium concedit.

« Ne contractuum memoria... — Dat. apud Urbemveterem, iii idus septembris, anno tertio. »

Orvieto, 9 septembre 1290.

In e. m. Guillelmo de Casalibus, clerico Anitiensi, in minoribus ordinibus constituto. Dat. apud Urbemveterem, v idus septembris, anno tertio.

Orvieto, 12 septembre 1290.

In e. m. Bernardo de Alvernia, clerico Lemovicensi, in minoribus ordinibus constituto. Dat. apud Urbemveterem, ii idus septembris, anno tertio.

Orvieto, 12 septembre 1290.

In e. m. Radulpho Cartesoni, clerico in minoribus ordinibus constituto, Cavallicensis dioecesis.

Orvieto, 13 septembre 1290.

In e. m. Geraldo de Prato, clerico in minoribus ordinibus constituto, Caturcensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, idibus septembris, anno tertio. (*En marge.*)

Orvieto, 11 septembre 1290.

In e. m. magistro Grondino Bartholomaei de Bucclano, laico Theatinae dioecesis. Dat. III idus septembris, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 11 septembre 1290.

In e. m. Johanni Venture, clerico civitatis Castelli, in minoribus ordinibus constituto. (*Ibid.*)

3233 Orvieto, 10 septembre 1290.

Ut monasterio Sancti Rufi Valentino assignetur quidam prioratus. (Reg. 45, c. 402, f. 79 r°.)

.. *archiepiscopo Viennensi* mandat quatenus inquirat de opportunitate petitionis qua .. abbas et conventus monasterii Sancti Rufi Valentini, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Augustini, poscunt sibi assignari aliquem ex prioratibus ejusdem monasterii.

« Lecta coram nobis... — Dat. apud Urbemveterem, IIII idus septembris, anno tertio. »

3234 Orvieto, 10 septembre 1290.

De aggere a monasterio Sancti Rufi Valentino contra Rodanum construendo. (Reg. 45, c. 402², f. 79 r°.)

Eidem mandat quatenus inquirat de opportunitate petitionis qua .. abbas et conventus praedicti monasterii Sancti Rufi decimam proventuum prioratuum et membrorum ejusdem monasterii sibi assignari ad defensionem eidem monasterio contra Rodanum construendam.

« Habet assertio dilectorum... — Dat. ut supra. »

3235 Orvieto, 10 septembre 1290.

Ad protectionem Metensis capituli. (Reg. 45, c. 403, f. 79 r°.)

Dilectis filiis .. primicerio, .. decano et capitulo ecclesie Metensis. Inhibet ne executores et judices apostolicae sedis vel legatorum ejus, si minor pars aut aliquis ex praedicto capitulo mandatis eorum non pareat, in eadem capitulum et ecclesiam suspensionis aut interdicti vel in singulos excommunicationis sententias promulgent.

« Exigunt vestre devotionis... — Dat. apud Urbemveterem, IIII idus septembris, anno tertio. »

3236-3240 Orvieto, 10 octobre 1290.

De eodem negotio. (Reg. 45, c. 403², f. 79 r°, en marge.)

Nicolaus etc. Dilectis filiis .. primicerio, .. decano et capitulo ecclesie Virdunensis. « Exigunt vestre devotionis merita, etc. ut in proxima superiori, usque Dat. apud Urbemveterem, VI idus octobris, anno tertio. »

Orvieto, 15 octobre 1290.

In e. m. .. decano et capitulo ecclesiae Baiocensis. Dat. apud Urbemveterem, idibus octobris, anno tertio. (*En marge.*)

In e. m. .. decano et capitulo ecclesiae Ambianensis. Dat. ut supra. (*Ibid.*)

In e. m. .. decano et capitulo ecclesiae Morinensis. Dat. ut supra. (*Ibid.*)

In e. m. .. decano et capitulo ecclesiae Remensis. Dat. ut supra. (*Ibid.*)

3241 Orvieto, 13 juin 1290.

Ad protectionem Metensis capituli. (Reg. 45, c. 404, f. 79 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo et dilecto filio .. abbati monasterii Sancti Vincentii Metensibus mandat quatenus capitulum ecclesiae Metensis absolvant ab excommunicationis sententiis in ipsum illatis ab executoribus eorum qui, praebendam in ecclesia Metensi exspectantes, eam, alii exspectanti datam, non acceperint.

« Significarunt nobis dilecti... — Dat. apud Urbemveterem, idibus junii, anno tertio. »

3242-3248 Orvieto, 8 septembre 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 405, f. 79 v°.)

.. *rectori ecclesie Beate Marie de Syoza, Agennensis diocesis.* Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui ecclesiam Beatae Mariae de Syoza, Agennensis dioecesis, in singulis beatae Mariae festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint.

« Licet omnipotens Deus... — Dat apud Urbemveterem, VI idus septembris, anno tertio. »

Orvieto, 8 septembre 1290.

In e. m. .. rectori ecclesiae Beati Johannis de Cazali-

grando, Agennensis dioecesis. Eandem indulgentiam concedit eis qui praedictam ecclesiam in singulis beati Johannis Baptistae festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint. Dat. ut supra.

Orvieto, 5 septembre 1290.

In e. m. Universis Christi fidelibus. Eandem indulgentiam concedit eis qui hospitali leprosorum Sanctae Mariae Magdalenae prope Alatrum caritatis manum porrexerint.

« Quoniam ut ait... — Dat. apud Urbemveterem, nonis septembris, anno tertio. »

Orvieto, 13 septembre 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam monasterii de Kemperele, Corisopitensis dioecesis, in honorem beatae crucis constructam, in ejusdem sanctae crucis et Assumptionis beatae Mariae festivitatibus et per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes visitaverint.

« Splendor eterne glorie... — Dat. apud Urbemveterem, idibus septembris, anno tertio. » (*En marge.*)

Orvieto, 13 septembre 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam fratrum minorum de Tuderto, in honorem S. Fortunati constructam, in singulis ejusdem sancti et beatorum Francisci, Cassiani et Antonii confessorum festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint.

« Cum ad premerenda... — Dat. ut supra. » (*Ibid.*)

Orvieto, 29 août 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui capellam hospitalis Beatae Mariae de Atrebato, Olenensis dioecesis, in Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis et Nativitatis ejusdem virginis festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint.

« Cum ad premerenda... — Dat. apud Urbemveterem, IIII kalendas septembris, anno tertio. » (*Ibid.*)

Orvieto, 22 septembre 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Beati Constantii confessoris Aquinatem, quae altare in honorem S. Blasii martyris habet, ubi multa miracula perpetrantur, in hujus martyris et beati Constantii festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint.

« Sanctorum honoranda sunt... — Dat. apud Urbemveterem, X kalendas octobris, anno tertio. » (*Ibid.*)

3249 Orvieto, 11 septembre 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 406, f. 80 r°.)

.. *archiepiscopo Cantuariensi* committit quatenus cum nobili viro Johanne de Ecde, et nobili muliere Johanna, nata Radulphi de Sancto Leodogareto, Cantuariensis dioecesis, dispenset ut in matrimonio quod olim, ignorantes quondam Emmam, priorem Johannis uxorem, Johannae tertio et quarto consanguinitatis gradu conjunctam esse, contraxerunt et in quo plures filios procrearunt remanere valeant.

« Lecta coram nobis... — Dat. apud Urbemveterem, III idus septembris, anno tertio. »

3250 Orvieto, 9 septembre 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 407, f. 80 r°; Potth., 23389.)

.. *archiepiscopo Cassellensi* committit quatenus cum nobili viro Waltero dicto Letyng et nobili muliere Dionisia, nata David dicti Machatwyl, dispenset ut in matrimonio quod olim, ignorantes se quarto affinitatis gradu conjunctos esse, contraxerunt remanere valeant.

« Petitio dilecti filii... — Dat. apud Urbemveterem, V idus septembris, anno tertio. »

3251 Orvieto, 1er septembre 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 408, f. 80 r°.)

.. *episcopo Arusiensi* committit ut, ad sedandas inimicitias inter nobilem virum Johannem dictum Efre et nobilem virum Stigotum Andreae, Arusiensis dioecesis, cum eodem Johanne et Juga, filia sororis Stigoti, dispenset ut, quanquam Johannes quondam legitimam filiam Stigoti, tunc quinque annis minorem, quae postmodum duodecim annos nata mortua est, sibi matrimonialiter copulare promisit, matrimonium contrahere possint.

« Exposita nobis dilecti... — Dat. apud Urbemveterem, kalendis septembris, anno tertio. »

3252 Sainte-Marie-Majeure, 1er mai 1290.

Facultas absolvendi a canonum sententiis. (Reg. 45, c. 409, f. 80 r°.)

.. *episcopo Abulensi* facultatem concedit absolvendi clericos Abulensis dioecesis, qui causa suorum benefi-

ciorum ecclesiasticorum, et aliis divinis causis, excommunicationis, suspensionis et interdicti sententias incurrerint, et dispensandi cum eis qui hac occasione irregularitatem contraxerint.

« Ex parte tua... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, kalendis maii, anno tertio. »

3253-3260 Orvieto, 5 septembre 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 410, f. 80 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui ecclesiam monasterii de Stanno, Cisterciensis ordinis, Tullensis dioecesis, beatae Mariae vocabulo insignitam, in beatae Mariae festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint.

« Virga venustissima et... — Dat. apud Urbemveterem, nonis septembris, anno tertio. »

In e. m., pro ecclesia monasterii de Claroloco, ordinis Cisterciensis, Tullensis dioecesis.

In e. m., pro ecclesia monasterii de Boxeriis, ordinis S. Benedicti, Tullensis dioecesis.

In e. m., pro ecclesia monasterii de Claromarisco, ordinis Cisterciensis, Remensis dioecesis.

Orvieto, 13 septembre 1290.

In e. m., pro ecclesia monasterii de Bonofageto, Praemonstratensis ordinis, Tullensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, idibus septembris, anno tertio.

In e. m., pro ecclesia monasterii de Miravalle, Praemonstratensis ordinis, Tullensis dioecesis.

In e. m., pro ecclesia monasterii de Chalmosiaco, ordinis S. Augustini, Tullensis dioecesis.

In e. m., pro ecclesia parrochiali de Novavilla ad Nemus, Cathalaunensis dioecesis.

3261-3262 Orvieto, 20 septembre 1290.

Ad collectionem decimae pro negotio Siciliae. (Reg. 45, c. 411, f. 80 v°.)

Venerabili fratri Pandulpho, episcopo Pactensi, administratori ecclesie Turritane, collectori decime in Sardinie et Corsice partibus pro negotio regni Sicilie deputate. « Dudum necessitates multiplices romane ecclesie necnon carissimo in Christo filio nostro Carolo, regi Sicilie illustri, ac ejus regno Sicilie iminentes sollicita meditatione pensantes, ac volentes in hoc provisionis oportune remedium adhibere predictis ecclesie, regi et regno, pro hujusmodi eorum necessitatibus, et etiam pro ipsius regni prosecutione negotii, decimam omnium ecclesiasticorum redditum et proventuum in Sardinie et Corsice ac nonnullis aliis partibus, per tres annos numerandos ab instanti tunc festo nativitatis beati Johannis Baptiste quod festivitatem nativitatis ipsius sancti proximo preteritam immediate processit, de fratrum nostrorum consilio, sub certa forma duximus deputandam. Ut itaque facilius et efficatius super collectione ipsius decime debitus subsequatur effectus, fraternitati tue, de qua in Domino fiduciam gerimus spetialem, presentium auctoritate mandamus quatenus predicte decime colligende in Sardinie et Corsice partibus, exemptis et non exemptis, subscripto modo sollicite curam geras. Videlicet in singulis civitatibus et diocesibus illarum partium, de consilio locorum ordinarii, aut ejus vices gerentis, si diocesanus ipse absens fuerit, et duorum fidedignorum de ecclesia cathedrali constitutorum in dignitatibus, seu aliorum tam quoad non exemptos quam etiam quoad exemptos, deputes duas personas fide, facultatibus, si tales inveniantur commode, ac alias ydoneas, ad collectionis hujusmodi ministerium exequendum. Collectores autem quos, ut premittitur, deputabis in forma jurare facias infrascripta; et tu nichilominus partes easdem circumeas, diligentius scrutaturus qualiter in commisso sibi dicte collectionis officio prefati se habeant collectores et qualiter ipsis de decima satisfiat. Collectamque per illos ex decima ipsa pecuniam facias per collectores eosdem illis de quibus per alias nostras litteras tibi assignari mandamus. Tibi quoque, cum consilio predictorum ordinarii et aliorum, mutandi collectores ipsos, quotiens videris expedire, ac eos compellendi ad reddendum coram eisdem ordinariis et aliis tibi computum de collectis, et contradictores quoslibet ac etiam omnes illos qui proventuum suorum ecclesiasticorum in predictis partibus consistentium decimam in terminis sibi prefixis solvere non curarint auctoritate apostolica per censuram ecclesiasticam compellendi, plenam auctoritate predicta concedimus potestatem. Et, ut tam tu quam dicti collectores fructum de vestris laboribus reportetis, premissa tibi et eis in remissionem injungimus peccatorum. Volumus etiam quod de pecunia ex ipsa decima colligenda singulis diebus unum florenum auri percipias pro expensis, et quod collectores iidem a prestatione ipsius decime sint immunes, pro tempore quo tu et ipsi laboraveritis in premissis. Non obstantibus si aliquibus a sede sit indultum eadem quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas que de indulto hujusmodi ac tota ejus continentia de verbo ad verbum et

de propriis locorum et personarum nominibus plenam et expressam non fecerint mentionem, sive quibuslibet aliis privilegiis et indulgentiis vel litteris quibuscumque dignitatibus, ordinibus, locis vel personis generaliter aut specialiter, sub quacumque forma vel conceptione verborum, ab eadem sede concessis, de quibus quorumve totis tenoribus de verbo ad verbum in nostris litteris specialis plena et expressa mentio sit habenda. Volumus denique ut frequenter nobis quod actum fuerit in partibus supradictis, tam circa collectores quam circa collectionem, quantitatem collectam et solutionem ipsius, scribere non omittas. Et insuper de premissis diligenter et sollicite prosequendis, prestes evangeliis coram te positis juramentum... Forma autem juramenti quod prestare volumus collectores eosdem hec est : Juro .. Ego a te auctoritate apostolica deputatus collector ad exigendum, colligendum et recipiendum decimam omnium reddituum, proventuum et obventionum ecclesiasticorum, ab omnibus personis ecclesiasticis, exemptis et non exemptis, in predictis Sardinie et Corsice partibus constitutis, pro negotio regni Sicilie ab apostolica sede concessam, quod fideliter exigam, colligam, recipiam atque custodiam ipsam decimam, non deferendo in hiis alicui persone, cujuscumque ordinis, status, conditionis aut dignitatis existat, prece, timore, gratia vel favore seu quacumque de causa, et eam integre restituam et assignabo prout a te recepero in mandatis, et super premissis omnibus et singulis plenam et fidelem rationem reddam tibi, et si contingat te officium quod in premissis geris dimittere, hec eadem faciam juxta mandatum illius qui substituetur in eodem officio. Sic Deus me adjuvet et hec sancta Dei evangelia. Dat. apud Urbemveterem, XII kalendas octobris, anno tertio. »

In e. m. archiepiscopis, episcopis, electis, abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, praepositis, archipresbyteris et aliis ecclesiarum praelatis, capitulis, collegiis et conventibus Cisterciensis, Cluniacensis, Praemonstratensis, S. Benedicti, S. Augustini, Cartusiensis, Grandimontensis et aliorum ordinum, nec non prioribus Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, domorum Militiae Templi et beatae Mariae Theotonicorum praeceptoribus et magistris ceterisque omnibus personis ecclesiasticis, regularibus et saecularibus, exemptis et non exemptis, in Sardiniae et Corsicae partibus constitutis mandat ut suorum omnium ecclesiasticorum redditnum, proventuum et obventionum decimam per triennium persolvant. « Ceterum clericos illos ad prestationem ipsius decime teneri nolumus, quorum ecclesiastici redditus et proventus summam septem librarum turonensium parvorum annis singulis non excedunt. » Dat. ut supra.

3263 Orvieto, 20 septembre 1290.

De eodem negotio. (Reg. 45, c. 411², f. 81 r°.)

Venerabili fratri Pandulfo, episcopo Pactensi, administratori ecclesie Turritane. « Declarationes quas nuper edidimus in negotio decime de proventibus ecclesiasticis per Sardiniam et Corsicam in subsidium negotii regni Sicilie sub certa forma et modo ab apostolica sede concesse, cujus quidem decime te in predictis Sardinia et Corsica superintendentem seu collectorem duximus deputandum, tales sunt : De redditibus et proventibus leprosariarum, domorum Dei et hospitalium pauperum qui in usus leprosorum, infirmorum et pauperum convertuntur, decima non solvetur. Moniales etiam alieque regulares persone etc. ut in regesto secundi anni ejusdem domini Nicolai, cap. CCCLXIII° (n° 1178) usque. Dat. apud Urbemveterem, XII kalendas octobris, anno tertio. »

3264 Orvieto, 24 septembre 1290.

De collectione decimae pro negotio Aragoniae regi Franciae concessae. (Reg. 45, c. 412, f. 81 r°.)

Dilecto filio J., tituli Sancte Cecilie presbytero cardinali. Potestatem committit quatenus decimae ecclesiasticorum proventuum clarissimae memoriae Philippo, regi Francorum, pro negotio Aragonum Valentiaeque regnorum, in regno Franciae, in Lugdunensi, Viennensi, Bisuntina, Tarentasiensi provintiis, in parte Ebredunensis provintiae sita extra Provintiae ac Folkalkeriae comitatus, et in Leodiensi, Metensi, Virdunensi, Tullensi et Cameracensi civitatibus et dioecesibus, a Martino papa IIII concessae collectores qui, maxime in Basiliensi civitate et dioecesi, de collecta pecunia rationem reddere contradicunt, et eos qui decimam debentes eam aut nullo modo aut non integre aut non in terminis ad hoc constitutis solverunt compellendi, absolvendi, post satisfactionem, eos qui sic excommunicationis, suspensionis vel interdicti sententiam incurrerunt, et dispensandi cum eis super irregularitate.

« Dudum felicis recordationis... — Dat. apud Urbemveterem, VIII kalendas octobris, anno tertio. »

3265 Orvieto, 16 septembre 1290.

Alero Torcellanae ecclesiae episcopus praeficitur. (Reg. 45, c. 413, f. 81 v°.)

Dilecto filio Aleroni, electo Torcellano. Vacante Torcel-

lana ecclesia per mortem H., capitulum in quatuor canonicos et in Andream Cauxonum, Sanctae Mariae de Muriano, et Petrum Buranum, plebium plebanos, compromisit, et compromissarii Maynardum de civitate Bell., canonicum Cenetensem, elegerunt. Verum, licet .. episcopus Crapulanus, tunc vicarius N., patriarchae Gradensis, hanc electionem confirmasset, tamen nonnullae personae ei oppositionem fecerunt. Negotio igitur ad sedem apostolicam devoluto, Maynardus juri sibi ex electione acquisito sponte ac libere renuntiavit. Tunc papa provisionem ejusdem ecclesiae sibi reservavit, et nunc Aleronem, capellanum suum, ei episcopum praeficit.

« Ad universalis ecclesie... — Dat. apud Urbemveterem, XVI kalendas octobris, anno tertio. »

3266-3267 Orvieto, 15 septembre 1290.

De jure visitationis in Eboracensi ecclesia. (Reg. 45, c. 414, f. 82 r°.)

.. *archiepiscopo Eboracensi.* « Exhibite nobis petitionis tue series continebat quod, te dudum felicis recordationis Honorio pape, predecessori nostro, humiliter exponente quod, pretendentibus olim .. decano et capitulo Eboracensis ecclesie ipsis a sede apostolica esse indultum quod Eboracensis archiepiscopus, qui est pro tempore, in eos sive in Eboracensem vel alias ecclesias seu capellas eorum usibus deputatas non possit censuram ecclesiasticam exercere, quanquam aliquod aliud privilegium sive causam rationabilem minime allegarent, per que a visitatione et correctione ipsius archiepiscopi forent exempti, nonnulli predecessores tui Eboracenses archiepiscopi, occasione indulti predicti, eosdem decanum et capitulum dictasque ecclesias et capellas omiserunt hactenus visitare, propter quod quamplures graves et enormes excessus inibi commissi correctionis limam, quam plurimum indigebant, hactenus effugerunt. In ecclesiis quoque propriis predictorum decani et capituli usibus deputatis cultus omittebatur debitus divinorum, ecclesiis ipsis, libris, vestibus sacerdotalibus et aliis ornamentis ecclesiasticis quasi penitus destitutis, et parrochianis eorum defectum patientibus non modicum in divinis, non absque periculo animarum et scandalo plurimorum. » Tibi vero praedictus Honorius per suas concessit litteras speciales ut, non obstante praedicto indulto, tibi liceret dictos decanum et capitulum, ecclesias et capellas visitare, corrigere et reformare; verum iidem decanus et capitulum te ad ipsos visitandum recipere non curaverunt. Quare « prefatis decano et capitulo per alias nostras litteras injungimus ut privilegium, si quod super hujusmodi habent indulto, tibi infra quindecim dies, postquam super hoc a te fuerint requisiti, ostendant, tibique faciant de verbo ad verbum copiam privilegii supradicti. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus decanum et capitulum requiras eosdem ut infra hujusmodi terminum post hujusmodi requisitionem tuam privilegium, si quod super eodem indulto habere noscuntur, tibi ostendant, et ejus copiam de verbo ad verbum facere non postponant. Alioquin cogendi ex tunc decanum et capitulum supradictos per censuram ecclesiasticam ad admittendum te ad visitandum eosdem, et corrigendum ac reformandum que in predictis ecclesiis et capellis corrigenda fuerint et etiam reformanda, plenam et liberam tibi concedimus auctoritate presentium facultatem. Dat. apud Urbemveterem, XVII kalendas octobris, anno tertio. »

In e. m. .. decano et capitulo ecclesiae Eboracensis mandat quatenus privilegium praedictum, si id habent, eidem archiepiscopo infra quindecim dies, postquam super hoc ab ipso archiepiscopo requisiti fuerint, ostendant, et ejusdem copiam eidem archiepiscopo faciant.

« Lecta coram nobis... — Dat ut supra. »

3268-3271 Orvieto, 24 septembre 1290.

Bernardus monasterio Cerasiensi abbas praeficitur. (Reg. 45, c. 415, f. 82 r°.)

Fratri Bernardo, abbati monasterii Cerasiensis, ordinis S. Benedicti, Baiocensis diocesis. Eum, tum monachum monasterii Sancti Audoeni Rothomagensis, monasterio Cerasiensi, per obitum Roberti vacanti, abbatem praefecit eique munus benedictionis per L., Ostiensem episcopum, impendi fecit.

« Ad universalis ecclesie... — Dat. apud Urbemveterem, VIII kalendas octobris, anno tertio. »

In e. m. conventui monasterii Cerasiensis mandat ut eidem abbati debitam obedientiam praebeat.

In e. m. vassallis ejusdem monasterii.

In e. m. .. regem Franciae rogat ut eidem abbati favorem suum praebeat.

« Numinis superni benignitas... — Dat. ut supra. »

3272 Orvieto, 9 septembre 1290.

Dispensatio super defectu ordinis. (Reg. 45, c. 416, f. 82 v°.)

Magistro Conrado dicto de Mareburg, clerico Manguntine

diocesis. Cum eo, qui in minoribus ordinibus constitutus capellam in Gozfelde, Maguntinae dioecesis, curam animarum habentem, recepit et, studio insistens, fructus ex ea, triginta florenorum auri valorem annis singulis vix attingentes, percepit, dispensat ut, praedictis fructibus jam perceptis in utilitatem ejusdem capellae conversis, hanc retinere valeat, dummodo infra annum ad presbyteratum promoveri se faciat.

« Lecto coram nobis... — Dat. apud Urbemveterem, v idus septembris, anno tertio. »

3273-3277 Orvieto, 16 septembre 1290.

Jacobus ecclesiae Signinae episcopus praeficitur. (Reg. 45, c. 417, f. 83 r°.)

Jacobo, electo Signino. Vacante ecclesia Signina per translationem Petri, tunc Signini episcopi, ad ecclesiam Anagninam, capitulum per suos compromissarios Jacobum, Petrum Carsolum, Matthaeum Ursum et Johannem de Cresco, canonicos, eundem Jacobum elegit. Hanc autem electionem, post examinationem electionis et personae a L., episcopo Ostiensi, J., Sanctae Ceciliae presbytero, et M., Sanctae Mariae in Porticu diacono cardinalibus, factam, papa confirmat.

« Licet apostolice sollicitudinis... — Dat. apud Urbemveterem, xvi kalendas octobris, anno tertio. »

In. e. m. capitulo ecclesiae Signinae mandat quatenus praedicto electo debitam obedientiam praebeat.

In e. m. clero civitatis et dioecesis Signinae.

In e. m. populo civitatis et dioecesis Signinae.

In e. m. universis vassallis ecclesiae Signinae mandat quatenus eidem electo solita fidelitatis juramentum et servitia praestent.

3278 Orvieto, 11 septembre 1290.

Dispensatio super defectu aetatis. (Reg. 45, c. 418, f. 83 r°.)

Theoderico de Althena, preposito ecclesie Sancti Salvatoris Trajectensis. Cum eo dispensat ut praeposituram ecclesiae Sancti Salvatoris Trajectensem, curam animarum habentem, quam circa viginti annos natus recepit et sine dispensatione apostolica detinuit, licite possidere valeat, dummodo partem fructuum jam perceptorum in utilitatem ejusdem praepositurae convertat.

« Benigno tibi sunt... — Dat. apud Urbemveterem, iii idus septembris, anno tertio. »

3279 Orvieto, 15 septembre 1290.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 45, c. 419, f. 83 v°.)

Willelmo Brunell, preposito ecclesie Wellensis, quocum olim, ad supplicationem Octonis de Grandisono, dispensatum est ut praeposituram Wellensis ecclesiae, sine cura, ecclesiam de Vesterham (*sic*), Roffensis dioecesis, curam habentem, quas minor viginti quinque annos natus, recepit et insimul, absque apostolica dispensatione, detinuit, una cum canonicatibus et praebendis in Lichefeldensi, Saresbiriensi, Landavensi, Menevensi et Sancti Adomari, Morinensis dioecesis, ecclesiis, retinere posset, rursus indulget ut, ecclesia de Westerham (*sic*) dimissa, ecclesiam de Donton, Saresbiriensis dioecesis, curam animarum habentem, accipere et cum aliis beneficiis suis retinere valeat.

« Exigunt tuarum virtutum... — Dat. apud Urbemveterem, xvii kalendas octobris, anno tertio. »

3280-3292 Orvieto, 15 septembre 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 420, f. 83 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit eis qui ecclesiam Sanctae Agathae Brixiensem, in singulis beatae Mariae et sanctae Agathae festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint.

« Vite perempnis gloria... — Dat. ut supra. »

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sancti Nazarii Brixiensi.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sancti Laurentii Brixiensi.

Orvieto, 17 septembre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia monasterii Sancti Johannis Baptistae Bergensis, ordinis S. Augustini. Dat. apud Urbemveterem, xv kalendas octobris, anno tertio.

Orvieto, 18 septembre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia .. abbatis et conventus monasterii Sancti Medardi Suessionensis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti. Dat. apud Urbemveterem, xiiii kalendas octobris, anno tertio.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sancti Gervasii Suessionensi.

In e. m. eisdem, pro ecclesia .. priorissae et conventus domus Dei Beatae Mariae de Vernone, ordinis S. Augustini, Ebroicensis dioecesis. Dat. ut supra.

In e. m. eisdem, pro ecclesia .. abbatissae et conven-

tus monasterii Beatae Mariae Regalis, juxta Pontisaram, Cisterciensis ordinis, Parisiensis dioecesis. Dat. ut supra. (*En marge.*)

Orvieto, 22 septembre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sanctae Catherinae Paduana. Dat. ut supra, x kalendas octobris, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 27 septembre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia domus Sancti Nicolai de Alexandria, ordinis Beatae Mariae de Monte Carmeli, Aquensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, v kalendas octobris, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 13 septembre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia monasterii de Insula Marthana, Viterbiensis dioecesis, in honorem beatae Mariae Magdalenae constructa. Dat. apud Urbemveterem, idibus septembris, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 13 septembre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sancti Michaelis Bertelde Florentina.

« Sanctorum meritis inclita... — Dat. apud Urbemveterem, idibus septembris, anno tertio. »

Orvieto, 28 septembre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sancti Jacobi de Bocqueria, Cameracensis dioecesis.

« Splendor paterne glorie... — Dat. apud Urbemveterem, IIII kalendas octobris, anno tertio. »

3293 Orvieto, 5 septembre 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 421, f. 84 r°.)

.. *episcopo Bononiensi* committit quatenus cum Albizo, nato quondam Alberti de Munzano, militis, et Azolina, nata quondam Neapolionis de Ello, militis, Bononiensis dioecesis, dispenset ut in matrimonio quod olim, ad sedandas guerras inter genitores, contraxerunt, ignorantes se quarto consanguinitatis gradu conjunctos esse, et in quo plures filios procrearunt remanere valeant.

« Exposita nobis dilecti... — Dat. apud Urbemveterem, nonis septembris, anno tertio. »

3294 Orvieto, 13 août 1290.

Leo monasterio Sancti Michaelis abbas praeficitur. (Reg. 45, c. [illegible], f. 84 r°; Potth., 23558.)

[illegible] *fratri* .. *episcopo Polensi* committit quatenus, resignatione monasterii Sancti Michaelis, ordinis Sancti Benedicti, Polensis dioecesis, a Leone recepta, hunc eidem monasterio de novo abbatem praeficiat.

« Habet assertio fratris... — Dat. apud Urbemveterem, idibus augusti, anno tertio. »

3295 Orvieto, 13 septembre 1290.

Confirmatio privilegii ecclesiae Asindensi a Zacharia papa concessi et ab Agapito et Innocentio IIII° confirmati. (Reg. 45, c. 423, f. 84 r°; Marini, *I papiri diplomatici*, p. 35; Migne, *Patrol. latine*, CXXXIII, p. 893.)

.. *abbatisse et conventui secularis ecclesie Asindensis, Coloniensis diocesis.* « Litteras felicis recordationis Innocentii pape IIII^i, predecessoris nostri, nobis pro parte vestra exhibitas, ad vestre supplicationis instantiam, inspici fecimus et earum tenorem de verbo ad verbum presentibus annotari, qui talis est :

« Innocentius, episcopus servus servorum Dei. Dilectis in Christo filiabus .. abbatisse et conventui secularis ecclesie Asindensis, Coloniensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Privilegium bone memorie Agapiti pape, predecessoris nostri, fecimus inspici diligenter, cujus tenor talis est :

» Agapitus, episcopus servus servorum Dei, Hathewige, religiose abbatisse, et monasterio Asinde, ab Altfrido quondam presule constructo, suisque successoribus in perpetuum. Tunc summe apostolice dignitatis apex in hoc divini prospectus nitore dinoscitur prefulgere cum in exercendis Dei laudibus impensius studebit sui laboris exhiberi certamen. Igitur, quia postulastis a nobis, per interventum donni et gloriosi regis Odtonis, quatenus privilegium datum a predecessore nostro donno Zacharia papa prelibato monasterio, cui vocabulum est Asinde, ab Alfrido presule constructo, quod flammarum adustione cum predicto monasterio combustum est, nostra apostolica auctoritate vobis idem privilegium a noviter concedere juberemus, et decimam quam, permissu predicti domni apostolici et assensu episcoporum totius cleri, Guntharius, Coloniensis ecclesie archiepiscopus, earundem sanctimonialium victui atterminaverat, et electionis arbitrium, ut quando abbatissa defuncta fuerit, licentiam habeant sanctimoniales que ibidem fuerint intrinsecus de semetipsis que digna fuerit et Deo placita eligere abbatissam, et ut privilegiis apostolice sedis idem monasterium decoretur, ut, sub jurisdictione sancte nostre cui, Deo auctore, deservimus ecclesie constitutum, nullius alterius ecclesie jurisdictionibus summittatur, pro qua re piis

» desideriis vestris faventes, id quod exposcitis effectui » mancipamus, statuentes apostolica censura, sub divini » judicii obtestatione et anathematis interdictu, ut nullus » unquam presumat quispiam, cujuscumque sit dignitatis, vel quantumcunque magna parvaque persona, de » rebus aut possessionibus vel quicquam que ei pertinere » videntur quoquomodo auferre aut alienare presumat, » sed nec quamlibet malitiam aut jacture molestiam ibidem, sive pacis sive barbarico tempore, firma stabilitate decernimus sub jurisdictione sancte nostre ecclesie » permanendum; at vero qui pio intuitu observator hujusmodi nostri apostolici privilegii extiterit benedictionis gratiam a misericordissimo domino Deo multipliciter consequatur. »

» Nos igitur tenorem ejusdem privilegii, quasi jam » nimia vetustate consumpti, cum fuerit non in pargameno sed in papiro conscriptum, transcribi fecimus et » transcripto hujusmodi bullam nostram apponi. Nolentes » ex hoc novum jus monasterio acquiri predicto, sed antiquum, si quod habet, sibi solum conservari. Dat. » Lugduni, idibus junii, pontificatus nostri anno secundo. »

« Nolumus autem per hoc eidem monasterio jus novum acquiri, sed antiquum tantummodo conservari. Dat. apud Urbemveterem, idibus septembris, anno tertio. »

3296 Orvieto, 13 septembre 1290.

Licentia ingrediendi monasteria. (Reg. 45, c. 424, f. 84 v°; Potth., 23403.)

Lamberto, episcopo Veglensi, concedit ut in quaelibet monasteria monialium, cum duobus fratribus sui ordinis vel capellanis, ingredi et in eis celebrare et praedicare valeat.

« Devotionis tue premeretur... — Dat. apud Urbemveterem, idibus septembris, anno tertio. »

3297 Orvieto, 4 septembre 1290.

Facultas absolvendi a canonicis sententiis. (Reg. 45, c. 424², f. 84 v°; Potth., 23379.)

Eidem facultatem concedit absolvendi clericos qui, arma portantes, concubinas et filios in propriis domibus publice retinentes, in tabernis vel circa tabernas bibentes, ad taxillos, tegulas, tabulas vel ad similia sive ad choreas mulierum ludentes, canonicas sententias incurrerint.

« Ex parte tua... — Dat. apud Urbemveterem, II nonas septembris, anno tertio. »

3298-3311 Orvieto, 5 septembre 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 425, f. 84 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui cathedralem ecclesiam Remensem, beatae Mariae vocabulo insignitam, ejusdem virginis et beatorum Petri et Pauli apostolorum festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint.

« Virga venustissima et... — Dat. apud Urbemveterem, nonis septembris, anno tertio. »

Orvieto, 6 septembre 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam cathedralem Veglensem, in honorem beatae Mariae constructam, in singulis ejusdem virginis et S. Quirici festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint. Dat. ut supra, VIII idus septembris, anno tertio.

Orvieto, 11 septembre 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam .. guardiani et fratrum minorum de Saxo Ferrato, Nucerinae dioecesis, in singulis beatae Mariae et S. Johannis Evangelistae festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint.

« Vite perempnis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, III idus septembris, anno tertio. »

Orvieto, 11 septembre 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam .. guardiani et fratrum minorum de Serra Sancti Clerici, Camerinensis dioecesis, in singulis beatae Mariae virginis et sanctorum Francisci et Antonii festivitatibus et per octo dies, etc. ut supra.

Orvieto, 13 septembre 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui cathedralem ecclesiam Beneventanam, in singulis beatae Mariae et S. Barbati confessoris festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint. Dat. apud Urbemveterem, idibus septembris, anno tertio.

Orvieto, 13 septembre 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Sancti Bartholomaei apostolici Beneventanam, in singulis ejusdem apostoli, cujus corpus in ea requiescit, festivitatibus et per octo dies, etc. ut supra.

Orvieto, 17 septembre 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam fratrum minorum Bisuntinam. Dat. apud Urbemveterem, xv kalendas octobris, anno tertio.

Orvieto, 27 septembre 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam de Sancto Genesio, Camerinensis dioecesis, in sanctorum Philippi et Jacobi, in quorum honorem ecclesia constructa est, sanctique Michaelis Archangeli et beatae Catherinae virginis festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint. Dat. apud Urbemveterem, v kalendas octobris, anno tertio.

Orvieto, 27 septembre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia monasterii Beatae Mariae de Pratis Leycestrii, ordinis S. Augustini, Lincolniensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, v kalendas octobris, anno tertio. (*En marge.*)

Orvieto, 22 septembre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sancti Andreae de Vicenobrio, Nemausensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, x kalendas octobris, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 27 septembre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia de Muro, Ruthenensis dioecesis, in sanctorum Blasii et Thomae martyrum honorem constructa. Dat. apud Urbemveterem, v kalendas octobris, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 27 septembre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia prioratus Sancti Petri de monasterio Anitiensi, in S. Petri apostoli ac sanctae crucis honorem constructa. Dat. ut supra. (*Ibid.*)

Orvieto, 22 septembre 1290.

In e. m. eisdem, pro cathedrali ecclesia Spirensi, in honorem beatae Mariae constructa. Dat. apud Urbemveterem, x kalendas octobris, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 28 septembre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia de Sancto Benigno, Eduensis dioecesis. (*Ibid.*)

« Splendor paterne glorie... — Dat. apud Urbemveterem, III kalendas octobris, anno tertio. » (*Ibid.*)

3312 Orvieto, 13 septembre 1290.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 45, c. 426, f. 85 r°.)

Magistro Rogero dicto Brun, clerico, utriusque juris professori, Lincolniensis diocesis. « Apostolice sedis benignitas... Exposita siquidem nobis tua petitio continebat quod de Kecering (*sic*) et de Limmiffend, Lincolniensis et Wintoniensis diocesium, ecclesias, curam animarum habentes, quarum alteram jure institutionis et reliquam commendatam, cum modica prebenda ecclesie de Norchon, Dunelmensis diocesis, obtinere dinosceris, nec de ipsarum et prebende predicte proventibus, juxta tue statum et conditionem persone, cum in Anglicanis partibus, pro eo quod, diversis olim temporibus, venerabilis fratris nostri .. Cantuariensis archiepiscopi et universitatis Oxonie cancellarius, ac generalis causarum auditor in Cantuariensi provintia extitisti, magni nominis habearis, et propter hoc ad te non modica confluat multitudo, congrue sustentari. Nos itaque... tuis supplicationibus inclinati, ut easdem ecclesias cum prebenda predicta insimul libere retinere, et si te prefatam ecclesiam de Lymmiffend resignare contigerit, aliud ecclesiasticum beneficium cum dignitate licite recipere, si tibi canonice offeratur, et cum predicta ecclesia de Ketering (*sic*) libere retinere valeas, constitutione generalis concilii et alia qualibet contraria super hoc edita non obstante, auctoritate tibi presentium indulgemus... Dat. apud Urbemveterem, idibus septembris, anno tertio. »

3313-3314 Orvieto, 28 septembre 1290.

Dispensatio residentiae. (Reg. 45, c. 427, f. 85 r°.)

Guillelmo, episcopo Cameracensi, indulget ut sex clerici, obsequiis ejus insistentes, redditus et proventus beneficiorum suorum, per triennium, integre percipere possint.

« Digne agere credimus... — Dat. apud Urbemveterem, III kalendas octobris, anno tertio. »

In e. m. .. Sancti Autberti Cameracensis, .. Novimonasterii, Leodiensis dioecesis, monasteriorum abbatibus, et Johanni de Cherkes, capellano suo, archidiacono de Cardono in ecclesia Treverensi, mandat ut eosdem redditus et proventus praedictis clericis ministrari faciant.

3315 Orvieto, 22 septembre 1290.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 45, c. 428, f. 85 r°.)

Magistro Rogero de Wesenham, archidiacono Roffensi. Cum eo dipensat ut ecclesiam de Reynham, Norwicensis

dioecesis, cujus fructus et obventiones decem et septem libras sterlingorum vix valent, una cum archidiaconatu Roffensi licite retinere possit.

« Apostolice sedis benignitas... — Dat. apud Urbemveterem, x kalendas octobris, anno tertio. »

3316-3319 Orvieto, 16 septembre 1290.

Leonardus Alatrinae ecclesiae episcopus praeficitur. (Reg. 45, c. 429, f. 85 v°.)

Leonardo, electo Alatrino. Vacante Alatrina ecclesia, per obitum Crescentii, capitulum per compromissarios suos, videlicet Johannem de Cavis, Matthaeum Bartholomaei, Raonem Johannis et Pelagium Johannis, canonicos, Leonardum, ejusdem ecclesiae canonicum, in sacris ordinibus non constitutum, concorditer postularunt, hancque postulationem praedictus Johannes et Riccardus de Judice, canonici Alatrini, apostolicae sedi praesentarunt. Papa igitur eundem Leonardum, a J., episcopo Tusculano, M., Sancti Laurentii in Damaso presbytero, et Neapoleone, Sancti Adriani diacono cardinale, examinatum, Alatrinae ecclesiae episcopum praeficit.

« In supreme dignitatis... — Dat. apud Urbemveterem, xvi kalendas octobris, anno tertio. »

In e. m. capitulo ecclesiae Alatrinae mandat quatenus eidem electo debitam obedientiam praebeat.

In e. m. clero civitatis et dioecesis Alatrinae.

In e. m. populo civitatis et dioecesis Alatrinae.

3320 Orvieto, 17 septembre 1290.

Licentia ingrediendi monasteria. (Reg. 45, c. 430, f. 85 v°.)

Nobili mulieri Magalde, comitisse Burgundie, indulget ut monasteria Cistertii, Clarevallis, Montis Sanctae Mariae, Roseriae, Ceci, Magnae Vallis, Caritatis et Cornolii, Autisiodorensis et Bisuntinae dioecesium, cum sex honestis matronis, bis in anno, ingredi valeat, dummodo in eis non edat nec pernoctet.

« Gratificari volentes benignius... — Dat. apud Urbemveterem, xv kalendas octobris, anno tertio. »

3321 Orvieto, 17 septembre 1290.

Facultas eligendi confessorem proprium. (Reg. 45, c. 430², f. 85 v°.)

Eidem.

« Desideriis tuis in... — Dat. ut supra. »

3322-3326 Orvieto, 24 septembre 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 431, f. 85 v°, en marge.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit eis qui ecclesiam fratrum minorum de castro Collispergulae, Eugubinae dioecesis, in honorem S. Francisci constructam, in Assumptionis beatae Mariae virginis, beatorum Francisci et Antonii et sanctae Clarae festivitatibus, et per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes visitaverint.

« Licet is de... — Dat. apud Urbemveterem, viii kalendas octobris, anno tertio. »

Orvieto, 27 septembre 1290.

In e. m. Universis etc. Eandem indulgentiam pro ecclesia Laudunensi, in honorem beatae Mariae constructa, concedit.

« Loca sanctorum omnium... — Dat. apud Urbemveterem, v kalendas octobris, anno tertio. »

Orvieto, 26 septembre 1290.

In e. m. Universis etc., pro ecclesia Sancti Nicolai de Guarcino, Alatrinae dioecesis.

« Loca sanctorum etc... — Dat. apud Urbemveterem, vi kalendas octobris, anno tertio. »

Orvieto, 22 septembre 1290.

In e. m. Universis etc., pro ecclesia Sanctae Mariae de Tezano, Biterrensis dioecesis.

« Gloriosus Deus in... — Dat. apud Urbemveterem, x kalendas octobris, anno tertio. »

Orvieto, 13 septembre 1290.

In e. m. Universis etc., pro ecclesia cathedrali Cathalaunensi, in honorem beati Stephani protomartyris constructa.

« Licet is de... — Dat. apud Urbemveterem, idibus septembris, anno tertio. »

3327 Orvieto, 25 juillet 1290.

Ad ecclesiam Nivellensem reficiendam. (Reg. 45, c. 432, f. 86 r°.)

Dilectis filiis .. abbatisse, .. decano et capitulo canonicorum et canonicarum secularis ecclesie Nivellensis, Leodiensis diocesis. « Gaudemus in Domino quod, sicut accepimus, intra mentis vestre desideria geritis admodum speciale ecclesiam vestram, constructam scemate non decoro et nimia vetustate consumptam, in novam et honorabilem struc-

turam erigere opere plurimum sumptuoso; sed ad hoc proprie vobis non suppetunt facultates, propter quod apostolice gratie subsidium humiliter implorastis. Verum, quia in predicta ecclesia de consuetudine obtinetur ut fructus primi anni prebende canonici seu canonice ipsius ecclesie decedentis, qui annus gratie nuncupatur, ad decedentem debeant pertinere, nos, volentes eidem operi de utili subsidio providere, devotionis vestre supplicationibus benignius annuentes, vobis presentium auctoritate concedimus ut fructus, redditus et proventus prebendarum singulorum canonicorum et singularum canonicarum ipsius ecclesie decedentium anni scilicet hujusmodi anno gratie immediate proximi libere percipere valeatis, in opus hujusmodi fabrice convertendos. Ita quod per hoc receptis et recipiendis auctoritate apostolica in dicta ecclesia sub expectione prebendarum vacaturarum nullum prejudicium generetur... Presentibus post triennium minime valituris... Dat. apud Urbemveterem, VIII kalendas augusti, anno tertio. »

3328 Orvieto, 29 septembre 1290.

Immunitas. (Reg. 45, c. 433, f. 86 r°.)

Universis abbatissis et conventibus sororum inclusarum monasteriorum ordinis Sancte Clare indulget ne cuicumque personae, etiam legatis vel nuntiis apostolicae sedis, subsidia et procurationes solvere teneantur.

« Quanto studiosus devota... — Dat. apud Urbemveterem, III kalendas octobris, anno tertio. »

3329-3339 Orvieto, 17 septembre 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 434, f. 86 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui ecclesiam Sancti Anemundi de Sesyriaco, Gebennensis dioecesis, in festo Assumptionis beatae Mariae et per octo dies sequentes visitaverint.

« Vite perennis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, XV kalendas octobris, anno tertio. »

In e. m., pro ecclesia Sancti Andreae de Sesyriaco, Gebennensis dioecesis.

Orvieto, 18 septembre 1290.

In e. m., pro ecclesia Beatae Mariae Atrebatensi. Dat. apud Urbemveterem, XIIII kalendas octobris, anno tertio.

Orvieto, 11 septembre 1290.

In e. m., pro ecclesia Beatae Mariae Magdalenae de Pratis, Terraconensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, III idus septembris, anno tertio.

Orvieto, 22 septembre 1290.

In e. m., pro ecclesia monasterii Beatae Mariae de Carceribus, ordinis S. Augustini, Paduanae dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, X kalendas octobris, anno tertio.

Orvieto, 27 septembre 1290.

In e. m., pro ecclesia Sancti Privati, prope Montem Cucum, Caturcensis dioecesis. Dat. ut supra, IV kalendas octobris, anno tertio.

Orvieto, 27 septembre 1290.

In e. m., pro ecclesia Sanctae Mariae de Valle Dompni Petri, Rothomagensis dioecesis. Dat. ut supra. (*En marge.*)

Orvieto, 19 septembre 1290.

In e. m., pro ecclesia monasterii Sancti Columbani Januensis, Cisterciensis ordinis. Dat. apud Urbemveterem, XIII kalendas octobris, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 22 septembre 1290.

In e. m., pro ecclesia monasterii Beatae Mariae de Yspida, ordinis S. Benedicti, Paduanae dioecesis. Dat. ut supra, X kalendas octobris, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 22 septembre 1290.

In e. m., pro ecclesia Sancti Bartholomaei de Cotrosso, Lucanae dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, X kalendas octobris, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 6 octobre 1290.

In e. m., pro capella domus leprosorum Sancti Jacobi de Flureio, prope Eduam. Dat. apud Urbemveterem, II nonas octobris, anno tertio. (*Ibid.*)

3340 Orvieto, 28 septembre 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 435, f. 86 v°.)

.. *priori predicatorum et .. guardiano minorum fratrum ordinum Parmensibus* committit quatenus cum nobili viro Jacopino, nato nobilis viri de Cornazano, et nobili muliere Leiarda, nata nobilis viri Guidonis de Corrigia, civitatis Parmensis, dispenset ut, non obstante quarto consanguinitatis gradu quo conjuncti sunt, ad sedandas inter progenitores inimicitias, matrimonium contrahere possint.

« Petitio dilecti filii... — Dat. apud Urbemveterem, IIII kalendas octobris, anno tertio. »

3341 Orvieto, 17 septembre 1290.

De provisione praebendarum in Eboracensi et Lincolniensi ecclesiis. (Reg. 45, c. 436, f. 86 r°; Potth., 23404.)

Carissimo in Christo filio E., regi Anglie illustri, qui moleste ferebat provisiones praebendarum in Eboracensi et Lincolniensi ecclesiis basilicae Sancti Petri et hospitali Sancti Spiritus in Saxia de Urbe a papa factas et huic de hoc scripserat, respondit hanc provisionem in derogationem regiae potestatis non esse.

« Regie celsitudinis litteras... — Dat. apud Urbemveterem, XV kalendas octobris, anno tertio. »

3342 Orvieto, 27 septembre 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 437, f. 87 r°.)

.. *episcopo Ergadiensi* committit quatenus cum nobili viro Molmore, nato Lagmanni, militis, et Christiana, nata Alexandri dicti de Ergadia, militis, Ergadiensis dioecesis, dispenset ut in matrimonio quod olim, ignorantes se quarto consanguinitatis gradu conjunctos esse, contraxerunt remanere valeant.

« Petitio dilecti filii... — Dat. apud Urbemveterem, V kalendas octobris, anno tertio. »

3343 Orvieto, 28 août 1290.

Dispensatio super defectu ordinis. (Reg. 45, c. 438, f. 87 r°.)

Magistro Johanni de Castro Reginaldi, canonico ecclesie Beati Martini Turonensis. Cum eo dispensat super eo quod, cum Romam ad negotia P., episcopi Bajocensis, accesserit, se infra annum ad subdiaconatum promoveri non fecerit, dummodo in proximis quatuor temporibus promoveri se faciat.

« Meruit tue devotionis... — Dat. apud Urbemveterem, V kalendas septembris, anno tertio. »

3344 Orvieto, 26 septembre 1290.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 45, c. 439, f. 87 r°.)

.. *episcopo Feretrano* mandat quatenus cum Laurentio Venturae, de Massa Trabaria, diacono, dispenset ut, non obstante defectu natalium quem patitur, e presbytero genitus et soluta, in susceptis ordinibus ministrare, ad presbyteratum promoveri et beneficium ecclesiasticum, etiam si curam habeat animarum, non tamen in ecclesia in qua pater ejus beneficiatus est, recipere valeat.

« Accedens ad presentiam... — Dat. apud Urbemveterem, VI kalendas octobris, anno tertio. »

3345 Orvieto, 13 août 1290.

Facultas exercendi per alios per quinquennium jus visitationis. (Reg. 45, c. 439, f. 87 v°.)

Ademaro, episcopo Claromontensi.

« Exigentibus tue devotionis... — Dat. apud Urbemveterem, idibus augusti, anno tertio. »

3346 Orvieto, 24 septembre 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 440, f. 87 v°; Potth., 23414.)

Venerabili fratri .. episcopo Lismorensi committit quatenus cum nobili viro Lobi Onel et nobili muliere Derworgul, nata Mahilwin Osegyth, dispenset ut in matrimonio quod olim, ignorantes se quarto consanguinitatis gradu conjunctos esse, contraxerunt et in quo plures filios procrearunt remanere valeant.

« Petitio dilecti filii... — Dat. apud Urbemveterem, VIII kalendas octobris, anno tertio. »

3347 Orvieto, 24 septembre 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 441, f. 87 v°; Potth., 23413.)

Venerabili fratri .. episcopo Archfertensi committit quatenus cum nobili viro Donchuch dicto Marbarchy, et nobili muliere Eva, filia Thomae filii David, dispenset ut in matrimonio quod olim, ignorantes impedimentum esse, contraxerunt remanere valeant, quanquam quondam Sathin, filia Reginaldi dicti Oneyl, quam Donchuch carnaliter cognovit, Evae quarto consanguinitatis gradu conjuncta erat.

« Petitio dilecti filii... — Dat. ut supra. »

3348-3356 Orvieto, 13 septembre 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 442, f. 87 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui ecclesiam Beatae Mariae de Follavilla, Lexoviensis dioecesis, in beatae Mariae festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint.

« Virgo venustissima et... — Dat. apud Urbemveterem, idibus septembris, anno tertio. »

Orvieto, 13 septembre 1290.

In e. m., pro capella domus leprosariae de Cahaneya, Lexoviensis dioecesis, in S. Thomae martyris honorem constructa.

« Licet omnipotens Deus... — Dat. ut supra. »

Orvieto, 28 septembre 1290.

In e. m., pro capella Sancti Martini de Pratis juxta Parisius.

« Splendor paterne glorie... — Dat. apud Urbemveterem, IIII kalendas octobris, anno tertio. »

Orvieto, 28 septembre 1290.

In e. m., pro ecclesia Sancti Martini de Penestre.

« Vite perempnis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, IIII kalendas octobris, anno tertio. »

Orvieto, 1er août 1290.

In e. m., pro ecclesia Sancti Nicolai de Rocca Misini, Theanensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, kalendis augusti, anno tertio. » (*En marge.*)

Orvieto, 7 octobre 1290.

In e. m., pro ecclesia abbatissae et conventus monasterii Sancti Antonii juxta Parisius, Cisterciensis ordinis. Dat. apud Urbemveterem, nonis octobris, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 12 octobre 1290.

In e. m., pro ecclesia Sanctae Oportunae Parisiensi. Dat. apud Urbemveterem, IIII idus octobris, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 27 septembre 1290.

In e. m., pro ecclesia monasterii Sancti Jacobi extra Muros Eugubinos. Dat. ut supra, V kalendas octobris, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 2 octobre 1290.

In e. m., pro ecclesia Sancti Petri apostoli de Mesnil le Caucheys, Constantiensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, VI nonas octobris, anno tertio. (*Ibid.*)

3357-3361 Orvieto, 16 septembre 1290.

Aliro Torcellanus episcopus consecratur. (Reg. 45, c. 443, f. 88 r°.)

Venerabili fratri Alironi, episcopo Torcellano.

« Ad universalis ecclesie... — Dat. apud Urbemveterem, XVI kalendas octobris, anno tertio. »

In e. m. capitulo Torcellano mandat quatenus praedicto episcopo debitam obedientiam exhibeat.

In e. m. clero civitatis et dioecesis Torcellanae.

In e. m. populo civitatis et dioecesis Torcellanae.

In e. m. patriarcham Gradensem rogat ut praedicto episcopo auxiliis et consiliis faveat.

3362 Orvieto, 10 octobre 1290.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 45, c. 444, f. 88 r°.)

Waltero de Languethon, rectori ecclesie Sancti Michaelis super Wyre, Eboracensis diocesis. Cum eo, clerico E. regis Angliae, consideratione ejusdem regis, indulget ut ecclesia de Willop, Wintoniensis dioecesis, dimissa, ecclesias Sancti Michaelis super Wyre et de Crostona, et praebendam de Tirrok in ecclesia Hastingiae, Conventrensis dioecesis, insimul retinere possit.

« Laudabilis conversationis et... — Dat. apud Urbemveterem, VI idus octobris, anno tertio. »

3363 Orvieto, 13 septembre 1290.

Concessio tabellionatus officii. (Reg. 45, c. 445, f. 88 r°.)

Bernardo de Belloloco, clerico in minoribus ordinibus constituto, Lemovicensis diocesis, tabellionatus officium, ad quod per Matthaeum, protonobilissimum cantorem ecclesiae Carnotensis, et Raynerium de Casulis, canonicum Vulteranum, capellanum papae, idoneus judicatus est, concedit.

« Ne contractuum memoria... — Dat. apud Urbemveterem, idibus septembris, anno tertio. »

3364-3367 Orvieto, 7 octobre 1290

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 445², f. 88 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui cathedralem ecclesiam Theanensem, in honorem beati

Johannis Evangelistae constructam, in sanctorum Johannis, Paridis et Terrentiani et beatae Reparatae festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint.

« Sanctorum sunt festa... — Dat. apud Urbemveterem, nonis octobris, anno tertio. »

Orvieto, 6 octobre 1290.

In e. m., pro ecclesia monasterii abbatissae et sororum Sancti Stephani in Burgo Suessano, ordinis Sanctae Clarae.

« Splendor paterne glorie... — Dat. apud Urbemveterem, II nonas octobris, anno tertio. » (*En marge.*)

Orvieto, 16 septembre 1290.

In e. m. Indulgentiam centum dierum concedit visitantibus ecclesiam Beatae Mariae de Landolis, Laudunensis dioecesis.

« Cum ad premerenda... — Dat. apud Urbemveterem, XVI kalendas octobris, anno tertio. » (*Ibid.*)

Orvieto, 27 septembre 1290.

In e. m. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit visitantibus ecclesiam Sancti Andreae de Podio Nauterio, Carcassonensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, V kalendas octobris, anno tertio. (*Ibid.*)

3368 Orvieto, 3 octobre 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 446, f. 88 v°.)

.. *episcopo Padeburnensi* committit quatenus cum nobili viro Symone, domino de Lippia, et nobili muliere Aleyde, nata quondam comitis de Waldekke, Padeburnensis dioecesis, dispenset ut in matrimonio quod olim, ignorantes se quarto consanguinitatis gradu conjunctos esse, contraxerunt et in quo prolem procrearunt remanere valeant.

« Petitio dilecti filii. — Dat. apud Urbemveterem, V nonas octobris, anno tertio. »

3369-3372 Orvieto, 16 septembre 1290.

Leobaldus monasterio Sancti Johannis in Venere abbas praeficitur. (Reg. 45, c. 447, f. 88 v°.)

Leobaldo, electo monasterii Sancti Johannis in Venere, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, Theatine diocesis. Vacante monasterio Sancti Johannis in Venere per mortem Roffridi, papa attendens quod abbatis electio, absque impressionis instantia, propter aliquorum potentiam, fieri non poterat, provisionem monasterii sibi reservavit, et nunc Leobaldum, monachum Cluniacensem et monasterii Sancti Angeli in Formis prope Capuam praepositum, eidem monasterio abbatem praeficit.

« Circa curam ecclesiarum... — Dat. apud Urbemveterem, XVI kalendas octobris, anno tertio. »

In e. m. .. decano et conventui monasterii Sancti Johannis in Venere mandat quatenus eidem electo debitam obedientiam praebeant.

In. e. m. universis vassallis ejusdem monasterii, ut eidem electo solita fidelitatis juramenta praestent.

In e. m. Carolum, natum C. regis Siciliae, principem Salernitanum, rogat ut eidem electo favorem et auxilium exhibeat.

3373-3376 Orvieto, 4 décembre 1290.

De eodem negotio. (Reg. 45, c. 447², f. 88 v°, en marge.)

Nicolaus etc. Dilecto filio Leobaldo, abbati monasterii Sancti Johannis in Venere, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, Theatine diocesis, benedictionis munus impendit.

« Circa curam ecclesiarum... — Dat. apud Urbemveterem, II nonas decembris, anno tertio. »

In e. m. .. decano et conventui monasterii S. Johannis etc. mutatis mutandis.

In e. m. universis vassallis ipsius monasterii.

In e. m. Carolo, nato C. regis Siciliae, principi Salernitano.

3377 Orvieto, 4 octobre 1290.

Dispensatio cum clerico qui mulieres capitis accusavit. (Reg. 45, c. 448, f. 88 v°.)

.. *archiepiscopo Cantuariensi.* « Exposita nobis dilecti filii Johannis de Faversam, clerici tue diocesis, petitio continebat quod, cum pridem Lora de Edingbrok, mulier, et Lucia, filia ejus, ejusdem diocesis, fuissent publice diffamate quod quondam Johannam, clerici predicti sororem, occidi nequiter procurarant, Thomas, ejusdem clerici frater, laicus, mulieres predictas super hoc coram justitiariis carissimi in Christo filii nostri .. regis Anglie illustris accusare curavit, ipsum ad hoc eodem clerico inducente. Sed hujusmodi accusatio dicti Thome, cum esset tunc temporis minoris etatis, nullius fore momenti prenuntiata extitit a justitiariis supradictis. Postmodum

autem prefati justitiarii ex officio suo contra mulieres procedentes easdem, nullum habendo ad hujusmodi accusationem respectum, nec ex ea in aliquo excitati, eas, quia per inquisitionem juxta modum patrie super hoc factam, cui mulieres predicte se totaliter summiserunt, invenerunt fuisse culpabiles in hac parte, ad mortis supplicium subeundum per diffinitivam sententiam condempnarunt. Quare prefatus clericus nobis humiliter supplicavit ut, cum ipse inquisitionem eandem nequaquam fieri procurarit, neque per ipsum super hoc amplius processum extiterit quam superius est expressum, licet exinde conscientiam habeat remordentem, quod, hoc non obstante, possit ad sacros ordines promoveri et ecclesiasticum beneficium, etiam si ei animarum cura immineat, obtinere, dispensare misericorditer dignaremur. Nos itaque, de facto hujusmodi ejusque circumstantiis notitiam non habentes, ac de tue circumspectionis industria spetialem in Domino fidutiam obtinentes, fraternitati tue presentium auctoritate committimus quatenus, si premissis veritas suffragatur aliudque canonicum non obsistat, cum eodem clerico super hoc, si sine scandalo fieri valeat, nostra fretus auctoritate, dispenses. Dat. apud Urbemveterem, IIII nonas octobris, anno tertio. »

3378 Orvieto, 3 octobre 1290.

Ad inquisitionis officium. (Reg. 45, c. 449, f. 89 r°; Potth., 23421.)

Fratribus ordinis minorum inquisitoribus heretice pravitatis in romana provintia per sedem apostolicam deputatis. « Habet vestre devotionis assertio quod ea que contingunt interdum ex commisso vobis officio provenire dividuntur de apostolice sedis constitutione ac alias etiam de consuetudine in tres partes, quarum una ecclesie, alia vero communi civitatis vel loci ubi fit inquisitio, et tertia factis per vos in loco eodem officialibus exhibentur; quia vero plerumque contingit officiales hujusmodi non haberi, petiistis quid sit tunc de dicta parte tertia ordinandum. Nos autem super hoc postulationi vestre hujusmodi respondentes, predictam partem tertiam, officialibus deficientibus supradictis, debere esse ecclesie auctoritate presentium declaramus. Nulli ergo, etc., nostre concessionis, etc. Dat. apud Urbemveterem, V nonas octobris, anno tertio. »

3379 Orvieto, 10 octobre 1290.

Mandat ut locum fratrum Poenitentiae Jesu Christi Accomensem Eremitis ordinis S. Augustini vendatur. (Reg. 45, c. 450, f. 89 r°; Potth., 23429.)

.. *patriarche Jerosolimitano.*

« Ad fratres heremitarum... — Dat. apud Urbemveterem, VI idus octobris, anno tertio. »

3380 Orvieto, 5 octobre 1290.

Privilegium jurisdictionis. (Reg. 45, c. 451, f. 89 r°.)

Bernardo, abbati, et conventui monasterii Cerasiensis, ordinis S. Benedicti, Baiocensis diocesis. Inhibet ne priores et monachi conventualium et aliorum prioratuum praedicti monasterii coram regibus, principibus et aliis judicibus, tam ecclesiasticis quam saecularibus, super eisdem prioratibus et eorum bonis, abbate non requisito, agere, respondere, in judicium rem deducere bonaque ad census concedere, permutare vel alienare possint.

« Devotionis vestre inducimur... — Dat. apud Urbemveterem, III nonas octobris, anno tertio. »

3381 Orvieto, 5 octobre 1290.

Ne abbas monasterii Cerasiensis usuras solvat. (Reg. 45, c. 452, f. 89 r°.)

Bernardo, abbati monasterii Cerasiensis, ordinis S. Benedicti, Baiocensis diocesis. « Tue devotionis merita promerentur ut in petitionibus tuis honestis favorem apostolicum te gaudeas invenisse. Sane petitio tua nobis exhibita continebat quod nonnulli laici diversarum civitatum et diocesium ac provinciarum, quia predecessoribus tuis ejusdem monasterii tui abbatibus qui fuerunt pro tempore multa extorserunt per usurariam pravitatem, asserentes te ac eosdem predecessores in nonnullis pecuniarum summis teneri eisdem, te super hujusmodi pecuniis multipliciter inquietant. Quare nobis humiliter supplicasti ut providere tibi et eidem monasterio super hoc misericorditer curaremus. Nos itaque tuis supplicationibus inclinati, auctoritate tibi presentium indulgemus ut de hujusmodi pecuniarum summis in quibus forte teneris eisdem deducere valeas sic extorta, et ea dicti laici computare teneantur in sortem, ipsisque possis usuras denegare et repetere si quas eis predecessores predicti solverunt, etiam si de solvendo eisdem laicis usuras ipsas vel aliqua alia in fraudem earum et non repetendis eisdem eis dicti predecessores suas vel aliquorum aliorum litteras vel instrumenta publica concesserunt, et renuntiaverunt super hoc omnibus litteris apostolicis et indul-

gentiis impetratis et etiam impetrandis, necnon juris auxilio canonici et civilis et exceptionibus quibuscumque. Per hoc autem quominus iidem creditores principalia debita in quibus tu vel idem monasterium estis eis forsitan obligati nullum eis volumus prejudicium generari. Nulli ergo, etc., nostre concessionis, etc. Dat. ut supra. »

3382 Orvieto, 5 octobre 1290.

Facultas reconciliandi loca violata. (Reg. 45, c. 453, f. 89 v°.)

Eidem concedit ut coemeteria et ecclesias ad ipsius monasterium spectantia reconciliare possit, aqua ab episcopo benedicta, consentiente dioecesano episcopo.

« Meritis tue devotionis... — Dat. ut supra. »

3383-3384 Orvieto, 5 octobre 1290.

Ad solutionem debitorum monasterii Cerasiensis. (Reg. 45, c. 454, f. 89 v°.)

Eidem indulget ut fructus, redditus et proventus primi anni omnium prioratuum, ecclesiarum et beneficiorum ad ipsius collationem vel praesentationem spectantium percipere per triennium possit, ad solutionem debitorum monasterii convertendos.

« Circa quarumlibet ecclesiarum... — Dat. ut supra. »

In e. m. .. archiepiscopo Rothomagensi et .. abbati monasterii Beatae Mariae de Ybreyo, Ebroicensis dioecesis, mandat ut eidem abbati praedictos redditus assignari faciant.

3385 Orvieto, 5 octobre 1290.

Revocatio pensionum a monasterio Cerasiensi laicis concessarum. (Reg. 45, c. 455, f. 89 v°.)

Eisdem archiepiscopo et abbati mandat quatenus pensiones a praedecessoribus Bernardi, abbatis monasterii Cerasiensis, clericis saecularibus et laicis concessas revocent.

« Ex parte dilecti... — Dat. ut supra. »

3386 Orvieto, 22 septembre 1290.

Citatur Corinthiensis archiepiscopus. (Reg. 45, c. 456, f. 90 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Olenensi mandat quatenus de plano et sine judicii strepitu inquirat de relatione papae a nobili viro Anibaldo Transmundi de Anibaldis facta, videlicet quod Robertus, archiepiscopus Corinthiensis, quondam Anibaldum, ejusdem nobilis nepotem, decanum Corinthiensem, sine rationabili causa, capi et tandiu carceri captivum detineri fecit quod ille expiravit; et, si de praemissis constiterit, eundem archiepiscopum citet ut infra sex menses post citationem hujusmodi compareat personaliter coram summo pontifice.

« Horenda nostris auribus... — Dat. apud Urbemveterem, x kalendas octobris, anno tertio. »

3387 Orvieto, 6 septembre 1290.

Dispensatio super defectu ordinum. (Reg. 45, c. 457, f. 90 r°.)

Gaufrido de Viluby, presbytero, rectori ecclesie de Elegh, Norwicensis diocesis. Cum eo dispensat ut ecclesiam de Elegh, curam animarum habentem, quanquam, eadem recepta, post annum modo ordinem presbyteratus suscepit, retinere possit.

« Illorum votis apostolica... — Dat. apud Urbemveterem, VIII idus septembris, anno tertio. »

3388 Orvieto, 15 octobre 1290.

Facultas absolvendi ab excommunicationis sententia. (Reg. 45, c. 458, f. 90 r°.)

Pandulfo, episcopo Pactensi, administratori ecclesie Turritane, facultatem concedit absolvendi clericos provinciae Turritanae qui pro violenta injectione manuum in personas ecclesiasticas excommunicationis sententias incurrerunt et dispensandi cum eis super irregularitate, si quam exinde contraxerint.

« Tua nobis fraternitas... — Dat. apud Urbemveterem, idibus octobris, anno tertio. »

3389 Orvieto, 15 octobre 1290.

Facultas absolvendi ab interdicti sententia. (Reg. 45, c. 459, f. 90 r°.)

Eidem facultatem concedit absolvendi praelatos et clericos provinciae Turritanae qui, contra tenorem constitutionis Innocentii papae, excommunicationis et interdicti sententias proferentes sine scriptis, suspensionis sententias incurrerunt, et dispensandi cum eis super irregularitate, si quam exinde contraxerint.

« Insinuasti nobis quod... — Dat. ut supra. »

3390 . Orvieto, 15 octobre 1290.

Similis facultas. (Reg. 45, c. 459², f. 90 r°.)

Pandulfo, episcopo Pactensi, facultatem concedit absolvendi praelatos et clericos provinciae Turritanae qui, nulla monitione praeposita, et alias sine causa rationabili, excommunicationis sententiam promulgarunt, propter quod suspensionis sententiam incurrerunt, et dispensandi cum eis super irregularitate, si quam exinde contraxerint.

« Petitio tua nobis... — Dat. ut supra. »

3391 Orvieto, 15 octobre 1290.

Facultas conferendi beneficia. (Reg. 45, c. 450 *bis* (1), f. 90 v°.)

Eidem facultatem concedit providendi personis ydoneis de beneficiis ecclesiasticis, ad collationem vel praesentationem exemptorum non pertinentibus, quae in provincia Turritana tanto tempore vacaverunt quod eorum collatio ad sedem apostolicam devoluta est.

« Ut benivolentiam spetialem... — Dat. ut supra. »

3392-3393 Orvieto, 2 octobre 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 451 *bis*, f. 90 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui capellam Beatae Mariae de Pagneyo, Bisuntinae dioecesis, in beatae Mariae festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint.

« Loca sanctorum omnium... — Dat. apud Urbemveterem, VI nonas octobris, anno tertio. »

Orvieto, 27 septembre 1290.

In e. m., pro ecclesia fratrum minorum Auriensi, in honorem beati Francisci constructa. Dat. apud Urbemveterem, V kalendas octobris, anno tertio.

3394-3396 Orvieto, 4 octobre 1290.

Exemptio procurationum. (Reg. 45, c. 452 *bis*, f. 90 v°.)

Dilecto filio magistro et fratribus hospitalis Sancte Marie Theotonicorum Jerosolimitani concedit ut ad praestationem procurationum quas Nicolaus, patriarcha Jerosolimitanus, apostolicae sedis legatus, in terris suae legationi subjectis exigere potest in pecunia numerata, minime teneantur.

« Pridem venerabili fratri... — Dat. apud Urbemveterem, IIII nonas octobris, anno tertio. »

In e. m. .. magistro et fratribus domus militiae Templi Jerosolimitani.

In e. m. .. magistro et fratribus hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani.

3397-3402 Orvieto, 4 septembre 1290.

Willelmus de Hothum Landavensi ecclesiae episcopus praeficitur. (Reg. 45, c. 453 *bis*, f. 90 v°.)

Dilecto filio fratri Willelmo de Hothum, electo Landavensi. « Ad universalis ecclesie... Dudum siquidem Landavensi ecclesia, per obitum bone memorie Willelmi de Brequesie, ipsius episcopi, pastoris solatio destituta, Robertus, archidiaconus Landavie, magistri Philippus de Stanton, Henricus de Brane, Ranulphus de Pilia, Walterus de Landeforde et Johannes de Radenore et nonnulli alii predicte ecclesie canonici, pro futuri substitutione pastoris, convenientes in unum, post tractatum super hoc habitum diligentem, predictum Philippum, quasi per inspirationem, ut dicitur, in Landavensem episcopum concorditer elegerunt. Cumque dicti electores electionem hujusmodi venerabili fratri nostro .. archiepiscopo Cantuariensi, loci metropolitano, presentantes ipsam peterent instantius confirmari, Bogo de Clara, cancellarius, magister Gaufridus Griffin, thesaurarius, et David Legrambit, canonicus predicte ecclesie, electioni hujusmodi se multipliciter opponentes, ab eodem archiepiscopo ex certis gravaminibus ad sedem apostolicam appellarunt, quorum appellationi idem archiepiscopus deferens, reverenter per suas nobis litteras humiliter supplicavit ut super hoc eidem ecclesie providere de oportune ac celeris provisionis remedio dignaremur. Nos autem in hujusmodi electionis negotio dilectum filium nostrum J., Sancte Marie in Via lata diaconum cardinalem, concessimus partibus auditorem, coram quo cum dictus Philippus infra tempus contentum in constitutione felicis recordationis Nicolai pape III, predecessoris nostri, super hoc edita comparere minime curavisset, in audentia publica postea citatus pluries, ut est moris, procuratore partis alterius comparente et in negotio hujusmodi instanter postulante procedi, idem cardinalis in negotio ipso procedens, ejusdem negotii meritis intellectis, facta quoque super hoc nobis relatione fideli et licentia pronuntiandi

(1) Ici le copiste s'est trompé dans la numérotation des lettres.

obtenta, ipsius Philippi absentia Dei repleta presentia, dictum Philippum a jure, si quod erat in hujusmodi electione acquisitum, cecidisse pronuntiavit, justitia suadente. » Quare papa praedictum Willelmum, professorem ordinis praedicatorum, eidem ecclesiae electum praeficit. Dat. apud Urbemveterem, XVI kalendas octobris, anno tertio.

In e. m. capitulo ecclesiae Landavensis mandat quatenus praedicto electo debitam obedientiam praebeat.

In e. m. clero civitatis et dioecesis Landavensis.

In e. m. populo civitatis et dioecesis Landavensis.

In e. m. universis vassallis ecclesiae Landavensis mandat quatenus eidem electo debita fidelitatis juramenta et servitia praebeant.

In e. m. .. regem Angliae rogat ut eundem electum regio favore tueatur.

« Numinis superni benignitas... —Dat. ut supra. »

3403 Orvieto, 22 septembre 1290.

Facultas conferendi beneficia. (Reg. 45, c. 454 *bis*, f. 91 r°.)

Venerabili fratri Bernardo, episcopo Legionensi, facultatem concedit conferendi beneficia ecclesiastica nulli alii de jure debita, ad collationem non pertinentia exemptorum, quae in dioecesi Legionensi tanto tempore vacaverunt quod eorum collatio ad sedem apostolicam devoluta est.

« Volentes tuam honorare... — Dat. apud Urbemveterem, x kalendas octobris, anno tertio. »

3404 Orvieto, 22 septembre 1290.

Facultas absolvendi ab excommunicationis sententia. (Reg. 45, c. 454 *bis*², f. 91 r°.)

Eidem facultatem concedit absolvendi clericos dioecesis Legionensis ab excommunicationis sententia in clericos concubinarios lata, et dispensandi cum eis super irregularitate, si quam exinde incurrerint.

« Ex parte tua... — Dat. ut supra. »

3405-3418 Orvieto, 11 octobre 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 455 *bis*, f. 91 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam Sancti Martini de Mereyo, Baiocensis dioecesis, in S. Martini et Nativitatis beatae Mariae festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint.

« Vite perennis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, v idus octobris, anno tertio. »

Orvieto, 1er octobre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sancti Cesarii Penestrina. Dat. apud Urbemveterem, kalendis octobris, anno tertio.

Orvieto, 7 octobre 1290.

In e. m. eisdem, pro cathedrali ecclesia Fundana. Dat. apud Urbemveterem, nonis octobris, anno tertio.

Orvieto, 7 octobre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sancti Petri de casali de Fractis, Gaietanae dioecesis. Dat. ut supra.

Orvieto, 27 septembre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Beatae Mariae Fulchorini Mediolanensis. Dat. apud Urbemveterem, v kalendas octobris, anno tertio.

Orvieto, 9 octobre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia de Draguinhano, Forojuliensis dioecesis, in honorem beatae Mariae constructa. Dat. apud Urbemveterem, VII idus octobris, anno tertio.

Orvieto, 7 octobre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Beati Martini Majoris de Montesilice, Paduanae dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, nonis octobris, anno tertio.

Orvieto, 1er octobre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sancti Thomae juxta pontem castri Viterbiensis.

« Loca sanctorum omnium... — Dat. apud Urbemveterem, kalendis octobris, anno tertio. »

Orvieto, 11 octobre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia monasterii Sanctae Mariae Eboracensis, ordinis S. Benedicti.

« Vite perennis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, v idus octobris, anno tertio. » (*En marge.*)

Orvieto, 10 octobre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sancti Benedicti de Calcaria terrae Arnulphorum, Spoletanae dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, VI idus octobris, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 8 octobre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia monasterii Sanctae Margaretae de Dunfermelin, ordinis Sancti Benedicti, Sancti

Andreae dioecesis. Dat. ut supra, VIII idus octobris, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 7 octobre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia monasterii .. abbatissae et conventus monasterii Sanctae Agathae de Capite pontis Bisannis, prope Januam, Cisterciensis ordinis. Dat. ut supra, nonis octobris, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 28 septembre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sancti Nicolai de Penestre. Dat. apud Urbemveterem, IIII kalendas octobris, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 7 octobre 1290.

In e. m. eisdem, pro cathedrali ecclesia Nivernensi. Dat. apud Urbemveterem, nonis octobris, anno tertio. (*Ibid.*)

3419 Orvieto, 11 septembre 1290.

Dispensatio super defectu natalium et pluralitate beneficiorum. (Reg. 45, c. 456 *bis*, f. 92 r°.)

Emondo de Ysemburch, canonico ecclesie Fossensis, Leodiensis diocesis, indulget ut Fossensis et Monasteriensis ecclesiarum, Leodiensis dioecesis, canonicatus et praebendas, una cum officio *argentaria* vulgariter nuncupato, retinere valeat, licet amiserit litteras quibus bonae memoriae Henricus, Leodiensis episcopus, cum eo auctoritate apostolica dispensavit super defectu natalium quem patitur, e subdiacono genitus et soluta.

« Meritis tue probitatis... — Dat. apud Urbemveterem, V idus octobris, anno tertio. »

3420 Orvieto, 16 septembre 1290.

Willelmus Landavensis episcopus consecratur. (Reg. 45, c. 457 *bis*, f. 92 r°.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Cantuariensi mandat quatenus munus consecrationis impendat fratri Willelmo de Hothum, ordinis praedicatorum, Landavensis ecclesiae episcopo.

« Cum ex apostolice... — Dat. apud Urbemveterem, XVI kalendas octobris, anno tertio. »

3421-3433 Orvieto, 7 octobre 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 457 *bis*², f. 92 r°.)

[illegible] (*Omissis hiis* [illegible] *litteras inspecturis.*

Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui ecclesiam Stawangrensem, in honorem S. Swichuni constructam, in ejusdem sancti festivitate et in anniversario die dedicationis hujus ecclesiae visitaverint.

« Licet is de... — Dat. apud Urbemveterem, nonis octobris, anno tertio. »

Orvieto, 7 octobre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Venetensi, in honorem S. Petri apostoli constructa. Dat. ut supra.

Orvieto, 4 octobre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Beati Petri apostoli de Monasterio supra Sambriam, Leodiensis dioecesis.

« Loca sanctorum omnium... — Dat. apud Urbemveterem, IIII nonas octobris, anno tertio. »

Orvieto, 7 octobre 1290.

In e. m. eisdem, pro capella nobilis viri T., comitis Barrensis, de Marvilla, Treverensis dioecesis, in honorem beatae Catarinae virginis et martyris dedicata.

« Loca sanctorum omnium... — Dat. apud Urbemveterem, nonis octobris, anno tertio. »

Orvieto, 7 octobre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Beatae Mariae monialium de Figiaco, ordinis S. Benedicti, Caturcensis dioecesis.

« Gloriosus Deus in... — Dat. ut supra. »

Orvieto, 27 septembre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Beatae Mariae de Fulgereyo, Andegavensis dioecesis.

« Vite perennis gloria... — Dat. V kalendas octobris, anno tertio. »

Orvieto, 27 septembre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sanctae Mariae de Maeyo super Oulnam, Baiocensis dioecesis. Dat. ut supra.

Orvieto, 30 septembre 1290.

In e. m. eisdem, pro cathedrali ecclesia Lectorensi. Dat. apud Urbemveterem, II kalendas octobris, anno tertio. (*En marge.*)

Orvieto, 11 septembre 1290.

In e. m. eisdem, pro capella Beatae Mariae de Orta, Dertusensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, III idus septembris, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 11 septembre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sanctae Mariae de Plano, Terraconensis dioecesis. Dat. ut supra. (*Ibid.*)

Orvieto, 11 septembre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sancti Maybodi de Monte Biligardo, Bisuntinae dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, III idus septembris, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 29 septembre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia .. guardiani et fratrum minorum Veglensi. Dat. III kalendas octobris, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 15 octobre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia .. prioris et fratrum praedicatorum Nemausensi. Dat. apud Urbemveterem, idibus octobris, anno tertio. (*Ibid.*)

3434-3435 Orvieto, 11 octobre 1290.

Collatio beneficii. (Reg. 45, c. 458 *bis*, f. 92 v°.)

Raymundo de Vadabla, canonico ecclesie Agathensis, consideratione B., episcopi Portuensis, cujus hic capellanus et familiaris est, dignitatem seu personatum vacantem vel primo vacaturum in ecclesia Agathensi reservat.

« Digne agere credimus... — Dat. apud Urbemveterem, V idus octobris, anno tertio. »

In e. m. .. Mimatensi et .. Nemausensi episcopis et .. praeposito ecclesiae Nemausensis mandat quatenus praefatum Raymundum vel procuratorem ejus in possessionem hujusmodi dignitatis vel personatus inducant. Dat. ut supra.

3436 Orvieto, 7 octobre 1290.

Ad monasterium de Avirbrech reformandum. (Reg. 45, c. 459 *bis*, f. 92 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Sancti Andree mandat ut de perversis actis Henrici, abbatis monasterii de Avirbrech, inquirat monasteriumque reformet.

« Pastoralis officii cura... — Dat. apud Urbemveterem, nonis octobris, anno tertio. »

3437 Orvieto, 11 octobre 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 460, f. 93 r°.)

Venerabili fratri .. Ilerdensi et Oscensi episcopo committit quatenus cum nobili viro Symone de Montecuthano et nobili muliere Berengaria, nata quondam Bernardi de Angularia, Ilerdensis dioecesis, dispenset ut, non obstante quarta consanguinitatis linea qua conjuncti sunt, matrimonium contrahere valeant.

« Ex parte dilecti... — Dat. apud Urbemveterem, V idus octobris, anno tertio. »

3438 Orvieto, 30 septembre 1290.

Ad Veglensem ecclesiam construendam. (Reg. 45, c. 461, f. 93 r°.)

Universis Christi fidelibus per Ausarensem, Arbensem et Segniensem civitates et dioceses constitutis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui manum adjutricem porrexerint Lamberto, episcopo Veglensi, qui cathedralem ecclesiam suam, jam diu in honorem beatae Mariae virginis et sanctae Anastasiae inceptam, perficere intendit.

« Quoniam ut ait... — Dat. apud Urbemveterem, II kalendas octobris, anno tertio. »

3439-3449 Orvieto, 8 octobre 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 461², f. 93 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam Sancti Andreae in Scotia in S. Andreae et beatae Mariae virginis festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis hujus ecclesiae visitaverint.

« Vite perennis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, VIII idus octobris, anno tertio. »

Orvieto, 27 septembre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia prioratus Beati Petri de Calvomonte, ordinis S. Benedicti, Rothomagensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, V kalendas octobris, anno tertio. »

In e. m. eisdem, pro ecclesia prioratus Beatae Mariae de Argentolio, ordinis S. Benedicti, Parisiensis dioecesis, in qua sanctae Christinae martyris corpus et S. Eugenii reliquiae requiescunt. Dat. ut supra.

In e. m. eisdem, pro ecclesia beatae Mariae de Calcello, Rothomagensis dioecesis. Dat. ut supra.

Orvieto, 15 octobre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sancti Bartholomaei de Staiano, Januensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, idibus octobris, anno tertio. (*En marge.*)

Orvieto, 23 octobre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia .. abbatissae et conventus monasterii de Estruem, ordinis S. Benedicti, Atrebatensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, x kalendas novembris, anno tertio. (*Ibid.*)

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sanctae Mariae de Cressevelle, Lexoviensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, kalendis novembris, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 27 septembre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia monasterii Beatae Mariae Andegavensis. Dat. ut supra, v kalendas octobris, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 11 octobre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sancti Martini de Poirus, Remensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, v idus octobris, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 11 octobre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia de Thelchuche, Londoniensis dioecesis, in honorem Omnium Sanctorum constructa. Dat. ut supra. (*Ibid.*)

Orvieto, 7 octobre 1290.

In e. m. eisdem, pro capella de Chasselles, in parrochia de Berziaco, Suessionensis dioecesis, beatae Mariae virginis vocabulo insignita.

« Virga venustissima et... — Dat. apud Urbemveterem, nonis octobris, anno tertio. »

3450-3452 Orvieto, 23 octobre 1290.

Privilegium ordinibus Jerosolimitanis concessum. (Reg. 45, c. 462, f. 93 v°.)

.. *magistro et fratribus hospitalis Sancte Marie Theotonicorum Jerosolimitani* concedit ut privilegio crucesignatis a sede apostolica concesso gaudeant.

« Dignum arbitramur et... — Dat. apud Urbemveterem, x kalendas novembris, anno tertio. »

In e. m. .. magistro et fratribus domus militiae Templi Jerosolimitani.

In e. m. .. magistro et fratribus hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani.

3453 Orvieto, 23 octobre 1290.

Pro fratribus ad partes ultramarinas euntibus. (Reg. 45, c. 462², f. 93 v°; Potth., 23440.)

Fratri Petro Bardulii de ordine minorum, ad partes ultramarinas pro fidei negotio eunti, concedit ut secum quatuor vel sex fratres sui ordinis ducere valeat.

« Cum te ad... — Dat. ut supra. »

3454 Orvieto, 27 septembre 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 463, f. 93 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Camerinensi committit quatenus cum Jacobutio Deutesalve et Marsebilia Bonvillani de Fabriano, Camerinensis dioecesis, dispenset ut in matrimonio olim ab ipsis contracto, cum ignorarent quondam Jacobutium, priorem conjugem dictae Marsebiliae, praedicto Jacobutio quarto consanguinitatis gradu, dum viveret, attinuisse, remanere valeant.

« Petitio dilecti filii... — Dat. apud Urbemveterem, v kalendas octobris, anno tertio. »

3455 Orvieto, 11 octobre 1290.

Liberae sepulturae concessio. (Reg. 45, c. 464, f. 93 v°.)

.. *preposito et capitulo ecclesie Sancti Adriani de Trigaudio, Januensis diocesis.* « Volentes ecclesiam vestram, consideratione felicis recordationis Adriani pape, predecessoris nostri, qui eam de novo fundavit et edificari fecit eandem, prerogativa favoris et gratie prosequi specialis, sepulturam ipsius ecclesie liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extreme voluntati qui se inibi sepeliri deliberaverint, nisi excommunicati vel nominatim interdicti aut etiam publice usurarii fuerint, nullus obsistat, salva tamen illarum ecclesiarum canonica justitia a quibus mortuorum corpora assumentur. Nulli ergo, etc., nostre constitutionis, etc. Dat. apud Urbemveterem, v idus octobris, anno tertio. »

3456 Orvieto, 23 octobre 1290.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 45, c. 465, f. 93 v°.)

Magistro Johanni de Penestre, camere nostre clerico, archidiacono de Disesya in ecclesia Nivernensi. « Dudum volentes tibi gratiam facere spetialem, archidiaconatum de Disesya in ecclesia Nivernensi ac canonicatum et prebendam vacantes ibidem per liberam resignationem magistri Johannis de Haya, prepositi Andegavie in ecclesia Sancti Martini Turonensi, olim archidiaconi de Disesya in eadem ecclesia Nivernensi, in manibus di-

lecti filii nostri B., Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconi cardinalis, de mandato nostro factam et ab eo receptam, vacantes, cum omnibus juribus et pertinentiis suis apostolica tibi auctoritate contulimus, de illis providimus teque investivimus per nostrum anulum presentialiter de eisdem... Voluimus tamen quod, postquam archidiaconatum necnon canonicatum et prebendam predictos esses pacifice assecutus et ex eis fructus integre percepisses, prepositurarn ecclesie Sancte Cecilie Reatine, quam tunc obtinebas et adhuc obtines, omnino dimittere tenereris. Volentes igitur tibi gratiam facere ampliorem, ut dictam prepositurarn... una cum eodem archidiaconatu licite valeas retinere tecum auctoritate presentium dispensamus... Dat. apud Urbemveterem, x kalendas novembris, anno tertio. »

3457-3464 Orvieto, 23 octobre 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 466, f. 93 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam xl dierum concedit eis qui ecclesiam .. magistri et fratrum hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani Acconensis in die qua ibi sollemnis processio fiet visitaverint.

« Licet is de... — Dat. apud Urbemveterem, x kalendas novembris, anno tertio. »

Orvieto, 15 octobre 1290.

In e. m. eisdem. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit pro ecclesia Sancti Piati de Bone (?), Tornacensis dioecesis.

« Vite perennis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, idibus octobris, anno tertio. » (*En marge.*)

Orvieto, 20 octobre 1290.

In e. m. eisdem. Eandem indulgentiam concedit pro ecclesia Sanctae Mariae de Evazara, Tiburtinae dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, xiii kalendas novembris, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 19 octobre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sanctae Crucis, Cameracensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, xiiii kalendas novembris, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 23 octobre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sanctae Illuminatae de Ponte Paleae prope Urbemveterem. Dat. apud Urbemveterem, x kalendas novembris, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 11 octobre 1290.

In e. m. eisdem, pro capella Sanctae Catherinae in coemeterio Sanctae Crucis Cenomanensi. Dat. apud Urbemveterem, v idus octobris, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 7 octobre 1290.

In e. m. eisdem, pro capella domus Dei de Berwyk, Sancti Andreae dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, nonis octobris, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 20 octobre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sancti Desiderii de Billiaco, Autissiodorensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, xiii kalendas novembris, anno tertio. (*Ibid.*)

3465 Orvieto, 26 septembre 1290.

Transcriptio privilegiorum a Frederico imperatore monasterio Fossaenovae concessorum. (Reg. 45, c. 467, f. 94 r°.)

.. *abbati et conventui monasterii Fossenove, Cisterciensis ordinis, Terracinensis diocesis.* « Cum a nobis petitur, etc., usque effectum. Ea propter, dilecti in Domino filii, vestris justis supplicationibus inclinati, terras, possessiones, redditus, usum pascuorum, libertates, immunitates et alia que Fredericus, tunc Romanorum imperator, antequam esset per sedem apostolicam vinculo excommunicationis astrictus, in regno Sicilie ac imperio, prout pertinebat ad eum, vobis et monasterio vestro pia liberalitate concessit, sicut in ejus privilegiis exinde confectis plenius continetur, ad instar felicis recordationis Gregorii, Innocentii et Alexandri, predecessorum nostrorum, Romanorum pontificum, vobis et per vos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus, etc., usque communimus. Ad majorem autem rei evidentiam tenorem privilegiorum ipsorum de verbo ad verbum presentibus fecimus annotari, qui talis est :

« Fredericus, divina favente clementia Romanorum » imperator semper augustus, Jerosolime et Sicilie rex. » In eminenti solio imperialis culminis constituti, quo » subjectis imperio nostro populis tenemur equa pacis et » justitie moderatione proficere, docemur ecclesiarum » Dei ac virorum religiosorum in eis degentium cle- » menter invigilare profectibus et, ut eorum status ser- » vetur integritas, ob illius virtutem (*ms.* virtutum) per » quem reges et regna consistunt, collata dudum eis » nostre liberalitatis beneficia nova gratie ac digne pro- » visionis soliditate firmare, ne processu temporum » possit in bonis suis cultorum Dei turbari tranquillitas, » nisi per imperialem clementiam pro exigentia rerum

» et temporis robur obtineat firmitatis; ea igitur consi-
» deratione pie justeque commoniti, notum fieri volumus
» universis quod, cum, feliciter residentibus nobis apud
» Melfiam, edictum nostre celsitudinis ubique per reg-
» num exiret ut privilegia parentum nostrorum dive
» memorie augustorum et nostra super concessione et
» confirmatione habita et indulta monasteriis et locis
» religiosis presentarentur termino constituto, nostre
» curie intuenda si constaret in eis expressum nos ea
» que de nostro demanio ex concessione predictorum
» parentum nostrorum vel ex nostra tenent ex certa
» scientia concessisse vel confirmasse. P., venerabilis
» abbas monasterii Fossenove, prefixo termino, nostre
» curie se presentans, infrascripta duo privilegia presen-
» tavit super concessione et confirmatione quarumdam
» terrarum et aliarum possessionum quas tenent in de-
» manio nostro, indulta predicto monasterio suo post
» curiam Capue celebratam, in quibus quia non conti-
» nebatur expressum terras et possessiones in demanio
» nostro esse et de certa scientia nostra concessas et
» confirmatas, nostro culmini supplicavit quatenus eadem
» duo privilegia in unum privilegium redigi et si quid
» in scriptura deesset interpretari et supplere de gratia
» necnon confirmare ipsi monasterio misericorditer dig-
» naremur, et quod idem privilegium quotiens pro ali-
» qua requisitione expedierit ostendere teneantur. Pre-
» dictorum vero privilegiorum tenor talis est :

» In nomine Dei eterni et salvatoris nostri Jesu Christi,
» amen. Fredericus, divina favente clementia Romano-
» rum imperator semper augustus et rex Sicilie. Cum de
» gratia nostri culminis et providentia majestatis ad
» Christi pauperes manum largitatis misericorditer ape-
» rimus et sancte religionis famulos benigno patrocinio
» confovemur, Deum adjutorem acquirimus, qui clemen-
» ter nobis tribuit sui populi principatum. Merito autem
» inter ceteros regulares Cisterciensis ordinis viros impe-
» rialis debet favor respicere, quos orationi constat et
» hospitalitati reverenter intendere atque aliis pietatis
» operibus insudare. Inde est quod, cum frater Petrus,
» venerabilis abbas monasterii Fossenove, Cisterciensis
» ordinis, juxta edictum nostrum in Capuana curia ge-
» neraliter promulgatum, ejusdem monasterii privilegia
» indulta sibi a divis augustis parentibus nostris nostre
» curie presentaret, eorum tenore diligentius indagato,
» vidimus in eisdem plenius contineri quod divi augusti
» parentes nostri recolende memorie jamdictum monas-
» terium Fossenove, fratres eorumque successores, cum
» omnibus ecclesiis, grangiis, possessionibus, hominibus
» et omnibus bonis suis sub speciali protectione et de-
» fensione sua receperant, concedentes eis plenariam
» libertatem, videlicet ut fratres ipsius monasterii et suc-
» cessores eorum ab omni pedagio, passagio, plateatico,
» seu quocumque exactionis genere tam in emendo quam
» in vendendo per regnum nostrum et imperium per-
» petuo sint immunes, et quicumque aufugerit infra
» scepta ipsius monasterii et constitutos terminos sit
» securus, nullusque ipsos fratres et successores eorum
» in personis, ecclesiis, grangiis, possessionibus seu qui-
» buslibet bonis suis molestare aut indebitis exactionibus
» vel injuriarum calumpniis fatigare presumat, et qui-
» cumque de regno vel imperio largiri voluerint dicto
» monasterio possessiones et bona que non sunt de feu-
» dis vel servitiis obligata liceat et illis dare et monas-
» terio recipere libere; et ut fratres ipsius monasterii et
» successores eorum in districto civitatis nostre Gaietane
» et in territorio Calvi ac per totam Terram Laboris
» habeant pascua pro animalibus suis ab herbatico, glan-
» datico et omni prorsus exactione libera et secura. Con-
» tinebatur etiam in eisdem quod idem dominus impe-
» rator pater noster concesserat pro indumentis fratrum
» ipsius cenobii ducentos tarenos aureos de bajulatione
» Gaietana annis singulis in mense junii percipiendos,
» et quod domina imperatrix mater nostra concesserat
» monasterio memorato in casali Felicis, in tenimento
» Averse, terras laboratorias ad quinque aratra, et in
» terra Cansie (*sic*), in Salicero (*sic*) (1) scilicet et Columbo
» terras laboratorias ad dua aratra, quatuor bubus per
» aratrum computatis, quas terras Eugenius, quondam
» camerarius Apulie et Terre Laboris, de mandato ejus-
» dem matris nostre, ipsi monasterio assignavit, scilicet
» pro quinque aratris in casali Felicis terre laboratorie
» modios quadringentos et in prefato loco pro duobus
» aratris juxta quantitatem eandem. Concessit etiam
» eadem mater nostra domina imperatrix monasterio
» supradicto sexaginta barriles tunnine in portu Panor-
» mitano de tunnaria mensis madii annuatim perci-
» pienda, tam lignis quam aliis necessariis preparata,
» libere quocumque voluerint deferenda. Propter quod
» idem venerabilis abbas celsitudini nostre humiliter
» supplicavit ut predicta omnia ipsi monasterio nostra
» serenitas confirmaret. Nos autem volentes parentum
» nostrorum vestigiis inherere, considerantes quam pium
» sit ecclesiis et locis venerabilibus subvenire et quod
» non minus in conservandis quam largiendis eis bene-
» ficiis serenitas regia decoratur; attendentes insuper
» laudabilem religionem et honestatem jamdicti abbatis
» ipsius monasterii et fratrum ibidem Domino servien-
» tium; pro remedio quoque animarum divorum augus-

(1) Voyez page 540, note 1.

» torum parentum nostrorum et salute nostra, predicta » omnia eidem monasterio a parentibus nostris indulta » concedimus et perpetuo confirmamus, mandantes et » presentis privilegii auctoritate firmiter statuentes ut » nullus sit qui jamdictum cenobium de predictis omnibus impedire presumat vel in aliquo molestare. Ad » cujus rei memoriam et nostre concessionis ac confirmationis robur perpetuo valiturum, presens privilegium » per manus Thomasii de Matera, notarii et fidelis nostri, » scribi et aurea bulla typario nostre majestatis impressa » jussimus communiri. Anno, mense et indictione subscriptis. Datum Salerni, anno dominice incarnationis M°CC°XXI°, mense februarii, nona indictione, imperii domini nostri Frederici, Dei gratia Romanorum » imperatoris semper augusti et regis Sicilie, anno » primo, regni vero Sicilie vicesimo III°, feliciter amen. »

Tenor alterius privilegii :

« Fredericus, divina favente clementia Romanorum » imperator semper augustus et rex Sicilie. Cum imperialis excellentia majestatis ad religiosos viros et Christi » pauperes (pro) se convertit intuitu et eorum petitionibus misericorditer condescendit, nomen suum in » terris dignis ampliat preconiis et extollit ac eternam » anime gloriam acquirit in celis. Inde est quod nos, » attendentes religionem et honestatem laudabilem fratris Petri, venerabilis abbatis, et fratrum monasterii » Fossenove, Cisterciensis ordinis, de consueta munificentie nostre clementia, in recompensatione quingentorum tarenorum aureorum quos pro vestimentis ipsorum fratrum de redditibus nostris Gaietanis olim » concesseramus eisdem, quia ipsos tarenos nobis placuit » in nostrum demanium revocare, concedimus et donamus eidem monasterio in perpetuum terras ad tria » aratra, quatuor bubus per aratrum computatis, in loco » qui dicitur Castanol, prope Sanctum Herasmum de Laricia (*sic*) (1), preter illas possessiones quas domus Fossenove donationis aut emptionis titulo ibidem possidet, » quas integras et liberas, sicut hactenus possedit, ei » absolute concedimus et perpetuo confirmamus, concedentes et confirmantes eidem in perpetuum molendinum quod idem monasterium Fossenove olim in aqua » de Laneo in casali Sancti Martini suis expensis de licentia nostra construxit, sicut ipsum hactenus jamdictum » monasterium, cum bucca aque ipsi molendino proxima, » ex nostra donatione possedit. Concedimus nichilominus et confirmamus ipsi monasterio Fossenove supradictam ecclesiam Sancti Herasmi de Lancia (*sic*) (2), » et in Calabria omnes possessiones quas idem monasterium juste acquisitionis titulo possidet in tenimento » Mileti, et grangiam positam in territorio Spelunce, in » loco qui dicitur Cesini, cum omnibus que in supradictis locis idem monasterium dono alicujus vel emptione hactenus acquisivit et in antea juste poterit » adipisci ; pasqua quoque per totum demanium nostrum » in Calabria pro animalibus ipsius monasterii ab herbatico, glandatico et omni prorsus exactione libera et » secura ; de rebus etiam quas olim Raynaldus Buccavitellus apud Gaietam ipsi monasterio pro anima sua » dedit ; vineas positas in loco qui dicitur Vindici, cum » omnibus que in eis continentur et cum omnibus pertinentiis suis ; necnon et omnes domos que quondam » fuerunt Symonis et Valeriani, magistrorum justitiariatus Capue, in eadem civitate Capue, prope episcopium, » juxta viam publicam, per scadentiam ad nostrum demanium pertinentes ; et domum quam idem monasterium » in Calmulo possidet. Hec autem omnia supradicta ipsi » monasterio Fossenove concedimus et perpetuo confirmamus, remittentes penitus quicquid exinde nostre » dinoscitur competere majestati. Mandamus igitur et » presentis privilegii auctoritate firmiter statuimus ut » nullus sit qui jamdictum monasterium super hiis omnibus occasione qualibet de cetero fatigare presumat » vel in aliquo molestare. Ad cujus concessionis et confirmationis nostre memoriam et robur perpetuo valiturum, presens privilegium per manus Thomasii de » Mathera, notarii et fidelis nostri, scribi et sigillo nostre » celsitudinis jussimus communiri. Anno, mense et indictione subscriptis. Datum in civitate Messana, post » curiam Capue celebratam, anno dominice incarnationis M°CC°XXI°, mense madii, nona indictione, imperii domini nostri Frederici, Dei gratia magnifici » Romanorum imperatoris semper augusti et regis » Sicilie anno primo, regni vero Sicilie vicesimo tertio, » feliciter amen. »

Addidit insuper idem abbas supplices preces quatinus litteras Eugenii, quondam camerarii Terre Laboris, per quem augusta mater nostra, sicut continebatur in privilegio suo, terras monasterio ipsi collatas assignare mandavit, presenti mandaremus privilegio ad evidentiorem rei seriem infrascribi, que videlicet sunt hujusmodi tenoris :

« Mense julii, prime indictionis. Ego Eugenius, magister camerarius Apulie et Terre Laboris, recepi litteras ex parte domine nostre serenissime imperatricis » et domini nostri magnifici regis, filii ejus, precipientes » assignari monasterio Fossenove in casali Felicis de » demanio suo terras laboratorias ad quinque paricla,

(1) Voyez ci-dessous, note 2.
(2) Voyez ci-dessous, note 1.

» videlicet unumquodque pariclum de quatuor bubus. » Cum itaque ab hominibus Averse quantitas ipsarum » terrarum extimata sit quadringentorum modiorum, » precepi Johanni Basso, camerario Averse, assignandi » ipsi monasterio predictas terras laboratorias de qua- » dringentis modiis, de quarum quantitate si quid deesset, » debere suppleri de prato quod est in tenimento ipsius » casalis. Recepi etiam in mandatis a majestate eorum as- » signandi ipsi monasterio in Starsia (*sic*) Saliceti (*sic*) (1) » et Columbi terras laboratorias ad duo paricla, quas » precepi Leoni, camerario Terre Laboris, assignari » eidem monasterio juxta predictam extimationem. Unde » ad cautelam ipsius monasterii hoc scriptum fieri feci » et propria manu subsignavi.

» Nos igitur, considerato cultu religionis que in eodem » monasterio conservatur, honestis ejusdem venerabilis » abbatis supplicationibus inclinati, prescripta duo pri- » vilegia nostra, indulta ipsi monasterio post curiam » Capue celebratam, et litteras predicti quondam came- » rarii de verbo ad verbum, sicut in autenticis continetur, » scribi mandavimus, et tam ipsa privilegia quam omnia » que continentur in eis de innata clementia eidem mo- » nasterio Fossenove perpetuo ex certa scientia confir- » mamus. Et quia ejus est interpretari cujus concedere, » considerantes intentionem predicte auguste matris » nostre, qualiter per eundem Eugenium quondam came- » rarium ea que sibi concessit in certis locis mandaverit » assignari; attendentes quoque quod ea que de nostra » fuerunt liberalitate concessa ex certa scientia prodie- » runt, volumus, si quod ex defectu scripture, que dema- » nium nostrum non continet, in dubium vertitur, ex » interpretatione nostra clarescere, et ut intelligatur tan- » quam si demanium contineretur de gratia nostra supple- » mus, ita quod presens privilegium, quod duo privilegia » continet infrascripta necnon et litteras prefati Eugenii » camerarii, sufficiat, cum eis necesse fuerit ostendendum; » presentis privilegii auctoritate mandantes quatenus » nullus sit qui contra presentis confirmationis nostre » paginam monasterium ipsum impetere vel molestare » presumat. Generalem vero clausulam, videlicet salvo » mandato et ordinatione nostra, que in ceteris privi- » legiis consuevit apponi, a presenti privilegio, intuitu » precum L., dilecti familiaris et fidelis nostri, venerabi- » lis .. Messanensis archiepiscopi, duximus eximendum. » Ad hujus itaque nostre confirmationis memoriam et » robur perpetuo valiturum, presens privilegium per ma- » nus Alberti de Cathana, notarii et fidelis nostri, fieri » et sigillo majestatis nostre jussimus communiri. Anno, » mense et indictione subscriptis. Dat. Melfie, anno » dominice incarnationis M°CC°XXXII°, mense octobris, » sexte indictionis, imperante domino nostro Frederico, » Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper » augusto, Jerosolime et Sicilie rege, anno imperii ejus » duodecimo, regni Jerosolime septimo, regni vero Sicilie » tricesimo quinto, feliciter amen.

» Nulli ergo, etc., nostre confirmationis, etc. Si quis, » etc. Dat. Anagnie, XVII kalendas octobris, pontificatus » nostri anno primo. »

Dat. apud Urbemveterem, VI kalendas octobris, anno tertio. »

1. Voyez page 488, note 1.

3466 Orvieto, 17 septembre 1290.

Transcriptio instrumenti donationis monasterio Fossaenovae factae. (Reg. 45, c. 468, f. 95 r°.)

.. *abbati et conventui monasterii Fossenove, Cisterciensis ordinis.* Ad instar Alexandri papae IIII^ti, in litteris datis Anagniae, idibus septembris, anno primo, instrumentum quo nobilis vir Rogerius de Aquila, comes Fundanus, casale quoddam in territorio civitatis Fundanae, in loco qui dicitur Monticulus, cum pertinentiis ejus dedit, quod casale ab oriente finem habet terram Sancti Nicolai, ab occidente viam publicam, a meridie terram quondam heredum domini Strazati et fossatum commune, a septentrione praedictum monticulum, sicut aqua ipsius monticuli inferius decurrit. Cujus instrumenti tenor hic est :

« In nomine Domini Dei eterni. Anno incarnationis » ejusdem M°CC° trigesimo secundo, mense julii, in- » dictionis quinte, imperante domino nostro Fr., Dei » gratia Romanorum imperatore semper augusto, Je- » rusalem et Sicilie rege. Cum inter cetera... — Nos » Rogerius de Aquila, Fundanus comes. Ego Giffridus, » domini comitis filius, signum crucis feci. Ego Johannes » de Villano. Ego Jacobus Bussa hoc signum feci. Ego » Guttifridus de Argento. Ego Petrus Amalfitanus » signum crucis feci. Ego Leo, notarius Ytri. Ego Bulga- » rellus de Monticellis signum crucis feci. Ego Bartho- » lomeus de Pontecurvo signum crucis feci. Ego Nico- » laus Calamita, castellanus Fundanus, signum crucis » feci. Ego Parisius de Carta. Ego Ambrosius. Ego » Mathias Calamita signum crucis feci. Ego Rogerius de » Fundis signum crucis feci. Ego Jacobus de Avena » signum crucis feci. Ego Riccardus diaconus, Fundane » civitatis notarius, post hos testes complevi et sub- » scripsi, in mense et indictione supradictis. »

« Justis petentium desideriis... — Dat. apud Urbemveterem, XV kalendas octobris, anno tertio. »

3467 Orvieto, 29 septembre 1290.

Confirmatio compositionis inter monasterium Fossaenovae et commune Pipernense habitae. (Reg. 45, c. 469, f. 95 v°.)

Eisdem, ad instar Gregorii VIIII, confirmat compositionem inter eos et commune Pipernense super tenimento de Burgazano, terris de Arenis et Mucletis, mediante Gregorio de Romanna, subdiacono et capellano papae, Campaniae Maritimaeque rectore habitam. Cujus compositionis tenor hic est :

« In nomine Domini nostri Jesu Christi, anno domi-
» nice incarnationis M°CC°XXVI°, pontificatus donni Gre-
» gorii VIIII pape anno primo, indictione XV^a, mensis
» madii die ultima. Hac quidem die dominus Gerardus
» domini Racterii, consul de Piperno, presentibus et
» consentientibus dominis Theomasio de Rambotta,
» Noradino, Johanne Mancino, Stephano de Theobaldo,
» Gualgano et aliis multis qui pro communitate Piper-
» nensi venerant in plena curia coram domino Gregorio
» de Romanna, domini pape subdiacono et capellano,
» Campanie Maritimeque rectore, .. priore et cella-
» rario Fosse Nove... — Actum publice apud Sanctam
» Mariam de Forma, presentibus magistro Johanne et
» Raynaldo notario, clericis ipsius rectoris, Johanne,
» presbytero, de Roma, ac dominis Petro Sarraceno, Obi-
» cione de Verulis, Tibuldo de Alatro, Anterio de Fru-
» sione et aliis multis. Sequenti die, apud Pipernum
» coram episcopo Verulano et eodem rectore, presentibus
» dominis Petro Sarraceno, Guidone de Treba, magistro
» Johanne, Johanne Johanne Melle scriniario, de man-
» dato ipsius rectoris, secundum modum a Gerardo
» consule juratum, hii omnes juraverunt : domini Bal-
» debrunus, Leonardus Bembellus, Johannes Jansornia,
» Guido Oranie, Leonardus Carrarius, Benedictus Johan-
» nisboni, consules, et domini Thomasius de Rambocto,
» Noradinus, Johannes de Cerqua, Cintius de Judice,
» Guido Julianesse, Gualganus Julianesse, Gualganus
» Duraguerre, Nicolaus Patanus, Laurentius Petri San-
» guinei, Ranaldus de Magentia, Johannes Bellus, Ale-
» braudinus, Stephanus Theobaldi, Philippus Marie
» Gatte, Riccardus Temporalis, Gottefridus Scriniarius,
» Matheus Gabilia, Theobaldus de Baldebruno, Orrigus
» Petri de Loffrido, Remedius, Johannes Mancinus,
» Johannes de Jullano, Cressentius de Judice, Lando
» Belbellus, Duraguerra, Johannes Patanus, Gregorius
» Duraguerra, Transmundus Sarracine, Theobaldus
» Mazio, Landulfus Patanus, Simeon Ranaldi de Advo-
» cato, Leo domine Odde, Benedictus de Crescentio,
» Unfredus, Petrus Serpens, Nicolaus de Carulo, Baro
» Johannisboni, Bertrannus de Dominico, Stephanus
» Periculus, Admulsus de Monte Attacio, Johannes de
» Cincio, Johannes de Beraldo, Gregorius Gattus, Ra-
» naldus domini Leonis, Bivianus Ferrarius, Julianus,
» Bernardus Parens, Johannes de Oculo Pactio, Petrus
» domini Andree. Et ego Aimericus, sacrosancte romane
» ecclesie scriniarius, hiis omnibus personaliter interfui
» et de mandato ipsius rectoris hoc instrumentum pro-
» pria manu scripsi et signo consueto signavi. »

« Ea que judicio... — Dat. apud Urbemveterem, III kalendas octobris, anno tertio. »

3468 Orvieto, 26 septembre 1290.

Confirmatio compositionis inter monasterium Fossaenovae et archiepiscopum capitulumque Panormitanos habitae. (Reg. 45, c. 470, f. 96 r°; Potth., 23415.)

.. *abbati et conventui monasterii Fossenove, Cisterciensis ordinis, Terracinensis diocesis.* Litteras compositionis inter eosdem, ex una parte, et archiepiscopum et capitulum Panormitanos, ex altera, super ecclesia Sancti Nicolai de Gurguro habitae confirmat. Praedictarum autem litterarum tenor hic est :

« In nomine Domini amen. Anno dominice incarna-
» tionis M°CC°LXVII°, XIIII^a die mensis junii, X^e indictionis,
» regnante illustrissimo domino nostro Karolo, Dei
» gratia inclito rege Sicilie, ducatus Apulie et princi-
» patus Capue semper augusto, Provintie, Andegavie et
» Fulcokerie magnifico comite, anno secundo, feliciter
» amen. Nos Rainaldus de Esculo, judex Panormitanus,
» Guido, publicus tabellio civitatis ejusdem, et subscripti
» testes... — Actum Panormi, anno die, mense et in-
» dictione premissis. Nos, Leonardus, archiepiscopus
» Panormitanus, concedimus et confirmamus. Ego Ni-
» colaus Xall., Panormitanus canonicus, me subscripsi.
» Ego Nicolaus, Panormitanus canonicus, me subscripsi.
» Ego Paulus, Panormitanus canonicus, huic collationi
» et confirmationi me suscripsi. Ego Guido, Panormi-
» tanus canonicus, me suscripsi. Angelus, precentor Pa-
» normitanus, me subscripsi. Ego presbyter Matheus,
» Panormitanus canonicus, me subscripsi. Ego Johan-
» nes de Bojano, Panormitanus canonicus, me subscripsi.
» Ego Johannes de Ebdemonia, Panormitanus canoni-
» cus, me subscripsi. Ego presbyter Guillelmus senex,
» Panormitanus canonicus, subscripsi. Ego Bartholomeus
» de Esculo, Panormitanus canonicus, me subscripsi.
» Ego Giffridus de Piperno, Panormitanus canonicus,
» me subscripsi. Ego Guido, publicus Panormitanus
» tabellio, rogatus subscripsi et signavi. »

« Ea que judicio... — Dat. apud Urbemveterem, VI kalendas octobris, anno tertio. »

3469 Orvieto, 29 septembre 1290.

Villa Adriana monasterio Fossaenovae data. (Reg. 45, c. 471, f. 96 r°.)

Eisdem. « Injuncti officii sollicitudo... Villam que dicitur Adriana, Agrigentine diocesis, ad demanium curie pertinentem, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, ad instar felicis recordationis Alexandri pape IIII, predecessoris nostri, vobis et per vos monasterio vestro concedimus et donamus de gratia spetiali, libere ab ipso monasterio in perpetuum retinendam. Non obstantibus si quondam Fredericus, olim Romanorum imperator, post latam in eum depositionis sententiam, vel Corradus, natus ejus, aut officiales et fautores eorum, predictam villam alii contulerunt, et litteris apostolicis, si que super confirmatione collationis hujusmodi forsitan emanarunt. Nulli ergo, etc., nostre concessionis et donationis, etc. Si quis autem, etc... Dat. Viterbii, VII idus augusti, anno tertio. Dat. apud Urbemveterem, III kalendas octobris, anno tertio. »

3470 Orvieto, 26 septembre 1290.

Commutatio votorum. (Reg. 45, c. 472, f. 96 v°.)

Elisabet, regine Romanorum illustri, indulget ut confessor ejus vota abstinentiae et peregrinationis, voto continentiae et Jerosolimitano dumtaxat exceptis, in alia devotionis opera commutare possit.

« Devotionis tue merita... — Dat. apud Urbemveterem, VI kalendas octobris, anno tertio. »

3471 Orvieto, 3 octobre 1290.

Privilegium jurisdictionis. (Reg. 45, c. 473, f. 96 v°.)

.. *abbati et conventui monasterii Sancte Marie Eboracensis, ordinis S. Benedicti*, ad instar Innocentii IIII, indulget ut ultra duas dietas a monasterio suo per litteras sedis apostolicae vel legatorum ipsius, sub quacumque forma verborum impetratas vel in posterum impetrandas, absque speciali mandato sedis apostolicae, plenam et expressam de hac indulgentia, monasterio et ordine mentionem faciendo, trahi non possint.

« Vestre pacis querentes... — Dat. apud Urbemveterem, V nonas octobris, anno tertio. »

3472-3485 Orvieto, 18 octobre 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 474, f. 96 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui ecclesiam Venetensem in beatae Mariae festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint.

« Vite perennis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, XV kalendas novembris, anno tertio. »

In e. m. eisdem, pro ecclesia de Karantoer, Venetensis dioecesis, in honorem S. Marculfi fundata. Dat. ut supra.

Orvieto, 18 octobre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sancti Georgii de Limarisvilla, Tullensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, XV kalendas novembris, anno tertio.

Orvieto, 15 octobre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia fratrum minorum de Gallarate, Mediolanensis dioecesis, in honorem beati Francisci constructa. Dat. apud Urbemveterem, idibus octobris, anno tertio.

In e. m. eisdem, pro ecclesia fratrum minorum de Varixio, Mediolanensis dioecesis.

« Splendor paterne glorie... — Dat. ut supra. »

In e. m. eisdem, pro ecclesia fratrum minorum de Detio, Mediolanensis dioecesis, in honorem beati Francisci constructa. Dat. ut supra.

Orvieto, 17 octobre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sanctae Ceciliae Coloniensi.

« Vite perennis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, XVI kalendas novembris, anno tertio. » (*En marge.*)

Orvieto, 15 octobre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sancti Lauriani de Vastino, Bituricensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, idibus octobris, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 23 octobre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia .. guardiani et fratrum ordinis minorum Zamorrensi. Dat. apud Urbemveterem, X kalendas novembris, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 28 octobre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia prioratus Sancti Martini de Borranco, Belvacensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, V kalendas novembris, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 23 octobre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia fratrum minorum de

Figiaco, Caturcensis dioecesis, in honorem beati Francisci constructa. Dat. x kalendas novembris, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 7 octobre 1290.

In e. m. eisdem, pro capella Sancti Nicolai de Novoforo in Lucemburch, Treverensis dioecesis.

« Cum ad premerenda... — Dat. nonis octobris, anno tertio. » (*Ibid.*)

In e. m. eisdem, pro capella Sancti Michaelis ante Castrum in Lucemburch, Treverensis dioecesis. Dat. ut supra. (*Ibid.*)

In e. m. .. primicerio, .. decano et capitulo ecclesiae Metensis, pro capella Sanctorum Innocentium in ecclesia Metensi constructa. Dat. ut supra. (*Ibid.*)

3486 Orvieto, 13 septembre 1290.

Confirmatio privilegii. (Reg. 45, c. 475, f. 97 r°; Potth., 23400.)

.. *abbati et conventui monasterii de Lundores, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, Sancti Andree diocesis*, confirmat privilegium eis a Celestino papa concessum, cujus tenor hic est :

« Celestinus, episcopus servus servorum Dei. Dilectis » filiis .. abbati et fratribus monasterii de Londores, salu- » tem et apostolicam benedictionem. Officii nostri debi- » tum... — Dat. Laterani, VIII idus martii, pontificatus » nostri anno quarto. »

« Privilegium quod felicis... — Dat. apud Urbemveterem, idibus septembris, anno tertio. »

3487 Orvieto, 15 octobre 1290.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 45, c. 476, f. 97 v°.)

Roberto dicto Malet, archidiacono Vulgasini Normanni in ecclesia Rothomagensi. Cum eo super irregularitate quam, ecclesiam de Ruella, Rothomagensis dioecesis, et capiceriatum Lexoviensem insimul detinendo, contraxit, dispensat, ita tamen ut, ad discreti viri arbitrium, aliquam congruam pecuniae quantitatem de fructibus ecclesiae de Ruella perceptis convertat in ejusdem ecclesiae utilitatem. Hic, quocum, tunc praedictae ecclesiae rectore, dispensaverat Alexander papa IIII ut unicum aliud beneficium obtinere valeret, capiceriatum Lexoviensem, qui dignitas in Lexoviensi ecclesia est, consecutus erat et retinuerat una cum ecclesia de Ruella per duodecim annos, ex eis fructus recipiendo ; sed postmodum, jam quinque annis elapsis, ecclesiam et capiceriatum dimiserat et archidiaconatum in Rothomagensi ecclesia receperat.

« Exposita nobis tua... — Dat. apud Urbemveterem, idibus octobris, anno tertio. »

3488 Orvieto, 23 octobre 1290.

De alienatione bonorum monasterii de Bertaudicuria. (Reg. 45, c. 477, f. 97 v°.)

.. *abbati monasterii Sancti Martini Laudunensis et penitentiario ecclesie Ambianensis* mandat ut inquirant de petitione qua .. abbatissa et conventus monasterii de Bertaudicuria, ordinis S. Benedicti, Ambianensis dioecesis, licentiam poscunt mutandi vel alienandi prioratum sive locum de Santegui, ejusdem ordinis, Laudunensis dioecesis, eidem monasterio pleno jure subjectum, sed propter distantiam paulum fructuosum.

« Petitio dilecte in... — Dat. apud Urbemveterem, x kalendas novembris, anno tertio. »

3489 Orvieto, 23 octobre 1290.

Collatio prioratus. (Reg. 45, c. 478, f. 97 v°.)

.. *abbati monasterii Sancti Audoeni Rothomagensis, ordinis S. Benedicti*, mandat quatinus Thomae de Brueriis, monacho monasterii Sancti Audoeni Rothomagensis, theologicae facultatis scientia eminenti, prioratum de Sagiaco, ordinis S. Benedicti, Rothomagensis dioecesis, praedicto monasterio pleno jure subjectum, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, conferat.

« Spetialibus donis adjuti... — Dat. apud Urbemveterem, x kalendas novembris, anno tertio. »

3490 Orvieto, 25 septembre 1290.

Licentia habendi altare portatile. (Reg. 45, c. 479, f. 98 r°.)

Elisabet, regine Romanorum illustri, indulget ut ejus capellanus habere altare portatile et in illo, cum opus fuerit, divina officia celebrare valeat.

« Excellentie tue preminentia... — Dat. apud Urbemveterem, VII kalendas octobris, anno tertio. »

3491 Orvieto, 26 septembre 1290.

Licentia celebrandi in locis interdictis. (Reg. 45, c. 479², f. 98 r°.)

Eidem indulget ut per idoneum capellanum sibi suaeque familiae divina officia, in locis interdicto subjectis, celebrari facere possit.

« Ut erga sedem... — Dat. apud Urbemveterem, vi kalendas octobris, anno tertio. »

3492-3503 Orvieto, 28 octobre 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 480, f. 98 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam Sanctae Mariae Magdalenae Rothomagensem in beatae Mariae, S. Antonii et beatae Mariae Magdalenae festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint.

« Cum ad premerenda... — Dat. apud Urbemveterem, v kalendas novembris, anno tertio. »

Orvieto, 29 octobre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sancti Nicolai de Bellovisu Rothomagensi.

« Licet omnipotens Deus... — Dat. apud Urbemveterem, iiii kalendas novembris, anno tertio. »

Orvieto, 28 octobre 1290.

In e. m. eisdem, pro capella Beatae Mariae de Malorege, Belvacensis dioecesis, in beatae Mariae et sanctorum Luciani, Maxiani et Juliani martyrum honorem constructa.

« Vite perennis gloria... — Dat. ut supra, v kalendas novembris, anno tertio. »

Orvieto, 15 octobre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia fratrum minorum de Scardeburg, Eboracensis dioecesis. Dat. ut supra, idibus octobris, anno tertio.

Orvieto, 7 octobre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sanctae Crucis Leodiensi. Dat. apud Urbemveterem, nonis octobris, anno tertio.

Orvieto, 21 octobre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sanctae Mariae Asisinati.

« Gloriosus Deus in... — Dat. apud Urbemveterem, xii kalendas novembris, anno tertio. »

Orvieto, 23 octobre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia de Coudekerke, Morinensis dioecesis.

« Vite perennis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, x kalendas novembris, anno tertio. » (*En marge.*)

Orvieto, 18 octobre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sancti Michaelis in Fine, Pennensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, xv kalendas novembris, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 30 octobre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia monasterii Cerasiensis, Bajocensis dioecesis, in honorem S. Vigoris constructa. Dat. iii kalendas novembris, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 1er septembre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia de Monteregali, Eduensis dioecesis. Dat. kalendis septembris, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 1er septembre 1290.

In e. m., pro ecclesia Beatae Mariae de Sancto Benigno, Eduensis dioecesis. Dat. ut supra. (*Ibid.*)

Orvieto, 28 juillet 1290.

In e. m., pro ecclesia Sancti Herasmi de Vellota de Sugio, Gaietanae dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, v kalendas augusti, anno tertio. (*Ibid.*)

3504 Orvieto, 25 octobre 1290.

Licentia audiendi juris civilis lectiones. (Reg. 45, c. 481, f. 98 v°.)

Comiti de Urbevetere, juris civilis professori. « Merito tue probitatis... Ut quandiu apud sedem apostolicam in jure civili docueris liceat personis illis que per constitutionem felicis recordationis Honorii pape III, predecessoris nostri, leges prohibentur audire, episcopis, abbatibus et religiosis quibuslibet prorsus exceptis, apud sedem eandem tantum, in predicto jure studere, te dumtaxat vel alium quem aliquando loco tui ad legendum in scolis tuis aliquam lectionem, necessitatis causa vel honoris gratia, forsan admiseris audiendo... Dat. apud Urbemveterem, viii kalendas novembris, anno tertio. »

3505 Orvieto, 23 octobre 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 482, f. 98 v°.)

.. *episcopo Atrebatensi* committit quatenus cum Petro

dicto Hukediu et Maria de Basincourt, civibus Atrebatensibus, dispenset ut in matrimonio quod olim, ignorantes eamdem Mariam et Amelotam, filiam Jacobi dicti Pouchin, quondam uxorem praedicti Petri, quarto consanguinitatis gradu conjunctas fuisse, contraxerunt remanere valeant.

« Petitio dilecti filii... — Dat. apud Urbemveterem, x kalendas novembris, anno tertio. »

3506 Orvieto, 22 septembre 1290.

Facultas absolvendi a canonicis sententiis. (Reg. 45, c. 483, f. 98 v°.)

Fernando, episcopo Legionensi, facultatem concedit dispensandi cum clericis suae dioecesis qui parrochiales ecclesias adepti infra tempus ad sacerdotium promoveri se non fecerint.

« Tua nobis fraternitas... — Dat. apud Urbemveterem, x kalendas octobris, anno tertio. »

3507 Orvieto, 15 octobre 1290.

Diminutio procurationum et talliarum in dioecesi Lodovensi. (Reg. 45, c. 484, f. 98 v°.)

.. *abbati monasterii Nanthensis, ordinis S. Benedicti, Ruthenensis diocesis.* « Ex parte venerabilis fratris nostri .. episcopi et dilecti filii capituli et cleri civitatis et diocesis Lodovensis fuit expositum coram nobis quod, si contingat interdiu legatos et nuntios apostolice sedis habere transitum per provintiam Narbonensem, in prestatione procurationum et subventionum que legatis et nuntiis debentur eisdem, necnon in talliis et collectis que fiunt pro omnibus negotiis ecclesiarum et monasteriorum ejusdem provintie, de qua episcopus, capitulum et clerus predicti existunt, non sit compensatis facultatibus ecclesiarum et monasteriorum ipsorum equa contributio inter eos. Quare... discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus, cum procurationes et subventiones, tallias et collectas hujusmodi fieri contigerit, et episcopus, capitulum et clerus predicti parati sint, ut asserunt, juxta possibilitates suas, pro rata contribuere in premissis, non permittas ab eis ultra facultates suarum ecclesiarum, occasione hujusmodi, aliquid exigi vel etiam extorqueri. Contradictores, etc. Dat. apud Urbemveterem, idibus octobris, anno tertio. »

3508 Orvieto, 7 octobre 1290.

Locus fratrum Poenitentiae Jesu Christi capitulo Tolosano venditur. (Reg. 45, c. 485, f. 98 v°.)

.. *abbati monasterii Mosyacensis, Caturcensis diocesis.* « Lecta coram nobis dilectorum filiorum .. prepositi et capituli ecclesie Tholosane petitio continebat quod olim fratres Penitentie Jesu Christi, cupientes in civitate Tholosana eorum ordinem propagari, infra ecclesie predicte parrochiam, in loco tamen ab ipsis fratribus acquisito, de prepositi et capituli predictorum licentia, oratorium et officinas eis necessarias construxerunt, in signum subjectionis quadam pensione annua in loco ipso prefato capitulo reservata, eaque nichilominus conditione adjecta quod fratres ipsi predictum locum deserere absque requisitione ipsorum prepositi et capituli non valerent. Unde, cum fratres predicti locum intendant dimittere prelibatum, eo postmodum in dispositione sedis apostolice libera, juxta constitutionis tenorem a felicis recordationis Gregorio papa decimo, predecessore nostro, in generali Lugdunensi concilio edite, remanente, dicti prepositus et capitulum nobis humiliter supplicarunt ut eis super hoc, presertim cum paratos se asserant competens pro loco predicto pretium exhibere, providere de benignitate sedis apostolice dignaremur. Nos itaque, dictorum prepositi et capituli precibus inclinati, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus, cedentibus vel decedentibus fratribus supradictis, predictum locum eisdem preposito et capitulo auctoritate nostra concedas seu vendas pro pretio competenti, ac pecuniam quam propter hoc ab ipsis receperis deponas in aliquo tuto loco, in Terre Sancte subsidium, prout per apostolicam sedem ordinari contigerit, convertendam, significaturus nobis plenarie quantitatem ipsius pecunie ac locum in quo eam deposueris et quicquid feceris in hac parte. Dat. apud Urbemveterem, nonis octobris, anno tertio. »

3509 Orvieto, 17 septembre 1290.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 45, c. 486, f. 99 r°.)

.. *episcopo Ovetensi* potestatem committit dispensandi cum Fernando Pelagii, presbytero, monacho monasterii de Valle Dei, Cisterciensis ordinis, Ovetensis dioecesis, ut, non obstante defectu natalium quem patitur, e presbytero genitus et soluta, in susceptis ordinibus ministrare et ad regulares administrationes, necnon abbatiam, prioratum seu aliam sui ordinis dignitatem assumi valeat.

« Regularis ordinis professoribus... — Dat. apud Urbemveterem, xv kalendas octobris, anno tertio. »

3510 Orvieto, 7 octobre 1290.

Liber fructuum transitus per Patrimonii terras conceditur. (Reg. 45, c. 486², f. 99 r°; Potth., 23426.)

.. *abbatisse et sororibus monasterii Sancti Laurentii inter vineas Urbevetani, ordinis Sancte Clare.* « Religionis vestre favor... Ut fructus, redditus et proventus omnes possessionum quas monasterium ipsum in districtu Vallis Lacus habere dinoscitur, inhibitione qualibet .. rectoris Patrimonii qui est sive pro tempore fuerit nequaquam obstante, ad monasterium ipsum juxta vestre voluntatis arbitrium deferri libere facere valeatis... Dat. apud Urbemveterem, nonis octobris, anno tertio. »

3511-3512 Orvieto, 26 septembre 1290.

Dispensatio residentiae. (Reg. 45, c. 487, f. 99 r°.)

Carissime in Christo filie Elizabeth, regine Romanorum illustri, indulget ut quattuor clerici ejus obsequiis insistentes fructus, redditus et proventus beneficiorum suorum ecclesiasticorum, per quinquennium, cum ea integritate percipiant cum qua illos perciperent si in ecclesiis in quibus illa obtinent personaliter residerent.

« Tuam volentes honorare... — Dat. apud Urbemveterem, vi kalendas octobris, anno tertio. »

In e. m. .. episcopo Argentinensi, .. decano ecclesiae Sancti Maimboldi de Monte Beligardi, Bisuntinae dioecesis, et magistro Guillelmo de Belloforti, canonico Parisiensi, mandat ut eisdem clericis praefatos fructus, redditus et proventus, per quinquennium, integre ministrari faciant. Dat. ut supra.

3513-3522 Orvieto, 31 octobre 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 488, f. 99 r°; Potth. 23448.)

.. *ministro et fratribus domus hospitalis Sancti Thome in Formis de Urbe, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis Sancte Trinitatis et captivorum.* Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam praedictae domus, in honorem beati Thomae apostoli constructam, in festo ejusdem sancti, in dominica post Pentecosten et per octo dies sequentes visitaverint.

« Loca sanctorum omnium... — Dat. apud Urbemveterem, ii kalendas novembris, anno tertio. »

Orvieto, 7 octobre 1290.

In e. m. universis Christi fidelibus. Eamdem indulgentiam concedit pro cathedrali ecclesia Signina, in honorem beatae Mariae virginis constructa. Dat. apud Urbemveterem, nonis octobris, anno tertio.

Orvieto, 4 octobre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia monasterii Sanctae Elenae Londoniensis. Dat. apud Urbemveterem, iiii nonas octobris, anno tertio.

Orvieto, 2 novembre 1290.

In e. m. eisdem, pro capella domus leprosorum Sancti Lazari de Sambuco, Florentinae dioecesis.

« Vite perennis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, iiii nonas novembris, anno tertio. » (*En marge.*)

Orvieto, 9 novembre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia prioratus Sancti Theobaldi en Hes, ordinis S. Benedicti, Belvacensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, v idus novembris, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 23 octobre 1290.

In e. m. eisdem, pro capella castri de Montiniaco, Petragoricensis dioecesis. Dat. x kalendas novembris, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 15 octobre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia fratrum minorum Yporiensi, in honorem beati Francisci constructa. Dat. ut supra, idibus octobris, anno tertio. (*Ibid.*; Potth. 23435)

Orvieto, 28 octobre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia monasterii Sancti Simphoriani Belvacensis, ordinis S. Benedicti.

« Licet is de... — Dat. apud Urbemveterem, v kalendas novembris, anno tertio. » (*Ibid.*)

Orvieto, 28 octobre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sancti Adriani de Trigaudio, Januensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, v kalendas novembris, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 11 octobre 1290.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Beatae Mariae de Stiolo, Urbevetanae dioecesis.

« Vite perennis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, v idus octobris, anno tertio. » (*Ibid.*)

3523 Orvieto, 10 octobre 1290.

De translatione cujusdam prioratus infra murale castri de Sablolio siti in antemurale et constructione ecclesiae parrochialis in villa ejusdem castri. (Reg. 45, c. 489, f. 99 v°.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Turonensi. « Exposita nobis dilectorum filiorum .. abbatis Majoris monasterii Turonensis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, et nobilis viri Mauritii de Credonio et de Sablolio, Cenomanensis et Andegavensis diocesis, castrorum domini petitio continebat quod infra murale ipsius castri de Sablolio est quidam prioratus, subjectus monasterio supradicto, et infra antemurale castri prefati parrochialis consistit ecclesia, tibi metropolitico jure subjecta, ad quam parrochiani ipsius ecclesie, propter loci distantiam et difficultatem ingressus, comode accedere nequeunt pro audiendis ibidem divinis officiis et recipiendis ecclesiasticis sacramentis; cum autem .. prior ipsius prioratus ad prefatam ecclesiam cupiat se transferre, dictusque nobilis in villa dicti castri, in loco decenti et congruo, parrochialem ecclesiam competentem, cum decentibus domibus, edificare proponat, prefati abbas et nobilis nobis humiliter supplicarunt ut, cum venerabilis frater noster .. Cenomanensis episcopus sit ei ex certa ratione suspectus, tibi scribere curaremus ut, eodem nobili faciente quod offert, eidem priori transferendi se ac dictum prioratum, cum juribus, privilegiis et munimentis suis, ad ecclesiam memoratam, dictoque nobili predictam parrochialem ecclesiam taliter construendi, si expedire videris et eorum quibus posset exinde prejudicium generari ad id assensus accederet, licentiam exhiberes. Nos itaque, abbatis et nobilis predictorum precibus inclinati, fraternitati tue rogamus et hortamur attente quatinus, pro nostra et apostolice sedis reverentia, prefatum episcopum, juxta datam tibi a Domino gratiam, inducere studeas diligenter ut super hujusmodi negotio, quod pium et acceptum Deo esse creditur, assensum suum benivolum et benignum, sublato cujuslibet dilationis obice, largiatur; tuque sic te in hoc efficaciter habere procures ut exinde premium consequaris a Domino et a nobis digne commendationis titulum merearis. Dat. apud Urbemveterem, vi idus octobris, anno tertio. »

3524 Orvieto, 30 septembre 1290.

Concessio beneficii. (Reg. 45, c. 490, f. 99 v°.)

Theoderico de Altena, preposito ecclesie Sancti Salvatoris Trajectensis, capellano nostro, indulget ut, praeter praeposituram suam in ecclesia Sancti Salvatoris Trajectensi ac praebendas in Leodiensi et Trajectensi ecclesiis, de quarum proventibus juxta personae suae statum et terrae consuetudinem commode sustentari non potest, unicum aliud beneficium recipere valeat.

« Apostolice sedis benignitas... — Dat. apud Urbemveterem, ii kalendas octobris, anno tertio. »

3525 Orvieto, 19 octobre 1290.

Mandat ut sororibus domus Sanctae Margharitae de Gratia de Costa Granarolii, prope Januam, adhuc nulli regulae adstrictis, ordo Sanctae Clarae concedatur. (Reg. 45, c. 491, f. 99 v°; Potth., 23438.)

.. patriarche Antiocheno, administratori ecclesie Januensis.

« Ex parte dilectarum... — Dat. apud Urbemveterem, xiiii kalendas novembris, anno tertio. »

3526 Orvieto, 13 septembre 1290.

De restitutione bonorum ecclesiae Ispalensis ab ecclesia Compostellana occupatorum. (Reg. 45, c. 492, f. 99 v°.)

.. decano Tudensis et .. archidiacono de Canto in Bracharensi ac Johanni Petri, canonico Legionensis ecclesiarum, de archiepiscopi Ispalensis et ecclesiae Compostellanae procuratorum assensu, mandat ut, ad civitatem Tudensem vocatis qui fuerint vocandi, de privilegiis, juribus, jurisdictionibus et limitibus dioecesis et provintiae quae Ispalensis ecclesia ante Sarracenorum dominium habebat, et quorum multa, durante praedicto dominio, ecclesia Compostellana occupavit, per libros antiquos, famam et alia quaeque admonicula, cum propter diuturnitatem temporis ex testibus notitia praemissorum haberi non possit, inquirant; praefixo partibus termino peremptorio quo per se vel per procuratores coram sede apostolica compareant, facturi et recepturi super praemissis quod justitia suadebit.

« Exhibita nobis venerabilis... — Dat. apud Urbemveterem, idibus septembris, anno tertio. »

3527-3530 Orvieto, 16 septembre 1290.

Henricus ecclesiae Clugiensi episcopus praeficitur. (Reg. 45, c. 493, f. 100 r°.)

Dilecto filio fratri Henrico, electo Clugiensi. Mortuo Ste-

phano, Clugiensi electo, capitulum ecclesiae quondam Percivallum, canonicum ecclesiae Modotiensis, Mediolanensis dioecesis, per viam compromissi episcopum concorditer elegit, quo electioni hujusmodi consentire nolente, in G., patriarcham Gradensem, compromittere curavit. Hic autem Leonardum, plebanum plebis Sancti Eustachii de Venetiis, Castellanae dioecesis, elegit; sed quibusdam canonicis Clugiensibus contra electionem illam appellantibus, et appellationis causa coram Petro, S. Eustachii diacono cardinali, partium auditori, pendente, Leonardus in manibus H., tituli Sanctae Sabinae presbyteri, et ejusdem Petri, cardinalium, omni juri sibi ex electione praedicta quaesito renuntiavit. Itaque papa Henricum, ordinem fratrum minorum professum, ecclesiae Clugiensi episcopum praeficit.

« Ex suscepte servitutis... — Dat. apud Urbemveterem, XVI kalendas octobris, anno tertio. »

In e. m. capitulo ecclesiae Clugiensis mandat ut praedicto electo debitam obedientiam praebeat.

In e. m. clero civitatis et dioecesis Clugiensis.

In e. m. populo civitatis et dioecesis Clugiensis.

3531 Orvieto, 27 septembre 1290.

Licentiam Petro de Parlagiis, militi Templi Jerosolimitani, ad S. Benedicti ordinem transeundi concedit. (Reg. 45, c. 494, f. 100 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Albiensi mandat ut, si ita viderit, inquisitione facta, Petro de Parlagiis, militi, ordinis militiae Templi Jerosolimitani, qui, cum in ordine suo ex certis causis absque conscientiae scrupulo remanere non posset, praedictum ordinem, non petita sui praelati licentia, reliquit et ad saeculum rediit, licentiam concedat transeundi ad S. Benedicti ordinem, non obstantibus quibuscumque privilegiis contrariis fratribus Templi ab apostolica sede concessis.

« Exposita nobis dilecti... — Dat. apud Urbemveterem, V kalendas octobris, anno tertio. »

3532 Orvieto, 15 octobre 1290.

Tabellionatus officium. (Reg. 45, c. 495, f. 100 r°.)

Symoni, episcopo Parisiensi, facultem dandi tabellionatus officium duabus personis concedit.

« Ex parte tua... — Dat. apud Urbemveterem, idibus octobris, anno tertio. »

3533 Orvieto, 13 septembre 1290.

Abbati monasterii Figiacensis potestatem exercendi censuram ecclesiasticam contra consules, burgenses et homines villae Figiacensis concedit. (Reg. 45, c. 496, f. 100 v°.)

.. *abbati monasterii Figiacensis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, Cluniacensis ordinis, Caturcensis diocesis.* « Habentes in desideriis... Sane petitio tua nobis exhibita continebat quod, licet in villa Figiacensi, que cum suo territorio prefato monasterio temporaliter subesse dinoscitur, ad abbatem Figiacensem pertineat omnimoda jurisdictio temporalis, consules tamen ac burgenses et homines ejusdem ville, de suis divitiis et potentia confidentes, se frequenter hactenus contra predecessores tuos ipsius monasterii abbates et dictum monasterium in superbia erexerunt, eorumdem abbatum et suorum officialium sententiis ac monitionibus salubribus et preceptis non curantes quanquam licitis obedire, immunitates et jura ipsius monasterii infringendo et indebite occupando, in eorum predecessorum et dicti monasterii prejudicium non modicum et gravamen. Quare nobis humiliter supplicasti ut providere super hoc indempnitati ejusdem monasterii misericorditer dignaremur. Nos itaque, presumptorum conatibus volentes congruis remediis obviare tueque per consequens providere quieti, ut in consules et burgenses ac homines ville prefate qui tuis aut successorum tuorum officialium sententiis, monitis et preceptis licitis parere contempserint, seu immunitates et jura dicti monasterii violaverint, vel ea indebite occupaverint, tu et successores tui possitis, previa ratione, monitione premissa, censuram ecclesiasticam libere exercere, vobis auctoritate presentium indulgemus. Nolumus autem quod per hoc venerabili fratri nostro .. episcopo Caturcensi ejusque successoribus aliquod prejuditium generetur, quominus in consules, burgenses et homines ipsius ville possit jurisdictionem ordinariam, prout ad eum spectat, de jure libere exercere. Nulli ergo, etc., nostre concessionis, etc. Dat. apud Urbemveterem, idibus septembris, anno tertio. »

3534-3536 Orvieto, 31 octobre 1290.

De liberatione marchionis Montis Ferrati in carcere ab Alexandriae civibus detenti. (Reg. 45, c. 497, f. 100 v°).

Dilectis filiis .. potestati, consilio et communi Alexandrie. Eos hortatur ut Guillelmum, marchionem Montis Ferrati, quem in carcere detinent, libertati restituant et .. episcopo Urbevetano, ad ipsos propter hoc a papa des-

tinato, assignent, qui eum ad ipsius marchionis terras ducat.

« Ad nostrum nuper... — Dat. apud Urbemveterem, II kalendas novembris, anno tertio. »

In e. m. .. episcopo Urbevetano mandat ut, ad Alexandriam personaliter se conferens, si potestas, consilium et commune Alexandriae mandatis apostolicae sedis obedire non curaverint, eos ad liberationem marchionis Montis Ferrati per censuram ecclesiasticam compellat, summarie, de plano, sine strepitu et figura judicii, appellatione reposita, processurus. Dat. ut supra.

In e. m. eidem mandat ut, si cives Alexandriae marchionem Montis Ferrati liberaverint, curet eis a marchione idoneas cautiones exhiberi quod hic, propter hujusmodi captionem et detentionem, nullam eis generaliter vel spetialiter lesionem, injuriam, molestiam vel offensam inferat.

« Ad liberationem dilecti... — Dat. ut supra. »

3537 Orvieto, 31 octobre 1290.

De eodem negotio. (Reg. 45, c. 498, f. 101 r°.)

Dilectis filiis .. potestati, consilio et communi Januensibus. Eos hortatur ut penes .. potestatem, consilium et commune Alexandriae precibus et exhortationibus insistant ut illi marchionem Montis Ferrati libertati restituant.

« Ad nostrum nuper... — Dat. ut supra. »

3538 Orvieto, 11 août 1290.

Concessio monasterii Sanctae Trinitatis prope Coram monasterio Sancti Angeli supra Nimpham confirmatur. (Reg. 45, c. 499, f. 101 r°.)

.. *abbati et conventui monasterii Sancti Angeli supra Nimpham, Florensis ordinis, Velletrensis diocesis.* « Cum a nobis petitur, etc., usque effectum. Sane petitio vestra nobis exhibita continebat quod venerabilis frater noster L., Ostiensis et Velletrensis episcopus, provide pensans quod monasterium Sancte Trinitatis prope Coram, Velletrensis diocesis, ab olim abbate et monachis destitutum, erat in spiritualibus et temporalibus omnino collapsum, et quod per fratres monasterii et ordinis vestri poterat comodius reformari, monasterium ipsum Sancte Trinitatis, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, capituli Velletrensis ad id accedente consensu et super hoc a nobis obtenta licentia speciali, vobis et monasterio vestro concessit, de fratribus vestri monasterii et ordinis reformandum, per quos in divinis officiis et alias in spiritualibus et temporalibus Deo ibidem laudabiliter serviatur; ita tamen quod idem monasterium Sancte Trinitatis subsit episcopo et ecclesie Velletrensi sicut cetera monasteria non exempta diocesanis episcopis sunt subjecta, hiis dumtaxat exceptis in quibus monasterium vestrum Sancti Angeli et vos per spetialia sedis apostolice privilegia esse constat exemptos; quodque, in signum subjectionis hujusmodi, persone in dicto monasterio Sancte Trinitatis degentes pro tempore per aliquem ex eis unum cereum quatuor librarum ponderis, annis singulis, in festo beati Clementis, teneantur offerre apud ecclesiam Velletrensem, prout in patentibus litteris inde confectis, ejusdem episcopi sigillo munitis, plenius dicitur contineri. Nos itaque, vestris supplicationibus inclinati, quod super hoc provide factum est ratum et gratum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus, etc., usque communimus. Nulli ergo, etc., nostre confirmationis, etc. Dat. apud Urbemveterem, III idus augusti, anno tertio. »

3539-3540 Orvieto, 25 octobre 1290.

Licentia ingrediendi monasteria. (Reg. 45, c. 500, f. 101 r°; Potth. 23443.)

Nobili mulieri Beatrici, relicte quondam Henrici comitis Luccemburgensis vidue, indulget ut monasteria Aureae Vallis, Vallis Sancti Lamberti, Alnensis, Camberonensis, de Hymorede et monialium Sanctae Clarae de Luccemburg, Cisterciensis et Sanctae Clarae ordinum, Treverensis, Leodiensis et Cameracensis dioecesium, et monialium Sanctae Clarae de Metis, cum quinque honestis matronis, bis in anno ingredi valeat.

« Gratificari volentes benignius... — Dat. apud Urbemveterem, VIII kalendas novembris, anno tertio. »

Orvieto, 25 octobre 1290.

In e. m. nobili mulieri Margaretae, domicellae, natae quondam Henrici, comitis de Luccemburg. Dat. apud Urbemveterem, VIII kalendas novembris, anno tertio.

3541 Orvieto, 23 octobre 1290.

Facultas utendi pileis in officiis celebrandis. (Reg. 45, c. 501, f. 101 r°.)

.. *abbati et conventui monasterii Sancte Trinitatis de Exaquio, ordinis S. Benedicti, Constantiensis diocesis*, facultatem concedit utendi pileis, ordini ipsorum con-

gruentibus, dum officiis divinis insistunt, ita tamen ut in lectione evangelica et elevatione corporis Christi et alias, prout decens fuerit, debita reverentia observetur.

« Ut Dei laudibus... — Dat. apud Urbemveterem, x kalendas novembris, anno tertio. »

3542 Orvieto, 23 octobre 1290.

Facultas redimendi decimas. (Reg. 45, c. 501², f. 101 v°.)

Eisdem facultatem concedit redimendi decimas de manibus laicorum in parrochiis alienis, rectorum ecclesiarum in quarum parrochiis decimae ipsae consistunt ac dioecesanorum earum ad id accedente consensu; praestita tamen prius idonea cautione de decimis illis restituendis ecclesiis quandocumque ipsis a rectoribus de redemptionis pretio satisfactum fuerit.

« Devotionis vestre precibus... — Dat. apud Urbemveterem, x kalendas novembris, anno tertio. »

3543 Orvieto, 3 octobre 1290.

Facultas recipiendi presbyteratum a quocumque antistite (Reg. 45, c. 501³, f. 101 v°.)

Jacobo, electo Signino, facultatem concedit recipiendi presbyteratus ordinem, statutis temporibus, a quocumque maluerit antistite, gratiam et communionem sanctae sedis habente.

« Ut apostolice sedis... — Dat. apud Urbemveterem, v nonas octobris, anno tertio. »

3544 Orvieto, 9 novembre 1290.

De divisione sex praebendarum in ecclesia Ambianensi. (Reg. 45, c. 502, f. 101 v°.)

.. *decano et capitulo ecclesie Ambianensis.* « Ad reprimenda litium... Sane petitio vestra nobis exhibita continebat quod venerabilis frater noster .. Ambianensis episcopus nobis olim suggerens quod, licet in Ambianensi ecclesia sit non modicus numerus prebendarum, pauci tamen ex canonicis prebendas in ipsa obtinentibus faciebant residentiam in eadem, nec sperabatur quod quidam ex hiis qui vacaturas prebendas in ipsa ecclesia expectabant, aut ex jam adeptis aliqui, qualitate personarum diligenter inspecta, facturi essent in ea residentiam personalem, petiit super hoc per sedem apostolicam provideri. Nos eidem dividendi auctoritate nostra sex prebendas nullis aliis de jure debitas, ad collationem ejusdem episcopi spectantes, si in ipsa ecclesia tunc vacarent, alioquin proximo vacaturas, ita quod prebende eedem sic divise in omnibus juribus, libertatibus, consuetudinibus et statutis ipsius ecclesie aliis prebendis integris pares existerent, et persone que assequerentur easdem integram de cotidianis distributionibus reciperent portionem, ac si majores prebendas in ipsa ecclesia obtinerent, plenam et liberam concessimus per nostras litteras facultatem. Cumque idem episcopus auctoritate dictarum litterarum procedere intenderet ad divisionem hujusmodi prebendarum, vos, attendentes ex divisione ipsa grave vobis prejudicium iminere, ab hujusmodi processu dicti episcopi ex causis variis ad sedem appellastis eandem, ac demum nobis humiliter supplicastis ut, cum indignum existat quod vestri, sine culpa, pretextu concessionis prefate, diminuantur redditus seu proventus, aut libertates vestre solite infringantur, providere vobis super hoc, ut hac occasione tollatur scandali materia et via litigiorum anfractibus precludatur, paterna diligentia curaremus. Nos igitur... auctoritate presentium declaramus quod, cum ipsa nostra concessio, que non exprimit de quibus bonis personis que prebendas divisas obtinuerint distributiones integre, sicut aliis canonicis integras prebendas habentibus, debeant ministrari, sortiri possit effectum debitum sine diminutione aut prejudicio juris vestri, si videlicet adeo excreverint ejusdem Ambianensis ecclesie facultates quod ad distributiones sufficiant supradictas, vel si prefatus episcopus, zelum forsan habens ad cultum divini nominis ampliandum, de bonis propriis distributiones easdem voluerit adaugere, intentionis nostre non extitit nec existit ut per concessionem eandem vobis, nisi ad hoc vester accedat assensus, aliquod prejudicium generetur, vel distributiones vestre solite quomodolibet minuantur. Nulli ergo, etc., nostre declarationis, etc. Dat. apud Urbemveterem, v idus novembris, anno tertio. »

3545-3570 Orvieto, 28 octobre 1290.

Facultas eligendi officiales in castro Montis Elperi. (Reg. 45, c. 503, f. 101 v°; Potth., 23444.)

Dilectis filiis consilio et communi castri Montis Elperi, Firmane diocesis, concedit ut potestates et alios officiales, qui facultatem habeant exercendi justitiam in criminalibus et civilibus, certis casibus exceptis, sibi eligere possint, sub annuo censu ecclesiae romanae solvendo.

« Sincere devotionis affectus... — Dat. apud Urbemveterem, v kalendas novembris, anno tertio. »

Orvieto, 29 octobre 1290.

In e. m. consilio et communi castri Montis Causarii, Firmanae dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, IIII kalendas novembris, anno tertio.

Orvieto, 29 octobre 1290.

In e. m. consilio et communi castri Montis Sancti Martini, Firmanae dioecesis. Dat. IIII kalendas novembris, anno tertio.

Orvieto, 5 novembre 1290.

In e. m. consilio et communi castri Sancti Genesii, Camerinensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, nonis novembris, anno tertio.

Orvieto, 5 novembre 1290.

In e. m. consilio et communi castri Maceratae, Firmanae et Camerinensis dioecesium. Dat. ut supra, nonis novembris, anno tertio.

In e. m. consilio et communi castri Montis Granarii, Firmanae dioecesis.

In e. m. consilio et communi castri Monticuli, Camerinensis dioecesis.

In e. m. consilio et communi castri Montis Luponis, Firmanae dioecesis.

In e. m. consilio et communi castri Ficcardi, Humanatis dioecesis.

Orvieto, 7 novembre 1290.

In e. m. consilio et communi castri Montis Rubiani, Firmanae dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, VII idus novembris, anno tertio.

Orvieto, 24 novembre 1290.

In e. m. consilio et communi castri Montis Sanctae Mariae in Lapide, Firmanae dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, VIII kalendas decembris, anno tertio.

In e. m. consilio et communi castri Amandulae, Firmanae dioecesis.

In e. m. consilio et communi Porclae, Aesculanae dioecesis.

Orvieto, 5 décembre 1290.

In e. m. consilio et communi castri Tolentini, Camerinensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, nonis decembris, anno tertio.

In e. m. consilio et communi castri Sancti Severini, Camerinensis dioecesis.

Orvieto, 9 décembre 1290.

In e. m. consilio et communi Montis Florum, Firmanae dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, V idus decembris, anno tertio.

Orvieto, 23 décembre 1290.

In e. m. consilio et communi castri Staffuli, Auximanae dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, X kalendas januarii, anno tertio.

Orvieto, 21 décembre 1290.

In e. m. consilio et communi civitatis Humanatis. Dat. apud Urbemveterem, XII kalendas januarii, anno tertio.

Orvieto, 2 janvier 1291.

In e. m. consilio et communi castri Furcis, Aesculanae dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, IIII nonas januarii, anno tertio.

In e. m. consilio et communi castri Murrivallium, Firmanae dioecesis.

Orvieto, 11 janvier 1291.

In e. m. consilio et communi castri Ripaetransonis, Firmanae dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, III idus januarii, anno tertio.

Orvieto, 16 janvier 1291.

In e. m. consilio et communi castri Ofidae, Firmanae dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, XVII kalendas februarii, anno tertio.

Orvieto, 23 janvier 1291.

In e. m. consilio et communi castri Sanctae Victoriae, Firmanae dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, X kalendas februarii, anno tertio.

Orvieto, 6 février 1291.

In e. m. consilio et communi castri Offaniae, Auximanae dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, VIII idus februarii, anno tertio.

In e. m. consilio et communi Civitatis novae, Firmanae dioecesis.

Orvieto, 31 janvier 1291.

In e. m. consilio et communi castri Arquatae, Aesculanae dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, II kalendas februarii, anno tertio.

3571-3572 Orvieto, 7 novembre 1290.

Dispense ad matrimonium. (Reg. [illegible], f. 504, f. 162 v°.)

Dilecto filio [illegible], [illegible] consilio [illegible] Napoleonis, [illegible]

in Christo filie Marie, nate quondam nobilis viri Ranaldi Mathei Rubei de Urbe. Cum eis dispensat ut, non obstante quarto consanguinitatis gradu quo conjuncti sunt, tamen, ad sedandas inter progenitores discordias, matrimonium contrahere valeant.

« Romani pontificis precellens... — Dat. apud Urbemveterem, VII idus novembris, anno tertio. »

In e. m. Ricardo, nato nobilis viri Fortibrachiae Jacobi Nepoleonis de filiis Ursi, et Egidiae, natae nobilis viri Nepoleonis Angeli Malambranchae, cancellarii Urbis.

3573 Orvieto, 9 novembre 1290.

Privilegium conservatori comitatus Venaysini concessum. (Reg. 45, c. 505, f. 102 v°).

Nicolaus, etc. Venerabilibus fratribus episcopis et dilectis filiis clericis et religiosis, nobilibus viris, baronibus, communitatibus quoque ac hominibus universis habitatoribus comitatus Venaysini, ad romanam ecclesiam pleno jure spectantis, salutem, etc. « Ut ex gratia... Vobis auctoritate presentium indulgemus ut venerabilis frater noster .. episcopus Carpentoratensis, seu quilibet alius conservator seu conservatores, super libertatibus, immunitatibus, indulgentiis et gratiis vobis ab eadem sede concessis deputatus seu deputati ab ea, aut etiam in posterum deputandi, ne commissa sibi executio in hiis que statum, personas ac bona vestra et etiam judeorum inibi habitantium contingunt quomodolibet valeat impediri, excommunicari, interdici aut suspendi non possint auctoritate litterarum sedis apostolice vel delegatorum aut conservatorum seu executorum ipsius quibuscumque personis concessarum, que plenam et expressam de indulto hujusmodi ac nominibus propriis eorumdem conservatorum vobis deputatorum vel deputandorum et comitatu Venaysino non fecerint mentionem... Dat. apud Urbemveterem, V idus novembris, anno tertio. »

3574-3575 Orvieto, 5 novembre 1290.

Privilegium jurisdictionis incolis comitatus Venaysini concessum. (Reg. 45, c. 505², f. 102 v°.)

Eisdem episcopis, etc. « Sicut ad nostrum pervenit auditum, nonnulli clerici et laici vos coram diversis judicibus per litteras apostolicas faciunt ad judicium evocari et fatigant plerumque laboribus et expensis, quanquam ordinarii vestri super causis ad eorum forum spectantibus, ac rector dicte terre per sedem apostolicam deputatus, super hiis que ad jurisdictionem suam pertinent, de vobis parati existant cuilibet conquerenti exhibere justitie complementum. Nos igitur quieti vestre, ne taliter impetamini, providere volentes, vobis auctoritate presentium indulgemus ut, quandiu coram dictis ordinariis et rectore ac suis officialibus parati fueritis, ut premittitur, stare juri, per hujusmodi litteras impetratas, quarum auctoritate nullus habitus est processus, et etiam impetrandas, que de presentibus non fecerint mentionem, super premissis molestari ab aliquibus nullatenus valeatis. Volumus etiam ut judei habitatores dicti comitatus quique in posterum ibidem perpetuum elegerint incolatum hujusmodi indulto gaudeant, sicut alii supradicti... Dat. apud Urbemveterem, nonis novembris, anno tertio. »

Orvieto, 6 novembre 1290.

In e. m... episcopo Carpentoratensi. « Intellecto dudum quod... Fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus eosdem episcopos, clericos, religiosos, nobiles, barones, communitates ac homines et etiam judeos non permittas per te vel alium seu alios contra indulti nostri tenorem ab aliquibus molestari. Dat. apud Urbemveterem, VIII idus novembris, anno tertio. »

3576 Orvieto, 15 octobre 1290.

Facultas conferendi beneficia ecclesiastica. (Reg. 45, c. 506, f. 102 v°.)

Venerabili fratri Guillelmo, arciepiscopo Viennensi, facultatem concedit conferendi beneficia ecclesiastica, ad collationem per praesentationem aliquorum exemptorum non pertinentia, quae in Viennensi civitate vel dioecesi tanto tempore jam vacarunt quod ipsorum collatio ad sedem apostolicam devoluta est, singula videlicet singulis personis idoneis, et inducendi personas in eorum corporalem possessionem.

« Tue merita sinceritatis... — Dat. apud Urbemveterem, idibus octobris, anno tertio. »

3577 Orvieto, 19 octobre 1290.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum ecclesiasticorum et remissio fructuum illicite perceptorum. (Reg. 45, c. 507, f. 102 r°.)

Ottoni, diacono, canonico Magdeburgensi. « Meritis laudabilis conversationis... Exhibita siquidem nobis tua petitio continebat quod tu olim, qui canonicatum et

prebendam Magdeburgensis ecclesie, ac ecclesiam de Brezna, Brandeburgensis diocesis, curam animarum habentem, canonice assecutus fueris ante generale concilium Lugdunense novissime celebratum, post idem concilium, de Wodenswege et de Urekelene ecclesias, Magdeburgensis et Halberstadensis diocesium, curam animarum habentes, recepisti, nec infra annum, juxta tenorem constitutionis in eodem concilio super hoc edite, te fecisti in presbyterum promoveri, easque contra constitutionem hujusmodi continue tenuisti et percepisti fructus nichilominus ex eisdem... Nos itaque... dilectorum filiorum nobilium virorum .. ducis Saxonie ac .. marchionis Brandeburgensis, pro te nobis humiliter supplicantium, et tuis devotis supplicationibus inclinati, tibi ut canonicatum et prebendam ac ecclesiam de Brezna predictos, cum fructibus medio tempore ex eisdem ecclesiis minus licite perceptis, quos tibi remittimus de gratia spetiali, possis licite retinere; ita tamen quod aliquam quantitatem predictorum fructuum a te, ut predicitur, illicite perceptorum, juxta arbitrium boni viri, in earumdem ecclesiarum utilitatem perpetuam convertere, et dictas de Wodenswege et de Urekelene ecclesias omnino dimittere, teque facere infra annum promoveri in presbyterum tenearis; tibi auctoritate presentium indulgemus... Dat. apud Urbemveterem, XIIII kalendas novembris, anno tertio. »

3578 Orvieto, 1er novembre 1290.

Constitutionem Alexandri et Clementis IIII contra eos qui apostatas ordinis minorum detinent eisque favent confirmat atque iterat. (Reg. 45, c. 508, f. 103 r°; Potth., 23449.)

Nicolaus, etc. Venerabilibus fratribus universis archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis abbatibus, prioribus, archipresbyteris, decanis, archidiaconis, plebanis et aliis ecclesiarum prelatis et rectoribus, ad quos littere iste pervenerint, salutem, etc.

« Cum sic ex... — Dat. apud Urbemveterem, kalendis novembris, anno tertio. »

3579 Orvieto, 9 novembre 1290.

Confirmatio litterarum quibus Clemens papa IIII declaravit fratres praedicatores in temporalibus bonis succedere posse. (Reg. 45, c. 509, f. 103 r°; Potth., 23457.)

.. *magistro et fratribus ordinis predicatorum.*

« Cum olim ex... — Dat. apud Urbemveterem, v idus novembris, anno tertio. »

3580 Orvieto, 7 octobre 1290.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 45, c. 509², f. 103 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Colimbriensi committit, ad instantiam .. regis Portugalliae, ut cum Petro Martini, scolare Colimbriensis dioecesis, dispenset ut, non obstante defectu natalium quem patitur, e presbytero genitus et soluta, ad omnes ordines promoveri et ecclesiasticum beneficium obtinere valeat.

« Ex parte carissimi... — Dat. apud Urbemveterem, nonis octobris, anno tertio. ».

3581 Orvieto, 5 novembre 1290.

Potestas, consilium, commune et quidam alii cives castri Sancti Geminiani coram sede apostolica citantur. (Reg. 45, c. 510, f. 103 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Florentino. « Clamor validus et insinuatio luctuosa dilectorum filiorum .. prepositi et capituli plebis ac cleri castri Sancti Geminiani, Vulterane diocesis, nuper ad apostolice sedis audientiam pertulerunt quod tam Nepo, potestas que nunc est, quam nonnulli alii qui precesserunt eundem, necnon consilium et commune ipsius castri... capitulum et clerum predictos... contumeliosis injuriis et gravibus jacturis afficere, turbare molestiis ac offensis impetere presumpserunt, usque adeo persequentes eosdem quod ipsi tantorum malorum perferre discrimina nequeuntes... castrum predictum deserere sunt coacti. Nam, ut ipsius N., potestatis, et aliorum precedentium predictorum necnon et eorumdem consilii et communis actus et opera detestanda seriosius exprimantur, iidem personas octo de predicto communi, quarum alique in illis partibus de crimine pravitatis heretice sunt, prout asseritur, publice diffamate, diversis sub personarum diversitate temporibus elegisse ac deputasse noscuntur, ad prepositi, capituli et cleri multiplicanda gravamina predictorum. Sicque memorate persone ... ordinarunt ut cum defunctorum corporibus apud ecclesias tumulandis nulla luminaria deferantur; et quod etiam clerici dicti castri de hiis que ipsos vendere aut emere fortasse contigerit cabellam ut laici solvere teneantur. Et si quis clericorum ipsorum de aliquo ex eodem communi querelam duxerit deponendam, ei justitia penitus denegetur. Qui vero quemquam ex prefato communi quacumque causa citari fecerit, quique citationis hujusmodi confecerit instrumentum, pene gravis inflictione mulctentur. Potestas preterea et persone predicti statuisse dicuntur ut nullus de prefato

communi decimas eisdem preposito, capitulo et clero debitas eis quoquo modo persolvat. Quodque nullus de dicto communi, si fortassis artificis exequatur officium, alicui de clero predicto comodum aliquod de studio vel exercitio artis sue quomodolibet exhibere presumat. Universitas insuper dicti castri... ad prefatam plebem sumptis armis animisque furentibus hostiliter accedentes, canonicorum plebis ejusdem domos nequiter collidendo lapidibus, fractis portis plebis ipsius et clavibus hostii campanilis ac sacristie predicte plebis de clericorum manibus violenter ereptis, campanile ac sacristiam predicta detinent temere occupata, campanas campanilis ejusdem generalis interdicti tempore ad omnes horas pulsari canonicas, non sine multo contemptu clavium, facientes, ac etiam ipsius tempore interdicti per quosdam clericos in eadem plebe non institutos canonice celebrari vel verius prophanari divina et exhiberi prohibita etiam ecclesiastica sacramenta, excommunicatos et interdictos quoslibet ad ea nichilominus admittendo. Statuerunt insuper ut nullus laboratorum vel agricolarum ejusdem castri terras vel vineas ecclesiarum consistentium in eodem excolere seu domos conducere vel inhabitare presumat; quodque nemo ejusdem castri cum ipsius clericis in sacerdotio constitutis audeat habere colloquium, vel ad ecclesias eorum accedere, vel ipsis favorem aliquem impertiri, aut cujusvis impendere humanitatis obsequium, etiam humanis rebus exemptis, quinimmo illis denegetur omnino beneficium ecclesiastice sepulture. Compellunt quoque coram se in judicio clericos respondere, qui, si forte id efficere renuant, illico capiuntur carceralibus vinculis mancipandi. Aliaque plurima detestanda et horribilia contra prepositum, capitulum et clerum predictos, et hujusmodi negotium et circumstantias ejus tangentia statuere, ordinare et committere non verentur... Quare prepositi, capituli et cleri predictorum supplex a nobis instantia flagitabat ut super tantis et tam gravibus ipsorum periculis, que tractu temporis augmentantur, dignaremur de apostolice sedis clementia misericorditer providere... Fraternitati tue per apostolica scripta in virtute obedientie districte precipiendo mandamus quatinus potestatem necnon consilium et commune prefatos, ac Bertum Fortioris et Thomasium Salvutii, milites, Cachiaguerram, judicem, Chiardum Tudini, phisicum, Comitem Riccardini, Junctam Paganelli, Chelaum Accolti et Abductium Guidi, laicos ejusdem castri, quorum aliqui fuerunt hactenus, aliqui vero sunt ad presens de octo personis predictis, ex parte nostra, per te vel per alium seu alios, sublato cujuslibet more dispendio, peremptorie citare procures ut, infra quindecim dies post citationem hujusmodi, potestas et milites ac laici supradicti personaliter, prefati vero consilium et commune per syndicum vel per procuratorem ydoneum ad hoc specialiter constitutum, compareant coram nobis, nostris super premissis beneplacitis et mandatis humiliter et efficaciter parituri. Aperte predicturus eisdem quod, si comparere neglexerint in eodem termino coram nobis, nos, ad ipsorum conterendam superbiam et malitiam conculcandam, contra eos et terram ipsorum ad alias spirituales et temporales penas, de quibus expedire videbimus, procedemus. Nichilominus adversus eos et terram ipsam invocando brachii secularis auxilium, ac etiam civitates et loca eidem terre vicina, prout et quando expediens fore putabimus, generaliter convocando. Diem vero citationis... Dat. apud Urbemveterem, nonis novembris, anno tertio. »

3582 Orvieto, 31 octobre 1290.

Licentia monasterio Sancti Pauli de Urbe concessa alienandi quasdam possessiones. (Reg. 45, c. 511, f. 104 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Esino committit ut, si expediens viderit, inquisitione facta, .. abbati et conventui monasterii Sancti Pauli de Urbe licentiam largiatur mutandi quasdam possessiones, quarum aliquae commixtae, aliae vero vicinae sunt quibusdam possessionibus ecclesiae Sancti Eustachii de Urbe ac nonnullarum personarum ecclesiasticarum ac civilium.

« Exposuerunt nobis dilecti... — Dat. apud Urbemveterem, II kalendas novembris, anno tertio. »

3583 Orvieto, 11 octobre 1290.

Contra eos qui, fratres Templi, Hospitalis aut aliorum domorum Dei et hospitalium se false dicentes, eleemosynas et alia quaerunt. (Reg. 45, c. 512, f. 104 r°.)

Venerabili fratri archiepiscopo Maguntino et ejus suffraganeis. « Pervenit ad audientiam nostram quod nonnulli iniquitatis filii, se fratres militie Templi, Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani et aliorum diversorum ordinum domorum Dei et hospitalium asserentes, per diversas mundi provintias, dictorum ordinum, domorum et hospitalium nomine, elemosinas, legata et maleablata, incerta et que alias ratione predicationis crucis offerri contingit, in Terre Sancte subsidium convertenda, petere, colligere ac in proprios usus convertere dampnabili temeritate presumunt, in sue salutis dispendium, fidelium scandalum et grave preju-

dicium dicte terre. Nolentes igitur tante presumptionis excessus equanimiter tolerare, universitati vestre per apostolica scripta in virtute obedientie districte precipiendo mandamus quatinus quilibet vestrum, in civitatibus, diocesibus et locis vobis subjectis, questores seu fratres hujusmodi ad colligendum elemosinas, legata, maleablata et alia predicta nullatenus admittatis neque permittatis a subditis vestris admitti, nisi prius hujusmodi prohibitionem nostram mandatum super hoc ab eadem sede ipsos fratres habere contingeret speciale. Illos quoque questores quos contra hujusmodi prohibitionem nostram secus attemptasse forsitan inveneritis capere ac sub fida custodia tenere curetis... Per hoc autem fratres militie Templi, Hospitalis Sancti Johannis et domorum ac hospitalium predictorum a questu licito nolumus prohiberi. Dat. apud Urbemveterem, v idus octobris, anno tertio. »

3584-3590 Orvieto, 4 novembre 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 513, f. 104 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et xl dierum omnibus vere poenitentibus et confessis concedit qui ad ecclesiam sancti Honorati Parisiensem, in qua, singulis annis festum S. Nicolai confessoris et beatae Katerinae virginis et martyris solempniter celebratur, in singulis sancti Nicolai et beatae Catherinae festivitatibus ac per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes devote accesserint.

« Sanctorum sunt festa... — Dat. apud Urbemveterem, ii nonas novembris, anno tertio. »

Orvieto, 23 octobre 1290.

In e. m. Universis, etc. Eamdem indulgentiam concedit eis qui ecclesiam Beatae Mariae de Campillone, in villa Cayvani, Aversanae dioecesis, visitaverint.

« Vite perennis gloria... — Dat. x kalendas novembris, anno tertio. »

Orvieto, 23 octobre 1290.

In e. m., pro ecclesia de Bariaco, Mimatensis dioecesis.

« Vite perennis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, x kalendas novembris, anno tertio. »

In e. m., pro ecclesia plebis de Colle, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinenti, Vulteranae dioecesis. Dat. ut supra.

Orvieto, 3 novembre 1290.

In e. m., pro ecclesia Beatae Mariae de Torrellis, Caesaragustanae dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, iii nonas novembris, anno tertio.

Orvieto, 18 octobre 1290.

In e. m., pro ecclesia fratrum minorum Montis Polliciani, Aretinae dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, xv kalendas novembris, anno tertio.

Orvieto, 23 octobre 1290.

In e. m., pro ecclesia fratrum minorum Aretina. Dat. apud Urbemveterem, x kalendas novembris, anno tertio.

3591-3593 Orvieto, 12 octobre 1290.

Administratio monasterii Sancti Antimi de Monteelcino episcopo Senensi committitur. (Reg. 45, c. 514, f. 104 v°.)

Venerabili fratri Raynaldo, episcopo Senensi, committit curam et administrationem spiritualem et temporalem, usque ad apostolicae sedis beneplacitum, monasterii Sancti Antimi de Monteelcino, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, Clusinae dioecesis, quod per malitiosam rectorum suorum incuriam in temporalibus et spiritualibus non modice collapsum est, ad ejus statum reformandum ac recuperanda castra et alia bona, possessiones et jura ejus, quorum aliqua a communi Senensi, aliqua vero a nonnullis Senensibus civibus et personis aliis occupata detinentur.

« Fama laudabilis tue... — Dat. apud Urbemveterem, iiii idus octobris, anno tertio. »

In e. m. .. priori et conventui monasterii praedicti mandat ut eidem administratori obedire studeant.

In e. m. .. episcopo Massano, .. archidiacono Senensi et .. plebano plebis de Murlo, Senensis dioecesis, mandat ut eidem administratori de omnibus redditibus, fructibus, proventibus, juribus et obventionibus ejusdem monasterii, provisione congrua ex eis illius personis assignata, integre responderi faciant.

3594 Orvieto, 13 novembre 1290.

Dispensatio procurationum et subsidiorum. (Reg. 45, c. 515, f. 104 v°; Potth., 23462.)

.. custodi et fratribus hospitalis leprosorum Sancti Lazari de Valencellis, ordinis fratrum minorum, Spoletane diocesis

« Paupertati vestre quam... — Dat. apud Urbemveterem, idibus novembris, anno tertio. »

3595 Orvieto, 9 novembre 1290.

De consecratione Clugiensis episcopi. (Reg. 45, c. 516, f. 104 v°; Potth., 23458.)

Venerabili fratri .. patriarche Gradensi mandat ut Henricum, Clugiensem electum, consecret.

« Nuper de dilecto... — Dat. apud Urbemveterem, v idus novembris, anno tertio. »

3596 Orvieto, 2 novembre 1290.

Tabellionatus officium. (Reg. 45, c. 517, f. 104 v°.)

Jacobo, episcopo Virdunensi, facultatem concedit conferendi tabellionatus officium uni personae idoneae.

« Ex parte tua... — Dat. apud Urbemveterem, IIII nonas novembris, anno tertio. »

3597 Orvieto, 2 novembre 1290.

Facultas celebrandi missam ante lucem. (Reg. 45, c. 517², f. 105 r°.)

Eidem indulget ut missam antequam illucescat dies licite celebrare ac per capellanum suum facere celebrari possit. Proviso ut parce hujusmodi concessione utatur.

« Devotionis tue precibus... — Dat. ut supra. »

3598 Orvieto, 5 septembre 1290.

Quidam archidiaconi et canonici Oscenses coram sede apostolica citantur. (Reg. 45, c. 518, f. 105 r°.)

.. decano ecclesie Tutelane, Tyrasonensis diocesis. « Sua nobis venerabilis frater noster Ademarus, episcopus Oscensis, petitione monstravit quod, cum ipse dudum magistrum Berengarium de Quadraginta, canonicum Oscensem, vicarium et procuratorem suum, cum apostolicis litteris super sua provisione ac vicariatus sibi commissi litteris confectis, ad Oscensem ecclesiam destinasset, Guillelmus Carbonel de Anson et Arnaldus de Rosaniis de Serra Valle, archidiaconi, Egidius Petri Grimonis, Dominicus Petri de Barerya, Bernardus dictus Oriol, Petrus Eximini de Ayerbe et Palazinus de los Cuendes, canonici Oscenses, non attendentes quod nuntius et vicarius ipse personam domini presentabat et vice ipsius episcopi erat multipliciter honorandus, non ut devotionis sed ut iniquitatis et perditionis filii, associata sibi multitudine clericorum et laicorum, in eundem vicarium nequiter irruerunt et ipsum, non absque injectione manuum in eum, Dei timore postposito, temere violenta, ausu sacrilego capientes et per capillos trahentes ipsum per terram et ignominiose tractantes, ablatis ei predictis litteris, ipsum carceri manciparunt, in apostolice sedis injuriam et contemptum, ac prefati episcopi prejudicium non modicum, ignominiam et jacturam. Ne igitur tantus excessus remaneat impunitus, discretioni tue, de utriusque partis procuratorum assensu, per apostolica scripta mandamus quatinus, inquisita super premissis summarie, de plano et absque strepitu judicii, diligentius veritate, si per famam aut indaginem non solennem rem inveneris ita esse, Guillelmum et Arnaldum archidiaconos, Dominicum et Bernardum prefatos, per te vel alium aut alios, ex parte nostra peremptorie citare procures, ut infra duorum mensium spatium post citationem tuam compareant personaliter coram nobis... Dat. apud Urbemveterem, nonis septembris, anno tertio. »

3599 Orvieto, 7 octobre 1290.

Collatio ecclesiasticorum beneficiorum in ecclesia Tirasonensi. (Reg. 45, c. 519, f. 105 r°.)

Venerabili fratri .. Petro, episcopo Tirasonensi. Licet Johannes papa XXI^us^ decanatum ecclesiae Tirasonensis aliaque beneficia quae quondam Raymundus de Peralta, olim capellanus papae, apud sedem apostolicam decessus, habuit, apostolicae reservationi reservasset, quidam tamen praedecessores Petri, episcopi Tirasonenses, decanatum ipsum et quaedam alia beneficia ecclesiastica vacantia per ejusdem capellani obitum in civitate et dioecesi Tirasonensi, prout alias spectabat ad ipsos, ignorantes reservationem hujusmodi, certis personis contulerunt, quae ea praetextu collationis hujusmodi detinent, nulla super hoc postmodum a sede apostolica dispensatione obtenta. Quare Nicolaus papa IIII^us^ praedicto Petro mandat ut, si, vocatis qui vocandi fuerint, ei constiterit de praemissis, collatione hujusmodi nequaquam obstante, decanatum et beneficia praedicta sic per praedecessores eosdem collata, amotis prius, prout justum fuerit, quibuslibet illicitis detentoribus ab eisdem, personis quibus illa, ut praedicitur, taliter collata fuerunt, dummodo sint idoneae aliudque canonicum non obsistat, sive aliis personis idoneis, singula singulis, conferat et assignet, ipsasque in illorum corporalem possessionem inducat.

« Exhibita nobis tua... — Dat. apud Urbemveterem, nonis octobris, anno tertio. »

3600 Orvieto, 7 octobre 1290.

De contentione inter Majus monasterium Turonense et episcopum Lincolniensem. (Reg. 45, c. 520, f. 105 r°.)

.. *abbati monasterii de Sancto Albano et .. priori Sancti Andree de Norhanton, Lincolniensis diocesis.* « Dilecti filii .. abbas et conventus Majoris monasterii Turonensis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, sua nobis petitione monstrarunt quod Symon de Beda, monachus dicti monasterii, prior prioratus de Neuport Peynel, Lincolniensis diocesis, dicto monasterio immediate subjecti, et in quo .. abbas ipsius monasterii priorem instituit et destituit, ponit et exinde ammovet pro sue libito voluntatis, non atendens quod prefatum monasterium, cum omnibus prioratibus et membris suis eorumque bonis, a jurisdictione quorumlibet ordinariorum per spetialia privilegia sedis apostolice est exemptum, et ad predictam ecclesiam nullo pertinet mediante, venerabilem fratrem nostrum .. episcopum Lincolniensem in eodem prioratu temere ad visitandum admisit, dictusque episcopus in monachos dicti prioratus, quia ipsum, prout nec debebant, ad visitandum admittere denegarunt, temeritate propria, de facto excommunicationis sententiam promulgavit, in ejusdem sedis contemptum et eorumdem abbatis et conventus et dicti monasterii prejudicium et gravamen ; propter quod abbas et conventus prefati, quam cito id ad eorum pervenit notitiam, ad sedem appellarunt eandem... Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus, partibus convocatis, audiatis causam et eam infra sex mensium spatium post receptionem presentium, judicio, vel, si de partium ipsarum voluntate processerit, terminare concordia procuretis, facientes quod decreveritis auctoritate nostra firmiter observari. Alioquin vos ex tunc causam ipsam instructam vel non instructam remittatis ad ejusdem sedis examen; prefixo partibus termino peremptorio competenti, quo per se vel per procuratores ydoneos, cum omnibus actis, juribus et munimentis suis dictam causam contingentibus, apostolico se conspectui representent, facture et recepture super hoc quod ordo dictaverit rationis... Dat. apud Urbemveterem, nonis octobris, anno tertio. »

3601-3614 Orvieto, 13 novembre 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 521, f. 105 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam concedit unius anni et xl dierum omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam Sancti Nichasii de Meisnillo, Noviomensis dioecesis, certis festivitatibus visitaverint.

« Vite perennis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, idibus novembris, anno tertio. »

In e. m., pro ecclesia Sancti Nigelli (1), Noviomensis dioecesis.

In e. m., pro ecclesia Beatae Mariae Magdalenae de Mollimonte, Noviomensis dioecesis.

In e. m., pro capella hospitalis Sancti Johannis Baptistae de Foilliaco, Ambianensis dioecesis.

Orvieto, 2 novembre 1290.

In e. m., pro ecclesia fratrum minorum Anagnina, in honorem beati Blasii martyris constructa. Dat. ut supra, iiii nonas novembris, anno tertio (Potth., 23450).

Orvieto, 13 novembre 1290.

In e. m., pro ecclesia Sancti Benedicti de Fabriano, ordinis S. Benedicti heremi Montis Favi, Camerinensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, idibus novembris, anno tertio.

Orvieto, 8 novembre 1290.

In e. m., pro ecclesia Sancti Faustini Viterbiensi. Dat. apud Urbemveterem, vi idus novembris, anno tertio.

In e. m., pro ecclesia Sancti Lucae Viterbiensi.

Orvieto, 23 octobre 1290.

In e. m., pro ecclesia monasterii Sancti Francisci Naulensis, ordinis S. Benedicti.

« Gloriosus Deus in... — Dat. ut supra, x kalendas novembris, anno tertio. » (*En marge.*)

Orvieto, 20 novembre 1290.

In e. m., pro ecclesia Beatae Mariae Suessionensis.

« Vite perennis gloria... — Dat. xii kalendas decembris, anno tertio. » (*Ibid.*)

Orvieto, 18 octobre 1290.

In e. m., pro ecclesia fratrum minorum castri Plebis, Clusinae dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, xv kalendas novembris, anno tertio. (*Ibid.;* Potth. 23437.)

Orvieto, 8 novembre 1290.

In e. m., pro ecclesia Sancti Juliani de Aziliano, Narbonensis dioecesis. Dat. vi idus novembris, anno tertio. (*Ibid.*)

(1) Mss. *Nigella.*

Orvieto, 5 novembre 1290.

In e. m., pro ecclesia Sancti Maymbodi de Monte Belingardo, Bisuntinae dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, nonis novembris, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 21 octobre 1290.

In e. m., pro ecclesia Sancti Bartholomaei de Cotrosso, Lucanae dioecesis.

« Splendor paterne glorie... — Dat. apud Urbemveterem, XII kalendas novembris, anno tertio. »

3615 Orvieto, 7 novembre 1290.

De administratione Melfitensis ecclesiae. (Reg. 45, c. 522, f. 106 r°.)

Venerabili fratri B., episcopo Penestrino, apostolice sedis legato. « Habet assertio dilectorum filiorum Francisci Magistri Kalo de Baro et Benedicti Angeli, canonicorum ecclesie Melfitensis, quod venerabilis frater noster R., Sancte Severine arciepiscopus, cui administrationem ipsius ecclesie in spiritualibus et temporalibus diceris commisisse, in exequendo dicte administrationis officio negligens et remissus existens, super procurandis et excolendis possessionibus, vineis, olivetis et aliis bonis ecclesie supradicte nullam per se vel per alium curam vel sollicitudinem studuit adhibere, propter quod ecclesia ipsa non modicum incurrisse dinoscitur detrimentum. Preterea in eadem ecclesia, licet canonicorum numerus in ipsa sufficiens haberetur nec facultates excrevissent illius, undecim tamen canonicos uno die instituit, non sine prejudicio ecclesie prelibate. Alia quoque committere dicitur que redundare noscuntur in ejusdem ecclesie dispendium et gravamen. Quia igitur talia, si veritatis amminiculo foveantur, non sunt aliquatenus toleranda, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus super premissis, sine strepitu et figura judicii, diligenter inquiras, et si ea inveneris veritate subnixa, prefatum archiepiscopum, sublato cujuslibet difficultatis obstaculo, ab amministratione amoveas supradicta, revocando in irritum quicquid per eundem archiepiscopum vel ejus vicarium in prejudicium ejusdem ecclesie inveniri contigerit attemptatum. Contradictores auctoritate nostra, appellatione postposita, compescendo. Dat. apud Urbemveterem, VII idus novembris, anno tertio. »

3616 Orvieto, 15 octobre 1290.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 45, c. 523, f. 106 r°.)

Magistro Bertaldo de Sancto Dyonisio, cancellario ecclesie Parisiensis. « Apostolice sedis benignitas... Quod preter cancellariam tuam ecclesie Parisiensis, que, sicut dicitur, non personatus seu dignitas, sed potius officium in ipsa ecclesia reputatur, unicum aliud beneficium ecclesiasticum, etiam si sit personatus vel dignitas et curam habeat animarum, licite recipere, si tibi canonice offeratur, et cum predicta cancellaria retinere libere valeas, constitutione generalis concilii et alia qualibet contraria non obstante, auctoritate presentium indulgemus. Proviso quod cancellaria ipsa, beneficium, personatus vel dignitas debitis non fraudetur obsequiis et animarum cura in eis quibus illa imminet nullatenus negligatur; tuque ipsius cancellarie officium per temetipsum exerceas, ut teneris. Nulli ergo, etc., nostre concessionis, etc. Dat. apud Urbemveterem, idibus octobris, anno tertio. »

3617 Orvieto, 28 octobre 1290.

Licentia celebrandi divina officia tempore generalis interdicti. (Reg. 45, c. 524, f. 106 r°.)

.. *preposito et capitulo ecclesie Sancti Adriani de Trigaudio, Januensis diocesis.*

« Devotionis vestre precibus... — Dat. apud Urbemveterem, V kalendas novembris, anno tertio. »

3618 Orvieto, 3 octobre 1290.

De consecratione Signini episcopi. (Reg. 45, c. 525, f. 106 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Anagnino mandat ut, sibi accitis duobus vel tribus episcopis aliis, Jacobo, diacono, Signino electo, cum ad presbyteratum ordinatus fuerit, munus consecrationis impendat.

« Cum nuper electionem... — Dat. apud Urbemveterem, V nonas octobris, anno tertio. »

3619-3646 Orvieto, 13 novembre 1290.

Tabellionatus officium. (Reg. 45, c. 526, f. 106 r°.)

Dilecto filio Petro Orlandini de Monte Lupo, laico, Florentine diocesis, tabellionatus concedit officium, ad quod per Matthaeum, protonobilissimum cantorem ecclesiae

Carnotensis, et Raynerium de Casulis, canonicum Vulteranum, capellanos papae, idoneus est repertus.

« Ne contractuum memoria... — Dat. apud Urbemveterem, idibus novembris, anno tertio. »

In e. m. Stephano dicto Letur de Montebarris, clerico in minoribus ordinibus constituto, Senonensis dioecesis.

In e. m. Johanni Arnaldi dicto Grillo, clerico Lemovicensi, in minoribus ordinibus constituto.

In e. m. Milliacio de Querciola, laico, Florentinae dioecesis.

In e. m. Lapo Recuperi, civi Florentino.

In e. m. Roberto Maurelli de Traynhaco, clerico in minoribus ordinibus constituto, Lemovicensis dioecesis.

In e. m. Johanni Choygner de Sancto Maxentio, clerico in minoribus ordinibus constituto, Pictavensis dioecesis.

In e. m. Aldello Riconeri de Sancto Geminiano, laico, Vulteranae dioecesis.

In e. m. Visinetto Francisci, civi Foroliviensi.

In e. m. Benvenuto Oliverii de Sexto, laico, Florentinae dioecesis.

In e. m. Philippo de Sancto Romano, clerico in minoribus ordinibus constituto, Petragoricensis dioecesis.

In e. m. Benedicto Constantii, clerico Aversano, in minoribus ordinibus constituto. (*En marge.*)

In e. m. Donadeo magistri Johannis Cardarelli, civi Narniensi. (*Ibid.*)

Orvieto, 16 novembre 1290.

In e. m. Jacobo Oddonis de Rocca de Butte, militis, clerico in minoribus ordinibus constituto, Marsicanae dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, XVI kalendas decembris, anno tertio. (*Ibid.*)

In e. m. Thomasino quondam Petrizoli Armanini, civi Bononiensi. (*Ibid.*)

Orvieto, 13 novembre 1290.

In e. m. Nicolao Lucae de Guarcino, clerico in minoribus ordinibus constituto, Alatrinae dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, idibus novembris, anno tertio. (*Ibid.*)

In e. m. Stephano Maurini, clerico Tholosano, in minoribus ordinibus constituto. (*Ibid.*)

Orvieto, 13 janvier 1291.

In e. m. Guidoni de Vervenia, clerico Novariensi, in minoribus ordinibus constituto. Dat. apud Urbemveterem, idibus januarii, anno tertio. (*Ibid.*)

In e. m. Petro de Horeco, clerico in minoribus ordinibus constituto, Leodiensis dioecesis. (*Ibid.*)

In e. m. Johanni Petri magistri Jacobi, clerico Verulano, in minoribus ordinibus constituto. (*Ibid.*)

In e. m. Hominidei Leonis Johannis de Guarcino, clerico in minoribus ordinibus constituto, Alatrinae dioecesis. (*Ibid.*)

In e. m. Petro Amelheti dicto de Pinu, clerico Lemovicensi, in minoribus ordinibus constituto. (*Ibid.*)

In e. m. Gaufrido Enguelor dicto Galop, clerico in minoribus ordinibus constituto, Dolensis dioecesis. (*Ibid.*)

Orvieto, 5 janvier 1291.

In e. m. Raymundo de Luxat, clerico in minoribus ordinibus constituto, Xantonensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, nonis januarii, anno tertio. (*Ibid.*)

In e. m. Iterio Seguini, clerico in minoribus ordinibus constituto, Petragoricensis dioecesis. (*Ibid.*)

Orvieto, 15 janvier 1291.

In e. m. Johanni dicto de Fignies, clerico Cameracensi, in minoribus ordinibus constituto. Dat. apud Urbemveterem, XVIII kalendas februarii, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 13 janvier 1291.

In e. m. Thomasio dicto de Puteolo, civi Aversano. Dat. apud Urbemveterem, idibus januarii, anno tertio. (*Ibid.*)

In e. m. Bonohomini Bonihominis, clerico Verulano, in minoribus ordinibus constituto. (*Ibid.*)

3647-3648 Orvieto, 8 novembre 1290.

De ordinibus et consecrationis munere episcopo Anagnino conferendis. (Reg. 45, c. 527, f. 106 v°.)

Leonardo, electo Alatrino, facultatem concedit recipiendi diaconatus et presbyteratus ordines statutis temporibus a quocumque maluerit episcopo.

« Ne occasione prolixioris... — Dat. apud Urbemveterem, VI idus novembris, anno tertio. »

In e. m. .. episcopo Anagnino mandat ut, postquam praedictus Leonardus diaconatus et presbyteratus receperit ordines, ei requirenti munus consecrationis impendat.

3649 Orvieto, 11 novembre 1290.

Translatio Rogeri, Strugulensis episcopi, ad Rapollanam ecclesiam. (Reg. 45, c. 528, f. 106 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Penestrino, apostolice sedis legato, mandat ut, consideratis postulati meritis et postulationis processu, si ita expedire viderit, Rogerum, Stru-

gulensem episcopum, a vinculo quo Strugulensi ecclesiae tenetur absolvens, ei licentiam concedat ad Rapollanam ecclesiam transeundi, cujus archidiaconus et capitulum, mortuo Rogero, quondam Rapollano episcopo, eum per viam scrutinii episcopum suum postularunt.

« Sua nobis dilecti... — Dat. apud Urbemveterem, III idus novembris, anno tertio. »

3650 Orvieto, 20 novembre 1290.

Facultatem archiepiscopo Senonensi concedit remittendi fratribus minoribus quemdam censum. (Reg. 45, c. 529, f. 106 v°; Potth. 23472.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Senonensi. « Significarunt nobis dilecti filii .. guardianus et conventus domus ordinis minorum Senonensis quod dilecta in Christo filia Dulcia dicta Lagnechiere, mulier Senonensis, de propria salute cogitans, dictis guardiano et fratribus quendam locum, tunc ad ipsam spectantem, et juxta ipsius domus ambitum existentem, ex quo tu et predecessores tui Senonenses archiepiscopi, qui fuerunt pro tempore, censum duorum parisiensium et dimidii consuevistis percipere annuatim, contulit intuitu pietatis, ac dicti guardianus et fratres apud te devotis precibus insisterunt ut, cum locus predictus eis utilis et necessarius non modicum esse noscatur, censum predictum ipsis remitteres, vel recompensationem congruentem reciperes ab eisdem. Cum igitur votis eorum, sicut asseritur, satisfacere cupias in hac parte, nos affectum tuum in Domino commendantes, remittendi prefatis guardiano et fratribus censum predictum, vel recipiendi pro eo recompensationem aliam competentem, non obstante juramento quod de non alienandis bonis ecclesie tue romano pontifice inconsulto prestitisse diceris, liberam tibi concedimus auctoritate presentium potestatem. Dat. apud Urbemveterem, XII kalendas decembris, anno tertio. »

3651 Orvieto, 16 novembre 1290.

Remissio visitationis ad limina. (Reg. 45, c. 530, f. 106 v°.)

Venerabili fratri Berardo, episcopo Brixiensi. Eum absolvit a juramento visitandi annis singulis limina apostolorum ab eo praestito, cum bonae memoriae Guiscardus, episcopus Pergamensis, auctoritate litterarum Gregorii papae X^mi^, O., archiepiscopo Mediolanensi, tunc in remotis partibus agente, ei munus consecrationis impendit.

« Ex parte tua... — Dat. apud Urbemveterem, XVI kalendas decembris, anno tertio. »

3652 Orvieto, 19 novembre 1290.

Tabellionatus officium. (Reg. 45, c. 530², f. 107 r°.)

Blasio, nato quondam Notarii Mathei de Sugio, clerico in minoribus ordinibus constituto, Gaietane diocesis, tabellionatus concedit officium, ad quod per magistrum Johannem, decanum Baiocensem, sanctae romanae ecclesiae vicecancellarium, idoneus est repertus.

« Ne contractuum memoria... — Dat. apud Urbemveterem, XIII kalendas decembris, anno tertio. »

3653 Orvieto, 23 octobre 1290.

De solutione debitorum monasterii Cerasiensis, Baiocensis dioecesis. (Reg. 45, c. 531, f. 107 r°.)

Dilectis filiis .. abbati monasterii Beate Marie de Ybreys, Ebroicensis diocesis, et .. decano Parisiensi. « Ad audientiam nostram noveritis pervenisse quod .. abbas et quondam abbates monasterii Cerasiensis, ordinis S. Benedicti, Baiocensis diocesis, una cum conventu ejusdem monasterii, monasterium ipsum in magnis et multis pecuniarum summis diversis creditoribus diversarum partium obligarunt, quarum nonnulle presertim per usurariam pravitatem extorte, in utilitatem ejusdem monasterii non cesserunt; unde monasterium, propter hujusmodi debita, adeo premitur quod ad irrecuperabilem desolationem deveniet, nisi ei cito per sedem apostolicam succurratur; eorumdem quoque creditorum aliqui pro se super hiis contra eos diffinitas obtinuerunt sententias auctoritate apostolica promulgari, et ipsi quondam abbates et conventus dicti monasterii cum aliquibus e dictis creditoribus diversas compositiones, datis super hoc litteris et fidejussoribus ac penis adjectis, interpositis juramentis, satisfactione dampnorum ac interesse promissa, et confectis nichilominus exinde publicis instrumentis, factis renuntiationibus quo ad impetratas et impetrandas litteras apostolicas, executoribus etiam sive judicibus super premissis a sede apostolica deputatis et nonnullis processibus habitis per eosdem, in enormem dicti monasterii lesionem sunt inire coacti. Quia igitur nostra interest super hoc eidem monasterio de oportuno remedio subvenire, nos, de circumspectione vestra plenam in Domino fidutiam obtinentes, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus universos redditus et proventus monasterii memorati ac omnium prioratuum et membrorum ejus, a quibuscumque detineantur, vos vel alter vestrum, per vos vel per alium, fideliter colligatis, et tenui de illis abbati et conventui supradictis et personis in prioratibus et membris ipsis servientibus pro

sua sustentatione portione servata, totum residuum redditum et proventuum predictorum in solutionem debitorum hujusmodi, usuris omnino cessantibus et premissis nequaquam obstantibus, convertatis, satisfaciendo ante omnia de residuo ipsorum redditum et proventuum dictis filiis Dino Tadulini et Labro Vulpelli, Paganutio Guidictionis, Johanni Symonetti, Adjuto Rossempili, Francisco Guidictionis, Bonaventure Romanioli, Locto Aldebrandini, Vante Honesti, Nicolutio Liene et Bano Pili Rictii ac aliis eorum sociis de societate Riczardorum, civibus et mercatoribus Lucanis, qui, auctoritate litterarum nostrarum, eisdem abbatibus apud sedem apostolicam pecuniam mutuarunt, et postmodum per ordinem aliis creditoribus supradictis, secundum quod ipsos jure inveneritis potiores, presertim cum dicatur per hunc modum tam ipsi monasterio quam eisdem creditoribus utilius provideri. Relaxantes interdicti, suspensionis, excommunicationis et aggravationis sententias, si quas in eosdem abbates, conventum et personas in ipsis prioratibus et membris servientes et fidejussores suos, communiter vel divisim, auctoritate quacumque inveneritis occasione hujusmodi promulgatas, et dispensantes cum eis super irregularitate, si quam celebrando divina et immiscendo se illis forsitan contraxerunt, vel sic legati se fecerunt ad sacros ordines promoveri et in sic susceptis ordinibus ministrarunt. Proprium autem si quod habent predictorum monasterii et prioratuum monachi et conversi, in vestris faciatis manibus resignari, idque in solutionem hujusmodi convertatis. Non permittatis eos interim super alia solutione facienda, per quascumque litteras apostolicas, sub quacumque forma verborum obtentas, coram predictis vel quibuscumque aliis judicibus seu executoribus indebite molestari. Molestatores et contradictores, necnon proventuum, prioratuum, domorum et aliorum redditum et possessionum detentores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Dat. apud Urbemveterem, x kalendas novembris, anno tertio. »

3654-3656 Orvieto, 13 novembre 1290.

Licentia quibusdam domibus sororum Mediolanensis dioecesis conceditur servandi modum romanum in divinis celebrandis. (Reg. 45, c. 532, f. 107 r°.)

Dilectis in Christo filiabus .. ministre et sororibus domus Sancte Clare de Prato Centenario, Mediolanensis diocesis, ordinis S. Augustini, indulget ut modum a romana ecclesia in divinis celebrandis, et ab ipsis hactenus a fundatione domus observatum, de cetero servare libere valeant, nec ad servandum alium teneantur, ut vult O., Mediolanensis archiepiscopus, qui eas observare Mediolanensis ecclesiae modum jussit.

« Religionis vestre meretur... — Dat. apud Urbemveterem, idibus novembris, anno tertio. »

In e. m. .. ministrae et sororibus domus Sanctae Annae, sitae extra Portam Cumanam, Mediolanensis dioecesis, ordinis S. Augustini, mutatis mutandis.

In e. m. .. ministrae et sororibus domus Virginum de Galarate, Mediolanensis dioecesis, ordinis S. Augustini.

3657 Orvieto, 5 novembre 1290.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 45, c. 533, f. 107 v°.)

Magistro Johanni de Valle, canonico Lexoviensi, quocum ab Alexandro papa IIII^to^ fuit dispensatum ut, non obstante defectu natalium quem patitur de soluto genitus et soluta, ad omnes ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum obtinere valeret, iterum indulget Nicolaus ut, non obstante eodem defectu, personatum vel dignitatem, non tamen episcopalem, obtinere possit.

« Meritis tue devotionis... — Dat. apud Urbemveterem, nonis novembris, anno tertio. »

3658-3675 Orvieto, 1er novembre 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 534, f. 107 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam concedit unius anni et XL dierum omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam Sancti Nicolai de Grua, Pictavensis dioecesis, in S. Nicolai festivitatibus et per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes visitaverint.

« Vite perennis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, kalendis novembris, anno tertio. »

In e. m. universis, etc. Eandem indulgentiam concedit eis qui certis diebus ecclesiam Beati Michaelis in Heremo, Pictavensis dioecesis, visitaverint. Dat. ut supra.

Orvieto, 14 novembre 1290.

In e. m., pro ecclesia Hospitalis S. Johannis Jerosolimitani Januensis. Dat. apud Urbemveterem, XVIII kalendas decembris, anno tertio.

Orvieto, 16 novembre 1290.

In e. m., pro ecclesia prioratus de Maceriis, Remensis dioecesis, in honorem beati Juliani martyris constructa. Dat. apud Urbemveterem, XVI kalendas decembris, anno tertio.

In e. m., pro capella de Bellomonte, Remensis dioecesis, in honorem beatae Caterinae virginis constructa.

In e. m., pro capella Beati Petri apostoli juxta Mosomium, Remensis dioecesis.

In e. m., pro capella Beatae Margaritae juxta Dontrien, Remensis dioecesis.

In e. m., pro ecclesia prioratus de Tygno, ordinis S. Benedicti, Remensis dioecesis.

« Virga venustissima et ... — Dat. ut supra. »

In e. m., pro capella hospitalis Sancti Pauli Ulixbonensis.

« Vite perennis gloria... — Dat. ut supra. »

In e. m., pro ecclesia Beatae Mariae virginis de Prato Gilberti, Autisiodorensis dioecesis.

In e. m., pro capella Beatae Mariae Bethleemitanae de Clametiaco, Autisiodorensis dioecesis.

In e. m., pro ecclesia Beatae Mariae virginis de Valle Martii, Autisiodorensis dioecesis.

In e. m., pro ecclesia Beati Martini de Clametiaco, Autisiodorensis dioecesis.

In e. m., pro ecclesia Sancti Martini de Viaco, Ambianensis dioecesis.

« Sanctorum meritis inclita... — Dat. ut supra, XVI kalendas decembris, anno tertio. »

Orvieto, 13 novembre 1290.

In e. m., pro ecclesia Sancti Georgii de Bacerna, Autisiodorensis dioecesis.

« Vite perennis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, idibus novembris, anno tertio. »

In e. m., pro ecclesia Beatae Palladiae virginis, Autisiodorensis dioecesis.

Orvieto, 17 novembre 1290.

In e. m., pro ecclesia Carcassonensi in honorem sanctorum Nazari et Celsi martyrum constructa. Dat. apud Urbemveterem, XV kalendas decembris, anno tertio (POTTH. 23464.)

Orvieto, 20 novembre 1290.

In e. m., pro ecclesia Sancti Laurentii de Lugano, Cumanae dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, XII kalendas decembris, anno tertio.

3676 Orvieto, 13 novembre 1290.

De decima in partibus Alamaniae percipienda. (REG. 45, c. 535, f. 108 r°.)

Carissimo in Christo filio R., regi Romanorum illustri. Ejus precibus annuens, Theoderico, priori ecclesiae Sancti Andreae Urbevetanae, capellano suo, collectori decimae Terrae Sanctae in certis Alamaniae partibus per sedem apostolicam deputato, quem ad se de statu decimae certitudinem habere cupiens revocaverat, licentiam in eisdem partibus usque ad annum unum a receptione litterarum ei ad hoc directarum computandum morandi concedit.

« Pridem nobis, filii... — Dat. apud Urbemveterem idibus novembris, anno tertio. »

3677 Orvieto, 13 novembre 1290.

De eodem negotio. (REG. 45, c. 536, f. 108 r°.)

Theoderico, priori ecclesie Sancti Andree de Urbeveteri, capellano nostro, collectori decime Terre Sancte in partibus Alamanie per sedem apostolicam deputato, licentiam elargitur morandi in memoratis partibus usque ad annum unum a receptione praesentium computandum. Facultatem quoque concedit absolvendi, post integram satisfactionem, clericos et personas ecclesiasticas qui, pro decima non soluta, excommunicationis sententiam incurrerint, et dispensandi cum eis super irregularitate, si quam hujusmodi occasione contraxerint. « Cum autem quedam pecuniarum summe decime supradicte, que in certis locis partium earumdem deposite fuerant, ad quasdam ecclesiasticas secularesve personas per ausus nepharios pervenisse dicantur, et de amissione pecuniarum ipsarum possit verisimiliter formidari, nisi super hoc festinum remedium apponatur, volumus tibique districte precipimus quatinus de premissis pecuniarum summis et quantitatibus earumdem ac forma et modo depositionis ipsarum ac per quos et apud quos et in quibus locis fuere deposite et ad quos in toto vel in parte et quo modo vel casu devenerint necnon circumstantiis inquisita prudenter et fideliter tam secreto quam publice, prout expedire cognoveris, diligentius veritate, ad exactionem et recuperationem pecuniarum hujusmodi, contra quascumque personas de quibus expedire videris, cujuscumque status, dignitatis, ordinis et conditionis existant, per te vel alium seu alios procedas. »

« Carissimus in Christo... — Dat. ut supra. »

3678 Orvieto, 13 novembre 1290.

De eodem negotio. (REG. 45, c. 536², f. 108 r°.)

Eidem. « Licet tibi ad... Discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus, ad expeditionem ipsius

officii solerter et prudenter intendens, quantum per te vel alios de dicta decima, legatis et relictis in subsidium Terre Sancte, votis et votorum redemptionibus, truncorum denariis et aliis obventionibus quibuscumque, quovis modo vel jure, occasione vel causa, ad subsidium dicte terre spectantibus recepisti et penes quos mercatores vel alios ac ubi, quando et coram quibus pecuniam a te receptam deponere curavisti, et quantum adhuc de decima ipsa, legatis et aliis omnibus supradictis, et in quibus restat locis seu partibus colligenda, quantum etiam personis illis quibus interdum super hujusmodi collectionis negotio vices tuas in eo executionem aliquam commisisti, exhibuisti cotidie pro expensis, quod etiam pro tuis cotidianis recepisti stipendiis, quantumve alias, in quibus seu propter que, in negotio expendisti predicto quantoque tempore in hujusmodi collectionis officio laborasti, describere studeas plenariam veritatem. Scripturam autem hujusmodi tecum in tuo ad nos reditu proferas, ut tam per ipsam quam per tuam relationem informari plene super premissis omnibus valeamus... Dat. ut supra. »

3679 Orvieto, 20 novembre 1290.

De transferenda janua domus minorum Cameracensis. (Reg. 45, c. 537, f. 108 v°; Potth., 23473.)

Dilectis filiis .. preposito et capitulo ecclesie Cameracensis. Eos rogat ut januam introitus loci fratrum minorum Cameracensis transferri permittant.

« Quanto studiosius minorum... — Dat. apud Urbemveterem, XII kalendas decembris, anno tertio. »

3680 Orvieto, 27 novembre 1290.

De Perusinis ab excommunicatione absolvendis. (Reg. 45, c. 538, f. 108 v°; Potth., 23479.)

Dilecto filio fratri Angelo, ministro fratrum ordinis minorum provincie beati Francisci, et .. priori predicatorum de Perusio mandat ut Perusinos resipiscentes ab excommunicatione absolvant.

« Dudum prout in... — Dat. apud Urbemveterem, V kalendas decembris, anno tertio. »

3681 Orvieto, 6 novembre 1290.

Vetat episcopum Fuliginatem assignare cuiquam, ut ei in animo erat, sine sedis apostolicae licentia, ecclesiam Sanctae Mariae foris muros civitatis Fuliginatis, per promotionem .. episcopi Auximani vacantem. (Reg. 45, c. 539, f. 109 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Fuliginati.

« Nuper ad nostrum... — Dat. apud Urbemveterem, VIII idus novembris, anno tertio. »

3682 Orvieto, 20 novembre 1290.

Recipiuntur sub sedis apostolicae protectione mercatores Placentini de societate Scottorum. (Reg. 45, c. 540, f. 109 r°.)

Dilectis filiis Alberto, Johannino et Petro dicto Scottis, Egidio dicto Buccabarili, Opizoni de Fragnano et Guidoni de Cressio, civibus et mercatoribus Placentinis ac sociis vestris de societate Scottorum de Placentia.

« Per grata devotionis... — Dat. apud Urbemveterem, XII kalendas decembris, anno tertio. »

3683 Orvieto, 13 novembre 1290.

Monasterio de Ectenhenmunster ecclesia de Scozhem, Argentinensis dioecesis, conceditur. (Reg. 45, c. 541, f. 109 r°.)

.. abbati et conventui monasterii de Ectenhenmunster, ordinis S. Benedicti, Argentinensis diocesis. Confirmat actum quo Argentinensis episcopus eis ecclesiam de Scozhem, Argentinensis dioecesis, in qua ipsi jus patronatus habent, perpetuo deputavit, illius cedente vel decedente rectore, reservata de redditibus hujus ecclesiae ad vicarium in eadem perpetuo serviturum congrua portione.

« Cum a nobis... — Dat apud Urbemveterem, idibus novembris, anno tertio. »

3684 Orvieto, 13 novembre 1290.

Conceditur ecclesiae Halesacensi ecclesia de Scille, Argentinensis dioecesis. (Reg. 45, c. 541², f. 109 v°.)

.. decano et capitulo ecclesie Halesacensis, Argentinensis diocesis, confirmat actum quo Argentinensis episcopus eis ecclesiam de Scille, Argentinensis dioecesis, ad praesentationem .. praepositi ejusdem ecclesiae Halesacensis spectantem, perpetuo deputavit, illius cedente vel decedente rectore, reservata de redditibus hujus ecclesiae ad vicarium in eadem perpetuo serviturum congrua portione.

« Cum a nobis... — Dat. ut supra. »

3685 Orvieto, 17 novembre 1290.

Facultas absolvendi clericos concubinarios. (Reg. 45, c. 542, f. 109 v°.)

Dominico, episcopo Ulixbonensi, facultatem concedit absolvendi clericos concubinarios suae dioecesis ab excommunicationis sententia in eos per bonae memoriae J., Sabinensem episcopum, tunc in partibus illis apostolicae sedis legatum, lata, et dispensandi cum eis super irregularitate si quam sic legati contraxerint.

« Ex parte tua... — Dat. apud Urbemveterem, xv kalendas decembris, anno tertio. »

3686 Orvieto, 25 novembre 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 543, f. 109 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Theatino committit facultatem dispensandi cum Thoma Rogerii de Bucelano et Jacoba nata quondam Herami de Piscaria, Theatinae dioecesis, ut in matrimonio olim ab ipsis, cum ignorarent se quarto consanguinitatis gradu inter se conjunctos, contracto remanere valeant.

« Petitio dilecti filii... — Dat. apud Urbemveterem, vii kalendas decembris, anno tertio. »

3687-3694 Orvieto, 16 novembre 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 544, f. 109 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam concedit unius anni et xl dierum omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam monasterii Mosoniensis, Remensis dioecesis, in honorem beatae Mariae virginis constructam, in Annuntiationis, Purificationis, Assumptionis, Nativitatis ejusdem virginis festivitatibus, per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes, et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint.

« Virga venustissima et... — Dat. apud Urbemveterem, xvi kalendas decembris, anno tertio. »

In e. m. universis, etc. Eandem indulgentiam concedit eis qui capellam de Wygneron, Remensis dioecesis, in honorem beati Remigii constructam, certis diebus visitaverint.

« Vite perennis gloria... — Dat. ut supra. »

Orvieto, 14 novembre 1290.

In e. m., pro ecclesia Sancti Affrodisii Biterrensi. Dat. apud Urbemveterem, xviii kalendas decembris, anno tertio.

Orvieto, 23 octobre 1290.

In e. m., pro ecclesia Sancti Georgii prope Grevemughe, Morinensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, x kalendas novembris, anno tertio.

Orvieto, 27 novembre 1290.

In e. m., pro ecclesia fratrum minorum de Graham, Lincolniensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, v kalendas decembris, anno tertio. (Potth. 23480.)

Orvieto, 19 novembre 1290.

In e. m. .. plebano et capitulo ecclesiae Sancti Bartholomaei de Venetiis, Castellanae dioecesis, pro eorum ecclesia.

« Cum ad premerenda... — Dat. xiii kalendas decembris, anno tertio. »

Orvieto, 2 décembre 1290.

In e. m. universis etc., pro ecclesia Sancti Johannis de Candas, Ambianensis dioecesis.

« Splendor paterne glorie... — Dat. apud Urbemveterem, iiii nonas decembris, anno tertio. »

Orvieto, 22 novembre 1290.

In e. m., pro ecclesia Sancti Johannis de Molario, Grationopolitanae dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, x kalendas decembris, anno tertio.

3695 Orvieto, 22 novembre 1290.

Facultatem concedit instituendi syndicos et procuratores pro locis et conventibus. (Reg. 45, c. 545, f. 110 r°; Potth., 23474.)

.. generali et provintialibus, ministris ac custodibus universis ordinis fratrum minorum.

« Religionis favor sub... — Dat. apud Urbemveterem, x kalendas decembris, anno tertio. »

3696 Orvieto, 13 novembre 1290.

Vetat canonicos monasterii Sancti Stephani Divionensis et alios recipere anniversaria mortuorum et legata, sine abbatis mandato. (Reg. 45, c. 546, f. 110 r°.)

.. abbati monasterii Sancti Stephani Divionensis, ordinis S. Augustini, Lingonensis diocesis.

« Exhibita nobis tua... — Dat. apud Urbemveterem, idibus novembris, anno tertio. »

3697 Orvieto, 13 novembre 1290.

Tabellionatus officium. (Reg. 45, c. 547, f. 110 r°.)

Hugoni, abbati monasterii Sancti Stephani Divionensis, ordinis S. Augustini, Lingonensis diocesis, facultatem largitur concedendi tabellionatus officium uni personae.

« Ne contractuum memoria... — Dat. apud Urbemveterem, idibus novembris, anno tertio. »

3698 Orvieto, 24 novembre 1290.

Tabellionatus officium. (Reg. 45, c. 548, f. 110 v°.)

Venerabili fratri Stephano, archiepiscopo Cassellensi, facultatem largitur concedendi tabellionatus officium tribus personis.

« Ex parte tua... — Dat. apud Urbemveterem, VIII kalendas decembris, anno tertio. »

3699 Orvieto, 4 novembre 1290.

Absolvit a juramento visitandi limina apostolorum. (Reg. 45, c. 549, f. 110 v°.)

Aleroni, episcopo Torcellano.

« Ex parte tua... — Dat. apud Urbemveterem, II nonas novembris, anno tertio. »

3700 Orvieto, 23 octobre 1290.

Indulgentia. (Reg. 45, c. 550, f. 110 v°.)

Universis Christi fidelibus per Tornacensem, Trajectensem et Morinensem civitates et dioceses constitutis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui rectori et fratribus hospitalis leprosorum de Ardemburg, Tornacensis dioecesis, manum caritatis porrexerint.

« Quoniam ut ait... — Dat. apud Urbemveterem, X kalendas novembris, anno tertio. »

3701 Orvieto, 26 septembre 1290.

Facultas eligendi confessorem. (Reg. 45, c. 551, f. 110 v°.)

Elisabet, regine Romanorum illustri.

« Ne aliquid in... — Dat. apud Urbemveterem, VI kalendas octobris, anno tertio. »

3702 Orvieto, 17 novembre 1290.

Ecclesiam de Crehanges Rembaldo de Hermerstorf confert. (Reg. 45, c. 552, f. 110 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Metensi mandat ut cum Rembaldo de Hermerstorf, subdiacono Metensis dioecesis, dispenset super eo quod, ecclesiam de Crehanges assecutus, infra annum presbyteratus ordinem non assumpsit; atque ab eo libera hujus ecclesiae resignatione recepta, eandem ei conferat, dummodo ille infra annum presbyteratus ordinem recipiat.

« Exposita nobis dilecti... — Dat. apud Urbemveterem, XV kalendas decembris, anno tertio. »

3703-3707 Orvieto, 17 novembre 1290.

Ada de Dussiaco ecclesiae Cusentinae archiepiscopus praeficitur. (Reg. 45, c. 553, f. 111 r°; Potth. 23463.)

Ade de Dussiaco, electo Cusentino. Eum, tunc canonicum Carnotensem, ecclesiae Cusentinae, quae per mortem Petri, quondam archiepiscopi Cusentini, vacat et cujus provisio ordinationi sedis apostolicae reservata est, archiepiscopum praeficit.

« Debitum officii nostri... — Dat. apud Urbemveterem, XV kalendas decembris, anno tertio. »

In e. m. capitulo ecclesiae Cusentinae mandat ut praedicto electo debitam obedientiam praebeat.

In e. m. clero civitatis et dioecesis Cusentinae.

In e. m. populo civitatis et dioecesis Cusentinae.

In e. m. Carolum, regem Siciliae, hortatur ut praedictum electum regio favore tueatur.

3708 Orvieto, 22 novembre 1290.

Tempus ad recipiendum consecrationis munus Adae de Dussiaco, electo Cusentino, prorogat. (Reg. 45, c. 554, f. 111 r°.)

Eidem, negotiis Caroli regis Siciliae, cujus est thesaurarius, impedito, indulget ut munus consecrationis ante kalendas mensis octobris proximo venturi recipere non teneatur, ac nichilominus canonicatum et praebendam ecclesiae Carnotensis aliaque beneficia quae promotionis suae tempore obtinebat, una cum archiepiscopatu Cusentino, interim retinere valeat, eique concedit ut infra prae-

dictum terminum se faciat a quocumque maluerit catholico episcopo in presbyterum promoveri.

« Tue devotionis merita... — Dat. x kalendas decembris, anno tertio. »

3709-3724 Orvieto, 25 novembre 1290.

Egidius Narbonensi ecclesiae archiepiscopus praeficitur. (Reg. 45, c. 555 f. 111 r°.)

Dilecto filio magistro Egidio, electo Narbonensi. Mortuo Petro, quondam Narbonensi archiepiscopo, capitulum, post diversos tractatus de electione novi archiepiscopi habitos, provisionem ecclesiae Honorio papae concorditer remisit, qui quondam magistrum Adenulphum de Anagnia, tunc praepositum ecclesiae Sancti Audomari, Morinensis dioecesis, Narbonensem archiepiscopum elegit; cum vero Adenulphus huic electioni suum consensum praebere noluerit, Nicolaus papa Egidium, praepositum ecclesiae Claromontensis, Narbonensi ecclesiae praeficit.

« Quam sit onusta... — Dat. apud Urbemveterem, vii kalendas decembris, anno tertio. »

In e. m. capitulo ecclesiae Narbonensis mandat ut eidem electo debitam obedientiam praebeat.

In e. m. clero civitatis et dioecesis Narbonensis.

In e. m. populo civitatis et dioecesis Narbonensis.

In e. m. universis vassallis ecclesiae Narbonensis mandat ut eidem electo solita fidelitatis juramenta et servitia praestent.

In e. m. suffraganeis ecclesiae Narbonensis (*En marge*).

In e. m. .. episcopo Magalonensi, ecclesiae Narbonensis suffraganeo (*Ibid.*).

In e. m. .. episcopo Nemausensi, ecclesiae Narbonensis suffraganeo (*Ibid.*).

In e. m. .. episcopo Lodovensi, ecclesiae Narbonensis suffraganeo (*Ibid.*).

In e. m. .. episcopo Tholosano, ecclesiae Narbonensis suffraganeo (*Ibid.*).

In e. m. .. episcopo Elnensi, ecclesiae Narbonensis suffraganeo (*Ibid.*).

In e. m. .. episcopo Biterrensi, ecclesiae Narbonensis suffraganeo (*Ibid.*).

In e. m. .. episcopo Uticensi, ecclesiae Narbonensis suffraganeo (*Ibid.*).

In e. m. .. episcopo Carcassonensi, ecclesiae Narbonensis suffraganeo (*Ibid.*).

In e. m. .. episcopo Agathensi, ecclesiae Narbonensis suffraganeo (*Ibid.*).

In e. m. Philippum, regem Francorum, hortatur ut eundem electum, germanum Hugonis, tituli Sanctae Sabinae presbyteri cardinalis, regio favore prosequatur.

« Divine gratia majestatis... — Dat. ut supra. »

3725-3730 Orvieto, 25 novembre 1290.

Petrus, Aurelianensis episcopus, ad Carcassonensem ecclesiam transfertur. (Reg. 45, c. 556, f. 111 v°.)

Venerabili fratri Petro, episcopo Carcassonensi. Vacante Carcassonensi ecclesia per obitum Galteri, capitulum duas electiones, unam videlicet de Isarno, archipresbytero ejusdem ecclesiae, alteram de Guillelmo, archidiacono Agathensi, in discordia celebravit. Negotio autem hujusmodi electionum per appellationem ad sedem apostolicam devoluto, cum de eo fuisset diutius litigatum inter praedictos archipresbyterum et archidiaconum apud eandem sedem constitutos, praefati archipresbyter et archidiaconus jus sibi ex eisdem electionibus competens in manibus pontificis resignarunt. Inde hic Petrum, Aurelianensem episcopum, ad Carcassonensem ecclesiam transfert.

« Romani pontificis quem... — Dat. apud Urbemveterem, vii kalendas decembris, anno tertio. »

In e. m. capitulo ecclesiae Carcassonensis mandat ut eidem episcopo debitam obedientiam praebeat. Dat. ut supra.

In e. m. clero civitatis et dioecesis Carcassonensis.

In e. m. populo civitatis et dioecesis Carcassonensis.

In e. m. universis vassallis ecclesiae Carcassonensis mandat ut eidem episcopo solita fidelitatis juramenta et servitia praebeant.

In e. m. Phylippum, regem Francorum, hortatur ut eidem episcopo regium favorem largiatur.

« Divine gratia majestatis... — Dat. ut supra. »

3731-3737 Orvieto, 5 décembre 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 556², f. 112 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui capellam de Esterpegniolo, Noviomensis dioecesis, in Purificationis, Assumptionis, Annuntiationis et Nativitatis beatae Mariae virginis festivitatibus et per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes visitaverint.

« Splendor paterne glorie... — Dat. apud Urbemveterem, nonis decembris, anno tertio. »

Orvieto, 3 décembre 1290.

In e. m. universis, etc. Eandem indulgentiam eis concedit qui certis diebus ecclesiam Sancti Petri in Strata, Cesanatae dioecesis, visitaverint.

« Vite perennis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, III nonas decembris, anno tertio. »

Orvieto, 13 décembre 1290.

In e. m., pro ecclesia fratrum minorum de Bernayo, Lexoviensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, idibus decembris, anno tertio. (*En marge;* POTTH., 23496.)

Orvieto, 9 décembre 1290.

In e. m., pro ecclesia Sanctae Mariae de Valle, Tholosanae dioecesis.

« Gloriosus Deus in... — Dat. apud Urbemveterem, V idus decembris, anno tertio. » (*Ibid.*)

Orvieto, 9 décembre 1290.

In e. m. .. decano et capitulo ecclesiae Herfordensis, pro eorum ecclesia, in Sanctae Mariae et Sancti Ethelberti honorem dedicata.

« Loca sanctorum omnium... — Dat. ut supra. » (*Ibid.*)

Orvieto, 13 décembre 1290.

In e. m. universis, etc., pro ecclesia Sanctae Mariae de Grandivilla de Lihou, Constantiensis dioecesis.

« Vite perennis gloria... — Dat. ut supra, idibus decembris, anno tertio. » (*Ibid.*)

Orvieto, 15 décembre 1290.

In e. m., pro ecclesia guardiani et fratrum minorum de Aquasparta, Tudertinae dioecesis.

« Virga venustissima et... — Dat. apud Urbemveterem, XVIII kalendas januarii, anno tertio. » (*Ibid.;* POTTH., 23498.)

3738 Orvieto, 16 novembre 1290.

Facultas audiendi divina officia tempore generalis interdicti. (REG. 45, c. 557, f. 112 v°.)

.. *rectori et fratribus hospitalis Sancti Pauli Ulixbonensis*, consideratione Dominici, Ulixbonensis episcopi, patroni ejusdem hospitalis, indulget ut tempore generalis interdicti in sua capella divina officia celebrari facere et audire possint.

« Devotionis affectus quem... — Dat. apud Urbemveterem, XVI kalendas decembris, anno tertio. »

3739 Orvieto, 17 novembre 1290.

Facultas absolvendi a canonicis sententiis. (REG. 45, c. 558, f. 112 v°.)

Johanni, archiepiscopo Dublinensi, facultatem concedit absolvendi praelatos et clericos Dublinensis dioecesis qui, contra tenorem constitutionis Innocentii papae IIII^ti^, excommunicationis et interdicti praeferentes sententias sine scriptis, suspensionis sententiam incurrerunt, et dispensandi cum eis super irregularitate, si quam non abstinendo a divinis contraxerint.

« Ex parte tua... — Dat. apud Urbemveterem, XV kalendas decembris, anno tertio. »

3740 Orvieto, 25 novembre 1290.

Privilegium monasterio Sanctae Trinitatis de Exequio concessum. (REG. 45, c. 559, f. 112 v°.)

.. *abbati et conventui monasterii Sancte Trinitatis de Exequio, ordinis S. Benedicti, Constantiensis diocesis*, ad instar Alexandri IIII^ti^, indulget ut ad receptionem vel provisionem alicujus in pensionibus vel beneficiis ecclesiasticis per litteras a sede apostolica impetrandas, quae de indulgentia hujusmodi plenam et expressam mentionem non fecerint, compelli non possint inviti.

« Paci et tranquillitati... — Dat. apud Urbemveterem, VII kalendas decembris, anno tertio. »

3741-3754 Orvieto, 26 novembre 1290.

Indulgentiae. (REG. 45, c. 560, f. 112 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam Sanctae Mariae Neumburgensem, Pataviensis dioecesis, certis diebus visitaverint.

« Vite perennis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, VI kalendas decembris, anno tertio. »

Orvieto, 27 novembre 1290.

In e. m., pro ecclesia .. praeceptoris et fratrum domus militiae Templi Jerosolimitani de Vicherio Templi, Claromontensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, V kalendas decembris, anno tertio.

Orvieto, 22 novembre 1290.

In e. m., pro ecclesia Sancti Mauritii de Burgeto, Grationopolitanae dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, X kalendas decembris, anno tertio.

In e. m., pro ecclesia fratrum minorum de Tauro, Zamorensis dioecesis, in honorem beati Francisci constructa. Dat. ut supra. (Potth., 23475.)

In e. m., pro ecclesia monasterii Sanctae Clarae de Tauro, Zamorensis dioecesis. Dat. ut supra.

Orvieto, 28 novembre 1290.

In e. m., pro ecclesia Sancti Pauli Narbonensis. Dat. apud Urbemveterem, IIII kalendas decembris, anno tertio.

Orvieto, 20 novembre 1290.

In e. m., pro ecclesia monasterii de Bellastella, in honorem Beatae Mariae virginis constructa, Baiocensis dioecesis. Dat. ut supra, XII kalendas decembris, anno tertio.

In e. m., pro ecclesia monasterii Beatae Mariae de Longis, Baiocensis dioecesis.

In e. m., pro ecclesia monasterii de Sancto Laudo, Constantiensis dioecesis.

Orvieto, 13 novembre 1290.

In e. m., pro capella hospitalis ecclesiae Sancti Gengulphi Tullensis, in honorem beatorum Petri et Pauli ac Matthaei constructa. Dat. apud Urbemveterem, idibus novembris, anno tertio.

In e. m., pro ecclesia abbatissae et conventus monasterii de Sancta Hoyldi, Cisterciensis ordinis, Tullensis dioecesis, in honorem beatae Mariae constructa.

« Virgo (*sic*) venustissima et... — Dat. ut supra. »

Orvieto, 1er décembre 1290.

In e. m., pro ecclesia Sancti Sansonis de Lincoco, Rothomagensis dioecesis.

« Vite perennis gloria... — Dat. kalendis decembris, anno tertio. »

Orvieto, 28 novembre 1290.

In e. m., pro ecclesia Sanctae Mariae de Limosano, Beneventanae dioecesis.

« Virga venustissima et... — Dat. apud Urbemveterem, IIII kalendas decembris, anno tertio. »

Orvieto, 22 novembre 1290.

In e. m., pro ecclesia de Rowelle, Lincolniensis dioecesis.

« Vite perennis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, X kalendas decembris, anno tertio. »

3755-3771 Orvieto, 28 novembre 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 560², f. 113 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis.

Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam Spoletanam, in honorem Beatae Mariae virginis constructam, certis diebus visitaverint.

« Gloriosus Deus in... — Dat. apud Urbemveterem, IIII kalendas decembris, anno tertio. »

Orvieto, 22 novembre 1290.

In e. m., pro ecclesia Beatae Mariae de Estravilla, Baiocensis dioecesis. Dat. ut supra, X kalendas decembris, anno tertio.

In e. m., pro ecclesia Sanctorum martyrum Ravenni et Rasiphi de Traceyo, Baiocensis dioecesis.

« Splendor paterne glorie... — Dat. ut supra. »

In e. m., pro ecclesia Sancti Georgii de Joiaco, Carnotensis dioecesis.

In e. m., pro ecclesia Sancti Germani de Gloz, Lexoviensis dioecesis.

Orvieto, 19 novembre 1290.

In e. m., pro ecclesia fratrum minorum Londoniensi, in honorem Beati Francisci constructa.

« Loca sanctorum omnium... — Dat. apud Urbemveterem, XIII kalendas decembris, anno tertio. » (Potth., 23471.)

In e. m., pro ecclesia fratrum minorum Eboracensi. Potth., 23470.)

Orvieto, 27 novembre 1290.

In e. m., pro ecclesia Beatae Mariae in Vallibus Cathalaunensi. Dat. apud Urbemveterem, V kalendas decembris, anno tertio.

Orvieto, 22 novembre 1290.

In e. m., pro ecclesia monasterii Beatae Mariae Novellae juxta Faventiam, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis Vallis umbrosae. Dat. apud Urbemveterem, X kalendas decembris, anno tertio.

In e. m., pro ecclesia monasterii Sancti Johannis Evangelistae juxta Florentiam, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis Vallis umbrosae.

Orvieto, 28 octobre 1290.

In e. m., pro ecclesia prioratus de Milliaco, ordinis S. Benedicti, Belvacensis dioecesis, ubi S. Donoaldi corpus integrum requiescit et S. Felicis martyris reliquiae conservantur et beatorum Nicolai et Eligii duo sunt altaria.

« Cum ad premerenda... — Dat. ut supra, V kalendas novembris, anno tertio. »

Orvieto, 28 novembre 1290.

In e. m., pro ecclesia Sanctorum Nicandri et Martiani extra muros Venafrana.

« Vite perennis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, IIII kalendas decembris, anno tertio. »

In e. m., pro capella hospitalis de castro Florentino, Vulteranae dioecesis, in honorem sanctorum Johannis et Jacobi apostolorum et sanctae Petronillae virginis constructa. Dat. ut supra. (*En marge.*)

In e. m., pro ecclesia Sancti Petri apostoli Bergensi, Morinensis dioecesis.

« Sanctorum meritis inclita... — Dat. ut supra. » (*Ibid.*)

Orvieto, 1er décembre 1290.

In e. m., pro ecclesia monasterii Sanctae Clarae juxta Parisius.

« Vite perennis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, kalendis decembris, anno tertio. » (*Ibid.*)

Orvieto, 22 novembre 1290.

In e. m., pro ecclesia de Kettinge, Lincolniensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, X kalendas decembris, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 28 novembre 1290.

In e. m., pro ecclesia monasterii Sancti Winnoci Bergensis, ordinis S. Benedicti, Morinensis dioecesis.

« Sanctorum meritis et... — Dat. apud Urbemveterem, IIII kalendas decembris, anno tertio. » (*Ibid.*)

3772 Orvieto, 24 novembre 1290.

De praebendis in ecclesia Gebennensi vacaturis. (Reg. 45, c. 561, f. 113 v°.)

.. *abbati monasterii de Intermontibus, Gebennensis diocesis.* « Significarunt nobis dilecti filii .. prepositus et capitulum ecclesie Gebennensis quod, si quando in Gebennensi ecclesia, in qua prebendarum collatio ad eos pertinet, prebendam aliquam vacare contingat, plures sub expectatione prebendarum vacaturarum ibidem recepti per executores sibi a sede apostolica deputatos, vel legatorum ipsius, prebendam hujusmodi sibi conferre procurant, quorum quilibet dictis preposito et capitulo per executores ipsos mandari faciunt ut eum ad prebendam ipsam admittere ac distributiones cotidianas sibi exhibere procurent, in singulis de dicto capitulo, si hoc non fecerint, excommunicationis et in predictum capitulum interdicti sententiis promulgatis... Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus, si est ita, receptos hujusmodi et eorum executores quod ab indebito super hiis gravamine dictorum prepositi, capituli et ecclesie, videlicet in concursu diversorum tantummodo mandatorum, omnino desistant, dummodo iidem prepositus et capitulum de prebendis vacaturis ibidem se nullatenus intromittant, tunc scilicet cum simul pro diversis personis contraria mandata per litteras de quibus sibi prius non innotuit susceperunt super hiis et sufficienter caveant in hoc casu quod ad ipsas ipsos liberaliter recipiant qui canonice ipsas fuerint assecuti vel sententialiter obtinebunt easdem, illisque distributiones ratione prebendarum hujusmodi eis debitas integre ministrabunt, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compellas, excommunicationis, suspensionis et interdicti sententiis, si quas in predictos prepositum et capitulum vel ipsorum aliquem latas fore hujusmodi occasione tibi constiterit, juxta formam ecclesie relaxes, super irregularitate si quam eorum aliqui forsitan contraxerint cum eis nichilominus dispensando. Dat. apud Urbemveterem, VIII kalendas decembris, anno tertio. »

3773 Orvieto, 27 novembre 1290.

Privilegium monasterio Fiscanensi concessum. (Reg. 45, c. 562, f. 113 v°.)

.. *abbati et conventui monasterii Fiscanensis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, Rothomagensis diocesis,* indulget ut nullus in eos interdicti, suspensionis vel excommunicationis sententias promulgare possit, sine speciali sedis apostolicae mandato, quod hujus indulti mentionem expressam fecerit.

« Religionis vestre meretur... — Dat. apud Urbemveterem, V kalendas decembris, anno tertio. »

3774 Orvieto, 27 novembre 1290.

Privilegium monasterio Fiscanensi concessum. (Reg. 45, c. 563, f. 113 v°.)

Eisdem. Vetat ne quis in posterum cognoscere audeat de privilegiis quibus eos sedes apostolica ab omni locorum ordinariorum jurisdictione exemit.

« Meritis vestre devotionis... — Dat. ut supra. »

3775-3777 Orvieto, 5 décembre 1290.

Hermannus ecclesiae Havelbergensi episcopus praeficitur. (Reg. 45, c. 564, f. 113 v°.)

Hermanno, electo Havelbergensi. Mortuo Henrico, Havelbergensi episcopo, capitulum per viam compromissi potestatem eligendi episcopum .. praeposito, Ecberto de Broden, Henrico de Niendorp et Arnaldo de Pletz, ejusdem ecclesiae canonicis, contulit, qui Johannem, natum quondam Johannis, marchionis Brandeburgensis, canonicum Magdeburgensem, aetatis defectum patientem, episcopum postularunt; hoc vero ob aetatis defectum non admisso, papa Hermannum, canonicum Magdeburgensem, ecclesiae Havelbergensi praeficit.

« Ad universalis ecclesie... — Dat. apud Urbemveterem, nonis decembris, anno tertio. »

In e. m. clero civitatis et dioecesis Havelbergensis mandat ut praefato electo debitam obedientiam praebeat.

In e. m. .. praeposito et capitulo ecclesiae Havelbergensis.

3778 Orvieto, 17 novembre 1290.

Ecclesiam Sanctae Mariae Villae Velati, Legionensis dioecesis, Johanni Blasii confert. (Reg. 45, c. 565, f. 114 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Legionensi mandat ut Johanni Blasii, clerico de Sancto Facundo, Legionensis dioecesis, qui ecclesiam Sanctae Mariae Villae Velati, ejusdem dioecesis, curam animarum habentem, assecutus, se tamen, simplicitate ductus, ad presbyteratus ordinem promoveri non fecit, praefatam ecclesiam, libera ejusdem resignatione facta, rursum conferat; dummodo Johannes omnes fructus quos hactenus de praedicta perceperit ecclesia, a die quo ab ea auctoritate concilii Lugdunensis privatus fuerit, in ejusdem utilitatem perpetuam convertat.

« Lecta coram nobis... — Dat. apud Urbemveterem, xv kalendas decembris, anno tertio. »

3779 Orvieto, 22 novembre 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 566, f. 114 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Tornacensi committit facultatem dispensandi cum Jacobo dicto Bazelis et Agatha nata quondam Symonis de Hodekive, Tornacensis dioecesis, ut in matrimonio quod olim, ignorantes se quarto consanguinitatis gradu conjunctos, contraxerunt et in quo duos filios procrearunt remanere valeant.

« Lecta coram nobis... — Dat. apud Urbemveterem, x kalendas decembris, anno tertio. »

3780 Orvieto, 5 décembre 1290.

Hermanno, electo Havelbergensi, subdiacono, facultatem concedit suscipiendi ordines superiores a quocumque maluerit episcopo. (Reg. 45, c. 567, f. 114 r°.)

Hermanno, electo Havelbergensi.

« Cum te in... — Dat. apud Urbemveterem, nonis decembris, anno tertio. »

3781 Orvieto, 5 décembre 1290.

Archiepiscopo Magdeburgensi mandat ut electo Havelbergensi consecrationis munus impendat. (Reg. 45, c. 567[2], f. 114 r°.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Magdeburgensi.

« Cum nuper Avelbergensis... — Dat. ut supra. »

3782 Orvieto, 25 novembre 1290.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 45, c. 567[3], f. 114 v°.)

.. *episcopo Camerinensi* committit ut cum fratre Benedicto de Saxoferrato, presbytero, monacho monasterii S. Benedicti Heremi Montisfani, per priorem soliti gubernari, ordinis S. Benedicti, Camerinensis dioecesis, dispenset ut, non obstante defectu natalium quem patitur e presbytero genitus et soluta, in susceptis ordinibus ministrare et ad regulares sui ordinis dumtaxat administrationes assumi possit, ita tamen ut ad regimen abbatiae dicti ordinis non assumatur absque speciali sedis apostolicae dispensatione.

« Regularis ordinis professoribus... — Dat. apud Urbemveterem, vii kalendas decembris, anno tertio. »

3783 Orvieto, 5 décembre 1290.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 45, c. 568, f. 114 v°.)

.. *episcopo Constantiensi* committit potestatem dispensandi cum magistro Johanne dicto de Hutwilet, subdiacono, Constantiensis dioecesis, ut, non obstante defectu natalium quem patitur, e presbytero genitus et soluta, in

susceptis ordinibus ministrare, ad superiores promoveri et ecclesiasticum beneficium suscipere possit.

« Accedens ad presentiam... — Dat. apud Urbemveterem, nonis decembris, anno tertio. »

3784 Orvieto, 1er décembre 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 569, f. 114 vo.)

Venerabili fratri .. episcopo Halberstadensi committit potestatem dispensandi, post diligentem inquisitionem, si ei videtur expedire, cum Bertholdo dicto Pincerna, milite, et Uda de Buyzanu, Halberstadensis dioecesis, ut in matrimonio remanere valeant quod olim contraxerunt et in quo prolem procrearunt, ignorantes impedimentum huic matrimonio ex eo esse quod inter Albertum dictum Horneborge, militem, eidem Bertholdo quarto consanguinitatis gradu conjunctum, et praefatam Udam, cum haec nondum nubilis esset, sponsalia contracta fuerunt, quibus eadem Uda non expresse consensit.

« Petitio dilecti filii... — Dat. apud Urbemveterem, kalendis decembris, anno tertio. »

3785-3787 Orvieto, 2 décembre 1290.

Matthaeo, Sancti Laurentii in Damaso presbytero cardinali, monasterium Sancti Andreae de Ponzano, Civitatis Castellanae dioecesis, tuendum committit. (Reg. 45, c. 570, f. 114 vo.)

Dilecto filio Matheo, tituli Sancti Laurentii in Damaso presbytero cardinali. « Inter cetera sollicitudinum... Sane contigit interdum quod nonnulle tam ecclesiastice quam seculares persone, finibus propriis non contente, monasteria, ecclesias, castra, casalia, terras, possessiones, domos, feuda, seu alia etiam bona que ad monasterium Sancti Andree de Ponzano, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinens, ordinis Sancti Benedicti, Civitatis Castellane diocesis, ac ejus membra spectare noscuntur, nonnunquam indebite occupant et contra justitiam detinent occupata. Preterea dilectos filios .. abbatem et conventum monasterii supradicti, quominus ipsius monasterii vassallos qui de castris et terris eisdem, pro excessibus sive culpis quos inibi committunt, pro tempore se absentant aut recedunt de illis punire, ac bona que ad manus suas a monasterio ipso tenent... revocare valeant, impedire pro sua voluntate presumunt. Silvas etiam et alia nemora et pascua monasterii supradicti suis et alienis animalibus, veluti propria, depascenda exponere ac herbaticum aliosque fructus ex illis percipere non verentur... Vassalli ejus, ipsorum segetibus, pascuis eisdem contiguis, multiplici corrosione destructis et nonnunquam totaliter dissipatis, terram dicti monasterii derelinquunt. Dicte quoque persone... quominus possessiones easdem laboratores quilibet excolant et piscatores in piscariis fluminis Tyberis, ad monasterium et membra predicta spectantibus, ad mandatum abbatis et conventus ipsorum, prout est solitum, piscari libere valeant, interjectis gravibus comminationibus prohibent... Tibi presentium auctoritate committimus et mandamus quatenus... quotiens super hujusmodi occupationibus, invasionibus, dampnis, injuriis sive molestiis... fueris requisitus vel alias noveris expedire, tu, vocatis qui fuerint evocandi, super eis auctoritate premissa, ex officio, summarie, sine strepitu et figura judicii procedens... molestatores eosdem clericos et laicos, cujuscumque sint preminentie, conditionis aut status, cessantibus quibuscumque privilegiis ipsis vel eorum alicui sub quavis forma verborum concessis, ut invasa et occupata restituant, de dampnis, injuriis et molestiis plenam satisfactionem impendant... compellere non postponas, invocando ad hoc, si opus fuerit, auxilium brachii secularis... Dat. apud Urbemveterem, IIII nonas decembris, anno tertio. »

Orvieto, 23 décembre 1290.

In e. m. eidem, pro monasterio Sanctae Mariae de Farneto, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinente, ordinis S. Benedicti, Aretinae dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, x kalendas januarii, anno tertio. (*En marge.*)

Orvieto, 23 décembre 1290.

In e. m. eidem, pro monasterio Sancti Salvatoris, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinente, ordinis S. Benedicti, Reatinae dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, x kalendas januarii, anno tertio. (*Ibid.*)

3788-3789 Orvieto, 4 décembre 1290.

Raymundo de Ponte praecentoriam in ecclesia Valentina confert. (Reg. 45, c. 571, f. 115 ro.)

Magistro Raymundo de Ponte, capellano nostro, precentori ecclesie Valentine. Ei praecentoriam in ecclesia Valentina, vacantem per obitum Raymundi de Moraria, qui apud sedem apostolicam mortuus est, confert.

« Insistens nostris et... — Dat. apud Urbemveterem, II nonas decembris, anno tertio. »

In e. m. .. episcopo Ilerdensi et magistro Rogerio de Salerno, archidiacono Panormitano, ac Gentili de Collealto, canonico Lingonensi, capellanis papae, mandat

ut eundem Raymundum de Ponte vel ejus procuratorem in corporalem possessionem praecentoriae ac jurium et pertinentiarum ejus inducant. Dat. ut supra.

3790 Orvieto, 28 novembre 1290.

Facultas exercendi per alios jus visitationis. (Reg. 45, c. 572, f. 115 v°.)

Magistro Rufino de Ficeclo, archidiacono ecclesie Remensis, indulget ut, cum ipse legitime impeditus fuerit, monasteria, prioratus et ecclesias parrochiales in suo archidiaconatu existentia per idoneam personam visitare possit, « ac procurationes moderatas, ratione visitationis debitas, in victualibus dumtaxat, a locis recipere visitatis... Presentibus post quinquennium minime valituris. »

« Specialis devotio quam... — Dat. apud Urbemveterem, IIII kalendas decembris, anno tertio. »

3791 Orvieto, 1er décembre 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 573, f. 115 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Paduano committit potestatem dispensandi cum Englesco Rollandi de Englescis et Francisca Englefredi, civibus Paduanis, ut in matrimonio quod olim contraxerunt, cum ignorarent quondam Altiburgam, priorem Englesci uxorem, eidem Franciscae quarto consanguinitatis gradu conjunctam fuisse, remanere valeant.

« Exhibita nobis dilecti... — Dat. apud Urbemveterem, kalendis decembris, anno tertio. »

3792 Orvieto, 2 décembre 1290.

Conventum Majoris monasterii Turonensis rogat ut fratribus minoribus Carnotensibus quasdam domos dono, vel pro pretio, vel mutatione concedant. (Reg. 45, c. 574, f. 116 r°; Potth., 23483.)

.. abbati et conventui Majoris monasterii Turonensis, ordinis S. Benedicti.

« Significarunt nobis dilecti... — Dat. apud Urbemveterem, IIII nonas decembris, anno tertio. »

3793-3794 Orvieto, 13 décembre 1290.

Pontio, episcopo Majoricensi, a sede sua exuli, diversa beneficia conceduntur. (Reg. 45, c. 575, f. 116 r°.)

Venerabili fratri Pontio, episcopo Majoricensi. « Credite nobis servitutis... Sane petitio tua nobis exhibita continebat quod, cum ad mandatum dilecti filii nostri J., tituli Sancte Cecilie presbyteri cardinalis, tunc in Francie, Aragonie et Majoricarum regnis apostolice sedis legati, sententias et processus habitos per sedem eandem contra quondam Petrum, dudum regem Aragonum, et fautores ipsius publicasses in civitate et diocesi Majoricensi ac ibidem crucem etiam predicasses, Ildefonsus, ipsius Petri filius, te propter hoc persequens odio capitali, statim postquam civitatem intravit eandem, preconizari publice fecit ut quicumque de bonis tuis haberet publice vel occulte daret ea et manifestaret eidem, et deinde quodam presbytero, procuratore tuo in temporalibus, inhumaniter capto, pecuniam et alia que idem presbyter nomine tuo custodiebat, et cetera bona tua ubicumque invenire potuit, occupavit, necnon et pecuniam que tibi debebatur ab emptoribus fructuum tui episcopatus anni tunc preteriti sibi exhiberi mandavit... Unde felicis recordationis Honorius papa IIIItus... eidem legato suis dedit litteris in mandatis ut... de aliquo competenti et moderato subsidio, prout et ubi expedire videret, causis predictis durantibus, faceret infra terminos sue legationis auctoritate dicti predecessoris tuis necessitatibus provideri. Contradictores, etc. Idem vero legatus, cui de premissis plene constitit, decrevit... quod unum vel plura ecclesiastica beneficia... usque ad summam sexcentarum librarum turonensium vel circa, si in Narbonensi, Biterrensi, Tholosana et Carcassonensi civitatibus et diocesibus tunc vacarent, vel quamprimum vacare contigeret, tibi commendarentur... certis tibi super hoc per eundem legatum executoribus deputatis. Verum iidem executores Sancti Germerii de Murello et de Hoos prioratus seu ecclesias, prepositurام de Thalabusso, necnon de Faberzano, de Leuco, de Piniano, de Castro Maure, de Monte Gaylardo, de Villa Martino, de Eyssotiis, Beate Marie de Albato, Sancti Georgii et Sancti Petri de Villeta ecclesias, predictarum Narbonensis, Biterrensis, Carcassonensis et Tholosane civitatum et diocesium, tunc vacantes, et predictam summam sexcentarum librarum minime excedentes, tibi ejusdem provisionis nomine commendarunt. Postmodum autem dictus legatus, attente considerans quod per provisionem predictam non erat ad plenum tuis necessitatibus satisfactum... tibi, preter predictam summam sexcentarum librarum turonensium, prepositurام de Agha et ecclesiam de Samachano, dicte Tholosane ac Urgellensis diocesium... commendavit. Cum itaque... pluribus et potentibus tibi super hoc obsistentibus adversariis, et in providendo majori parti canonicorum ecclesie Majoricensis ac etiam pluribus clericis civitatis et diocesis Majoricensis, qui ad te confugerunt, aliud refugium non

habentes, gravia subieris et adhuc te subire oportet onera expensarum, nos... fraternitati tue quod prioratus, prepositurás et ecclesias predictas per unum annum integrum postquam cause predicte cessaverint ac libere ad episcopatum tuum redire poteris licite retinere valeas auctoritate apostolica duximus concedendum... Dat. apud Urbemveterem, idibus decembris, anno tertio. »

Orvieto, 13 décembre 1290.

In e. m. .. episcopo Elnensi et .. abbati monasterii Sancti Michaelis de Cuxano, Elnensis dioecesis, et .. archidiacono Vallis Spirii in ecclesia Elnensi mandat ut eidem Pontio vel procuratori ejus de fructibus, redditibus et proventibus unius anni prioratuum, praepositurarum et ecclesiarum praedictorum, juxta praedictae concessionis tenorem, plenarie responderi faciant. Dat. ut supra, apud Urbemveterem, idibus decembris', anno tertio. (*En marge.*)

3795-3796 Orvieto, 5 décembre 1290.

Fratribus minoribus Lucanis jus liberae sepulturae confirmat. (Reg. 45, c. 576, f. 116 v°; Potth., 23487.)

.. *guardiano et fratribus ordinis minorum Lucanis.* Instrumentum confirmat quo J., Sanctae Mariae in Via lata diaconus cardinalis, judex delegatus in questione de sepulturae jure, inter praedictos fratres et priorem et capitulum ecclesiae Sancti Fridiani Lucanae, ordinis S. Augustini, existente, fratribus minoribus liberam sepulturam esse decrevit; cujus instrumenti tenor hic est :

« In nomine Domini. Dudum inter religiosos ... — » Lata, lecta et recitata fuit supradicta sententia per nos, » cardinalem prefatum, apud Urbemveterem, in hospitio » nostro, anno Domini MCCLXXXX, indictione quarta, » pontificatus domni Nicolai pape IIII^ti anno tertio, die » martis, septima die mensis novembris, presentibus » prefatis Raynaldo et Lapo procuratoribus, et presen- » tibus et rogatis testibus dompno Valentino, abbate mo- » nasterii Vallis umbrose, Giffrido de Placentia, dompni » pape capellano et ipsius palatii auditore, magistro Jo- » hanne Maroti, rectore ecclesie Sancti Georgii, Picta- » viensis diocesis, et Henrico de Arrono, et Gualasco, » canonico Civitatensi, capellanis nostris, Bartholomeo » Jannocti, notario de Luca, et Petro Asibilis de Setia. » In cujus rei testimonium presens instrumentum per » judicem Johannem Parlatorem de Setia, notarium » nostrum, qui predictis interfuit, fieri mandavimus, » et instrumentum ipsum sigilli nostri fecimus appen- » sione muniri. Et ego Johannes dictus Parlator de Setia, » apostolice sedis auctoritate judex et notarius et prefati » domini Jacobi cardinalis notarius, predictis omnibus » rogatus interfui et ea de mandato ipsius domini cardi- » nalis scripsi, publicavi et signo meo signavi. »

« Ea que judicio... — Dat. apud Urbemveterem, nonis decembris, anno tertio. »

In e. m. .. episcopo, .. primicerio majoris et .. priori saecularis Sanctorum Johannis et Reparatae Lucanae ecclesiarum mandat ut praedictam sententiam exequi faciant.

« Petitio dilectorum filiorum... — Dat. ut supra. »

3797-3803 Orvieto, 23 décembre 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 577, f. 117 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam de Pairano, Tholosanae dioecesis, certis diebus visitaverint.

« Vite perennis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, x kalendas januarii, anno tertio. »

Orvieto, 13 décembre 1290.

In e. m., pro ecclesia Sancti Angeli de castro Sancti Angeli, Tyburtinae dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, idibus decembris, anno tertio. (*En marge.*)

Orvieto, 18 décembre 1290.

In e. m., pro ecclesia domus Sancti Lucae Brixiensis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis Humiliatorum. Dat. ut supra, xv kalendas januarii, anno tertio. (*Ibid.*)

In e. m., pro ecclesia Omnium Sanctorum Novariensi. Dat. ut supra. (*Ibid.*)

Orvieto, 5 décembre 1290.

In e. m., pro ecclesia monasterii Sanctae Trinitatis de Exaquio, Constantiensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, nonis decembris, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 4 janvier 1291.

In e. m., pro ecclesia domus fratrum minorum Cadomensis, Baiocensis dioecesis, in qua festivitas S. Georgii solemniter celebratur. Dat. apud Urbemveterem, ii nonas januarii, anno tertio. (*Ibid.*; Potth., 23521.)

Orvieto, 11 janvier 1291.

In e. m., pro ecclesia domus Beatae Mariae virginis de Conchis, ad romanam ecclesiam nullo medio perti-

nentis, ordinis Humiliatorum, Brixiensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, III idus januarii, anno tertio. (*Ibid.*)

3804 Orvieto, 9 novembre 1290.

Regulam Sanctae Clarae monasterio de Alerico, Auriensis dioecesis, concedit. (Reg. 45, c. 577², f. 117 v°; Potth., 23459.)

Dilectis in Christo filiabus .. abbatisse et conventui sororum minorum inclusarum monasterii de Alerico, Auriensis diocesis.

« Cum omnis vera... — Dat. apud Urbemveterem, V idus novembris, anno tertio. »

3805-3819 Orvieto, 11 décembre 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 578, f. 117 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam Beatae Mariae de Tylya, Belvacensis dioecesis, certis diebus visitaverint.

« Vite perennis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, III idus decembris, anno tertio. »

In e. m., pro ecclesia prioratus Beatae Mariae de Varivilla, ordinis S. Benedicti, Belvacensis dioecesis. Dat. ut supra.

In e. m., pro ecclesia Sancti Simphoriani de Alona, Belvacensis dioecesis. Dat. ut supra.

Orvieto, 1er décembre 1290.

In e. m., pro saeculari ecclesia Beatae Mariae Majoris Pictaviensi. Dat. apud Urbemveterem, kalendis decembris, anno tertio.

Orvieto, 12 décembre 1290.

In e. m., pro ecclesia Villae dictae Monasterii prope Ruthenam, in honorem sanctorum Stephani et Blasii constructa. Dat. apud Urbemveterem, II idus decembris, anno tertio.

Orvieto, 8 décembre 1290.

In e. m. indulgentiam centum dierum concedit pro ecclesia Sancti Pancratii Urbevetana. Dat. apud Urbemveterem, VI idus decembris, anno tertio.

Orvieto, 13 décembre 1290.

In e. m., pro capella hospitalis Sancti Spiritus Anagnini, ad hospitale Sancti Spiritus in Saxia de Urbe pertinentis, in honorem sanctae Restitutae constructa. Dat. ut supra, idibus decembris, anno tertio.

Orvieto, 13 décembre 1290.

In e. m. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit pro capella hospitalis Sancti Spiritus de Sancto Quirico, Aretinae dioecesis, in honorem S. Bartholomaei et sanctae crucis constructa. Dat. apud Urbemveterem, idibus decembris, anno tertio.

Orvieto, 5 décembre 1290.

In e. m., pro ecclesia .. abbatissae et conventus monasterii Sancti Pauli de Urbeveteri, ordinis S. Benedicti. Dat. apud Urbemveterem, nonis decembris, anno tertio.

Orvieto, 1er décembre 1290.

In e. m., pro ecclesia Sanctae Potentianae juxta castrum Montis Sancti Johannis, Verulanae dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, kalendis decembris, anno tertio. (*En marge.*)

Orvieto, 27 novembre 1290.

In e. m., pro ecclesia Sancti Michaelis Archangeli Ariminensi. Dat. ut supra, V kalendas decembris, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 20 novembre 1290.

In e. m., pro ecclesia Sancti Nicolai de Alacrimonte, Rothomagensis dioecesis. Dat. ut supra, XII kalendas decembris, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 22 novembre 1290.

In e. m., pro ecclesia Sanctae Mariae de Campomoroso, Constantiensis dioecesis.

« Gloriosus Deus in... — Dat. apud Urbemveterem, X kalendas decembris, anno tertio. » (*Ibid.*)

Orvieto, 6 décembre 1290.

In e. m., pro ecclesia Sanctae Mariae de Pinibus, Biterrensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, VIII idus decembris, anno tertio.

Orvieto, 20 décembre 1290.

In e. m., pro ecclesia Sancti Remigii de Sancto Dyonisio, Parisiensis dioecesis.

« Vite perennis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, XIII kalendas januarii, anno tertio. » (*Ibid.*)

3820 Orvieto, 21 décembre 1290.

Licentia ingrediendi monasteria. (Reg. 45, c. 579, f. 118 r°; Potth., 23508.)

Nobili mulieri Blanche, uxori dilecti filii nobilis viri Eadmundi, comitis Leycestrie, indulget ut monasterium

de Pruvino, Senonensis dioecesis, cum duodecim, et quaelibet monasteria ordinis Sanctae Clarae in Francia et in Anglia, cum octo honestis mulieribus, quotienscumque et quandocumque voluerit, ingredi possit.

« Excellentie tue preeminentia... — Dat. apud Urbemveterem, XII kalendas januarii, anno tertio. »

3821 Orvieto, 13 décembre 1290.

Administratores ecclesiae Melfitanae praeficit. (Reg. 45, c. 580, f. 118 r°.)

Venerabili fratri B., episcopo Penestrino, apostolice sedis legato, mandat ut Petrum de Comito Rogerio et Franciscum de Kalo, aut alios Melfitanae ecclesiae canonicos, procuratores in spiritualibus et temporalibus constituat ejusdem ecclesiae, quae vacat et cujus administrationem .. archiepiscopus Sanctae Severinae resignavit.

« Ex suscepti tenemur... — Dat. apud Urbemveterem, idibus decembris, anno tertio. »

3822 Orvieto, 15 décembre 1290.

De archimandrita monasterio Sancti Salvatoris de lingua Fari Messanensis praeficiendo. (Reg. 45, c. 581, f. 118 r°.)

Eidem. « Ex suscepti tenemur... Cum itaque monasterium Grecorum Sancti Salvatoris de lingua Fari Messanensis, ordinis S. Basilii, per liberam resignationem dilecti filii Jacobi, olim ipsius monasterii archimandrite, qui se, ut dicitur, ad partes transtulit transmarinas, prosecuturus inibi votum suum, per procuratores ipsius ad hoc specialiter constitutos in manibus nostris factam et a nobis admissam vacare noscatur ad presens... fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus prefato monasterio de aliqua persona ydonea ... in archimandritam seu abbatem preficias eique per te vel per alium munus benedictionis impendas, faciens sibi a personis ejusdem monasterii tanquam eorum archimandrite vel abbati obedientiam et reverentiam debitam exhiberi... Dat. apud Urbemveterem, XVIII kalendas januarii, anno tertio. »

3823 Orvieto, 6 décembre 1290.

Licentia servandi modum romanum in officio divino celebrando. (Reg. 45, c. 582, f. 118 r°.)

Venerabili fratri Henrico, archiepiscopo Burdegalensi.

« Meruit tue devotionis... Cum itaque, sicut tua nobis exhibita petitio continebat, ecclesie Burdegalensis officium, quod secundum S. Augustini regulam inibi celebratur, nimis sit varium et diffusum, tuque in officio romane ecclesie sis, ut asseris, assuetus, nos, tuis devotis supplicationibus inclinati, auctoritate tibi presentium indulgemus ut divinum officium juxta consuetudinem ipsius romane ecclesie dicere valeas, ita tamen quod tu capituli tui et ecclesie memorate morem in predicto geras officio quotienscumque in eadem ecclesia cum capitulo ipso in horis canonicis te contigerit interesse... Dat. apud Urbemveterem, VIII idus decembris, anno tertio. »

3824 Orvieto, 9 décembre 1290.

Vetat personas Cisterciensis ordinis fugitivas vel rebelles a quoquam recipi aut detineri. (Reg. 45, c. 583, f. 118 r°; Potth., 23491.)

.. *abbati Cistercii ejusque coabbatibus monasteriorum Cisterciensis ordinis eorumque conventibus universis.*

« Religionis vestre meretur... — Dat. apud Urbemveterem, V idus decembris, anno tertio. »

3825 Orvieto, 18 décembre 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 584, f. 118 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Regino mandat ut cum nobili viro Hugolino, nato quondam Willelmi Juliani de Sesso, et nobili muliere Burghina, nata quondam Guidonis Zuchellae de Regio, dispenset ut, non obstante quarto consanguinitatis gradu quo conjuncti sunt, ad sedandas inimicitias inter parentes exortas, matrimonium inter se contrahere valeant.

« Exposita nobis dilecti... — Dat. apud Urbemveterem, XV kalendas januarii, anno tertio. »

3826 Orvieto, 18 décembre 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 584², f. 118 v°.)

Eidem mandat ut cum nobili viro Jacobino de Lupis et Ysabeta, nata Gerardi de Piis, dioecesis Reginae, dispenset ut in matrimonio quod olim, ignorantes impedimentum ex eo esse quod quondam Franciscus Guidonis de Sesso, prior Ysabetae maritus, eidem Jacobino quarto

consanguinitatis gradu conjunctus erat, contraxerunt remanere valeant.

« Petitio dilecti filii... — Dat. ut supra. »

3827 Orvieto, 5 décembre 1290.

Priori praedicatorum et guardiano minorum Florentinorum mandat ut XL libras parvorum turonensium, quas Rogerinus de Pilleis, miles Florentinus, pro satisfactione bonorum illicite acquisitorum, solvere paratus est, in pios usus convertant. (Reg. 45, c. 585, f. 118 v°; Potth., 23486.)

.. *priori predicatorum et .. guardiano minorum fratrum ordinum Florentinis.*

« Significavit nobis dilectus... — Dat. apud Urbemveterem, nonis decembris, anno tertio. »

3828 Orvieto, 5 décembre 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 586, f. 118 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Constantiensi committit potestatem dispensandi cum nobili viro Ottone, nato comitis Burchardi de Honeberch, et nobili muliere Maria, nata Hulrici, comitis de Maginham, Constantiensis dioecesis, ut in matrimonio quod olim contraxerunt, ignorantes se quarto consanguinitatis gradu conjunctos esse, remanere valeant.

« Petitio dilecti filii... — Dat. ut supra. »

3829 Orvieto, 5 décembre 1290.

Remissio fructuum illicite perceptorum. (Reg. 45, c. 587, f. 118 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Halberstadensi facultatem concedit remittendi Johanni de Gardebege (*sic*), presbytero, ecclesiae Stendaliensis canonico, fructus perceptos ex pluribus ecclesiis quas, jam dudum omnes resignatas, insimul olim sine apostolicae sedis dispensatione retinuit.

« Lecta coram nobis... — Dat. ut supra. »

3830 Orvieto, 2 décembre 1290.

Ecclesiam in Wirstock, Havelbergensis dioecesis, Johanni de Gardelege confert. (Reg. 45, c. 587², f. 119 r°.)

.. *preposito ecclesie Havelbergensis* mandat ut Johanni de Gardelege (*sic*), presbytero, qui ecclesiam in Wirstock, Havelbergensis dioecesis, assecutus, se ad presbyteratus ordinem promoveri non fecit, et cui papa fructus sic indebite ex eadem ecclesia perceptos remittit, resignatione praedictae ecclesiae facta, hanc iterum conferat.

« Lecta coram nobis... — Dat. apud Urbemveterem, IIII nonas decembris, anno tertio. »

3831 Orvieto, 13 décembre 1290.

Licentia ingrediendi monasteria. (Reg. 45, c. 588, f. 119 r°; Potth., 23495.)

Nobili mulieri Blance, nate clare memorie Ludovici, regis Francie, vidue, indulget ut claustra monasteriorum ordinis sanctae Clarae, cum quatuor fratribus ordinis minorum et sex matronis, devotionis causa ingredi quotiens ei placuerit valeat, dummodo nec ipsa nec fratres nec matronae in praedictis monasteriis edant nec pernoctent.

« Ex tue magnitudinis... — Dat. apud Urbemveterem, idibus decembris, anno tertio. »

3832 Orvieto, 18 décembre 1290.

De indumentis monachorum monasterii Sancti Pauli de Urbe emendis. (Reg. 45, c. 589, f. 119 r°.)

Bartholomeo, abbati monasterii Sancti Pauli de Urbe, ordinis S. Benedicti. « Ex tua relatione accepimus quod in monasterio tuo est auctoritate apostolica ordinatum quod pro singulis brachiis panni qui pro indumentis monachorum dicti monasterii emitur decem solidi proveniensium dentur et non ultra. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, quod hujusmodi decem solidis superaddere duos solidos ejusdem monete valeas plenam tibi auctoritate presentium licentiam elargimur. Dat. apud Urbemveterem, XV kalendas januarii, anno tertio. »

3833 Orvieto, 27 novembre 1290.

Archiepiscopus Viennensis et ejus suffraganei coram sede apostolica citantur. (Reg. 45, c. 590, f. 119 r°; Potth., 23478.)

.. *abbati secularis Sancti Petri Anitiensis, .. decano Lugdunensis et Jacobo Pagani, canonico Insulane, Cavallicensis diocesis, ecclesiarum.* « Sua nobis dilecti filii universitates hominum, tam clericorum quam laicorum, et singulares persone civitatis Diensis petitione monstra-

runt quod venerabiles fratres nostri .. archiepiscopus Viennensis ejusque suffraganei, propriis comodis inhiantes, in eorum generali synodo, seu provinciali concilio, inter alia minus provide statuerunt quod nullus clericus vel laicus in testamento, codicillis seu ultima voluntate a rebus suis sine presentia proprii sacerdotis disponere vel ordinare quoquomodo presumat; quod si fecerit, scriptores sive notarii qui testamenta, codicillos seu ultimas voluntates hujusmodi scripserint ipso facto sententiam excommunicationis necnon penam quinquaginta solidorum monete viennensis incurrant, et nichilominus tamdiu ingressus ecclesie subtrahatur eisdem donec ordinario satisfecerint de predictis; quodque si aliquem per loci ordinarium casu aliquo excommunicari contingat, et excommunicatus per quinquaginta dies in excommunicatione persistens petierit postmodum se absolvi, absolutionis beneficium obtinere nullatenus mereatur, nisi ordinario predicto quinquaginta solidos prefate monete duxerit persolvendum. Statuerunt etiam ut canonici, monachi, predicatores et minores ac ceteri exempti in eadem provintia commorantes eorum teneantur servare statuta, quod si secus fecerint, ipso facto predictam excommunicationis sententiam incurrentes, per rectores ecclesiarum dicte provintie tamdiu in eorum ecclesiis excommunicati publice nuntientur quousque arbitrio prefati ordinarii satisfecerint de premissis. Nonnulla siquidem alia in eisdem synodo et concilio ediderunt statuta que sunt honestati contraria et redundant in earumdem universitatum et singularium personarum prejudicium et gravamen, propter quod ex parte ipsorum, cum id ad eorum pervenit notitiam, ad sedem apostolicam extitit appellatum. Cum autem nos in causa hujusmodi appellationis et negotii principalis dilectum filium nostrum J., Sancte Marie in Via lata diaconum cardinalem, dederimus auditorem, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus vos, vel duo aut unus vestrum, prefatos archiepiscopum ac .. Valentinum et .. Diensem, .. Vivariensem, .. Maurianensem, .. Gebennensem et .. Gratianopolitanum episcopos, prefati archiepiscopi suffraganeos, necnon et omnes alios qui sua crediderint interesse, ex parte nostra peremptorie citare curetis ut infra tres menses post citationem vestram, cum omnibus actis, juribus et munimentis suis predictam causam contingentibus, per se vel per procuratores ydoneos, compareant coram nobis, facturi et recepturi super premissis quod ordo dictaverit rationis. Diem vero citationis et formam et quicquid super premissis duxeritis faciendum nobis per vestras litteras harum seriem continentes studeatis fideliter intimare. Dat. apud Urbemveterem, v kalendas decembris, anno tertio. »

3834 Orvieto, 12 décembre 1290.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 45, c. 591, f. 119 v°)

Magistro Petro Garsie, canonico Bracharensi, indulget ut, praeter ecclesiam de Transmiris, Bracharensis dioecesis, cui cura imminet animarum, dignitatem seu personatum in Bracharensi vel etiam Burgensi ecclesiis recipere, et una cum ecclesia de Transmiris et praebendis Bracharensis et Segobiensis ecclesiarum, quarum est canonicus, licite retinere possit.

« Laudabilibus tue probitatis... — Dat. apud Urbemveterem, II idus decembris, anno tertio. »

3835 Orvieto, 5 décembre 1290.

De altari quod ecclesia Sanctae Opportunae de Exaquio, Constantiensis dioecesis, in monasterio Sanctae Trinitatis de Exaquio habet. (Reg. 45, c. 592, f. 119 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Constantiensi. « Exposita nobis dilectorum filiorum .. abbatis et conventus monasterii Sancte Trinitatis de Exaquio, ordinis S. Benedicti, tue diocesis, petitio continebat quod ecclesia Sancte Oportune ejusdem loci de Exaquio, predicte diocesis, quoddam altare obtinet in ecclesia monasterii prelibati, ad quod magna pars parrochianorum ipsius ecclesie Sancte Oportune accedunt, pro divinis officiis audiendis ac percipiendis ecclesiasticis sacramentis. Cum autem predictum altare majori altari dicti monasterii sit propinquum, sepe contingit quod, propter celebrationem hujusmodi divinorum et predictorum illuc accedentium parrochianorum tumultum, adeo impediuntur monachi dicti monasterii in divinis hujusmodi decantandis quod, cum in predicto majori altari ipsius ecclesie dicti monasterii missarum sollempnia celebrantur, monachi decantantes vix possunt propter causam hujusmodi mutuo se audire... Fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus, veris existentibus supradictis, dictisque abbate et conventu prestantibus ipsi ecclesie Sancte Opportune recompensationem quam, ut predicitur, afferunt congruentem, eos impediri circa divina hujusmodi non permittas, faciens construi ad opus ipsius ecclesie Sancte Oportune, in decenti loco, capellam, ad quam iidem parrochiani accedere comode valeant pro predictis. In altari vero predicto quod habet prefata ecclesia Sancte Oportune in ecclesia ipsa monasterii memorati, non cantando sed adeo submissa voce divina hujusmodi celebrentur quod ex hoc monachis celebrantibus apud majus altare predictum nullum impedimentum circa divina hujus-

modi valeat provenire. Contradictores, etc. Dat. apud Urbemveterem, nonis decembris, anno tertio. »

3836 Orvieto, 14 novembre 1290.

Mutatio plebium in Lucana dioecesi. (Reg. 45, c. 593, f. 119 v°.)

Venerabili fratri Paganello, episcopo Lucano, mandat ut, cum Ubaldus, de Lamari, et Guido, de Mostesigradi plebium plebani, Lucanae dioecesis, dictas plebes inter se permutare cupiant, earumdem resignatione recepta, plebem de Lamari Guidoni, plebem vero de Mostesigradi Ubaldo conferat.

« Ex parte dilectorum... — Dat. apud Urbemveterem, XVIII kalendas decembris, anno tertio. »

3837 Orvieto, 27 novembre 1290.

Transcriptio litterarum quibus Johannes papa XXI^us quaedam beneficia vacantia apostolicae sedi reservat. (Reg. 45, c. 594, f. 119 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. « Johannes episcopus servus servorum Dei. Ad perpe» tuam rei memoriam. Licet felicis recordationis Grego» rius papa, predecessor noster... Cupientes tamen ut » archidiaconatus Toletanus, decanatus Tirasonensis, » ecclesia de Rubiolis Cesaraugustana et canonia eccle» sie Tutelane, Tirasonensis diocesis, decima judeorum » et pedagi Calatarubensis, pertinens ad mensam Tira» sonensis episcopi, tertie pontificales, archipresbytera» tus de Ylliescas, de Benquerenza, de Caravanna, de » Perales, de Tielmes et de Embric, Toletane diocesis, » et alia beneficia ecclesiastica, que quondam Raymun» dus de Peralta, capellanus noster, qui nuper apud se» dem apostolicam diem clausit extremum, tam in pre» dictis quam in aliis quibuscumque ecclesiis obtinuit, » per ejus obitum ad presens vacantia, illis personis, per » prudentie nostre studium, sive infra sive post men» sem, hujusmodi committantur per quas eisdem eccle» siis honor et comodum valeant provenire, archidiaco» natum, decanatum, ecclesiam, canoniam, decimam, » tertias et beneficia supradicta ex nunc donationi apos» tolice reservamus... Dat. Viterbii, VII idus decembris, » pontificatus nostri anno primo. »

« Tenorem quarumdam litterarum... — Dat. apud Urbemveterem, V kalendas decembris, anno tertio. »

3838 Orvieto, 23 décembre 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 595, f. 120 r°.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Amalfitano committit potestatem dispensandi cum nobili viro Andrea dicto de Judice, nato quondam Johannis Vaccae, et nobili puella Letitia, nata quondam Bartholomaei dicti Cappasanctae, civibus Amalfitanis, ut, quanquam quondam Johannes dictus Capuanus de Amalfia, qui Andreae quarto consanguinitatis gradu attinebat, cum Letitia sponsalia per verba de praesenti contraxit, matrimonium tamen inter se contrahere valeant.

« Dilecti filii nobilis... — Dat. apud Urbemveterem, X kalendas januarii, anno tertio. »

3839 Orvieto, 23 décembre 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 596, f. 120 r°.)

.. *episcopo Menevensi* committit potestatem dispensandi cum nobili viro Galfrido de Raunvile et Johanna de Herefort, Menevensis dioecesis, ut in matrimonio quod olim contraxerunt, ignorantes se quarto consanguinitatis gradu conjunctos esse, et in quo prolem procrearunt, remanere valeant.

« Exhibita nobis dilecti... — Dat. ut supra. »

3840-3846 Orvieto, 13 décembre 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 597, f. 120 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam monasterii de Merous, per priorem soliti gubernari, ordinis S. Benedicti, Bisuntinae dioecesis, in sanctorum Nicolai et Theobaldi, in quorum honorem dicta ecclesia est constructa, festivitatibus, per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes, et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint.

« Vite perennis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, idibus decembris, anno tertio. »

In e. m. eandem indulgentiam concedit eis qui certis diebus ecclesiam Beatae Mariae Magdalenae prope Romarimontem, Tullensis dioecesis, visitaverint. Dat. ut supra. (*En marge.*)

In e. m., pro capella magistri et fratrum hospitalis domus Dei de Romarimonte, Tullensis dioecesis, in honorem S. Laurentii constructa. Dat. ut supra. (*Ibid.*)

Orvieto, 19 décembre 1290.

In e. m., pro ecclesia monasterii de Helli, per priorem soliti gubernari, ordinis S. Benedicti, Morinensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, XIIII kalendas januarii, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 18 novembre 1290.

In e. m., pro ecclesia fratrum minorum Saliensi, Bisuntinae dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, XIIII kalendas decembris, anno tertio. (*Ibid.*; POTTH., 23468.)

In e. m., pro ecclesia fratrum minorum de Ledone, Bisuntinae dioecesis. (*Ibid.*; POTTH., 23469.)

Orvieto, 18 décembre 1290.

In e. m., pro capella fratrum et sororum domus Dei Sancti Nicolai Trecensis, in honorem S. Nicolai constructa. Dat. apud Urbemveterem, XV kalendas januarii, anno tertio. (*Ibid.*)

3847 Orvieto, 15 décembre 1290.

Licentia recipiendi ordines tempore generalis interdicti. (REG. 45, c. 598, f. 120 v°.)

Dilecto filio conventui monasterii Sancti Salvatoris de lingua Fari Messanensis, ordinis S. Basilii, indulget ut singuli fratres monasterii, durante generali interdicto, ordines recipere valeant ab episcopis qui praedicatoribus et minoribus fratribus in insula Siciliae commorantibus, de apostolicae sedis licentia, ordines conferunt.

« Religionis vestre meretur... — Dat. apud Urbemveterem, XVIII kalendas januarii, anno tertio. »

3848 Orvieto, 9 décembre 1290.

Cistercienses et bona eorum sub beati Petri et sua protectione suscipit. (REG. 45, c. 599, f. 120 v°; POTTH., 23490.)

.. *abbati Cistercii, ejus coabbatibus monasteriorum Cisterciensis ordinis eorumque conventibus universis.*

« Plantatus in agro... — Dat. apud Urbemveterem, V idus decembris, anno tertio. »

3849 Orvieto, 21 décembre 1290.

Regulam monialibus Humilitatis Beatae Mariae prope Parisius ab Alexandro IIII concessam et ab Urbano correctam monasterio Sanctae Clarae prope Parisius concedit. (REG. 45, c. 600, f. 120 v°; POTTH., 23506.)

Dilectis in Christo filiabus .. abbatisse et conventui sororum minorum inclusarum monasterii Sancte Clare juxta Parisius.

« Cum omnis vera... — Dat. apud Urbemveterem, XII kalendas januarii, anno tertio. »

3850-3853 Orvieto, 21 décembre 1290.

Indulgentiae. (REG. 45, c. 601, f. 120 v°.)

.. *guardiano et fratribus ordinis minorum de Cadomo, Baiocensis diocesis.* Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui altare in honorem beati Frontonis confessoris in ecclesia praedictorum fratrum erectum, ad quod in sancti sollemnitate Vasconum et aliorum fidelium confluit multitudo, in festo Frontonis et per octo dies sequentes visitaverint.

» Splendor paterne glorie... — Dat. ut supra, XII kalendas januarii, anno tertio. » (POTTH., 23504.)

In e. m. eandem indulgentiam concedit eis qui certis diebus ecclesiam fratrum minorum de Pontisera, Rothomagensis dioecesis, in sancti Jacobi apostoli honorem constructam, visitaverint.

« Vite perennis gloria... — Dat. ut supra. » (POTTH., 23505.)

Orvieto, 13 décembre 1290.

In e. m., pro ecclesia Sancti Petri de Liusen, Leodiensis dioecesis.

« Splendor paterne glorie... — Dat. apud Urbemveterem, idibus decembris, anno tertio. » (*En marge.*)

In e. m., pro ecclesia Sanctae Mariae de Harstallio, Leodiensis dioecesis.

« Gloriosus Deus in... — Dat. ut supra. » (*Ibid.*)

3854 Orvieto, 13 décembre 1290.

Infradictis fratribus indulget ut de eis quae ipsis fideles ultima voluntate legaverint nemini canonicam portionem dare teneantur. (REG. 45, c. 602, f. 121 r°.)

.. *magistro et fratribus hospitalis leprosorum Beate Marie de Pede Acuti, Anagnine diocesis.*

« Paupertati vestre benigno... — Dat. apud Urbemveterem, idibus decembris, anno tertio. »

3855-3858 Orvieto, 13 décembre 1290.

Indulgentiae. (REG. 45, c. 602², f. 121 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis.

Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam hospitalis leprosorum Sanctae Mariae Magdalenae de Pede Acuti, Anagninae dioecesis, certis diebus visitaverint.

« Loca sanctorum omnium... — Dat. ut supra. »

In e. m., pro ecclesia Sancti Angeli Civitatis Castellanae, ad hospitale pontificium Sancti Spiritus in Saxia de Urbe spectante.

« Vite perennis gloria... — Dat. ut supra. »

In e. m., pro ecclesia Sancti Ypoliti Civitatis Castellanae, ad idem hospitale spectante. Dat. ut supra.

Orvieto, 9 décembre 1290.

In e. m. universis Christi fidelibus per Belvacensem, Rothomagensem et Ambianensem civitates et dioeceses constitutis. Indulgentiam centum dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui fratribus domus leprosorum de Malo Rege, Belvacensis dioecesis, manum caritatis porrexerint.

« Quoniam ut ait... — Dat. apud Urbemveterem, V idus decembris, anno tertio. »

3859-3861 Orvieto, 20 décembre 1290.

Philippus monasterio Sancti Salvatoris Majoris abbas praeficitur. (Reg. 45, c. 603, f. 121 r°.)

Phylippo, abbati monasterii Sancti Salvatoris Majoris, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, Reatine diocesis. Eum a vinculo quo monasterio Sanctorum Andreae et Silvestri tenetur absolvit et monasterio Sancti Salvatoris Majoris, per resignationem Egidii vacanti, abbatem praeficit.

« Dum attente considerationis... — Dat. apud Urbemveterem, XIII kalendas januarii, anno tertio. »

In e. m. .. priori et conventui monasterii Sancti Salvatoris Majoris mandat ut praefato abbati debitam obedientiam praebeant.

In e. m. universis vassallis monasterii Sancti Salvatoris Majoris.

3862 Orvieto, 24 novembre 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 604, f. 121 r°; Potth., 23176.)

Venerabili fratri .. episcopo Hardekadensi committit potestatem dispensandi cum nobili viro Johanne dicto de Lamare et Johanna Legrosse, muliere ejus, ut in matrimonio quod olim contraxerunt et in quo filios procrearunt, ignorantes quamdam mulierem a Johanne ante hoc matrimonium carnaliter cognitam eidem Johannae tertio consanguinitatis gradu conjunctam esse, remanere valeant.

« Petitio dilecti filii... — Dat. apud Urbemveterem, VIII kalendas decembris, anno tertio. »

3863-3866 Orvieto, 22 novembre 1290.

Terminum decimae a clero Virdunensis, Tullensis, Leodiensis et Metensis dioecesium regi Franciae pro negotio regni Aragoniae solvendae prorogat. (Reg. 45, c. 605, f. 121 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo et dilectis filiis capitulo Virdunensibus, necnon clero civitatis et diocesis Virdunensis. « Ad universitatem vestram... Sane porrecta nobis ex parte vestra petitio continebat quod, cum nos olim carissimo in Christo filio .. regi Francie illustri decimam omnium redditum et proventuum ecclesiasticorum in Virdunensi civitate et diocesi, pro negotio regni Aragonie, per triennium percipiendam ab ipso, auctoritate apostolica duxerimus concedendam, certis per nostras litteras ipsius decime collectoribus deputatis, vos ob certa gravamina a quibusdam processibus dictorum collectorum, ut asseritis, ad sedem apostolicam appellastis, et de hujusmodi appellatione confisi eandem decimam hactenus non solvistis. Quare pro parte vestra fuit nobis humiliter supplicatum ut vestris in hac parte gravaminibus providere de benignitate apostolica curaremus. Verum licet intentionis nostre fuerit et existat ut eadem decima integre persolvatur, nos volentes nichilominus vobis super hoc de salubri remedio providere, quodque nostra predicta concessio nullatenus dispendiosis litigiorum anfractibus involvatur, terminum solutionis ejusdem decime primi anni, qui, ut asseritur, in festo Nativitatis Domini proximo venturo complebitur, usque ad festum Nativitatis beati Johannis Baptiste proximo futurum vobis de speciali gratia prorogamus, volentes quod tunc pro dicto primo anno decimam integre persolvatis eandem, et ex tunc per duos annos immediate sequentes in duobus terminis quolibet anno, medietatem videlicet in Domini et aliam medietatem in beati Johannis Baptiste Nativitatum predictarum festivitatibus, dictam decimam persolvatis. Ceterum... excommunicationis, suspensionis et interdicti sententias, si quas occasione dicte decime hactenus non solute forsitan incurristis, ad cautelam auctoritate apostolica relaxamus. Dispensantes cum vestrum singulis super irregularitate si quam forsitan contraxistis... Dat. apud Urbemveterem, X kalendas decembris, anno tertio. »

In e. m. .. episcopo et capitulo Tullensibus, necnon clero civitatis et dioecesis Tullensis.

In e. m. .. episcopo et capitulo Leodiensibus, necnon clero civitatis et dioecesis Leodiensis.

In e. m. .. episcopo et capitulo Metensi, necnon clero civitatis et dioecesis Metensis.

3867 Orvieto, 17 décembre 1290.

Fratribus monasterii Cavensis, Salernitanae dioecesis, permittit ut a Jacobo rege Aragonum frumentum accipiant. (Reg. 45, c. 606, f. 121 v°.)

.. *abbati et conventui monasterii Cavensis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, Salernitane diocesis.* « Habet vestre devotionis assertio quod Jacobus, natus quondam Petri olim regis Aragonum, pridem tempore quo processit hostiliter contra civitatem Gaiete, quoddam castrum in principatu Salernitano consistens et ad monasterium vestrum spectans, quod Castrum Abbatis vulgariter dicitur, occupavit et adhuc detinet occupatum, in ipsius monasterii non modicum prejudicium et gravamen; cumque dilecta in Christo filia nobilis mulier Constantia, predicti Jacobi mater, super restitutione ipsius castri eidem monasterio facienda pro parte vestra requisita fuisset, ipsa cum eodem Jacobo prehabita deliberatione respondit, ut dicitis, quod aliquam quantitatem frumenti et alia etiam victualia seu necessaria pro fructibus dicti castri, donec illud per eundem Jacobum detineri contigerit occupatum, vobis annuatim faceret exhiberi... Nos itaque vestris supplicationibus inclinati... vobis ut de fructibus de bonis ipsius castri perceptis et percipiendis ab eodem Jacobo, quandiu castrum detinuerit supradictum, sive ab eadem Constantia, vel ab eodem Jacobo frumentum licite recipere valeatis auctoritate presentium indulgemus... Dat. apud Urbemveterem, xvi kalendas januarii, anno tertio. »

3868 Orvieto, 13 décembre 1290.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 607, f. 122 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Redonensi committit potestatem dispensandi cum nobili viro Alano de Acigneyo et nobili muliere Aenorde, nata quondam Gileberti domini de Moreaco, Redonensis dioecesis, ut in matrimonio quod olim contraxerunt, ignorantes quarto consanguinitatis gradu se conjunctos esse, et in quo plures filios procrearunt, remanere valeant.

« Exhibita nobis dilecti... — Dat. apud Urbemveterem, idibus decembris, anno tertio. »

3869 Orvieto, 2 décembre 1290.

Remissio fructuum injuste perceptorum. (Reg. 45, c. 608, f. 122 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Halberstadensi committit ut magistro Johanni dicto de Sandowe, qui plures ecclesias curam animarum habentes, et praesertim ecclesiam de Rechelin (1), Havelbergensis dioecesis, et decanatum ecclesiae Standaliensis, ejusdem dioecesis, insimul sine dispensatione detinuit, portionem fructuum injuste perceptorum ex praedicta ecclesia de Berchelim et Standaliensi decanatu remittat.

« Lecta coram nobis... — Dat. apud Urbemveterem, iiii nonas decembris, anno tertio. »

3870-3877 Orvieto, 18 décembre 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 609, f. 122 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui cathedralem ecclesiam Brixinensem certis diebus visitaverint.

« Vite perennis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, xv kalendas januarii, anno tertio. »

Orvieto, 13 décembre 1290.

In e. m., pro ecclesia .. abbatissae et conventus monasterii Romaricensis, ordinis S. Benedicti, Tullensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, idibus decembris, anno tertio.

In e. m., pro ecclesia Sancti Johannis de Platea Tudertina.

« Licet is de... — Dat. ut supra. »

Orvieto, 19 octobre 1290.

In e. m., pro ecclesia monasterii Sanctae Seraphiae Terdonensis, ordinis Sanctae Clarae.

« Cum ad promerenda... — Dat. apud Urbemveterem, xiiii kalendas novembris, anno tertio. » (*En marge.*)

In e. m., pro ecclesia domus fratrum minorum Ter-

(1) Dans le Registre le mot est écrit une fois Rechelin et une fois Berchelim.

donensis, in honorem beati Francisci constructa. Dat. ut supra. (*Ibid.*)

Orvieto, 18 décembre 1290.

In e. m., pro ecclesia fratrum ordinis minorum Montis Regalis, Reatinae dioecesis, in honorem beati Francisci constructa. Dat. apud Urbemveterem, xv kalendas januarii, anno tertio. (*Ibid.*; Potth., 23501.)

Orvieto, 3 janvier 1291.

In e. m., pro capella Sancti Lamberti de Strasen extra muros Lucemburgenses, Treverensis dioecesis.

« Sanctorum meritis et... — Dat. apud Urbemveterem, III nonas januarii, anno tertio. » (*Ibid.*)

Orvieto, 19 décembre 1290.

In e. m., pro ecclesia de Vernone, Ebroicensis dioecesis.

« Vite perennis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, XIIII kalendas januarii, anno tertio. » (*Ibid.*)

3878-3883 Orvieto, 3 décembre 1290.

Henricus Brixinensi ecclesiae episcopus praeficitur. (Reg. 45, c. 610, f. 122 v°.)

Venerabili fratri Henrico, episcopo Brixinensi. Brixinensi ecclesia per obitum B. vacante, capitulum Octonem, ejusdem ecclesiae canonicum, qui in ordinibus et aetate defectum patiens dicebatur, episcopum postulavit, sed coram sede apostolica hac postulatione pendente, capitulum duas electiones, unam de Henrico, praefatae ecclesiae decano, alteram de magistro Bonoincontro, archipresbytero Veronensi, in discordia celebravit; Henricus vero electionem suam et Octo postulationem non persecuti sunt, et archipresbyter juri sibi ex electione quaesito renuntiavit; quamobrem papa praedictum Henricum eidem ecclesiae episcopum praeficit.

« Officii nobis ex... — Dat. apud Urbemveterem, III nonas decembris, anno tertio. »

In e. m. capitulo ecclesiae Brixinensis mandat ut praefato electo debitam obedientiam praebeat.

In e. m. clero civitatis et dioecesis Brixinensis.

In e. m. populo civitatis et dioecesis Brixinensis.

In e. m. universis vassallis Brixinensis ecclesiae.

In e. m. baronibus et ministerialibus ecclesiae Brixinensis fidelibus.

3884 Orvieto, 13 décembre 1290.

Tabellionatus officium. (Reg. 45, c. 611, f. 122 v°.)

Eidem episcopo facultatem conferendi duabus personis tabellionatus officium concedit.

« Ex parte tua... — Dat. apud Urbemveterem, idibus decembris, anno tertio. »

3885 Orvieto, 13 décembre 1290.

Facultas testandi. (Reg. 45, c. 611², f. 122 v°.)

Eidem.

« Quia presentis vite... — Dat. ut supra. »

3886 Orvieto, 18 décembre 1290.

Remittit iter ad limina. (Reg. 45, c. 612, f. 122 v°.)

Eidem.

« Ex parte tua... — Dat. apud Urbemveterem, xv kalendas januarii, anno tertio. »

3887 Orvieto, 18 décembre 1290.

Facultas absolvendi a canonicis sententiis. (Reg. 45, c. 612², f. 122 v°; *en marge.*)

Eidem facultatem concedit absolvendi clericos et laicos Brixinensis dioecesis ab excommunicationis sententiis quas pro violenta manuum injectione in clericos incurrerint, et dispensandi cum eis super irregularitate si quam sic legati contraxerint.

« Tua nobis fraternitas... — Dat. apud Urbemveterem, xv kalendas januarii, anno tertio. »

3888 Orvieto, 28 novembre 1290.

Jubet episcopum Rossensem decano et capitulo Rossensibus satisfactionem de injuriis impendere. (Reg. 45, c. 613, f. 123 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Aberdonensi et dilectis filiis .. abbati monasterii de Scona, Sancti Andree diocesis, ac .. priori cathedralis ecclesie Sancti Andree in Scotia. « Querelam dilectorum filiorum .. decani et capituli ecclesie Rossensis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, recepimus, continentem quod venerabilis frater noster Robertus, Rossensis episcopus, suis juribus non contentus, quin potius detestabili cupiditate seductus, ad eorumdem decani, capituli ac aliorum subditorum suorum quod deberet manutenere in suis juribus ac fovere nimis avidas manus extendens, nonnulla ecclesiastica beneficia, decimas, terras ac redditus, sustentationi cano-

nicorum ac vicariorum ipsius ecclesie juxta ejusdem ecclesie ordinationem per sedem apostolicam confirmatam deputata, eisdem canonicis violenter auferre eaque propriis applicare usibus; ac domos canonicorum ac vicariorum ipsorum destruere fructusque prebendarum et beneficiorum eorumdem sequestrare, necnon pecuniam redditus et res alias pertinentes ad ipsos absque justa et rationabili causa capere, occupare, detinere ac de illis pro sua voluntate disponere, aliasque ipsis super bonis eorum injuriari multipliciter non veretur; bona insuper rectorum et vicariorum perpetuorum ecclesiarum civitatis et diocesis Rossensis, cum decedunt, eorumque annalia, contra regni Scotie consuetudinem in ecclesiis ejusdem regni approbatam; necnon et terras ac partem emendarum quas recipit a subditis pro offensis, in usus fabrice ecclesie Rossensis deputatam, occupat et de illis aliter pro sua voluntate disponit; vicarios quoque predictos vicariis suis privare ac interdum duas ipsius ecclesie Rossensis vicarias, contra supradictam consuetudinem, uni persone tantum conferre presumit; procurationes preterea ratione visitationis debitas ab ipsis aliisque suis subditis, nulla visitatione prehabita, in pecunia, et multo majorem quam predecessores sui consueverunt recipere, ab eisdem exigit et extorquet, quanquam id sibi non competat de consuetudine vel de jure; et licet eidem episcopo propter hoc sit ingressus ecclesie interdictus, ipse tamen, proprie fame immemor et salutis, divina officia in ecclesia celebrare, immo verius, quantum in eo est, prophanare, ac se illis temere immiscere presumit; nonnullas preterea possessiones et bona ejusdem Rossensis ecclesie suis consanguineis et amicis de novo infeudare seu ad firmam vel sub censu annuo concedere presumit, ipsius capituli assensu minime accedente... Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus, si est ita, eundem episcopum, quod eisdem decano et capitulo de premissis omnibus que ad eosdem decanum et capitulum pertinent plenam et debitam satisfactionem impendat, et a similibus de cetero conquiescat, monitione premissa, auctoritate nostra, appellatione postposita, compellatis... Dat. apud Urbemveterem, IIII kalendas decembris, anno tertio. »

3889 Orvieto, 13 décembre 1290.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 45, c. 614, f. 123 r°, Potth., 23493.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Antibarensi committit ut cum Matthaeo de Dulcinio, diacono, de cujus natalibus dubitatur, cum infans ante fores ecclesiae Sancti Johannis Dulcinensis inventus sit, dispenset ut presbyteratum et beneficium ecclesiasticum obtinere possit.

« Ex parte tua... — Dat. apud Urbemveterem, idibus decembris, anno tertio. »

3890 Orvieto, 18 décembre 1290.

Facultas eligendi confessorem. (Reg. 45, c. 615, f. 123 r°.)

Venerabili fratri H., episcopo Brixinensi.

« Benigno tibi sunt... — Dat. apud Urbemveterem, XV kalendas januarii, anno tertio. »

3891 Orvieto, 18 décembre 1290.

Facultas reconciliandi per presbyterum alium loca violata. (Reg. 45, c. 615², f. 123 r°.)

Eidem.

« Cum sicut ex... — Dat. ut supra. »

3892-3897 Orvieto, 13 décembre 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 615³, f. 123 r°; *en marge.*)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam .. prioris et conventus domus Venetiarum ordinis Beatae Mariae de Monte Carmeli, Castellanae dioecesis, certis diebus visitaverint.

« Vite perennis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, idibus decembris, anno tertio. » (Potth., 23497.)

In e. m., pro ecclesia domus Parisiensis ejusdem ordinis.

Orvieto, 4 janvier 1291.

In e. m., pro ecclesia fratrum minorum Armachana. Dat. apud Urbemveterem, II nonas januarii, anno tertio. (Potth., 23520.)

Orvieto, 12 janvier 1291.

In e. m., pro ecclesia Sancti Tudini de Capcavalle, Corisopitensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, II idus januarii, anno tertio.

Orvieto, 13 décembre 1290.

In e. m., pro ecclesia Sancti Bartholomaei de Capite Pontis Solestani Esculana. Dat. apud Urbemveterem, idibus decembris, anno tertio.

Orvieto, 15 janvier 1291.

In e. m., pro ecclesia hospitalis Sancti Spiritus domus leprosorum de Valle Urbevetanae.

« Licet is de... — Dat. apud Urbemveterem, XVIII kalendas januarii, anno tertio. »

3898 Orvieto, 23 décembre 1290.

Litteras confirmat quibus Gregorius papa sororibus poenitentibus Sanctae Mariae Magdalenae habitum et regulam beati Augustini et institutiones ordinis monialium Sancti Sixti de Urbe concessit. (Reg. 45, c. 616, f. 123 v°.)

Dilectis in Christo filiabus sororibus penitentibus Sancte Marie Magdalene.

« Gregorius episcopus servus servorum Dei. Dilectis » in Christo filiabus sororibus penitentibus Sancte Ma- » rie Magdalene, salutem et apostolicam benedictionem. » Exsurgentes de pulvere... — Dat. Anagnie, x kalen- » das novembris, pontificatus nostri anno sexto. » (Potth., 9025.)

« Gaudete et exultate... — Dat. apud Urbemveterem, x kalendas januarii, anno tertio. »

3899 Orvieto, 3 janvier 1291.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 45, c. 617, f. 125 r°.)

.. *abbati monasterii Vallis Sancte Marie, Premonstratensis ordinis, Trajectensis diocesis,* committit ut cum Lindulpho, presbytero praedicti ordinis, filio Kemonis de Frisia et Remondae, uxoris ejus, Trajectensis dioecesis, qui, ignorantes se tertio consanguinitatis gradu conjunctos, matrimonium insimul contraxerunt, dispenset super defectu natalium, si quem patitur, ut in susceptis ministrare ordinibus et ad administrationes ordinis Praemonstratensis assumi valeat.

« Petitio tua nobis... — Dat. apud Urbemveterem, III nonas januarii, anno tertio. »

3900-3905 Orvieto, 9 novembre 1290.

Dispensatio residentiae clericis beneficiariis concessa. (Reg. 45, c. 618, f. 125 r°.)

Nobili mulieri Beatrici, ducisse Burgundie, indulget ut quatuor clerici ejus obsequiis insistentes fructus, redditus et proventus beneficiorum suorum ecclesiasticorum per quinquennium cum ea integritate percipere possint cum qua illos perciperent si in ecclesiis in quibus illa obtinent personaliter residerent.

« Devotionis tue votis... — Dat. apud Urbemveterem, v idus novembris, anno tertio. »

In e. m. .. episcopo Eduensi, .. praeposito ecclesiae de Monte Regali, Lingonensis dioecesis, et Guillelmo de Bello Forti, canonico Parisiensi, mandat ut praedictis clericis redditus et proventus integre ministrari faciant.

« Devotionis votis dilecte... — Dat. ut supra. »

Orvieto, 13 novembre 1290.

In e. m. Phylippo, primogenito R., comitis Atrebatensis, et Blancae, uxori ejus, indulget ut quatuor clerici eorum obsequiis insistentes, fructus, redditus et proventus beneficiorum suorum ecclesiasticorum per quinquennium integre percipere possint.

« Exigentibus vestre devotionis... — Dat. apud Urbemveterem, idibus novembris, anno tertio. »

In e. m. .. abbati monasterii de Archi, Morinensis dioecesis, .. archidiacono ecclesiae Aurelianensis, et magistro Guillelmo de Bello Forti, canonico Parisiensi, mandat ut praedictis clericis suos redditus et proventus integre ministrari faciant.

« Exigentibus devotionis meritis... — Dat. apud Urbemveterem, idibus novembris, anno tertio. »

Orvieto, 9 novembre 1290.

In e. m. Roberto, comiti Arverniae, et Beatrici, uxori ejus, Claromontensis dioecesis.

« Devotionis vestre merita... — Dat. apud Urbemveterem, v idus novembris, anno tertio. »

In e. m. .. priori de Revilliaco, communis Morinensis, .. praeposito Thoracensi, Tornacensis dioecesis, et magistro Guillelmo de Bello Forti, canonico Parisiensi.

« Devotionis merita dilecti... — Dat. apud Urbemveterem, v idus novembris, anno tertio. »

3906-3909 Orvieto, 5 novembre 1290.

Licentia ingrediendi monasteria. (Reg. 45, c. 619, f. 125 v°.)

Nobili mulieri Beatrici, ducisse Burgundie. « Ex tue devotionis... Ut de Cistertii, de Clara Valle, de Feritate et de Larivour monasteria, Cisterciensis ordinis, Parisiensis, Lingonensis et Trecensis diocesium, cum sex honestis mulieribus, et in habitu condecenti, quater in anno, causa devotionis, intrare valeas, dummodo tu et eedem mulieres in ipsis monasteriis que sic intraveritis non comedatis nec etiam pernoctetis... devotioni tue in-

dulgemus... Presentibus post quinquennium minime valituris. Dat. apud Urbemveterem, nonis novembris, anno tertio. »

In e. m. Beatrici, comitissae Averniae. « Ex tue devotionis... Ut de Sancto Marcello et Longo Campo prope Parisius, ac de Bosqueto, de Longo Villari, de Claro Marosco et de Cerquant monasteria, Cisterciensis, predicatorum et Sancte Clare ordinum, Claromontensis, Morinensis et Parisiensis diocesium, cum sex honestis mulieribus et in habitu condecenti, etc., ut supra. » (Potth., 23453.)

Orvieto, 24 septembre 1290.

In e. m. Agnetae, uxori Johannis domini Montis Falconis, Bisuntinae dioecesis. « Ex tue devotionis... Ut Cistercii, Clarevallense, de Bellavalle, de Caritate et de Gratia Dei, Cisterciensis ordinis, ac Sancte Clare de Bisuntio monasteria, Lingonensis et Bisuntine civitatum et diocesium, cum quatuor honestis mulieribus et in habitu condecenti, bis in anno intrare valeas, etc., ut supra. Dat. apud Urbemveterem, VIII kalendas octobris, anno tertio. » (Potth., 23412.)

Orvieto, 5 novembre 1290.

In e. m. Blancae, uxori Phylippi, primogeniti R. comitis Atrebatensis. « Ut erga sedem... Ut de Sancto Marcello et de Longo Campo, prope Parisius, ac de Pruvino, de Regali Monte, de Claro Maresco, de Longo Villari et de Cherquant monasteria, Cisterciensis et Sancte Clare ordinum, Parisiensis, Trecensis et Morinensis civitatum et diocesium, cum sex honestis mulieribus et in habitu condecenti, quater in anno, causa devotionis intrare valeas, etc., ut supra usque Dat. apud Urbemveterem, nonis novembris, anno tertio. » (Potth., 23454.) (1).

3910-3912 Orvieto, 1er décembre 1290.

Concessiones monasterio Vallis Ducissae, Cameracensis dioecesis, factas confirmat. (Reg. 45, c. 620, f. 126 r°.)

.. *priorisse et conventui monasterii Vallis Ducisse, per priorissam soliti gubernari, ordinis S. Augustini, secundum regulam et instituta fratrum ordinis predicatorum viventibus, Cameracensis diocesis.* Confirmat concessionem qua Johannes, Leodiensis episcopus, eis tertiam partem majorum decimarum ecclesiae de Ekerne, Leodiensis dioecesis, in qua jus patronatus habent, percipiendam in perpetuum, capitulo Leodiensi et .. rectore praedictae ecclesiae consentientibus, concessit.

« Cum a nobis... — Dat. apud Urbemveterem, kalendis decembris, anno tertio. »

In e. m. eisdem. Concessionem eis factam tertiae partis omnium oblationum ecclesiarum de Ortam et de Bosco Ducis, quarum una ab altera dependet, Leodiensis dioecesis, in quibus jus patronatus habent, confirmat.

In e. m. eisdem. Cum Urbanus papa quondam Felicitati de Triangulo, dominae de Parvis et de castro Portuensi, Remensis dioecesis, facultatem concesserit convertendi in pios usus decimas quarumdam terrarum, quae vastinae vocabantur, quasque, tunc de novo ad culturam redactas, in fenagio et dominio de Curlene aliisque locis Leodiensis et Cameracensis dioecesium hereditario jure habebat, praedicta Felicitas illas decimas monasterio Vallis Ducissae contulit, dioecesanis et archidiaconis locorum, rectoribusque ecclesiarum de Ekere et de Habarikon, Leodiensis et Cameracensis dioecesium, in quarum parrochiis decimae illae sunt, consentientibus. Hanc decimarum concessionem monasterio Vallis Ducissae factam Nicolaus papa confirmat.

3913 Orvieto, 3 janvier 1291.

Facultas exercendi per alium jus visitationis. (Reg. 45, c. 621, f. 126 r°.)

Venerabili fratri Petro, episcopo Baiocensi, facultatem concedit, dum ille apud sedem apostolicam moram traxerit, exercendi per aliquam personam idoneam jus visitationis, et procurationes moderatas, in victualibus dumtaxat, ab ecclesiis et personis visitatis recipiendi.

« Ex tue devotionis... — Dat. apud Urbemveterem, III nonas januarii, anno tertio. »

3914 Orvieto, 19 décembre 1290.

Remittit iter ad limina. (Reg. 45, c. 621², f. 126 r°.)

Bernardo, abbati monasterii Cerasiensis, ordinis S. Benedicti, Baiocensis diocesis. Eum absolvit a juramento visitandi singulis bienniis limina apostolorum, licet monasterium exemptionis privilegium non habeat, sed jurisdictioni episcopi Baiocensis subjectum sit.

« Ex parte tua... — Dat. apud Urbemveterem, XIIII kalendas januarii, anno tertio. »

(1) Potthast dit : Blancae, uxori *Christophori*...

3915 Orvieto, 2 janvier 1291.

Licentia ingrediendi monasteria. (Reg. 45, c. 622, f. 126 r°; Potth., 23518.)

Carissime in Christo filie Marie, regine Francie illustri, concedit ut, quotiens ipsi placuerit, claustra monasteriorum ordinis Sanctae Clarae, cum duobus fratribus minoribus et octo matronis, ingredi possit.

« Personam tuam speciali... — Dat. apud Urbemveterem, IIII nonas januarii, anno tertio. »

3916 Orvieto, 2 janvier 1291.

Licentia fratri Vallis Scholarium edendi carnem concedenda. (Reg. 45, c. 622², f. 126 r°.)

Eidem indulget ut confessor ejus licentiam vescendi carnibus elargiri valeat elemosinario ejus, ordinem fratrum Vallis Scholarium professo, cui ex institutione ordinis edere carnem prohibetur.

« Exigit magne devotionis... — Dat. ut supra. »

3917 Orvieto, 4 janvier 1291.

Quaedam sorores Humilitatis Beatae Mariae ab horis canonicis dicendis absolvuntur. (Reg. 45, c. 623, f. 126 r°.)

.. *abbatisse et conventui monasterii Humilitatis Beate Marie virginis prope Parisius, ordinis Sancte Clare.* « Ut apostolice sedis... Ut monasterii vestri sorores que, dierum antiquitate confecte vel egritudinis pregravate molestia, in dicendis horis canonicis non possunt, ut expedit, interesse, per confessorem suum ab hujusmodi possint horis absolvi, dictusque confessor horas ipsas in orationem dominicam et salutationem angelicam virginis gloriose aut orationes alias, de quibus expedire videat, commutare valeat, auctoritate presentium indulgemus. Dat. apud Urbemveterem, II nonas januarii, anno tertio. »

3918 Orvieto, 21 décembre 1290.

Institutionem monasterii Sanctae Clarae juxta ecclesiam Sancti Marcelli prope Parisius, ab episcopo Carnotensi factam, confirmat. (Reg. 45, c. 623², f. 126 v°; Potth., 23507.)

.. *abbatisse et conventui sororum minorum inclusarum monasterii Sancte Clare juxta Parisius.*

« Cum a nobis... — Dat. apud Urbemveterem, XII kalendas januarii, anno tertio. »

3919 Orvieto, 23 décembre 1290.

Ne quis partem quarumdam pitantiarum hospitali leprosorum de Colle concessarum percipere possit. (Reg. 45, c. 624, f. 126 v°.)

.. *priori et fratribus hospitalis leprosorum de Colle, Perusine diocesis.* « Exposita nobis vestra petitio continebat quod nonnulli cives Perusini, cum decedunt, aliquam de bonis eorum pitantiam in victualibus seu pro victualibus vobis relinquunt intuitu pietatis, ex quibus diocesanus loci nichil hactenus percipere consuevit, licet bone memorie Johannes, episcopus Perusinus, quartam partem de hujusmodi pitantiis vobis factis duxerit detrahendam... vobis auctoritate presentium indulgemus ut de hujusmodi pitantia... in futurum diocesano vestro vel alteri respondere in aliquo minime teneamini... Dat. apud Urbemveterem, X kalendas januarii, anno tertio. »

3920 Orvieto, 2 janvier 1291.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 625, f. 126 v°; Potth., 23517.)

.. *guardiano et fratribus domus ordinis minorum Senensis.* Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui praedictae domus ecclesiam, in honorem sanctorum Philippi et Jacobi constructam, in eorumdem sanctorum, S. Francisci et S. Antonii festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint.

« In sanctorum festivitatibus... — Dat. apud Urbemveterem, IIII nonas januarii, anno tertio. »

3921 Orvieto, 11 décembre 1290.

Licentia ingrediendi monasteria. (Reg. 45, c. 625², f. 126 v°; Potth., 23492.)

Nobili mulieri Elisabeth, uxori dilecti filii nobilis viri Guidonis, comitis Flandrensis, indulget ut monasterium de Werkin, ordinis Sanctae Clarae, Tornacensis dioecesis, cum matronis ingredi valeat.

« Pium arbitramur et... — Dat. apud Urbemveterem, III idus decembris, anno tertio. »

3922 Orvieto, 14 décembre 1290.

Licentia exercendi per procuratorem jus visitationis. (Reg. 45, c. 626, f. 126 v°.)

Venerabili fratri Johanni, episcopo Agennensi, indulget

ut quasdam ecclesias suae dioecesis per alias personas idoneas visitari facere et procurationes moderatas in victualibus dumtaxat hujusmodi visitationis ratione accipere possit.

« Habet in nobis... — Dat. apud Urbemveterem, XVIIII kalendas januarii, anno tertio. »

3923 Orvieto, 5 janvier 1291.

Bartholus rector hospitali Sancti Jacobi de Sancto Eusebio, Florentinae dioecesis, praeficitur. (Reg. 45, c. 627, f. 127 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Florentino mandat ut a Bartholo, presbytero, resignatione rectoriae hospitalis leprosorum Sancti Jacobi de Sancto Eusebio, Florentinae dioecesis, recepta, hanc rectoriam illi de novo conferat. — Praedicta rectoria vacante, hospitalis fratres eumdem Bartholum rectorem elegerunt et hujusmodi electionem capitulum Florentinum, sede Florentina vacante, confirmavit; sed cum postmodum Bartholus illos fratres tempore electionis majore excommunicatione innodatos esse novit, novam confirmationem a sede apostolica petiit.

« Sua nobis dilectus... — Dat. apud Urbemveterem, nonis januarii, anno tertio. »

3924-3934 Orvieto, 2 janvier 1291.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 628, f. 127 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam monasterii Sanctae Margaretae de Marleberge, ordinis de Sempingham, Saresbiriensis dioecesis, certis diebus visitaverint.

« Vite perennis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, IIII nonas januarii, anno tertio. »

In e. m., pro ecclesia monasterii Sanctae Katerinae Lincolniensis, ordinis de Sempingham. Dat. ut supra.

In e. m., pro ecclesia monasterii de Bolington, ordinis de Sempingham, Lincolniensis dioecesis. Dat. ut supra.

In e. m., pro capella Sanctae Elenae de Wintringham, Eboracensis dioecesis. Dat. ut supra.

In e. m., pro capella Sancti Jacobi sita infra monasterium Sanctae Katerinae Lincolniense. Dat. ut supra.

Orvieto, 5 janvier 1291.

In e. m., pro ecclesia Sancti Andreae Urbevetana. Dat. apud Urbemveterem, nonis januarii, anno tertio.

In e. m., pro ecclesia Beatae Mariae de Novo Vico super Baranion, Bituricensis dioecesis. Dat. ut supra.

Orvieto, 12 janvier 1291.

In e. m., pro ecclesia monasterii Casae Dei, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, Claromontensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, II idus januarii, anno tertio. (*En marge.*)

Orvieto, 4 janvier 1291.

In e. m., pro ecclesia hospitalis Sanctae Mariae Nigripontensis, ordinis Cruciferorum. Dat. apud Urbemveterem, II nonas januarii, anno tertio. (*Ibid.*)

In e. m., pro ecclesia hospitalis Sancti Matthaei de Merulana de Urbe, ordinis Cruciferorum. Dat. ut supra. (*Ibid.*)

Orvieto, 9 janvier 1291.

In e. m., pro ecclesia Sancti Jacobi de Majorito, Toletanae dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, V idus januarii, anno tertio. (*Ibid.*)

3935 Orvieto, 22 décembre 1290.

Collatio beneficii et dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 45, c. 629, f. 127 v°.)

Hugoni de Lauduno, subdiacono nostro, Vivariensis ecclesie episcopo, clerico C., regis Siciliae, et bonae memoriae B., Portuensis episcopi, quondam capellano, indulget ut praeposituram Dignensis ecclesiae, loco archidiaconatus in Vivariensi ecclesia, qui ei fuit concessus, sed a cujus collatione ad sedem apostolicam est appellatum, licite recipere, et una cum canonicatibus, beneficiis seu praebendis in Dignensi et Vivariensi ecclesiis, necnon ecclesia de Sancto Mauritio et ecclesia de Malentio huic subjecta, Uticensis dioecesis, libere retinere valeat.

« Inducunt nos tue... — Dat. apud Urbemveterem, XI kalendas januarii, anno tertio. »

3936-3939 Orvieto, 10 janvier 1291.

Bulgarus Perusinae ecclesiae episcopus praeficitur. (Reg. 45, c. 630, f. 127 v°.)

Bulgaro, electo Perusino. Vacante ecclesia Perusina per obitum Johannis, capitulum R., abbatem monasterii Sancti Petri Perusini, ordinis S. Benedicti, episcopum elegit, cum vero hic electioni consentire noluerit, papa provisionem ejusdem ecclesiae dispositioni sedis apostolicae reservavit et postmodum, supplicantibus capitulo et

populo Perusinis, Bulgarum, tunc priorem ecclesiae Sancti Johannis de Marsano, Perusinae dioecesis, eidem ecclesiae praeficit.

« Officii nostri nobis... — Dat. apud Urbemveterem, IIII idus januarii, anno tertio. »

In e. m. capitulo Perusino mandat ut eidem episcopo debitam obedientiam praebeat.

In e. m. clero civitatis et dioecesis Perusinae.

In e. m. populo civitatis et dioecesis Perusinae.

3940 Orvieto, 19 décembre 1290.

Defensionem hospitalis Sancti Thomae in Formis de Urbe Petro, Sancti Marci presbytero cardinali, committit. (Reg. 45, c. 631, f. 128 r°.)

Petro, tituli Sancti Marci presbytero cardinali, curam et defensionem hospitalis Sancti Thomae in Formis de Urbe, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, omnium locorum et membrorum ecclesiasticorum et mundanorum ei subjectorum, aliorumque bonorum ad illud spectantium, ac personarum hospitalis, locorum et membrorum praedictorum committit.

« Suscepte servitutis officium... — Dat. apud Urbemveterem, XIIII kalendas januarii, anno tertio. »

3941 Orvieto, 4 janvier 1291.

Fratres hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani Parisiensis rogat ut .. abbatissae et conventui monasterii Sanctae Clarae prope Parisius quasdam terras et domos censivas cedant. (Reg. 45, c. 632, f. 128 r°; Potth., 23519.)

.. priori et fratribus Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani Parisiensis.

« Super hiis que... — Dat. apud Urbemveterem, II nonas januarii, anno tertio. »

3942-3948 Orvieto, 29 décembre 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 633, f. 128 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam .. abbatissae et conventus monasterii de Carbonaria, Cisterciensis ordinis, Januensis dioecesis, in Beatae Mariae et beati Barnabae apostoli honorem constructam, certis diebus visitaverint.

« Vite perennis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, IIII kalendas januarii, anno tertio. »

In e. m., pro ecclesia abbatissae et conventus monasterii Sancti Stephani de Millesimo, Cisterciensis ordinis, Albiensis dioecesis. Dat. ut supra.

In e. m., pro ecclesia abbatissae et conventus monasterii Sancti Spiritus, Cisterciensis ordinis, Januensis dioecesis, in honorem Beatae Mariae constructa. Dat. ut supra. (*En marge.*)

In e. m., pro ecclesia abbatissae et conventus monasterii Sanctae Annae, Cisterciensis ordinis, Astensis dioecesis. Dat. ut supra. (*Ibid.*)

In e. m., pro ecclesia abbatissae et conventus monasterii de Sancto Sepulcro, Cisterciensis ordinis, Januensis dioecesis, in honorem Beatae Mariae constructa.

« Virga venustissima et ... — Dat. ut supra. » (*Ibid.*)

In e. m., pro ecclesia abbatissae et conventus monasterii Beatae Mariae de Bano, Cisterciensis ordinis, Terdonensis dioecesis. Dat. ut supra. (*Ibid.*)

Orvieto, 28 décembre 1290.

In e. m. Universis Christi fidelibus per Tornacensem, Trajectensem et Cameracensem civitates et dioeceses constitutis. Eandem indulgentiam concedit eis qui abbatissae et conventui monasterii de Eclo, Cisterciensis ordinis, Tornacensis dioecesis, subsidia ad terminandam ejusdem monasterii ecclesiam daverint.

« Quoniam ut ait... — Dat. apud Urbemveterem, V kalendas januarii, anno tertio. » (*Ibid.*)

3949 Orvieto, 28 novembre 1290.

Ecclesiam Sancti Martini de Pertegatio, Barchinonensis dioecesis, Raymondo de Vilalta confert. (Reg. 45, c. 634, f. 128 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Barchinonensi mandat ut Raymundo de Vilalta, presbytero, Barchinonensis dioecesis, ecclesiam Sancti Martini de Pertegatio, ejusdem dioecesis, conferat. Jam quidem ei illam ecclesiam bonae memoriae A., Barchinonensis episcopus, contulerat, sed Raymundus tempore hujusmodi collationis nondum quinque et viginti annos natus erat, nec statutis temporibus in presbyterum promoveri se fecit; itaque a sede apostolica sibi de hoc provideri petiit.

« Exposita nobis dilecti... — Dat. apud Urbemveterem, IIII kalendas decembris, anno tertio. »

3950-3955 Orvieto, 15 janvier 1291.

Raymundus ecclesiae Valentinae episcopus praeficitur. (Reg. 45, c. 635, f. 128 v°.)

Venerabili fratri Raymundo, episcopo Valentino. Valentina ecclesia per obitum Jasberti vacante, duae electiones, scilicet una de Bernardo de Villa Marino, archidiacono, altera vero de Raymundo, praecentore Valentinae ecclesiae, in discordia celebratae sunt, quarum negotio ad sedem apostolicam per appellationem devoluto, praedictus praecentor obiit, archidiaconus vero jus sibi acquisitum resignavit, quare Valentinae ecclesiae provisionem dispositioni suae papa reservavit et postmodum Raymundum, tunc capellanum suum, decanum ecclesiae Compostellanae, eidem ecclesiae episcopum praefecit.

« Inter varia innumeraque... — Dat. apud Urbemveterem, XVIII kalendas februarii, anno tertio. »

In e. m. capitulo Valentino mandat ut eidem episcopo debitam obedientiam praebeat. Dat. ut supra.

In e. m. clero civitatis et dioecesis Valentinae. Dat. ut supra.

In e. m. populo Valentino. Dat. ut supra.

In e. m. universis ecclesiae Valentinae vassallis. Dat. ut supra.

In e. m. .. archiepiscopum Terraconensem hortatur ut eidem episcopo tanquam suo suffraganeo assistat. Dat. ut supra.

3956 Orvieto, 13 janvier 1291.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 636, f. 129 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Lincolniensi potestatem committit dispensandi cum Matthaeo Rogeri et Ysabella Johannis de Endredeby, Lincolniensis dioecesis, ut in matrimonio quod olim contraxerunt, ignorantes se quarto consanguinitatis gradu conjunctos esse, et in quo plures filios procrearunt, remanere valeant.

« Petitio dilecti filii... — Dat. apud Urbemveterem, idibus januarii, anno tertio. »

3957 Orvieto, 13 janvier 1291.

Statuta in monasterio Sancti Pauli observanda ordinat. (Reg. 45, c. 637, f. 129 r°.)

Dilectis filiis abbati et conventui monasterii Sancti Pauli de Urbe, ordinis S. Benedicti.

« Licet prout commendabilis... — Dat. apud Urbemveterem, idibus januarii, anno tertio. »

3958 Orvieto, 13 janvier 1291.

Abbati monasterii Sancti Pauli de Urbe indulget ut obedientiariis et castellanis monasterii licentiam dare possit remanendi in officiis, non obstante statuto quo monachi et conversi ejusdem monasterii a commissis obedientiis et castellaniis annis singulis amoveri debent. (Reg. 45, c. 638, f. 130 r°.)

.. *abbati monasterii Sancti Pauli de Urbe, ordinis S. Benedicti.*

« Sicut te intimante... — Dat. ut supra. »

3959 Orvieto, 13 janvier 1291.

Hortum fratribus minoribus de Monteflascone dat. (Reg. 45, c. 639, f. 130 r°.)

.. *guardiano et fratribus domus ordinis minorum de Monteflascone, Balneoregensis diocesis.* « Devotionis vestre precibus inclinati, quemdam ortum ecclesie romane, ab una parte orto domus vestre continuum, ab alia vie publice, et a tertio territorio Petri de Monteflascone, militis, [quem] hactenus, sub annuo censu viginti soldorum paparinorum, a sede apostolica tenuistis locatum, in veram et puram elemosinam vobis et domui vestre tenore presentium in perpetuum concedimus, donamus et vestro usui deputamus. Nulli ergo, etc., nostre concessionis et donationis, etc. Dat. ut supra. »

3960-3970 Orvieto, 14 janvier 1291.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 640, f. 130 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam prioratus de Sancto Lupo in Archia, Rothomagensis dioecesis, certis diebus visitaverint.

« Cum ad premerenda... — Dat. apud Urbemveterem, XVIIII kalendas februarii, anno tertio. »

Orvieto, 7 janvier 1291.

In e. m., pro ecclesia Sanctae Mariae de Pileo, Anagninae dioecesis.

« Virga venustissima et... — Dat. apud Urbemveterem, VII idus januarii, anno tertio. »

Orvieto, 5 janvier 1291.

In e. m., pro ecclesia .. guardiani et fratrum ordinis minorum Grayacensi, Bisuntinae dioecesis.

« Vite perennis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, nonis januarii, anno tertio. » (Potth., 23523.)

Orvieto, 8 janvier 1291.

In e. m., pro ecclesia .. abbatissae et conventus monasterii de Sperandeo Senensis, ordinis S. Benedicti. Dat. apud Urbemveterem, VI idus januarii, anno tertio.

Orvieto, 13 janvier 1291.

In e. m., pro ecclesia Sancti Egidii de Desbourg, Lincolniensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, idibus januarii, anno tertio.

Orvieto, 20 janvier 1291.

In e. m., pro ecclesia .. priorissae et conventus sororum inclusarum monasterii Vallis Ducissae, ordinis S. Augustini, secundum instituta et sub cura fratrum ordinis praedicatorum viventium, Cameracensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, XIII kalendas februarii, anno tertio. (*En marge.*)

Orvieto, 23 décembre 1290.

In e. m., pro ecclesia Sancti Bartholomaei de Rupella, Xanctonensis dioecesis. Dat apud Urbemveterem, X kalendas januarii, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 13 janvier 1291.

In e. m., pro ecclesia .. abbatissae et conventus monasterii Sanctae Clarae Perusini, ordinis Sanctae Clarae.

« Licet is de... — Dat. apud Urbemveterem, idibus januarii, anno tertio. »

Orvieto, 9 janvier 1291.

In e. m., pro ecclesia Beatae Mariae de Sanctae Mariae Ecclesia, Lexoviensis dioecesis.

« Vite perennis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, V idus januarii, anno tertio. » (*Ibid.*)

Orvieto, 2 janvier 1291.

In e. m., pro ecclesia monasterii Sancti Andreae apostoli Eboracensis, ordinis de Sempingham. Dat apud Urbemveterem, IIII nonas januarii, anno tertio. (*Ibid.*)

In e. m., pro ecclesia monasterii Sanctae Mariae de Malton, ordinis de Sempingham, Eboracensis dioecesis. Dat. ut supra. (*Ibid.*)

3971 Orvieto, 20 janvier 1291.

Licentia ingrediendi monasteria. (Reg. 45, c. 641, f. 130 v°.)

Nobili mulieri Aalidi, domine de Pyrois, Cameracensis diocesis. « Pium arbitramur et... Ut claustra monasteriorum Sancte Clare et Humilitatis Beate Marie prope Parisius ac sororum inclusarum Vallis Ducisse, secundum instituta et sub cura fratrum ordinis predicatorum viventium, Cameracensis diocesis, Sancte Clare et S. Augustini ordinum, cum quatuor honestis matronis, sex vicibus in anno, in habitu honesto, ingredi valeas, dummodo tu et eedem matrone in claustris predictis non comedatis nec etiam pernoctetis... Dat. apud Urbemveterem, XIII kalendas februarii, anno tertio. »

3972 Orvieto, 18 janvier 1291.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 642, f. 130 v°.)

Venerabili fratri O., patriarche Antiocheno, committit potestatem dispensandi cum nobili viro Manuele Zachariae et nobili muliere Clarisia, nata quondam Sorleonis de Grimaldis, civibus Januensibus, ut, non obstante quarto consanguinitatis gradu quo conjuncti sunt, ad sedandas inimicitias inter parentes exortas, matrimonium contrahere valeant.

« Lecta coram nobis... — Dat. apud Urbemveterem, XV kalendas februarii, anno tertio. »

3973 Orvieto, 13 janvier 1291.

Tabellionatus officium. (Reg. 45, c. 643, f. 130 v°.)

Venerabili fratri Willelmo, episcopo Saresbiriensi, facultatem concedit conferendi duabus personis idoneis tabellionatus officium.

« Ne contractuum memoria... — Dat. apud Urbemveterem, idibus januarii, anno tertio. »

3974 Orvieto, 13 janvier 1291.

Licentia absolvendi a canonicis sententiis. (Reg. 45, c. 644, f. 130 v°.)

Eidem facultatem concedit absolvendi clericos et laicos Saresbiriensis dioecesis qui pro violenta manuum injectione in personas ecclesiasticas sententiam excommunicationis incurrerunt et dispensandi cum clericis super irregularitate, si quam sic legati contraxerint.

« Ex parte tua... — Dat. ut supra. »

3975 Orvieto, 13 janvier 1291.

Licentia celebrandi vel celebrare faciendi divina officia tempore generalis interdicti. (Reg. 45, c. 645, f. 130 v°.)

Eidem.

« Meritis tue sinceritatis... — Dat. ut supra. »

3976 Orvieto, 28 décembre 1290.

Indulgentia. (Reg. 45, c. 646, f. 130 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam Sancti Benedicti extra muros Astenses in Assumptionis Beatae Mariae et S. Benedicti festivitatibus, per octo dies festivitates illas immediate sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint.

« Vite perennis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, v kalendas januarii, anno tertio. »

3977 Orvieto, 21 janvier 1291.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 647, f. 131 r°.)

Venerabili fratri .. patriarche Anthioceno committit potestatem dispensandi cum nobili viro Antonio de Volta et nobili muliere Caracosa, filia quondam Andreoli Ususmaris, civibus Januensibus, ut matrimonium inter se contrahere valeant, quanquam quondam Verdina, prior Antonii uxor, Caracosae quarto consanguinitatis gradu attinebat.

« Dilecti filii nobilis... — Dat. apud Urbemveterem, xii kalendas februarii, anno tertio. »

3978 Orvieto, 13 janvier 1291.

Licentia ingrediendi monasteria. (Reg. 45, c. 648, f. 131 r°; Potth., 23524.)

Nobili viro Guidoni, comiti Flandrie, indulget ut monasterium de Werkin, ordinis Sanctae Clarae, Tornacensis dioecesis, cum sex sociis, bis in anno, ingredi valeat.

« Ex tue devotionis... — Dat. apud Urbemveterem, idibus januarii, anno tertio. »

3979-3980 Orvieto, 13 janvier 1291.

Licentiam celebrandi divina officia, ordines sacros conferendi, chrisma conficiendi, pueros confirmandi, abbatissas et moniales, calices et pallas altaris benedicendi, durante interdicto cui Aragoniae regnum subjectum est, archiepiscopo Terraconensi et episcopo Barchinonensi largitur. (Reg. 45, c. 649, f. 131 r°.)

Roderico, archiepiscopo Terraconensi.

« Personam tuam sincera... — Dat. ut supra. »

In e. m. Bernardo, episcopo Barchinonensi.

3981 Orvieto, 19 janvier 1291.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 45, c. 650, f. 131 r°.)

Willelmo de Tylloel, precentori ecclesie Dunkeldensis, indulget ut, praeter praebendam et praecentoriam quas in ecclesia Dunkeldensi obtinet, unicum aliud beneficium, quod cantoria non sit, accipere et retinere possit.

« Inducti attribute tibi... — Dat. apud Urbemveterem, xiiii kalendas februarii, anno tertio. »

3982-3985 Orvieto, 13 décembre 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 651, f. 131 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam Sancti Thomae apostoli Aesculanam certis diebus visitaverint.

« Vite perennis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, idibus decembris, anno tertio. »

Orvieto, 9 janvier 1291.

In e. m., pro ecclesia Sancti Stephani de Bonzolo, Januensis dioecesis. Dat. ut supra, v idus januarii, anno tertio.

In e. m., pro ecclesia Sancti Germani de Laquazolo Januensi. Dat. ut supra.

Orvieto, 13 janvier 1291.

In e. m., pro ecclesia .. guardiani ordinis minorum Perusina.

« Licet is de... — Dat. apud Urbemveterem, idibus januarii, anno tertio. » (Potth., 23526.)

3986 Orvieto, 18 janvier 1291.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 652, f. 131 v°.)

Venerabili fratri O., patriarche Antiocheno, committit potestatem dispensandi cum nobili viro Georgio, nato quondam Philippi de Grimaldis, et Elena, nata nobilis viri Symonis de Carmadino, civibus Januensibus, ut, non obstante quarto consanguinitatis gradu quo conjuncti sunt, ad sedandas inimicitias inter parentes suos exortas, matrimonium contrahere valeant.

« Exhibita nobis dilecti... — Dat. apud Urbemveterem, xv kalendas februarii, anno tertio. »

3987 Orvieto, 18 janvier 1291.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 653, f. 131 v^c.)

.. *abbati monasterii Sancti Syri Januensis* committit potestatem dispensandi cum nobili viro Nicolosio, nato quondam nobilis viri Jacobi de Auria, et Jacobina, nata nobilis viri Ingueti de Spinolis, civibus Januensibus, ut matrimonium inter se contrahere valeant, quanquam « prefatus Nicolosius quondam Manueli, nato nobilis viri Nicolai de Auria, qui cum eadem Jacobina sponsalia per verba de futuro contraxit, nulla postmodum inter eos carnali copula subsecuta, sed judicio fuerunt ecclesie separati, quarto extitit consanguinitatis gradu conjunctus. »

« Exposita nobis dilecti... — Dat. ut supra. »

3988-3999 Orvieto, 13 janvier 1291.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 654, f. 131 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam Sancti Michaelis de Castaneto, Belvacensis dioecesis, certis diebus visitaverint.

« Vite perennis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, idibus januarii, anno tertio. »

In e. m., pro ecclesia Beatae Mariae Magdalenae de Mortuo Villari, Belvacensis dioecesis.

In e. m., pro ecclesia monasterii Sancti Acheoli prope Ambianis, ordinis S. Augustini.

Orvieto, 23 janvier 1291.

In e. m., pro ecclesia .. guardiani et fratrum ordinis minorum de Casteniano, Aesculanae dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, x kalendas februarii, anno tertio. (Potth., 23536.)

Orvieto, 10 janvier 1291.

In e m., pro capella in monasterio Sancti Cucuphatis Vallensi, Barchinonensis dioecesis, in honorem Omnium Sanctorum et S. Martini confessoris constructa. Dat. apud Urbemveterem, iiii idus januarii, anno tertio.

Orvieto, 13 janvier 1291.

In e. m., pro ecclesia .. ministri et fratrum domus Sanctorum Philippi et Jacobi apostolorum Brixiensis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis Humiliatorum. Dat. apud Urbemveterem, idibus januarii, anno tertio.

Orvieto, 12 janvier 1291.

In e. m., pro ecclesia .. praepositi et fratrum domus Sancti Petri apostoli prope Modoentiam, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis Humiliatorum, Mediolanensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, ii idus januarii, anno tertio. (*En marge.*)

Orvieto, 13 janvier 1291.

In e. m., pro ecclesia Omnium Sanctorum de Bredestrete Londoniensi. Dat. ut supra, idibus januarii, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 23 janvier 1291.

In e. m., pro ecclesia .. abbatissae et conventus monasterii de Suseliz, ordinis Sanctae Clarae, Misnensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, x kalendas februarii, anno tertio. (Potth., 23534.)

In e. m., pro ecclesia .. abbatissae et conventus monasterii de Vurzenuels, ordinis Sanctae Clarae, Nuemburgensis dioecesis, in honorem beati Nicolai constructa. Dat. ut supra. (Potth., 23536.)

In e. m., pro ecclesia .. abbatissae et conventus monasterii de Dresden, ordinis Sanctae Clarae, Misnensis dioecesis, in honorem S. Johannis Baptistae constructa.

Orvieto, 18 janvier 1291.

In e. m., pro capella .. rectoris et fratrum hospitalis Sancti Salvatoris juxta portam Sancti Petri Foroliviensis, in honorem Sancti Salvatoris, cujus festus dies v idus novembris celebratur, constructa. Dat. apud Urbemveterem, xv kalendas februarii, anno tertio.

4000-4006 Orvieto, 10 janvier 1291.

Johannes de Syrkes ecclesiae Trajectensi episcopus praeficitur. (Reg. 45, c. 655, f. 131 v°.)

Dilecto filio Johanni de Syrkes, electo Trajectensi. Ecclesia Trajectensi per obitum Henrici vacante, Johannes de Nalwoe, tunc canonicus Trajectensis, episcopus ejusdem ecclesiae electus est eamque diu administravit, sed coram sede apostolica citatus, Gyselbertum, archidiaconum in ecclesia Trajectensi, et Johannem de Syttert, canonicum ecclesiae Daventrensis, Trajectensis dioecesis, procuratores suos ad sedem apostolicam misit et per eos omni juri sibi ex electione praedicta competenti renuntiavit; itaque papa Johannem de Syrkes, tunc archidiaconum de Cardono in ecclesia Treverensi, capellanum suum, eidem ecclesiae praeficit.

« In supreme dignitatis... — Dat. apud Urbemveterem, iiii idus januarii, anno tertio. »

In e. m. .. decano et capitulo ecclesiae Trajectensis mandat ut eidem electo debitam obedientiam praebeat. Dat. ut supra.

In e. m. clero civitatis et dioecesis Trajectensis.

In e. m. ballivis, praepositis, scabinis et populo civitatis et dioecesis Trajectensis.

In e. m. universis vassallis ecclesiae Trajectensis.

In e. m. .. archiepiscopum Coloniensem hortatur ut eundem electum favore suo prosequatur.

In e. m. R., regem Romanorum, hortatur.

« Ad fovendum in... — Dat. ut supra. »

4007 Orvieto, 13 janvier 1291.

Ecclesiam de Wimberskirchen Gerardo de Lucemburch confert. (Reg. 45, c. 656, f. 132 v°.)

.. *archidiacono de Longuyon in ecclesia Treverensi* mandat ut a Gerardo de Lucemburch, subdiacono, canonico ecclesiae Metensis, qui ecclesiam de Wimberskirchen, in archidiaconatu de Longuyon, detinuit nec se in presbyterum promoveri fecit, recepta hujus ecclesiae resignatione, eam eidem prorsus conferat.

« Lecta coram nobis... — Dat. apud Urbemveterem, idibus januarii, anno tertio. »

4008 Orvieto, 11 janvier 1291.

Leobaldum, monasterii Sancti Johannis in Venere abbatem, B., episcopo Penestrino, commendat. (Reg. 45, c. 657, f. 132 v°.)

Venerabili fratri B., episcopo Penestrino, apostolice sedis legato, mandat ut favore suo prosequatur Leobaldum, quem, tunc Cluniacensem monachum, monasterii Sancti Angeli in Formis prope Capuam praepositum, monasterio Sancti Johannis in Venere, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinenti, ordinis S. Benedicti, Theatinae dioecesis, papa praefecit.

« Pastoralis officii debitum... — Dat. apud Urbemveterem, III idus januarii, anno tertio. »

4009 Orvieto, 12 janvier 1291.

Thomae de Corbrighe licentiam concedit non residendi totum annum in capella ipsi collata. (Reg. 45, c. 658, f. 132 v°.)

Magistro Thome de Corbrighe, canonico Eboracensis ecclesie. Vacante capella seu sacristia in Eboracensi civitate per obitum Percevalli de Lavania, germani quondam Adriani papae, apud sedem apostolicam mortui, papa archiepiscopo Eboracensi potestatem concedit conferendi praedictam capellam seu sacristiam alicui viro de regno Angliae oriundo, qui in theologica facultate magister, aut in decretis doctor, seu in jure civili professor esset. Cum autem archiepiscopus praefatam capellam seu sacristiam Thomae de Corbrighe, in theologica facultate magistro, assignaverit, huic papa concedit ut, si in capella seu sacristia praedicta, aut in ecclesiis ab ea dependentibus, per majorem anni partem, aut in majori ecclesia Eboracensi, cujus est canonicus, resideat, aut si extra civitatem vel dioecesim Eboracensem, pro ejusdem ecclesiae vel praedictae capellae seu sacristiae negotiis vadat, in capella seu sacristia praedicta residens reputetur.

« Lecta coram nobis... — Dat. apud Urbemveterem, II idus januarii, anno tertio. »

4010-4011 Orvieto, 20 janvier 1291.

Ut Thomae de Corbrighe cancellaria in Eboracensi ecclesia restituatur. (Reg. 45, c. 659, f. 133 r°.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Eboracensi. Cum Eboracensis archiepiscopus, praetextu collationis capellae seu sacristiae de qua supra agitur, cancellariam quam Thomas de Corbrighe in Eboracensi ecclesia detinebat alii contulisset, antequam Thomas possessionem ejusdem capellae seu sacristiae haberet; cumque Thomas ad apostolicam sedem appellasset, et eum propter hoc excommunicasset archiepiscopus; huic mandat papa ut excommunicationem illam revocet, et Thomas cancellariam donec capellam seu sacristiam praefatam pacifice obtinuerit possideat.

« Sua nobis dilectus... — Dat. apud Urbemveterem, XIII kalendas februarii, anno tertio. »

In e. m. episcopo Dunelmensi et Johanni de Luco, canonico Londoniensi, mandat ut, si dictus archiepiscopus hujusmodi mandatum adimplere neglexerit, praedictam sententiam revocent et revocatam denuntient. Dat. ut supra.

4012-4017 Orvieto, 17 janvier 1291.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 660, f. 133 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam Beati Petri

apostoli de Turrice, Verulanae dioecesis, certis diebus visitaverint.

« Sanctorum meritis inclita... — Dat. apud Urbemveterem, XVI kalendas februarii, anno tertio. »

Orvieto, 23 janvier 1291.

In e. m., pro ecclesia Sancti Antonii domus leprosorum Aquinatis dioecesis.

« Splendor paterne glorie... — Dat. apud Urbemveterem, X kalendas februarii, anno tertio. » (*En marge.*)

In e. m., pro ecclesia Sancti Clementis de Arce, Aquinatis dioecesis. (*Ibid.*)

In e. m., pro ecclesia Sanctae Mariae de Melfe, Aquinatis dioecesis.

« Gloriosus Deus in... — Dat. ut supra. » (*Ibid.*)

Orvieto, 13 janvier 1291.

In e. m., pro ecclesia Sanctae Mariae de Lizeka, Brandeburgensis dioecesis, in Sanctae Mariae et S. Eleutherii honorem fundata.

« Vite perennis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, idibus januarii, anno tertio. » (*Ibid.*)

Orvieto, 18 janvier 1291.

In e. m., pro ecclesia .. guardiani et fratrum ordinis minorum de burgo Sancti Laurentii de Mugello, Florentinae dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, XV kalendas februarii, anno tertio. (*Ibid.*; POTTH., 23529.)

4018 Orvieto, 26 octobre 1290.

Indulgentia. (REG. 45, c. 660², f. 133 v°.)

.. *priori et capitulo ecclesie Sancte Marie in Cosmedin de Urbe.* Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui praedictam ecclesiam in singulis beatae Mariae et beatorum apostolorum Petri et Pauli festivitatibus, per octo dies festivitates illas immediate sequentes et in anniversario die dedicationis hujus ecclesiae visitaverint.

« Excelsa super sidera... — Dat. apud Urbemveterem, VII kalendas novembris, anno tertio. »

4019 Orvieto, 18 janvier 1291.

Bernardo de Gurca ecclesiam Sanctae Mariae in Hospitali, Salzeburgensis dioecesis, confert. (REG. 45, c. 661, f. 133 v°.)

.. *electo Salzeburgensi* mandat ut a Bernardo de Gurca, diacono, qui ecclesiam Sanctae Mariae in Hospitali, Salzeburgensis dioecesis, detinuit et se in presbyterum promoveri non fecit, recepta ejusdem ecclesiae resignatione, eam illi prorsus conferat; dummodo dictus Bernardus in presbyterum promoveri se faciat et ad arbitrium boni viri aliquam quantitatem pecuniae ex ecclesia praedicta perceptae in ejus utilitatem convertat.

« Lecta coram nobis... — Dat. apud Urbemveterem, XV kalendas februarii, anno tertio. »

4020 Orvieto, 13 janvier 1291.

Dispensatio matrimonii. (REG. 45, c. 662, f. 133 v°.)

.. *archiepiscopo Toletano* committit potestatem dispensandi cum Petro Gundisalvi, dicto Camenone, milite, et Columba Didaci, civibus Toletanis, ut in matrimonio quod olim contraxerunt, ignorantes quondam Agnetem, primam Petri uxorem, Columbae tertio consanguinitatis gradu conjunctam fuisse, et in quo prolem procrearunt, remanere valeant.

« Exhibita nobis dilecti... — Dat. apud Urbemveterem, idibus januarii, anno tertio. »

4021-4022 Orvieto, 18 janvier 1291.

Guillelmo Baravi beneficia in Compostellana ecclesia confert. (REG. 45, c. 663, f. 133 v°.)

Magistro Guillelmo Baravi, decano ecclesie Compostellane, decanatum, canonicatum et praebendam cum praestimoniis, in ecclesia Compostellana per Raymundi, episcopi Valentini, promotionem vacantia, confert dispensatque cum eo ut beneficia illa una cum archidiaconatu et canonicatu in Agathensi ecclesia et canonicatu ac praebenda in Compostellana ecclesia retinere possit.

« Apostolice sedis benignitas... — Dat. apud Urbemveterem, XV kalendas februarii, anno tertio. »

In e. m. .. Auriensi et .. Mimatensi episcopis et Raymundo de Columberiis, canonico Biterrensi, mandat ut praedictum Guillelmum aut ejus procuratorem in corporalem possessionem decanatus, canonicatus, praebendae et praestimoniorum praedictorum inducant. Dat. ut supra.

4023 Orvieto, 29 janvier 1291.

Privilegia temporibus Celestini III et Innocentii III hominibus castri de Ripis concessa renovat. (REG. 45, c. 664, f. 134 r°; POTTH., 23540.)

Dilectis filiis hominibus castri de Ripis, Verulane diocesis.

« Cum a nobis... — Dat. apud Urbemveterem, IIII kalendas februarii, anno tertio. »

4024-4025 Orvieto, 15 janvier 1291.

Guillelmo de Monte Cathano beneficia in Valentina ecclesia confert. (Reg. 45, c. 665, f. 134 v°.)

Guillelmo de Monte Cathano, precentori et canonico ecclesie Valentine, praecentoriam, canonicatum, praebendam « ac officium quod prepositura seu mensata vulgariter nuncupatur et conferri dumtaxat illius ecclesie canonicis etiam dignitates vel personatus ibique habentibus solitum », in ecclesia Valentina per R., episcopi Valentini, promotionem vacantia, confert; eum per annulum suum praesentialiter de eis investit, dispensatque cum eo ut ea cum archidiaconatu, canonicatu, praebenda et officio praepositura seu mensata vulgariter nuncupato in ecclesia Ilerdensi et quibusdam pensionibus annuis, quas ab .. Ilerdensi, .. Caesaraugustano ac .. Dertusensi episcopis obtinet, retinere valeat.

« Personam tuam de... — Dat. apud Urbemveterem, XVIII kalendas februarii, anno tertio. »

In e. m. .. abbati monasterii Figiacensis, Caturcensis dioecesis, Raymundo de Angularia, praecentori, et Bernardo de Rippis, sacristae ecclesiae Terraconensis, mandat ut praedictum Guillelmum aut ejus procuratorem in corporalem possessionem beneficiorum praedictorum inducant.

« Personam dilecti filii... — Dat. ut supra. »

4026 Orvieto, 23 janvier 1291.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 666, f. 135 r°.)

Venerabili fratri .. patriarche Jerosolimitano committit, ad preces H., regis Cypri, ut cum Amarico, domino Tirensi et comestabulo regni Cypri, fratre ejusdem regis, et Esciva, domina Beritensi, dispenset ut, quanquam tertia consanguinitatis linea conjuncti sunt, et quondam Anfredus de Monteforti, olim Escivae praedictae maritus, tertio et quarto consanguinitatis gradu eundem Amaricum contingebat, matrimonium contrahere possint.

« Exposita nobis carissimi... — Dat. apud Urbemveterem, X kalendas februarii, anno tertio. »

4027 Orvieto, 23 janvier 1291.

B. Nicosiensi ecclesiae archiepiscopus praeficitur. (Reg. 45, c. 667, f. 135 v°.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Nicosiensi. Vacante Nicosiensi ecclesia per mortem Uberti, capitulum B. elegit electionemque illam confirmavit Henricus de Blibio, archidiaconus Nicosiensis, qui tunc Nicosiensis electus putabatur; cum autem postea Henricus omni juri sibi ex electione sua competenti renuntiaverit, electionis tamen B. confirmationem papa firmam et ratam habet.

« Sincere devotionis affectus... — Dat. ut supra. »

4028 Orvieto, 23 janvier 1291.

Abbati monasterii Sancti Pauli de Urbe, qui res gestas officialium in locis monasterii institutorum certe cognoscere, deficientibus testibus, non potest, facultatem concedit cogendi testes per censuram ecclesiasticam, si locorum dioecesani vel alii ordinarii illos compellere denegaverint. (Reg. 45, c. 668, f. 135 v°; Potth, 23530.)

.. abbati monasterii Sancti Pauli de Urbe.

« Dampnis monasterii tui... — Dat. apud Urbemveterem, X kalendas februarii, anno tertio. »

4029 Orvieto, 8 janvier 1291.

De debitis monasterii Sancti Sequani mercatoribus Pistoriensibus solvendis. (Reg. 45, c. 669, f. 135 v°.)

Dilectis filiis .. Sancti Martini Eduensis et .. de Sancto Rigaudo, Matisconensis diocesis, monasteriorum abbatibus, jam mandaverat ut universos redditus et proventus monasterii de Sancto Sequano, ordinis S. Benedicti, Lingonensis dioecesis, et prioratuum membrorumque ejus colligerent et, tenui de illis abbati et conventui prioratibusque supradictis portione servata, residuum Lantae Agolantis, Bandino Amannati, Nesio Bartholomaei, Jacobo Agolantis et aliis eorum sociis de societate Amannatorum de Pistorio, civibus et mercatoribus Pistoriensibus, assignarent, pro satisfactione duorum millium librarum turonensium ab ipsis praedictis abbati et conventui praestitarum; sed hujusmodi mandato apostolico contempto, eis iterum mandat ut secundum tenorem litterarum super hoc ad ipsos missarum procedant.

« Significarunt nobis dilecti... — Dat. apud Urbemveterem, VI idus januarii, anno tertio. »

4030 Orvieto, 18 janvier 1291.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 670, f. 136 r°.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Canticensi potestatem committit dispensandi cum nobili viro Andrea Cavallati

et nobili muliere Anna quondam Martini, civibus Canticensibus, ut in matrimonio quod olim, ignorantes quarto consanguinitatis gradu se conjunctos esse, contraxerunt et in quo prolem procrearunt remanere valeant.

« Petitio dilecti filii... — Dat. apud Urbemveterem, xv kalendas februarii, anno tertio. »

4031-4034 Orvieto, 23 janvier 1291.

Ducem Carinthiae et comitem Goritiae hortatur ut Brixinensi episcopo bona Brixinensis ecclesiae restituant. (Reg. 45, c. 671, f. 136 r°.)

Nobili viro M., duci Carinthie et comiti Tirolensi, spiritum consilii sanioris. Vacante Brixinensi ecclesia per obitum B., capitulum Octonem, ejusdem ecclesiae canonicum, episcopum postulavit; sed hujusmodi postulatione coram sede apostolica pendente, idem capitulum duas electiones, scilicet unam de Henrico, tunc ecclesiae praefatae decano, alteram de Bonoincontro, archipresbytero Veronensi, in discordia celebravit; cum vero et praefatus archipresbyter juri sibi ex electione acquisito renuntiaverit, nec Octo postulationem de se factam nec Henricus electionem suam prosecuti sint, immo Henricus supplicaverit ut postulatio praedicta admitteretur, papa praedictae ecclesiae eundem Henricum praefecit; quamobrem praedictum ducem hortatur ut castra et alia Brixinensis ecclesiae temporalia bona quae detinet eidem Henrico assignet.

« Cum nichil valeat... — Dat. apud Urbemveterem, x kalendas februarii, anno tertio. »

In e. m. Albertum, comitem Goritiae, rogat ut, si qua de bonis Brixinensis ecclesiae detineat, ea Henrico episcopo restituat.

« Providentiam nobilitatis tue... — Dat. ut supra. »

In e. m. Albertum, ducem Austriae, rogat ut penes M., ducem Carinthiae, socerum suum, et Albertum, comitem Goritiae, se interponat, ut illi castra et alia bona Brixinensis ecclesiae Henrico episcopo restituant.

In e. m. .. regem Romanorum rogat ut apud M., ducem Carinthiae, et A., comitem Goritiae, insistat ut bona Brixinensis ecclesiae Henrico episcopo restituant.

« Ut regi regum... — Dat. ut supra. »

4035-4036 Orvieto, 18 janvier 1291.

Nepotibus haeretici cujusdam indulget ut ad ordines, honores, dignitates et beneficia ecclesiastica apti sint. (Reg. 45, c. 672, f. 136 v°.)

Dilecto filio Ysarno Morlane, archipresbytero in ecclesia Carcassonensi, indulget ut ad omnes ordines, honores, beneficia ecclesiastica, officia, dignitates, etiam dignitatem episcopalem vel archiepiscopalem eligi possit, et ut archipresbyteratum quem in ecclesia Carcassonensi obtinet, cui parrochialis ecclesia de Monzano, Carcassonensis dioecesis, annexa est, et aliud quoddam beneficium ecclesiasticum, sine cura, ejusdem dioecesis, cum fructibus perceptis ex eis, retinere valeat; quanquam quondam Eleazar de Grava, miles de Petriaco, Narbonensis dioecesis, ejus avus maternus, ab inquisitoribus per diffinitivam sententiam fuit condempnatus, et post abjuratam haeresim haereticos vidit seu visitavit, et de carcere in quo pro haeresi captus detinebatur aufugit, et demum, omni haeresi penitus abjurata, ad fidem catholicam rediit et ab inquisitoribus poenitentiam devote recepit, sed non complevit.

« Meritis tue probitatis... — Dat. apud Urbemveterem, xv kalendas februarii, anno tertio. »

In e. m. Santio Morlanae, rectori ecclesiae de Podio Therico, Carcassonensis dioecesis, indulget ut ad easdem dignitates eligi et ecclesiam de Podio Therico, curam animorum habentem, ecclesiasque de Bubanis et de Chabriaco, quarum una dependet ab altera, sine cura, cum fructibus perceptis ex eis, retinere possit.

4037 Orvieto, 21 janvier 1291.

Ut episcopus Florentinus summam duorum millium florenorum auri quibusdam Florentinis mercatoribus restituat. (Reg. 45, c. 673, f. 137 r°.)

.. Sancte Trinitatis Florentine et .. de Ripole prope Florentiam, ordinis Vallis umbrose, monasteriorum abbatibus. Cum Andreas, episcopus Florentinus, indulgente Honorio IIII^to^, a Dino Johannis, de societate Thomae Spiliati et Lupi Hugonis Spinae, civium et mercatorum Florentinorum, commodante suo ipsius nomine et praedictorum Thomae et Lupi, Johannis Jacobi, Philippi Rogerii Manecti, Getii Donati et omnium aliorum sociorum de societate praedicta, summam duorum millium florenorum auri, eisdem mercatoribus certis loco et termino restituendorum, receperit, Honorius papa praedictis abbatibus mandavit ut Andream seu ejus successores, si in statutis loco et termino mercatoribus non esset satisfactum, monere curarent, ut infra unum mensem post monitionem hujusmodi de dicta pecunia cum restauratione dampnorum mercatoribus satisfaciant, eosque ad id per excommunicationis sententiam cogerent, et tamdiu ipsos singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis, excommunicatos pu-

blice nuntiarent et nuntiari facerent. Cum autem praefatus episcopus de pecunia mercatoribus, quanquam terminus solutionis effluxit, satisfacere contradicat, Nicolaus papa praefatis abbatibus mandat ut juxta litterarum Honorii tenorem procedant.

« Significarunt nobis Thomas... — Dat. apud Urbemveterem, XII kalendas februarii, anno tertio. »

4038 Orvieto, 18 janvier 1291.

Ne Clarissae ulli subsidia praestare teneantur. (Reg. 45, c. 674, f. 137 v°; Potth., 23528.)

Universis abbatissis et conventibus sororum inclusarum monasteriorum ordinis Sancte Clare.

« Quanto studiosius devota... — Dat. apud Urbemveterem, XV kalendas februarii, anno tertio. »

4039 Orvieto, 11 janvier 1291.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 45, c. 675, f. 137 v°.)

Bonoincontro, archipresbytero ecclesie Veronensis. Cum eo dispensat ut plebanatum plebis de Cheller, Tridentinae dioecesis, curam animarum habentem, canonicatus et praebendas in Tridentina et Sanctorum Apostolorum Veronensi ecclesiis, sine cura, archipresbyteratum ecclesiae Veronensis, canonicatum et praebendam in plebe de Ripa clara, Veronensis dioecesis, sine cura, quae beneficia successive obtinuit et insimul sine dispensatione retinuit, fructus ex eis percipiens, licite habere valeat.

« Illorum votis apostolica... — Dat. apud Urbemveterem, III idus januarii, anno tertio. »

4040 Orvieto, 23 janvier 1291.

Episcopo Camerinensi mandat ut receptiones canonicorum in ecclesia Sancti Venantii Camerinensi ultra numerum per sedem apostolicam confirmatum factas casset. (Reg. 45, c. 676, f. 137 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Camerinensi.

« Ad audientiam nostram... — Dat. apud Urbemveterem, X kalendas februarii, anno tertio. »

4041 Orvieto, 8 janvier 1291.

De quibusdam possessionibus conventui praedicatorum Majoricensi vendendis. (Reg. 45, c. 676², f. 138 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Gerundensi mandat ut praeposito et capitulo Terraconensis ecclesiae licentiam largiatur vendendi, consentiente .. Terraconensi archiepiscopo, priori et conventui fratrum praedicatorum Majoricensibus, domos et hortum, contiguos loco quem illi in civitate Majoricensi habent.

« Ex parte dilectorum... — Dat. apud Urbemveterem, VI idus januarii, anno tertio. »

4042 Orvieto, 8 février 1291.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 45, c. 677, f. 138 r°.)

Orlando, nato quondam Ildebrandini de Sancta Flora, comitis Palatini, monacho monasterii Sancti Antimi de Valle Scartie, ordinis S. Benedicti, Clusine diocesis, cum quo jam dispensavit Honorius IIII^tus^ ut, non obstante defectu natalium quem patitur, a conjugato genitus et soluta, ad omnes sacros ordines promoveri et ad sui ordinis administrationes assumi posset, iterum indulget ut ad quamlibet administrationem, etiam ad abbatiam sui ordinis, assumi valeat.

« Illegitime genitos quos... — Dat. apud Urbemveterem, VI idus februarii, anno tertio. »

4043 Orvieto, 17 janvier 1291.

De abbatissa monasterii Sanctae Vivianae de Urbe eligenda. (Reg. 45, c. 677², f. 138 r°.)

.. priorisse et conventui monasterii Sancte Viviane de Urbe, ordinis S. Benedicti, licentiam concedit providendi de abbatissa monasterio praedicto per obitum Vivianae vacanti.

« Intelleximus per litteras... — Dat. apud Urbemveterem, XVI kalendas februarii, anno tertio. »

4044 Orvieto, 31 janvier 1291.

Tabellionatus officium. (Reg. 45, c. 678, f. 138 r°.)

Venerabili fratri Conrado, episcopo Tullensi, facultatem concedit conferendi duabus personis idoneis tabellionatus officium.

« Ex parte tua... — Dat. apud Urbemveterem, II kalendas februarii, anno tertio. »

4045-4054 Orvieto, 23 janvier 1291.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 678², f. 138 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam .. abbatissae et conventus monasterii de Civitate Nova, ordinis Sanctae Clarae, Firmanae dioecesis, in S. Jacobi honorem constructam, certis diebus visitaverint.

« Vite perennis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, X kalendas februarii, anno tertio. »

In e. m., pro ecclesia .. guardiani et fratrum ordinis minorum de Civitate Nova, Firmanae dioecesis, in honorem Sanctae Mariae Magdalenae constructa. Dat. ut supra. (Potth., 23535.)

Orvieto, 2 février 1291.

In e. m., pro ecclesia .. abbatissae et conventus monasterii Sancti Focati Feltrensis, ordinis Sanctae Clarae. Dat. apud Urbemveterem, IIII nonas februarii, anno tertio. (Potth., 23553.)

Orvieto, 30 janvier 1291.

In e. m., pro ecclesia Sancti Andreae Grationopolitana. Dat. apud Urbemveterem, III kalendas februarii, anno tertio.

In e. m., pro ecclesia Sancti Laurentii Grationopolitana. Dat. ut supra. (*En marge.*)

In e. m., pro cathedrali ecclesia Grationopolitana. Dat. ut supra. (*Ibid.*)

Orvieto, 8 février 1291.

In e. m., pro cathedrali ecclesia .. abbatissae et conventus monasterii Beatae Mariae de Villermercuria, Cisterciensis ordinis, Ambianensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, VI idus februarii, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 6 février 1291.

In e. m., pro ecclesia .. abbatissae et conventus monasterii Beatae Mariae de Ispania juxta Abbatisvillam, Cisterciensis ordinis, Ambianensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, VIII idus februarii, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 1er février 1291.

In e. m., pro ecclesia .. guardiani et fratrum ordinis minorum de Monte Florum, Firmanae dioecesis. Dat. ut supra, kalendis februarii, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 1er février 1291.

In e. m., pro ecclesia Sanctae Margaretae de Gratia de Costa Ganderoli prope Januam.

« Licet is de... — Dat. apud Urbemveterem, kalendis februarii, anno tertio. »

4055-4056 Orvieto, 13 février 1291.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 45, c. 679, f. 138 v°.)

Arnoldo de Blanchenhem, canonico et preposito ecclesie Leodiensis, consideratione J., Sanctae Mariae in Via lata diaconi cardinalis, canonicatum, praeposituram et praebendam in Leodiensi ecclesia per mortem magistri Angeli de Urbe, notarii papae, vacantia, concedit indulgetque ei ut ea una cum canonicatibus et praebendis quae in ecclesiis Monasteriensi, Sanctorum Apostolorum, Trevensi et Monasterii in Efflia, ejusdem dioecesis, habet retinere possit.

« Dum conditiones et... — Dat. apud Urbemveterem, idibus februarii, anno tertio. »

In e. m. decanis ecclesiarum Sancti Martini et Sancti Dyonisii Leodiensium et Jacobo de Labro, canonico Reatino, mandat ut praefatum Arnoldum in corporalem possessionem praedictorum canonicatus, praepositurae et praebendae in ecclesia Leodiensi inducant.

4057-4058 Orvieto, 16 décembre 1290.

Pensionem annuam mille librarum Johanni quondam electo Trajectensi concedit. (Reg. 45, c. 680, f. 138 v°.)

Dilecto filio Johanni, quondam electo Trajectensi, qui per Gisilbertum, archidiaconum in ecclesia Trajectensi, et magistrum Johannem de Syttert, canonicum ecclesiae Daventriensis, Trajectensis dioecesis, procuratores suos, omne jus sibi in ecclesia Trajectensi ratione electionis et confirmationis suae competens resignavit, concedit de redditibus et proventibus episcopalibus ecclesiae supradictae mille libras Trajectensis monetae usualis, quarum trecentas in theloneo apud Renen, et in precariis Sallandiae et Thwenchiae quadringentas annis singulis percipiendas quamdiu vixerit; dummodo civitatem praedictam, oppida, castra, munitiones, terras, loca et alia bona quae ad episcopum Trajectensem spectant futuro Trajectensi electo seu episcopo restituat.

In e. m. .. praeposito ecclesiae de Arusteyne et .. decanis ecclesiarum de Lempporgh et de Dytkirken, Treve-

rensis dioecesis, mandat ut praedictas mille libras eidem Johanni integre annis singulis exhiberi faciant.

« Nuper dilecti filii... — Dat. apud Urbemveterem, XVII kalendas januarii, anno tertio. »

4059 Orvieto, 31 janvier 1291.

Petro, Sancti Marci presbytero cardinali, curam et defensionem primi et secundi ordinum Humiliatorum committit. (Reg. 45, c. 681, f. 139 r°; Potth., 23549.)

Petro, tituli Sancti Marci presbytero cardinali.

« De circumspectione ac... — Dat. apud Urbemveterem, II kalendas februarii, anno tertio. »

4060 Orvieto, 2 février 1291.

Prior monasterii Sancti Felicis Guissellensis, Gerundensis dioecesis, eidem monasterio abbas praeficitur. (Reg. 45, c. 682, f. 139 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Gerundensi. Dudum monasterio Sancti Felicis Guissellensi, ordinis S. Benedicti, Gerundensis dioecesis, per obitum Girleberti vacante, prior et conventus, post obtentam a J., tituli Sanctae Ceciliae presbytero cardinali, tunc in partibus illis apostolicae sedis legato, absolutionem excommunicationis et interdicti olim per sedem apostolicam in personas et loca dictarum partium promulgatorum, procedentes per viam compromissi, Petro de Pontonibus, archidiacono Bisulduno in ecclesia Gerundensi, potestatem concesserunt providendi ipsi monasterio de abbate. Praefatus igitur archidiaconus praedictum priorem elegit, episcopusque Gerundensis, ab eisdem sententiis absolutus, electionem confirmavit. Cum vero praefati prior et conventus postea audiverint sedem apostolicam provisiones ecclesiarum et monasteriorum partium praedictarum sibi reservasse, per Thomam de Serra, prioralem claustralem, supplicaverunt ut sedes apostolica super hoc provideret. Itaque papa .. episcopo Gerundensi mandat ut praefatum priorem eidem monasterio praeficiat.

« Exposita nobis dilectorum... — Dat. apud Urbemveterem, IIII nonas februarii, anno tertio. »

4061 Orvieto, 28 janvier 1291.

Guillelma de Queralto monasterio Sancti Petri Barchinonensi praeficitur. (Reg. 45, c. 682², f. 139 v°; Potth., 23538.)

.. priori predicatorum et .. guardiano minorum fratrum ordinum Barchinonensibus mandat ut Guillelmam de Queralto, priorissam monasterii Sancti Petri Barchinonensis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, eidem monasterio abbatissam praeficiant.

« Exhibita nobis dilectarum... — Dat. apud Urbemveterem, V kalendas februarii, anno tertio. »

4062-4065 Orvieto, 8 décembre 1290.

Raymundus monasterio Pultheriarum abbas praeficitur. (Reg. 45, c. 683, f. 139 v°.)

Raymundo, electo monasterii Pultheriarum, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, Lingonensis diocesis. Dudum monasterio Pultheriarum per malitiam quondam Petri abbatis collapso, Honorius papa IIII^tus^ abbatibus Sancti Benigni Divionensis et Reomensis monasteriorum mandavit ut praedictum monasterium corrigerent; iidem igitur abbates praefatum Petrum ab ipso monasterio amoverunt et conventui facultatem eligendi abbatem concesserunt. Porro conventus ipse, in viam compromissi procedens, Martino sacristae, Renaudo de Brione, Parisio de Jessia et Andreae de Sancto Ciriaco, monachis monasterii Pultheriarum, potestatem providendi ipso monasterio de abbate concesserunt. Illi autem compromissarii Thomam de Vandis, ejusdem monasterii monachum, elegerunt, sed electioni se opponente praedicto Petro, hujusmodi negotium Petro, Sancti Eustachii diacono cardinali, papa commisit; tandem post plures processus, praefatus Petrus quondam abbas obiit et Thomas electioni praedictae renuntiavit. Itaque papa Raymundum, tunc priorem de Alavardo, Cluniacensis ordinis, Gratianopolitanae dioecesis, monasterio Pultheriarum praeficit.

« Licet ad universas... — Dat. apud Urbemveterem, VI idus decembris, anno tertio. »

In e. m. conventui monasterii Pultheriarum mandat ut praedicto electo debitam obedientiam praebeat.

In e. m. universis vassallis monasterii Pultheriarum.

In e. m. .. archiepiscopo Senonensi mandat ut praefato electo munus consecrationis impendat.

4066 Orvieto, 18 janvier 1291.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 45, c. 684, f. 140 r°.)

.. episcopo Cameracensi mandat ut cum Johanne de Melim, presbytero, Cameracensis dioecesis, dispenset

super defectu natalium quem patitur, a soluto genitus et soluta, ut ecclesiasticum beneficium obtinere valeat, et super irregularitate quam recipiendo ordines et in eis ministrando contraxit, fructusque ei ex quibusdam capellaniis illicite perceptos remittat. Ille enim Johannes, olim in minoribus ordinibus constitutus, quamdam perpetuam capellaniam et omnes sacros ordines, et deinde, illa capellania dimissa, quamdam aliam accepit, et in ordinibus ministravit. Sed postmodum hac ultima capellania resignata, ad sedem apostolicam accessit dispensationemque super praedictis petiit.

« Accedens ad presentiam. — Dat. apud Urbemveterem, xv kalendas februarii, anno tertio. »

4067-4074 Orvieto, 18 janvier 1291.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 685, f. 140 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam .. abbatis et conventus monasterii Sanctae Mariae de Electo, ordinis Sancti Benedicti, certis diebus visitaverint.

« Vite perennis gloria... — Dat. ut supra. »

Orvieto, 7 février 1291.

In e. m., pro ecclesia .. guardiani et fratrum ordinis minorum de Clar, Tuanensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, vii idus februarii, anno tertio. (*En marge.*)

Orvieto, 28 janvier 1291.

In e. m., pro ecclesia hospitalis Sancti Johannis Januensis. Dat. apud Urbemveterem, v kalendas februarii, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 5 décembre 1290.

In e. m., pro capella Beatae Mariae Magdalenae de Bestisiaco, Suessionensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, nonis decembris, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 2 février 1291.

In e. m., pro ecclesia Sanctae Mariae Vallecuriensi, Leodiensis dioecesis.

« Gloriosus Deus in... — Dat. apud Urbemveterem, iiii nonas februarii, anno tertio. » (*Ibid.*)

Orvieto, 5 février 1291.

In e. m., pro ecclesia Sanctae Mariae Deauratae Tholosana. Dat. apud Urbemveterem, nonis februarii, anno tertio. (*Ibid.*)

In e. m., pro ecclesia Sancti Saturnini de Murello, Tholosanae dioecesis.

« Splendor paterne glorie... — Dat. ut supra. » (*Ibid.*)

In e. m., pro ecclesia Sancti Germerii veteris de Murello, Tholosanae dioecesis. Dat. ut supra. (*Ibid.*)

4075 Orvieto, 23 janvier 1291.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 45, c. 685², f. 140 r°; Potth., 23537.)

Guidoni de Marchia, presbytero, ordinis fratrum minorum. Cum eo dispensat ut, non obstante defectu natalium quem patitur, a quondam Hugone, comite Engolismensi et Marchiae, tunc soluto, genitus et soluta, in susceptis ordinibus ministrare et ad praefati ordinis dignitates, officia et administrationes, officio ministri generalis dumtaxat excepto, assumi valeat.

« Apostolice sedis benignitas... — Dat. apud Urbemveterem, x kalendas februarii, anno tertio. »

4076 Orvieto, 10 février 1291.

Mandat ut parrochialis ecclesia Sancti Salvatoris de Ripatransonis, Firmanae dioecesis, ecclesiae Sanctae Mariae de Valle, ejusdem loci, jungatur, ejusque solum .. guardiano et conventui domus fratrum minorum de Ripatransonis vendatur. (Reg. 45, c. 686, f. 140 v°; Potth., 23556.)

Magistro Matheo, canonico Asisinati, in spiritualibus Marchie Anconitane rectori.

« Significarunt nobis dilecti... — Dat. apud Urbemveterem, iiii idus februarii, anno tertio. »

4077-4082 Orvieto, 12 février 1291.

Johannes ecclesiae Jadrensi archiepiscopus praeficitur. (Reg. 45, c. 687, f. 140 v°; Potth., 23559.)

Venerabili fratri Johanni, archiepiscopo Jadrensi. Eum, fratrem ordinis minorum, Jadrensi ecclesiae, per obitum L. et renuntiationem electionis suae ab Andrea Capsoni, Paduano canonico, factam vacanti, archiepiscopum praeficit.

« Ad universalis ecclesie... — Dat. apud Urbemveterem, ii idus februarii, anno tertio. »

In e. m. capitulo Jadrensi mandat ut eidem archiepiscopo debitam obedientiam praebeat.

In e. m. clero civitatis et dioecesis Jadrensis.

In e. m. nobili viro .. comiti, consiliariis et populo civitatis et dioecesis Jadrensis.

In e. m. suffraganeis archiepiscopi Jadrensis.

In e. m. nobilem virum .. ducem Venetorum hortatur ut favorem suum praedicto archiepiscopo praebeat.

« Laudabilis habet assertio... — Dat. ut supra. »

4083 Orvieto, 10 février 1291.

Assignatio pallei. (Reg. 45, c. 687², f. 141 r°; Potth., 23560.)

Johanni, archiepiscopo Jadrensi.

« Cum palleum insigne... — Dat. apud Urbemveterem, IIII idus februarii, anno tertio (1). »

4084 Orvieto, 3 janvier 1291.

Ecclesiam in Aspenstorf, Pataviensis dioecesis, episcopo Brixinensi concedit. (Reg. 45, c. 688, f. 141 r°.)

Venerabili fratri Henrico, episcopo Brixinensi. « Honestatis vite ac... presentium tibi auctoritate concedimus ut ecclesiam in Aspenstorf, Pataviensis diocesis, cujus ante provisionem de te factam ecclesie Brixinensis rector eras, donec possessionem pacificam ipsius ecclesie Brixinensis fueris assecutus, libere retinere valeas, quavis constitutione contraria non obstante. Ita tamen ut, si forte aliquam partem ipsius episcopatus ingressus fueris et aliquandiu residentiam feceris in eadem, tibi quoad concessionem hujusmodi aliquatenus non obsistat. Dat. apud Urbemveterem, III nonas januarii, anno tertio. »

4085 Orvieto, 11 février 1291.

Stephanum, canonicum Pataviensem, hortatur ut Salzeburgensi archiepiscopo auxilium et consilium praebeat. (Reg. 45, c. 689, f. 141 r°.)

Stephano, canonico Pataviensi. Nuper ecclesia Salzeburgensi per obitum R. vacante, capitulum Stephanum, aetatis et ordinum defectum patientem, archiepiscopum unanimiter postulavit, sed hanc postulationem non admisit papa et C., tunc Laventinum episcopum, ad Salzeburgensem ecclesiam transtulit, itaque praedictum Stephanum hortatur ut eidem archiepiscopo consiliis et auxiliis foveat.

« Inter vigilias matris... — Dat. apud Urbemveterem, III idus februarii, anno tertio. »

(1) Datée, dans Potthast, des ides de février.

4086 . . Orvieto, 1er février 1291.

Sepulturam monasterii Sanctae Clarae de Sancto Endere omnibus liberam esse statuit. (Reg. 45, c. 690, f. 141 v°; Potth., 23550.)

.. abbatisse et conventui monasterii Sancte Clare de Sancto Endere, ordinis Sancte Clare, Burgensis diocesis.

« Cum a nobis... — Dat. apud Urbemveterem, kalendis februarii, anno tertio. »

4087-4088 Orvieto, 7 octobre 1290.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 690², f. 141 v°; Potth., 23425.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit eis qui ecclesiam fratrum minorum Mimatensem certis diebus visitaverint.

« Cum ad premerenda... — Dat. apud Urbemveterem, nonis octobris, anno tertio. »

Orvieto, 18 janvier 1291.

In e. m., pro ecclesia .. prioris et capituli ecclesiae Beatae Margaritae in Campania, Trecensis dioecesis.

« Licet is de... — Dat. apud Urbemveterem, XV kalendas februarii, anno tertio. »

4089 Orvieto, 9 février 1291.

Confirmat privilegium ecclesiae Cathalaunensi ab Honorio IIIIto concessum. (Reg. 45, c. 691, f. 141 v°.)

.. decano et capitulo ecclesie Cathalaunensis. « Tenorem quarumdam litterarum felicis recordationis Honorii pape IIII, predecessoris nostri, ejus vera bulla bullatarum, quas diligenter inspeximus, de verbo ad verbum presentibus fecimus annotari, qui talis est :

« Honorius episcopus servus servorum Dei. Dilectis » filiis .. decano et capitulo ecclesie Cathalaunensis, » salutem et apostolicam benedictionem. Multiplex ratio » nos inducit ut ad ecclesiam vestram specialis affectionis » animum habeamus. Non enim sumus nec esse debe- » mus immemores quod in illa, dum in minoribus age- » remus, beneficia grata percepimus, honoris incrementa » suscepimus et exinde, faciente Domino, habuimus ad » altiora progressum. Propterea dignum esse censemus » et congruum ut respiciamus eandem, more patris, ut » filiam que nos aliquando ut filium educavit, ipsamque » congruis attollamus favoribus, gratiis honoremus pre- » cipuis ac privilegiis favorabilibus muniamus. Unde,

» licet felicis recordationis Alexander papa quartus, predecessor noster, vobis per suas sub certa forma litteras duxerit indulgendum ut, ecclesia vestra pastore vacante, vel episcopo vestro absente, aut presente et a vobis tertio requisito nec faciente de malefactoribus vestris justitiam, licitum vobis sit in malefactores ipsos parrochianos vestros, qui bona ejusdem ecclesie vel hominum vestrorum violenter invaserint vel diripuerint, excommunicationis sententiam promulgare, nec fax sit alicui eos quos juxta formam constitutionis hujusmodi excommunicaveritis sine conscientia et assensu vestro et absque congrua satisfactione ab hujusmodi excommunicatione absolvere; ac nichilominus antiquam libertatem servientium vestrorum tam communium ecclesie quam propriorum, qui vobis in vestris domibus serviunt, videlicet ut a publicis oneribus et exactionibus ejusdem civitatis liberi sint penitus et immunes, ratam habens et firmam eamque auctoritate apostolica duxerit confirmandam, nos tamen, secundum dilectionis affluentiam quam ad ecclesiam ipsam gerimus, ejusdem predecessoris nostri factam vobis in hac parte gratiam ampliantes, auctoritate vobis presentium indulgemus ut, eadem ecclesia Cathalaunensi pastore [vacante], vel episcopo vestro absente, aut presente a vobis tertio requisito non faciente vobis de malefactoribus vestris justitiam, ut superius est expressum, liceat vobis in vestros et ejusdem ecclesie malefactores notorios et manifestos, competenti monitione premissa, auctoritate nostra, excommunicationis sententiam promulgare, nec fax sit alicui eos sine conscientia et assensu vestro, et absque congrua satisfactione, ab hujusmodi excommunicatione absolvere, ac nichilominus prefatam antiquam libertatem servientium vestrorum, tam communium ecclesie quam propriorum qui vobis in vestris domibus serviunt, videlicet ut a publicis oneribus et exactionibus civitatis ejusdem sint liberi penitus et immunes, prout continetur in litteris supradictis, ratam habemus et firmam, eamque auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo... Dat. Rome, apud Sanctam Sabinam, XVIII kalendas januarii, anno primo. »

Verum quia in litteris ipsis due dictiones ille fas apposite non per *s* in earum dictionum fine, ut debuerunt, sed per *x* scriptoris vitio scripte fuerunt, dubitatis vobis ob id posse imposterum prejudicium generari. Super quo provideri a nobis humiliter postulastis. Nolentes itaque tali occasione earumdem litterarum impediri effectum, ut hoc non obstante predictis litteris libere uti possitis nec propter ea illis possit quomodolibet derogari auctoritate vobis presentium indulgemus. Nulli ergo, etc. nostre concessionis, etc. Dat. apud Urbemveterem, v idus februarii, anno tertio. »

4090 Orvieto, 5 février 1291.

De domo quadam monasterii Sancti Wallerici supra mare vendenda. (Reg. 45, c. 692, f. 141 v°.)

.. *cantori ecclesie Beate Marie de Duaco, Atrebatensis diocesis*, mandat ut inquirat de veritate petitionis qua.. abbas et conventus monasterii Sancti Wallerici supra mare, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, Ambianensis dioecesis, licentiam postularunt vendendi quamdam suam domum in dioecesi Trajectensi existentem, per guerrarum discrimina combustam.

« Dilecti filii .. abbas... — Dat. apud Urbemveterem, nonis februarii, anno tertio. »

4091 Orvieto, 5 février 1291.

Licentia reconciliandi loca violata. (Reg. 45, c. 692², f. 142 r°.)

Johanni, abbati monasterii Sancti Walerici supra mare, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, Ambianensis diocesis, facultatem concedit reconciliandi, aqua prius ab episcopo benedicta, ecclesias et coemeteria per sanguinis vel seminis effusionem violata villae Sancti Wallerici, in qua omnimodam spiritualem jurisdictionem obtinet.

« Circumspectio sedis apostolice... — Dat. ut supra. »

4092 Orvieto, 13 décembre 1290.

Licentia exercendi canonicas sententias. (Reg. 45, c. 693, f. 142 r°.)

.. *primicerio*, .. *decano et capitulo ecclesie Metensis* indulget ut contra occupatores bonorum suorum omnesque notorios malefactores suos, nisi canonice moniti occupata restituerint et de dampnis satisfecerint, excommunicationis, suspensionis et interdicti sententias promulgare, et eos, postquam satisfecerint, absolvere valeant.

« Desideriis vestris super... — Dat. apud Urbemveterem, idibus decembris, anno tertio. »

4093 Orvieto, 15 février 1291.

Jacobus Theatinus, inquisitor haereticae pravitatis in regno

Siciliae et in Beneventana civitate, qui episcopum Aversanum excommunicavit, coram sede apostolica citatur. (Reg. 45, c. 694, f. 142 r°.)

Venerabilibus fratribus B., episcopo Penestrino, apostolice sedis legato, et .. archiepiscopo Napolitano. « Ad audientiam nostram noveritis pervenisse quod frater Jacobus Theatinus, ordinis predicatorum, inquisitor heretice pravitatis in regno Sicilie ac in civitate Beneventana ejusque districtu, asserens quod ipse omnes archiepiscopos et episcopos, abbates, priores, decanos, archidiaconos, archipresbyteros, canonicos, primicerios et alios clericos terre Laboris, cujuscumque dignitatis, honoris, status, conditionis vel ordinis existerent, ac eorum vicarios generaliter monuerat ut statutum sive mandatum vel inhibitionem, si qua ipsorum aliqui fecissent per que posset ejusdem inquisitoris officium impediri, sine difficultate qualibet, infra certum terminum revocarent, et quod nullus archiepiscoporum, episcoporum et aliorum predictorum, post dictum terminum, per se vel per alium seu alios dictum officium in aliquo impediret vel faceret impediri, quodque in eos qui contra facerent excommunicationis sententiam promulgarat, et quod venerabilis frater noster Adam, episcopus Aversanus, predictum officium in civitate Aversana impediverat, mandando per se ac alios clericis et laicis civitatis prefate ut nullus ad ipsius inquisitoris vocationem ad locum fratrum dicti ordinis civitatis predicte, ad deponendum contra hereticos, accedere attemptaret, et quod predictus Aversanus episcopus hujusmodi mandatum infra predictum terminum, seu post, per se vel per vicarium suum non curaverat revocare, prelibatum episcopum Aversanum, tunc in romana curia existentem, non monitum nec vocatum, quanquam de premissis aliquatenus non constaret, prout nec constare poterat, cum non essent notoria neque vera, pronuntiavit predictam excommunicationis sententiam incurrisse, ac eundem episcopum publice tali pretextu excommunicatum denuntiare presumpsit, in non modicam dicti episcopi injuriam, prejudicium et gravamen. Cum igitur ad injuriam et gravamina fratrum et coepiscoporum nostrorum non sit facilitate qualibet procedendum, nos, volentes de injuria et gravamine hujusmodi episcopo prefato illatis inquirere plenius veritatem, fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus quatenus vos vel alter vestrum, per vos vel alium seu alios, predictum inquisitorem ex parte nostra peremptorie citare curetis, ut infra quindecim dies post citationem vestram personaliter compareat coram nobis... Dat. apud Urbemveterem, xv kalendas martii, anno tertio. »

4094 Orvieto, 15 janvier 1291.

Matthaeo, Sancti Laurentii in Damaso presbytero cardinali, monasterium Sanctae Crucis in Jerusalem de Urbe, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinens, ordinis S. Augustini, tuendum committit. (Reg. 45, c. 695, f. 142 v°.)

Dilecto filio Matheo, tituli Sancti Laurentii in Damaso presbytero cardinali.

« Inter cetera sollicitudinis... — Dat. apud Urbemveterem, xviii kalendas februarii, anno tertio. »

4095 Orvieto, 5 février 1291.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 696, f. 142 v°.)

Venerabili fratri .. patriarche Aquilegensi facultatem concedit dispensandi cum Anzuto Lavinae et Matthilda, nata quondam Oluradi de Mayniacho, Aquilegensis dioecesis, ut in matrimonio quod olim, ignorantes quondam Galasium de Pinzano, virum Matthildae, eidem Anzuto quarto consanguinitatis gradu conjunctum esse, contraxerunt et in quo prolem procrearunt remanere valeant.

« Petitio dilecti filii... — Dat. apud Urbemveterem, nonis februarii, anno tertio. »

4096 Orvieto, 3 février 1291.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 45, c. 697, f. 142 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Lincolniensi mandat ut cum magistro Gilberto de Segrave, rectore ecclesiae de Harlaustan, Lincolniensis dioecesis, dispenset ut, praeter hanc ecclesiam, unum aliud beneficium ecclesiasticum suscipere possit.

« Virtutum merita quibus... — Dat. apud Urbemveterem, iii nonas februarii, anno tertio. »

4097 Orvieto, 10 février 1291.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 698, f. 142 v°.)

Dilecto filio .. vicario in spiritualibus venerabilis fratris .. episcopi Velletrensis facultatem concedit dispensandi cum nobili viro Johanne, nato quondam Nicolai de Sancto Angelo, et nobili muliere Francisca, nata quondam Nicolai Petri, civibus Velletrensibus, ut, ad sedan-

das inimicitias inter parentes et amicos suos existentes, matrimonium inter se contrahere valeant.

« Lecta coram nobis... — Dat. apud Urbemveterem, IIII idus februarii, anno tertio. »

4098 Orvieto, 14 février 1291.

De contentione inter monasterium villae Sancti Egidii, ordinis S. Benedicti, Nemausensis dioecesis, et fratres militiae Templi Jerosolimitani ejusdem villae. (Reg. 45, c. 699, f. 142 v^b.)

Ad perpetuam rei memoriam. « Sunt qui esse sicut Christi pugiles affectantes, defensioni sui patrimonii, terre scilicet que funiculus appellatur, propria corpora exponendo, se murum opponunt, sanguinem ejus pro redemptione singulorum effusum ceterasque eidem illatas vindicare injurias moliuntur. Hii profecto domus militie Templi Jerosolimitani fratres, qui se voluntarie talibus astrinxerunt, merito ergo tales sunt specialibus tegendi favoribus et munificentiis muniendi, cum facilius gravamina mundana sentiant, jam distracti ab illis, si experiri cogantur eadem iterato. Sane, sicut accepimus, dudum felicis recordationis Clemens papa IIII^us, predecessor noster, de villa Sancti Egidii, Nemausensis diocesis, traxisse originem recognoscens, in qua tam longa, quam ibidem se habuisse dicebat conversatio, quam familiaris et crebra privilegiorum abbatis et conventus monasterii dicte ville, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti, inspectio ignorare non sinebant eundem quod ipse abbas in dicta villa et ejus districtu in clerum et populum exercendi ecclesiasticam censuram habebat et tam ipse quam predecessores sui ex tunc retroactis temporibus plenariam habuerant potestatem, illo dicto abbati suisque successoribus in perpetuum, ac nichilominus exercendi eandem in omnes qui in dicta villa et ejus territorio seu districtu deliquerint seu contraxerint, vel rei ratione in eisdem villa seu territorio consistentes ad dicti abbatis judicium fuerint evocandi, cujuscumque conditionis aut religionis seu ordinis vel dignitatis extiterint, episcopali dumtaxat quo ad delicta et contractus excepta, earumdem litterarum suarum auctoritate concessisse dicitur plenam et liberam facultatem; non obstantibus privilegiis aut indulgentiis quibuscumque religionibus seu personis religiosis vel secularibus ab apostolica sede concessis seu etiam concedendis, cujuscumque conditionis existerent, etiam si in dictis litteris de ipsis religionibus vel ordinibus aut personarum nominibus vel alia qualibet circumstantia aut ipsorum privilegiorum seu indulgentiarum tenore in totum vel in partem, etiam de verbo ad verbum, oporteret fieri mentionem, salva tamen quo ad privilegiatos et exemptos attinet moderatione seu declaratione felicis recordationis Innocentii pape IIII^ti, predecessoris nostri, cui dictus predecessor Clemens superaddere voluit ut occasione sue liberalitatis hujusmodi generalis, in exemptis seu privilegiatis personis, ad delicta que ad correctionem pertinent regularem manus suas non porrigerent, utputa, si prelatis suis non obediverint, si habuerint proprium, si citra raptum seu violentiam carnis lubricum passi fuerint, que cum suis similibus reliquit suis majoribus corrigenda. Verum quia .. abbas monasterii supradicti, pretextu sui talis indulti, fratres ipsos in dictis villa seu territorio aut districtu commorantes gravibus injuriis, gravaminibus et dampnis non modicis, molestiis et vexationibus multiplicibus afficit, nonnullos eorum diro carceri mancipando et aliquandiu quam pluribus eorum familiaribus non solum effusionem sanguinis, verum etiam immane flagitium crudeliter inferendo, fratres ipsi premissis obsequiis dediti, ab illis propter hoc retracti pluries et alia interdum experiri coacti, que gravissime mentes turbant illorum et revocant a propositis eorumdem, tollerare talia diutius nequeuntes, nostrum super hoc auxilium implorarunt; propter quod nos, consideratione adhibita quod talia inter tales scandala in populo generabant et magna exinde pericula poterant provenire, illa deliberavimus extirpanda, dicto abbate propter hoc ad nostram presentiam evocato, sibi et fratribus ipsis dilectum filium nostrum J., Sancte Marie in Via lata diaconum cardinalem, in hac parte concessimus auditorem, coram quo super hoc aliquandiu dinoscitur fuisse processum. Licet autem apostolica sedes predictos fratres, consideratione suorum operum et fructuum ab illis procedentium ac alias diversis rationibus, pluribus privilegiis et indulgentiis decorarit, per que fratres ipsi a quorumlibet ordinariorum suorum jurisdictionibus se putant exemptos, nichilominus tamen omne dubium super hujusmodi omnibus privilegiis ortum omnemque dissensionis materiam, rancorem etiam quemlibet de illorum medio amputare ac premissa pericula vitare volentes, attendentes etiam quod origo et conversatio hujusmodi dictum predecessorem Clementem sic munire valide sicque largiflue sic insuper honorare dictum monasterium induxerunt, cum de hujusmodi suo privilegio, de quo ab aliquibus de nostra curia sive in regestro ipsius predecessoris Clementis, in quo juxta morem Romanorum pontificum talis privilegii tenor inseri debuerat, solerti super hoc indagatione premissa, non potuerit haberi copia, vel alia memoria inveniri, quodque nos, qui minorum ordinum existimus professores, religiosos omnes propterea defensare spetialiter et a quibuslibet gravaminibus et injuriis preservare

tenemur, presentium auctoritate statuimus decernendo et statuendo decernimus quod supradictum ipsius predecessoris Clementis privilegium, rei vel delicti seu qualibet alia causa sive modo aut ratione, ad memoratos fratres, vel qui de domo predicta deinceps in dicta villa sive territorio seu districtu fuerint et illuc accesserint, seu etiam non ratione more ibidem perinde transitum fecerint, nullatenus extendatur, illius vim et vigorem quemlibet quo ad tales juribus penitus vacuantes, dictis abbati et conventui suisque successoribus in prefato monasterio ejusque personis omnibus seu alibi quemlibet jurisdictionis usum et exercitium ipsius privilegii interdicimus de apostolice plenitudine potestatis, ac insuper quascumque sententias et processus per illud vel ejus obtentu habitos et habendos in tales vel eorum aliquem relaxamus et nullius volumus existere firmitatis. Nulli ergo, etc. nostre constitutionis, statuti, vacuationis, interdicti et relaxationis, etc. Si quis autem, etc. Dat. apud Urbemveterem, XVI kalendas martii, anno tertio. »

4099 Orvieto, 14 février 1291.

De contentione inter monasterium villae Sancti Egidii, ordinis S. Benedicti, Nemausensis dioecesis, et fratres ordinis Sancti Johannis Jerosolimitani ejusdem villae. (Reg. 45, c. 699², f. 142 v°; en marge.)

Nicolaus, etc. Ad perpetuam rei memoriam. « Sunt qui esse Christi pugiles affectantes, etc. ut in proxima superiori usque hii profecto hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani fratres qui se voluntarie talibus, etc. ut in eadem usque quodque nos minorum ordinis existimus professores, religiosos omnes propterea defensare spetialiter, etc. usque ad memoratos fratres, vel qui de hospitali predicto deinceps in dicta villa seu territorio sive districtu fuerint, etc. usque in fine. Dat. ut supra. »

4100-4109 Orvieto, 2 janvier 1291.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 700, f. 143 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui capellam Sancti Johannis Evangelistae infra septa monasterii de Sempingham, Lincolniensis dioecesis, constructam, certis diebus visitaverint.

« Vite perennis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, IIII nonas januarii, anno tertio. »

In e. m., pro capella Sancti Stephani protomartyris infra septa monasterii de Sempingham constructa (*En marge.*)

In e. m., pro capella Sanctae Katerinae infra eadem septa constructa (*Ibid.*)

Orvieto, 9 février 1291.

In e. m., pro ecclesia monasterii Sanctae Mariae Lexoviensis. Dat. apud Urbemveterem, V idus februarii, anno tertio.

In e. m., pro ecclesia monasterii Beatae Mariae de Cormeliis, Lexoviensis dioecesis.

In e. m., pro ecclesia Sancti Michaelis de Wancellis juxta Cadomum, Baiocensis dioecesis. Dat. ut supra.

In e. m., pro ecclesia Sanctae Mariae de Ursione, Bituricensis dioecesis. Dat. ut supra.

In e. m., pro ecclesia Sanctae Mariae de Cella, Januensis dioecesis. Dat. ut supra.

Orvieto, 5 février 1291.

In e. m., pro ecclesia .. guardiani et fratrum ordinis minorum de Sublacu, Tiburtinae dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, nonis februarii, anno tertio. (Potth., 23554.)

Orvieto, 13 février 1291.

In e. m., pro cathedrali ecclesia Florentina, in honorem Sanctae Reparatae constructa. Dat. apud Urbemveterem, idibus februarii, anno tertio.

4110 Orvieto, 9 janvier 1291.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 45, c. 701, f. 143 v°.)

Waltero de Dorcestria, juris civilis professori, subdecano Saresbiriensi. Cum eo, qui ecclesiam de Ringstede, Saresbiriensis dioecesis, postea ecclesiam de Kattesteke, curam animarum habentes, et deinde subdecanatum ecclesiae Saresbiriensis recepit, et sine dispensatione insimul retinuit, fructus ex eis percipiens, dispensat ut easdem ecclesias, quarum redditus decem marcarum sterlingorum valorem annuum non excedunt, una cum eodem subdecanatu retinere valeat; dummodo fructus quos per triennium ex ecclesiis et subdecanatu praedictis percepit in ipsorum ecclesiarum et subdecanatus evidentem utilitatem convertat.

« Adjutos virtutum meritis... — Dat. apud Urbemveterem, V idus januarii, anno tertio. »

4111 Orvieto, 15 février 1291.

Absolvit a sumendae crucis voto. (Reg. 45, c. 702, f. 143 v°.)

Dilecto filio nobili viro Droconi de Melloto et dilecte in Christo filie Johannete, uxori ejus, Autisiodorensis diocesis. Eos a voto crucis sumendae absolvit, dummodo tot bellatores propriis sumptibus mittant quot essent secum ducturi, si iter personaliter facerent, aut pecuniae summam quae ad stipendia et expensas hujusmodi militum sufficiant persolvant. Olim praedictus Droco, votum suum exequendo, iter versus Terram Sanctam cum Lodowico, rege Francorum, arripuit, sed interim mortuo eodem rege, ad propria rediit; postea vero Johanneta idem votum fecit et uterque in primo generali passagio votum suum adimplere destinant.

« Dignum est ut... — Dat. apud Urbemveterem, xv kalendas martii, anno tertio. »

4112-4120 Orvieto, 1er février 1291.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 703, f. 143 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam.. abbatissae et conventus monasterii Sanctae Clarae de Sancto Endere, ordinis Sanctae Clarae, Burgensis dioecesis, certis diebus visitaverint.

« Loca sanctorum omnium... — Dat. apud Urbemveterem, kalendis februarii, anno tertio. » (Potth., 23551.)

Orvieto, 5 février 1291.

In e. m., pro ecclesia .. abbatis et conventus monasterii Sancti Albini Andegavensis, ordinis S. Benedicti.

« Vite perennis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, nonis februarii, anno tertio. »

Orvieto, 13 février 1291.

In e. m., pro ecclesia .. abbatissae et conventus monasterii Sancti Pauli de Galleto prope civitatem Interannensem, ordinis Sanctae Clarae.

« Licet is de... — Dat. ut supra, idibus februarii, anno tertio. » (*En marge*; Potth., 23564.)

Orvieto, 10 février 1291.

In e. m., pro ecclesia Sancti Jacobi Lexoviensi. Dat. apud Urbemveterem, iiii idus februarii, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 8 février 1291.

In e. m., pro capella Beati Jacobi apostoli de Cantapica, Baiocensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, vi idus februarii, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 8 février 1291.

In e. m., pro ecclesia .. prioris et conventus monasterii Sanctae Mariae Toctebiriae, per priorem soliti gubernari, ordinis S. Benedicti, Lichefeldensis dioecesis.

« Vite perennis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, vi idus februarii, anno tertio. »

Orvieto, 9 février 1291.

In e. m., pro cathedrali ecclesia Grationopolitana.

« Splendor paterne glorie... — Dat. apud Urbemveterem, v idus februarii, anno tertio. »

In e. m., pro ecclesia Sancti Andreae Grationopolitana. Dat. ut supra.

Orvieto, 13 février 1291.

In e. m., pro ecclesia Sancti Nicolai de Centumputeis, Ambianensis dioecesis.

« Loca sanctorum omnium... — Dat. ut supra, idibus februarii, anno tertio. »

4121 Orvieto, 12 février 1291.

Remissio fructuum illegitime perceptorum. (Reg. 45, c. 704, f. 144 r°.)

Arnoldo de Blankenem, canonico Treverensi, remittit et donat fructus ab eo ex ecclesiis de Semesheim et de Odindorph, Coloniensis dioecesis, per triginta annos, ex ecclesia de Merkerneth, ejusdem dioecesis, per viginti annos, ex praepositura in ecclesia Sanctorum Apostolorum Coloniensi, fere per decem annos, et ex scolastria Monasteriensi, fere per octo annos, sine dispensatione sedis apostolicae, perceptos; quas ecclesias, praeposituram et scolastriam sponte sua idem Arnoldus resignavit.

« In dispensationis apostolice... — Dat. apud Urbemveterem, ii idus februarii, anno tertio. »

4122 Orvieto, 5 février 1291.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 45, c. 705, f. 144 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Pampilonensi committit ut cum Laurentio de Viana, subdiacono, canonico ecclesiae Pampilonensis, ordinis S. Augustini, dispenset ut, non obstante defectu natalium quem patitur, e presbytero genitus et soluta, in susceptis ordinibus ministrare et ad superiores promoveri, necnon ad dignitates, personatus

et administrationes quaslibet praedicti] ordinis, episcopali dignitate dumtaxat excepta, assumi valeat.

« Virtutum merita remunerare... — Dat. apud Urbemveterem, nonis februarii, anno tertio. »

4123 Orvieto, 13 février 1291.

Sepulturam in monasterio de Alarico omnibus liberam esse statuit. (Reg. 45, c. 706, f. 144 r°; Potth., 23567.)

.. *abbatisse et conventui monasterii de Alarico, ordinis Sancte Clare, Anitiensis diocesis.*

« Exigentibus vestre devotionis... — Dat. apud Urbemveterem, idibus februarii, anno tertio. »

4124-4135 Orvieto, 20 février 1291.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 707, f. 144 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam .. guardiani et fratrum ordinis minorum de Bulsena, Urbevetanae dioecesis, certis diebus visitaverint.

« Vite perennis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, x kalendas martii, anno tertio. » (Potth., 23579.)

Orvieto, 9 février 1291.

In e. m., pro ecclesia monasterii Beatae Honorinae de Gerardivilla, Rothomagensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, v idus februarii, anno tertio.

Orvieto, 15 février 1291.

In e. m., pro cathedrali ecclesia Arosiensi, in honorem Beatae Mariae virginis et S. Johannis Baptistae constructa. Dat. apud Urbemveterem, xv kalendas martii, anno tertio.

Orvieto, 5 février 1291.

In e. m., pro capella domus leprosorum Sancti Lazari Blesensis, Carnotensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, nonis februarii, anno tertio.

In e. m., pro ecclesia Sancti Petri Puellarum Turonensi. Dat. ut supra. (*En marge.*)

In e. m., pro ecclesia Sancti Venantii Turonensi. Dat. ut supra. (*Ibid.*)

In e. m., pro ecclesia monasterii de Gastineta, ordinis Sancti Augustini, Turonensis dioecesis, in honorem Beatae Mariae virginis constructa. Dat. ut supra. (*Ibid.*)

Orvieto, 12 février 1291.

In e. m. indulgentiam centum dierum concedit pro ecclesia Sanctae Mariae de Vinzario Perusina. Dat. apud Urbemveterem, ii idus februarii, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 13 février 1291.

In e. m. indulgentiam unius anni et xl dierum concedit pro ecclesia Beati Martini de Castro Brixiensi. Dat. apud Urbemveterem, idibus februarii, anno tertio.

In e. m., pro ecclesia Sanctae Margaretae de Monte Eden, Brixiensis dioecesis. Dat. ut supra.

Orvieto, 5 février 1291.

In e. m., pro ecclesia Sancti Petri de Manseyo, Lingonensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, nonis februarii, anno tertio.

Orvieto, 5 novembre 1290.

In e. m., pro ecclesia Sancti Fridiani Lucana. Dat. apud Urbemveterem, nonis novembris, anno tertio.

4136 Orvieto, 13 février 1291.

De egestate sororum monasterii Cusentini sustentanda. (Reg. 45, c. 708, f. 144 v°; Potth., 23562.)

Venerabili fratri B., episcopo Penestrino, apostolice sedis legato, mandat ut .. abbatissae et sororibus monasterii Cusentini, ordinis Sanctae Clarae, quas propter summam egestatem oportuit de suo coenobio recedere, de aliqua summa pecuniae ab aliquibus ecclesiis vel monasteriis in Apulia, in Principatu, Terra Laboris et Terra Idronti, donec ad praefatum monasterium redire ibique secure morari valeant, annis singulis provideri faciat.

« Habet dilectarum in... — Dat. apud Urbemveterem, idibus februarii, anno tertio. »

4137 Orvieto, 1er décembre 1290.

Facultas conferendi beneficium ecclesiasticum. (Reg. 45, c. 709, f. 144 v°.)

Venerabili fratri Raymundo, episcopo Caturcensi, facultatem concedit recipiendi ac faciendi recipi unum canonicum in ecclesia Caturcensi, in qua ad eum canonicatuum et praebendarum collatio pertinet, et providendi ei de praebenda.

« Ut eo gratiosior... — Dat. apud Urbemveterem, kalendis decembris, anno tertio. »

4138-4147 Orvieto, 5 février 1291.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 710, f. 144 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit visitantibus ecclesiam monasterii Sancti Salvatoris de Negal, Palentinae dioecesis, in ejusdem sancti festo, qui V idus novembris colitur, beatae Mariae et sanctae Ceciliae festivitatibus, et per octo dies festivitates ipsas sequentes.

« Sanctorum meritis inclita... — Dat. apud Urbemveterem, nonis februarii, anno tertio. »

Orvieto, 13 février 1291.

In e. m., pro visitantibus ecclesiam Biterrensem in S. Nazarii et S. Celsi, in cujus honorem constructa est, et beatae Mariae festivitatibus et per octo dies sequentes.

« Licet is de... — Dat. apud Urbemveterem, idibus februarii, anno tertio. »

Orvieto, 13 février 1291.

In e. m., pro visitantibus ecclesiam .. abbatissae et conventus monasterii de Alerico, ordinis sanctae Clarae, Auriensis dioecesis, in beatae Mariae, sanctorum Francisci et Antonii et sanctarum Clarae et Helisabet festivitatibus et per octo dies festivitates ipsas sequentes. Dat. apud Urbemveterem, idibus februarii, anno tertio.

In e. m., pro visitantibus ecclesiam Sancti Andreae apostoli de Castro Reginaldi, Turonensis dioecesis, in ejusdem apostoli, sancti Nicolai confessoris et sanctae Caterinae virginis et martyris festivitatibus et per octo dies festivitates ipsas sequentes. Dat. ut supra.

In e. m., pro visitantibus ecclesiam .. prioris et fratrum domus de Figiaco, ordinis beatae Mariae de Monte Carmeli, Caturcensis dioecesis, in beatae Mariae festivitatibus et per octo dies sequentes.

« Vite perennis gloria... — Dat. ut supra. » (*En marge;* Potth., 23569.)

In e. m., pro ecclesia .. prioris et conventus ecclesiae (*sic*) Sanctae Mariae Magdalenae de Monte Edem, ordinis sancti Augustini, Brixiensis dioecesis, in festo beatae Mariae Magdalenae et per octo dies sequentes. Dat. ut supra. (*Ibid*).

In e. m., pro cathedrali ecclesia Tholosana, in sancti Stephani, in cujus honorem constructa est, et beatae Mariae festivitatibus et per octo dies sequentes. Dat. ut supra. (*Ibid.*)

Orvieto, 20 février 1291.

In e. m., pro capella hospitalis Beatae Margaretae de Monasterio Villari, Rothomagensis dioecesis, in beatae Mariae, beatae Margaretae et sanctae crucis festivitatibus.

« Licet is de... — Dat. apud Urbemveterem, X kalendas martii, anno tertio. » (*Ibid.*)

Orvieto, 5 février 1291.

In e. m. .. priori et conventui domus fratrum heremitarum Januensis, ordinis sancti Augustini, pro visitantibus eorum ecclesiam in sanctorum Symonis et Judae, sancti Raphaelis archangeli et sanctae Teclae festivitatibus et per octo dies sequentes. Dat. apud Urbemveterem, nonis februarii, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 20 février 1291.

In e. m. universis, etc., pro ecclesia Beatae Mariae de Monte Regali, Agennensis dioecesis, in beatae Mariae, sancti Johannis Evangelistae, sancti Petri apostoli et sanctae Katerinae virginis, quibus altaria in ecclesia dedicata sunt, festivitatibus et per octo dies sequentes.

« Vite perennis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, X kalendas martii, anno tertio. » (*Ibid.*)

4148 Orvieto, 18 février 1291.

Remissio fructuum illicite perceptorum. (Reg. 45, c. 711, f. 145 r°.)

Roberto dicto Malet, decano ecclesie Rothomagensis. Olim cum eo ab Alexandro papa dispensatum est ut, praeter ecclesiam de Ruella, Rothomagensis dioecesis, cujus erat rector, unicum aliud beneficium retinere valeret; quare capiceriatum Lexoviensis ecclesiae, qui dignitas habetur, ab episcopo Lexoviensi recepit, et cum ecclesia de Ruella per duodecim annos tenuit, fructus et redditus ex ecclesia et primiceriatu percipiendo. Sed tandem, considerans quod indulgentia Alexandri papae ad hoc se non extendebat, ecclesiam de Ruella et capiceriatum jam quinque annis elapsis dimisit, et deinde archidiaconatum Algiae in ecclesia Lexoviensi accepit, quo dimisso, archidiaconatum Vulcasini Normanni in ecclesia Rothomagensi, illoque resignato, decanatum tandem Rothomagensis ecclesiae assecutus est. Cum eo papa dispensat ut praedictum decanatum licite retinere valeat, eique fructus ex praedictis ecclesia, capiceriatu, archidiaconatibus et diaconatu perceptos remittit; ita tamen ut congruam pecuniae quantitatem de fructibus ecclesiae de Ruella perceptam in aliquam evidentem ejusdem ecclesiae utilitatem convertat.

« Laudabilis conversationis et... — Dat. apud Urbemveterem, XII kalendas martii, anno tertio. »

4149 Orvieto, 18 février 1291.

Privilegium a Clemente IIII monasterio villae Sancti Egidii, Nemausensis dioecesis, ordinis S. Benedicti, concessum, sive verum sit, sive fictum, nullius valoris esse decernit. (Reg. 45, c. 712, f. 145 r°; Potth., 23573.)

Ad perpetuam rei memoriam.

« Sunt qui Christi... — Dat. ut supra. »

4150 Orvieto, 30 janvier 1291.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 45, c. 713, f. 145 r°.)

.. *episcopo Tarviensi* mandat ut cum nobili viro Raymundo Aymerici de Bozillaco et nobili muliere comitissa de Actino, Tarviensis dioecesis, dispenset ut, ad sedandas inimicitias inter progenitores exortas, matrimonium, quanquam quarto sunt consanguinitatis gradu conjuncti, contrahere valeant.

« Ex parte dilecti... — Dat. apud Urbemveterem, III kalendas februarii, anno tertio. »

4151-4156 Orvieto, 15 février 1291.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 713², f. 145 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit visitantibus cathedralem ecclesiam Upsalensem in beatae Mariae et sancti Laurentii festivitatibus, per octo dies sequentes, et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae.

« Vite perennis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, XV kalendas martii, anno tertio. » (Potth., 23571.)

In e. m., pro visitantibus ecclesiam Sancti Michaelis archangeli de Thorstunum, Upsalensis dioecesis, in sancti Michaelis et Omnium Sanctorum festivitatibus, et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae. Dat. ut supra. (*En marge.*)

Orvieto, 20 février 1291.

In e. m., pro visitantibus ecclesiam de Sancto Leone, Tholosanae dioecesis, in sancti Leonis, sancti Jacobi et sancti Saturnini festivitatibus, et per octo dies sequentes. Dat. apud Urbemveterem, X kalendas martii, anno tertio. (*Ibid.*)

In e. m., pro visitantibus ecclesiam Sanctae Mariae de Valle, Tholosanae dioecesis, in beatae Mariae festivitatibus, per octo dies sequentes, et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae.

« Gloriosus Deus in... — Dat ut supra. » (*Ibid.*)

Orvieto, 28 janvier 1291.

In e. m., pro visitantibus ecclesiam .. abbatissae et conventus monasterii Humilitatis Beatae Mariae juxta Parisius, ordinis sanctae Clarae, in beatae Mariae, sanctorum Francisci, Antonii et sanctae Clarae festivitatibus et per octo dies sequentes.

« Virga venustissima et... — Dat. apud Urbemveterem, V kalendas februarii, anno tertio. » (*Ibid.;* Potth., 23539.)

Orvieto, 16 février 1291.

In e. m. .. priori et conventui domus Sanctae Mariae ad Podium Pistoriensis, ordinis sancti Augustini, pro visitantibus eorum ecclesiam, in honorem beatae Mariae constructam, in ejusdem virginis et sancti Augustini festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae. Dat. apud Urbemveterem, XIIII kalendas martii, anno tertio. (*Ibid.*)

4157-4158 Orvieto, 13 février 1291.

Mandat ut statuta, reformationes et ordinationes contra libertatem ecclesiasticam in Brixiensi civitate edita de capitularibus abradantur (Reg. 45, c. 714, f. 145 v°; Potth., 23561.)

Dilectis filiis .. potestati, .. capitaneo, antianis populi, consilio et communi civitatis Brixie.

« Ad audientiam nostram... — Dat. apud Urbemveterem, idibus februarii, anno tertio. »

In e. m. .. archipresbytero Veronensi, .. archidiacono Pergamensis ecclesiae et Dalfino de Gabianeta, canonico Cremonensi, mandat ut praedictos potestatem, capitaneum, antianos, consilium et commune moneant ut statuta, reformationes et ordinationes praedicta abradi faciant.

4159 Orvieto, 10 février 1291.

Canonicatum in Bisuntina ecclesia Henrico Dusies confert (Reg. 45, c. 715, f. 145 v°.)

Dilectis filiis .. Sancti Pauli Bisuntini et .. Montisbenedicti, Bisuntine diocesis, monasteriorum abbatibus ac Nicolao de Yporegia, canonico Leodiensi, mandat ut in ecclesia Bisuntina, cum consensu totius vel majoris partis capituli, ad quod receptio canonicorum et collatio praebendarum in eadem ecclesia pertinent, in canonicum et in fratrem recipi faciant Henricum Dusies, presbyterum, rectorem ecclesiae de Birocton, Lincolniensis dioecesis, qui papae per Theobaldum de Facogneyo, decanum, G. de

Turre, archidiaconum, Henricum de Vergeyo, cantorem, P. de Erguello, thesaurarium, Henricum de Facogneyo, Othonem, succentorem, Johannem de Monte Justino, Renaudum de Ceys, Philippum de Ceys, Henricum de Grangiis, Guidonem de Rufeyo, Johannem Renaudi de Dola, Johannem de Gillaris, Johannem de Vaulgrenant, Petrum de Vaulgrenant, Anselmum de Ancella, Galterum Porterii, Johannem de Veneriis, Johannem de Fontis Venna, P. de Ceys, Henricum de Chilley, Henricum de Facogneyo, P. de Treva, G. de Charritis, Henricum de Grangiis, Hugonem de Visulio, Humbertum de Ogney, Theobaldum de Monte Avium, Petrum Michaelis, Hugonem de Facogneyo et Hugonem de Dola, canonicos ecclesiae Bisuntinae, commendatus est.

« Volentes dilecto filio... — Dat. apud Urbemveterem, IIII idus februarii, anno tertio. »

4160 Orvieto, 13 février 1291.

Licentia ingrediendi monasteria. (Reg. 45, c. 716, f. 146 r°.)

Nobili mulieri Johanne, comitisse Gloucestrie et Herefordie, indulget ut monasteria Cisterciensis ordinis, cum octo honestis matronis, dummodo in eis non pernoctent nec comedant, intrare possit.

« Devotionis tue meretur... — Dat. apud Urbemveterem, idibus februarii, anno tertio. »

4161 Orvieto, 20 février 1291.

Dispensatio residentiae. (Reg. 45, c. 716², f. 146 r°.)

Guilielmo Burnelli, rectori ecclesie de Dunton, Saresbiriensis diocesis, indulget ut per quinquennium, disciplinis scolasticis insistendo, ad faciendam residentiam in ecclesia de Dunton, quam assecutus est, et ad suscipiendum interim sacerdotalem ordinem non teneatur.

« Laudabili desiderio tuo... — Dat. apud Urbemveterem, x kalendas martii, anno tertio. »

4162 Orvieto, 10 février 1291.

Remittit iter ad limina. (Reg. 45, c. 717, f. 146 r°.)

Raymondo, episcopo Valentino.

« Ex parte tua... — Dat. apud Urbemveterem, IIII idus februarii, anno tertio. »

4163-4177 Orvieto, 21 février 1291.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 717², f. 146 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit iis qui ecclesiam monasterii monialium Sanctae Mariae de Paradiso de Monte Pesulano, ordinis Sanctae Clarae, Magalonensis dioecesis, in beatae Mariae, sanctorum Francisci et Antonii et sanctae Clarae festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint.

« Gloriosus Deus in... — Dat. apud Urbemveterem, VIIII kalendas martii, anno tertio. » (Potth., 23580.)

Orvieto, 13 février 1291.

In e. m., pro ecclesia Sanctae Mariae Nigropontensi, in beatae Mariae, sanctorum Johannis Baptistae et Johannis Evangelistae festivitatibus, per octo dies sequentes, et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae.

« Vite perennis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, idibus februarii, anno tertio. »

In e. m., pro ecclesia Sanctae Mariae Atheniensi, in beatae Mariae et sanctorum Jacobi apostoli et Eligii festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae. Dat. ut supra.

In e. m., pro ecclesia Beatae Mariae Thebana, in beatae Mariae et sanctorum Laurentii et Vincentii festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae. Dat. ut supra.

In e. m., pro cathedrali ecclesia Argolicensi, in beatae Mariae et sanctorum Petri et Pauli festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae. Dat. ut supra.

In e. m., pro ecclesia Sancti Petri de Zagarolo, Penestrinae dioecesis, in sancti Petri festivitatibus, per octo dies, etc. Dat. ut supra.

Orvieto, 15 février 1291.

In e. m., pro ecclesia .. abbatis et conventus monasterii Admuntensis, ordinis S. Benedicti, Salzeburgensis dioecesis, in beatae Mariae et sancti Blasii festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae. Dat. apud Urbemveterem, XV kalendas martii, anno tertio.

Orvieto, 13 février 1291.

In e. m., pro ecclesia Sancti Martini de Barastre, Cameracensis dioecesis, in beatae Mariae et sancti Martini festivitatibus et per octo dies sequentes.

« Loca sanctorum omnium... — Dat. apud Urbemveterem, idibus februarii, anno tertio. » (*En marge.*)

Orvieto, 20 février 1291.

In e. m., pro ecclesia Sancti Martini Turonensi, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinenti, in quolibet die sabbati.

« Licet is de... — Dat. apud Urbemveterem, x kalendas martii, anno tertio. » (*Ibid.*; Potth., 23577.)

Orvieto, 18 février 1291.

In e. m., pro ecclesia Sancti Marii confessoris de Folcalquerio, Sistaricensis dioecesis, in ejusdem sancti festivitate et per octo dies sequentes.

« Vite perennis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, xii kalendas martii, anno tertio. » (*Ibid.*)

Orvieto, 20 février 1291.

In e. m. indulgentiam centum dierum visitantibus ecclesiam Beatae Mariae de Uxuo, Pampilonensis dioecesis, in beatae Mariae festivitatibus et per octo dies sequentes concedit.

« Licet is de... — Dat. apud Urbemveterem, x kalendas martii, anno tertio. » (*Ibid.*)

Orvieto, 16 février 1291.

In e. m. indulgentiam unius anni et xl dierum concedit visitantibus ecclesiam Sancti Cirici de Brithulio, Belvacensis dioecesis, in ejusdem sancti et beatae Mariae festivitatibus et per octo dies sequentes. Dat. apud Urbemveterem, xiiii kalendas martii, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 18 février 1291.

In e. m., pro ecclesia Sanctae Mariae de Tribethon, Constantiensis dioecesis, in beatae Mariae festivitatibus, per octo dies sequentes, et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae. Dat. apud Urbemveterem, xii kalendas martii, anno tertio. (*Ibid.*)

In e. m., pro ecclesia Beatae Mariae de Folcalquerio, Sistaricensis dioecesis, in beatae Mariae festivitatibus et per octo dies sequentes. Dat. ut supra. (*Ibid.*)

Orvieto, 13 février 1291.

In e. m., pro ecclesia Sancti Stephani de Palazolio, Aquilegensis dioecesis, in beatae Mariae et sancti Stephani festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae. Dat. ut supra, idibus februarii, anno tertio. (*Ibid.*)

4178 Orvieto, 13 février 1291.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 45, c. 718, f. 146 v°.)

Johanni de Osmele, presbytero, archidiacono ecclesie Elyensis, capellano nostro. Cum eo dispensat ut archidiaconatum ecclesiae Elyensis et ecclesiam de Balisham, Elyensis dioecesis, quae insimul ab olim sine dispensatione detinuit, percipiens fructus ex eisdem, retinere valeat; dummodo congruam partem fructuum sic indebite perceptorum in evidentem utilitatem eorumdem archidiaconatus et ecclesiae convertat.

« Merita tue probitatis... — Dat. apud Urbemveterem, idibus februarii, anno tertio. »

4179 Orvieto, 13 février 1291.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 45, c. 719, f. 146 v°.)

Nicolao de Lovetot, diacono, canonico Londoniensi. Cum eo dispensat ut ecclesias de Boudone et de Adeligflet, Lincolniensis et Eboracensis dioecesium, quas insimul sine dispensatione detinuit, fructus percipiens ex eisdem, et praebendam in Londoniensi ecclesia retinere valeat; dummodo congruam partem fructuum sic indebite perceptorum in evidentem utilitatem praedictarum ecclesiarum convertat.

« Laudabilis conversationis et... — Dat. ut supra. »

4180 Orvieto, 13 février 1291.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 45, c. 720, f. 146 v°.)

Riccardo de Haveringe, rectori ecclesie de Wemme, Lichefeldensis diocesis. Cum eo dispensat ut ecclesias de Wemme et de Alta Clera, Lichefeldensis et Winctoniensis dioecesium, quas insimul sine dispensatione detinuit, fructus percipiens ex eisdem, retinere valeat; dummodo congruam partem fructuum sic indebite perceptorum in evidentem utilitatem earumdem ecclesiarum convertat.

« Laudabilis conversationis et... — Dat. ut supra. »

4181 Orvieto, 5 février 1291.

Ecclesia de Mirapisce Guillelmo Amelii de Mirapisce confertur. (Reg. 45, c. 721, f. 146 v°.)

Guillelmo Amelii de Mirapisce, Tholosane diocesis. Cum eo dispensat ut ecclesiam de Mirapisce, ad quam praesentatus est a .. prioratus loci ejusdem priore, vero patrono, et in qua ab episcopo Tholosano institutus est, retinere valeat. Cum quondam magister Egidius, ejusdem ecclesiae rector, se ad presbyteratum promoveri non fe-

cisset, et tamen eam longo tempore tenuisset, dubitabat Guillelmus utrum collatio ecclesiae ad sedem apostolicam devoluta fuisset an non.

« Merita tue probitatis... — Dat. apud Urbemveterem, nonis februarii, anno tertio. »

4182 Orvieto, 5 février 1291.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 45, c. 722, f. 146 v°.)

Radulfo, rectori ecclesie de Tademortan, Lincolniensis diocesis. Cum eo dispensat ut, praeter ecclesiam de Tademortan, ecclesiam de Fiside, Saresbiriensis dioecesis, curam animarum habentem, retinere valeat.

« Sedis apostolice multa... — Dat. apud Urbemveterem, nonis februarii, anno tertio. »

4183 Orvieto, 13 février 1291.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 45, c. 723, f. 146 v°.)

Guillelmo Burnelli, rectori ecclesie de Harevode, Eboracensis diocesis. Cum eo dispensat ut, praeter ecclesiam de Harevode, unicum aliud beneficium ecclesiasticum, etiam si personatus vel dignitas existat, accipere et retinere valeat.

« Virtutum merita quibus... — Dat. apud Urbemveterem, idibus februarii, anno tertio. »

4184 Orvieto, 30 janvier 1291.

Vicario suo in Urbe mandat ne judaeos Urbis a christianis molestari permittat. (Reg. 45, c. 724, f. 147 r°; Potth., 23541.)

Dilecto filio .. vicario nostro in Urbe.

« Orat mater ecclesia... — Dat. apud Urbemveterem, III kalendas februarii, anno tertio. »

4185-4186 Orvieto, 16 février 1291.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 45, c. 725, f. 147 r°.)

Magistro Fortenerio de Falgario, juris civilis professori, canonico ecclesie Sancti Gaudentii, Convenarum diocesis, canonicatum in ecclesia Sancti Gaudentii, in qua nec certus canonicorum numerus, nec distinctio praebendarum sunt, personatumque aut dignitatem vacantia vel quam proximo vacatura in eadem vel in majori Convenarum ecclesia et nulli alii jure debita confert; cum eo quoque dispensat ut praedicta personatum vel dignitatem una cum ecclesia de Soffereto, Tholosanae dioecesis, retinere valeat.

« Illos apostolica sedes... — Dat. apud Urbemveterem, XIIII kalendas martii, anno tertio. »

In e. m. .. abbati monasterii de Pessano et .. priori de Savarduno, Auxitanae et Tholosanae dioecesium, et magistro Berengario Regis, canonico Narbonnensi, capellano suo, mandat ut praefatum Fortenerium in ecclesia Sancti Gaudentii recipiant in canonicum et in fratrem eique praedicta personatum vel dignitatem assignent.

4187 Orvieto, 20 février 1291.

Dispensatio super defectu ordinis. (Reg. 45, c. 726, f. 147 v°.)

Guillelmo de Germenym, subdiacono, rectori de Mateshabe, Norwicensis diocesis. Cum eo dispensat ut ecclesiam de Mateshabe, quam recepit et pro qua se ad presbyteratum promoveri non fecit, retinere valeat; dummodo congruam portionem fructuum ex ea indebite perceptorum in evidentem ejus utilitatem convertat.

« Merita tue probitatis... — Dat. apud Urbemveterem, X kalendas martii, anno tertio. »

4188 Orvieto, 13 février 1291.

Dispensatio residentiae et ordinis. (Reg. 45, c. 727, f. 147 v°.)

Waltero de Langeton, rectori ecclesie Sancti Michaelis super Wyre, Eboracensis diocesis, indulget ut, per quinquennium obsequiis E., regis Angliae, cujus est clericus, insistens, ad faciendam residentiam in ecclesiis Sancti Michaelis super Wyre vel Sancti Michaelis de Croston, Conventrensis et Lichefeldensis dioecesium, et ad suscipiendum interim sacerdotalem ordinem non teneatur.

« Volentes personam tuam... — Dat. apud Urbemveterem, idibus februarii, anno tertio. »

4189 Orvieto, 10 février 1291.

Dispensatio super defectu aetatis. (Reg. 45, c. 728, f. 147 v°.)

Johanni dicto Crimbal, rectori ecclesie de Bramfort, Norwicensis diocesis. Cum eo, septem et decem annos nato, dispensat ut, non obstante defectu aetatis, ecclesiam de

Bramfort, quam olim recepit et sine dispensatione detinuit, retinere valeat; dummodo congruam partem fructuum ex ea indebite perceptorum in evidentem ejus utilitatem convertat.

« Apostolice sedis consueta... — Dat. apud Urbemveterem, IIII idus februarii, anno tertio. »

4190 Orvieto, 10 février 1291.

Facultas reconciliandi loca violata. (Reg. 45, c. 729, f. 147 v°.)

.. *decano et capitulo ecclesie Londoniensis* indulget ut ecclesiam Londoniensem, quotiens per effusionem sanguinis vel seminis violata fuerit, per aliquem presbyterum reconciliari faciant, aqua prius ab episcopo benedicta.

« Meritis vestre devotionis... — Dat. ut supra. »

4191-4199 Orvieto, 20 février 1291.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 730, f. 147 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit visitantibus ecclesiam cathedralem Londoniensem, in honorem beati Pauli constructam, in beatorum Petri et Pauli et Ascensionis Domini festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae.

« Vite perennis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, x kalendas martii, anno tertio. »

Orvieto, 21 février 1291.

In e. m., pro ecclesia monasterii Crassensis, Carcassonensis dioecesis, in honorem beatae Mariae constructa, in ejusdem virginis festivitatibus et per octo dies sequentes. Dat. apud Urbemveterem, VIIII kalendas martii, anno tertio. (*En marge.*)

In e. m., pro ecclesia monasterii Sancti Ylarii, ordinis S. Benedicti, Carcassonensis dioecesis, in sancti Ylarii festivitatibus et per octo dies sequentes. Dat. ut supra. (*Ibid.*)

In e. m., pro capella Sancti Johannis Baptistae in majori ecclesia Narbonensi, in sanctorum Johannis Baptistae et Johannis Evangelistae festivitatibus et per octo dies sequentes. Dat. ut supra. (*Ibid.*)

Orvieto, 13 février 1291.

In e. m., pro ecclesia Sanctae Mariae de Monte Esquino, Biterrensis dioecesis, in beatae Mariae festivitatibus et per octo dies sequentes. Dat. apud Urbemveterem, idibus februarii, anno tertio. (*Ibid.*)

In e. m., pro ecclesia Sancti Petri de Tezano, Biterrensis dioecesis, in sancti Petri apostoli festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae. Dat. ut supra. (*Ibid.*)

Orvieto, 20 février 1291.

In e. m., pro ecclesia .. prioris et fratrum Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani castri de Nebiano, Lodovensis dioecesis, in sanctorum Johannis Baptistae, Juliani et Vincentii, in quorum honorem constructa est, festivitatibus et per octo dies sequentes. Dat. apud Urbemveterem, x kalendas martii, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 9 février 1291.

In e. m., pro ecclesia Sancti Sepulcri de Novo Vico, Bituricensis dioecesis, in die XVII kalendas julii, qua festum sancti sepulcri solemniter celebratur, et in beatae Mariae festivitatibus et per octo dies sequentes. Dat. apud Urbemveterem, v idus februarii, anno tertio. (*Ibid.*)

Orvieto, 20 février 1291.

In e. m., pro ecclesia Sancti Antonii Januensi, in sancti Antonii festivitate, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae.

« Licet is de... — Dat. apud Urbemveterem, x kalendas martii, anno tertio. »

4200 Orvieto, 15 février 1291.

De quibusdam ecclesiae Recanatensis possessionibus mutandis. (Reg. 45, c. 730², f. 148 r°.)

.. *priori Sancte Marie Racanatensis* mandat ut inquirat de veritate petitionis qua Recanatensis episcopus licentiam mutandi quasdam ecclesiae suae possessiones poscit.

« Venerabilis frater noster... — Dat. apud Urbemveterem, XV kalendas martii, anno tertio. »

4201-4202 Orvieto, 20 février 1291.

Licentia ingrediendi monasteria. (Reg. 45, c. 731, f. 148 r°; Potth., 23578.)

Nobili viro Edmundo, nato clare memorie Henrici, regis Anglie. « Devotionis tue meretur... Ut monasteria Sancte Clare et sororum secundum instituta fratrum predicatorum viventium, Sancti Augustini ordinum, in Anglia constituta, semel in anno, cum octo sociis, in habitu condecenti, dummodo tu vel iidem socii non pernoctetis neque comedatis ibidem, possis causa devotionis intrare...

Dat. apud Urbemveterem, x kalendas martii, anno tertio. »

Orvieto, 13 février 1291.

In e. m. Blancae, uxori Edmundi, ut eadem monasteria cum sex matronis ingredi possit. Dat. apud Urbemveterem, idibus februarii, anno tertio. (Potth., 23568.)

4203 Orvieto, 20 février 1291.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 45, c. 732, f. 148 r°.)

Magistro Johanni de Sancto Claro, clerico Cantuariensis diocesis, cum quo fuit a Nicolao III dispensatum ut, non obstante defectu natalium quem patitur, e soluto genitus et soluta, ad omnes ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum recipere valeret, indulget papa ut personatum vel dignitatem recipere possit.

« Meritis tue devotionis... — Dat. apud Urbemveterem, x kalendas martii, anno tertio. »

4204-4206 Orvieto, 20 février 1291.

Remissio decimae. (Reg. 45, c. 733, f. 148 r°.)

.. *magistro et fratribus domus militie Templi Jerosolimitani.* « Reducentes ad sedule... Cum itaque, sicut habet vestre devotionis assertio, tertia pars omnium fructuum, proventuum et redditum domorum et locorum vestrorum quorumlibet consistentium citra mare, ad partes Terre Sancte, pro sustentatione fratrum vestrorum ibi degentium ad defensionem terre predicte, annis singulis destinetur, nos indignum et indecens reputantes ut decimam per nos regni Sicilie subsidio deputatam de hujusmodi parte tertia persolvatis, vobis ut de dicta tertia parte decimam solvere minime teneamini indulgemus... Dat. ut supra. »

In e. m. .. magistro et fratribus Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani.

In e. m. .. magistro et fratribus Hospitalis Sanctae Mariae Theotonicorum Jerosolimitani. (Potth., 23576.)

4207 Orvieto, 10 février 1291.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 45, c. 734, f. 148 r°.)

Roberto de Ereswelle, presbytero, rectori ecclesie de Lakeford, Norwicensis diocesis. Cum eo, « qui quandiu insisteret studio litterarum in logica meruit cathedralem ascendere magistralem, » dispensat ut ecclesiam de Lakeford et medietatem ecclesiae de Fresingfeld, Norwicensis dioecesis, quae per duos rectores gubernari consuevit, quas aliquandiu insimul sine dispensatione sedis apostolicae tenuit, fructus percipiens ex eisdem, retinere valeat; dummodo congruam portionem praedictorum fructuum in evidentem earumdem ecclesiarum utilitatem convertat.

« Benigno sunt tibi... — Dat. apud Urbemveterem, IIII idus februarii, anno tertio. »

4208-4216 Orvieto, 10 février 1291.

Salimbene Capuanae ecclesiae archiepiscopus praeficitur. (Reg. 45, c. 735, f. 148 v°; Potth., 23557.)

Venerabili fratri Salimbene, archiepiscopo Capuano. Vacante Capuana ecclesia per obitum Cinchii, capitulum per compromissarios suos, scilicet B., Penestrinum episcopum, in illis partibus sedis apostolicae legatum, et G., Sabinensem episcopum, Salimbene, tunc Parisiensem canonicum, elegerunt, hancque electionem, a L., episcopo Ostiensi, P., Sancti Marci presbytero, et Neapolione, Sancti Adriani diacono cardinalibus, examinatam, papa confirmavit et Salimbene pallium per M., Sanctae Mariae in Porticu, J., Sanctae Mariae in Via lata, et P., Sancti Eustachii diaconos cardinales, assignari fecit.

« Militanti ecclesie disponente... — Dat. apud Urbemveterem, IIII idus februarii, anno tertio. »

In e. m. capitulo Capuano mandat ut eidem archiepiscopo debitam obedientiam praebeat.

In e. m. clero civitatis et dioecesis Capuanae.

In e. m. vassallis ecclesiae Capuanae.

In e. m. universis suffraganeis ecclesiae Capuanae.

In e. m. C., regem Siciliae, hortatur ut eumdem archiepiscopum regio favore prosequatur.

In e. m. .. comitem Atrebatensem, ut eum commendatum habeat.

In e. m. Carolum, principem Salernitanum.

In e. m. B., episcopum Penestrinum.

4217 Orvieto, 20 février 1291.

Monasterium Sancti Spiritus de Magella in jus et proprietatem apostolicae sedis suscipit. (Reg. 45, c. 736, f. 149 r°.)

.. *abbati et conventui monasterii Sancti Spiritus de Magella, ordinis S. Benedicti, Theatine diocesis*, confirmat

exemptionem ab episcopali jurisdictione eis a Theatino, Aquilensi, Iserniensi et Terventino episcopis concessam, eosque et eorum monasterium, cum omnibus monasteriis, prioratibus et membris eidem monasterio immediate subjectis, in jus et proprietatem apostolicae sedis suscipit, ea ab omni alia jurisdictione eximens. Praedictorum autem episcoporum instrumenta exemptionis haec sunt :

« Nicolaus, miseratione divina episcopus Theatinus, » religiosis viris fratri Petro de Morrone, abbati monas- » terii Sancte Marie in Faysulis, Beneventane diocesis, » ac universis fratribus suis apud Magellam morantibus » in monasterio Sancti Spiritus de novo constructo, in ter- » ritorio Rocce Murici, in loco ubi dicitur Legio, tam pre- » sentibus quam futuris, S. Benedicti ordinis, salutem in » Domino sempiternam. Commissi nobis licet... Actum » est hoc in episcopatu ejusdem civitatis Theatine pre- » dicte, anno dominice incarnationis M°CC° septuagesimo » octavo, pontificatus vero domni nostri Nicolai pape » tertii anno primo, episcopatus vero nostri anno quarto » decimo, mense januarii, die jovis, sexto ejusdem, sexte » indictionis. »

Per hujusmodi instrumentum episcopus Theatinus ab episcopali jurisdictione eximit « monasterium Sancti Spiritus, cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Georgii de Roca Murici, cum omnibus juribus, possessionibus et pertinentiis suis, Sancti Bartholomei de Legio, Sancti Johannis de Monte Magelle, Sancte Marie et Sancti Angeli de Intermontes, » praedicto monasterio subjectas, Theatinae dioecesis. Praedicti vero fratres et eorum successores pro parte et nomine ecclesiarum praedictarum, nomine pensionis vel census, libram unam cerae tantum annuatim, in festo S. Justini, eidem episcopatui dare promiserunt perpetuo spontanea voluntate, « nichilominus redditu unius tructe tamen de palmo quam predicta ecclesia Sancte Marie facere tenetur integre conservato episcopatui supra dicto. »

« Frater Nicolaus, divina permissione Aquilensis episcopus, religiosis viris fratri Petro de Murrone et abbati » monasterii Sancti Spiritus de Majella et conventui ejus- » dem, diocesis Theatine, tam presentibus quam futuris, » ordinis S. Benedicti, salutem in Domino sempiternam. » Religiosa loca et... — Actum est hoc Aquile, in eccle- » sia Aquilensi, in anno Domini M°CC°LXXX°VII°, die » sexto mensis octobris, prime indictionis, apostolica » sede vacante. »

Per hujusmodi instrumentum episcopus Aquilensis ab episcopali jurisdictione eximit oratorium vel ecclesiam quod praedicti fratres de novo construxerunt ad honorem beatae Mariae virginis et beati Benedicti in territorio civitatis Aquilae, in loco qui dicitur Collemain (*sic*). Praedicti vero fratres et eorum successores pro parte et nomine ecclesiarum praedictarum, nomine pensionis vel census, libram unam cerae tantum annuatim, in festo beati Maximi, eidem episcopio sponte dare perpetuo promiserunt.

« Matheus, Dei gratia Yserniensis episcopus, religiosis » viris fratri Petro de Murrone, abbati ecclesie Sancte » Marie in Faysulis, Beneventane diocesis, ac universis » fratribus suis apud Yserniam commorantibus in eccle- » sia Sancti Spiritus de novo constructa, tam presentibus » quam futuris, S. Benedicti ordinis, salutem in Domino » sempiternam. Commissi nobis licet... Actum in epis- » copio civitatis Ysernie, anno dominice incarnationis » M°CC°LXX°VI°, pontificatus vero domini nostri Johan- » nis pape XXI anno primo, episcopatus autem nostri » anno nono, mense septembris, quinte indictionis. Ego » Petrus qui super, civitatis Ysernie publicus notarius, » de mandato predictorum domni episcopi et capituli » necnon rogatu predictorum fratrum, hoc privilegium » scripsi et meo signo signavi, salva adhuc justitia mor- » tuariorum ecclesie nostre et aliarum ecclesiarum nostre » diocesis in omnibus et per omnia a quibus mortuorum » corpora assumuntur. »

Per hujusmodi instrumentum episcopus Yserniensis ab episcopali jurisdictione eximit oratorium vel ecclesiam ab ipsis fratribus de novo constructum ad honorem S. Spiritus et beati Benedicti in territorio civitatis praedictae, in loco qui dicitur Pons de Arcu. Praedicti vero fratres et eorum successores pro parte et nomine ecclesiarum praedictarum, nomine pensionis vel census, libram unam cerae tantum annuatim, in festo beati Maximi, eidem episcopio sponte dare perpetuo promiserunt.

« Jacobus, Dei gratia Treventinus episcopus, religiosis » viris fratri Petro de Murrone et abbati monasterii Sancti » Spiritus de Magella et conventui ejusdem, Theatine » diocesis, tam presentibus quam futuris, ordinis S. Be- » nedicti, salutem in Domino sempiternam. Religiosa » loca et... Actum est hoc Treventi, in ecclesia Treven- » tina, in anno Domini M°CC° nonagesimo, die vigesimo » nono mensis novembris, quarte indictionis, pontificatus » domni Nicolai pape quarti anno tertio. »

Per hujusmodi instrumentum episcopus Yserniensis ab episcopali jurisdictione eximit oratorium vel eccle-

siam ab ipsis fratribus de novo constructum ad honorem beatae Mariae virginis et beati Benedicti in territorio civitatis Treventinae, in loco dicto Monte Plano.

« Debite providentie oculo... — Dat. apud Urbemveterem, x kalendas martii, anno tertio. »

4218 Orvieto, 18 février 1291.

Clusinos hortatur ut cum Gebellinis pacem faciant. (Reg. 45, c. 737, f. 150 r°.)

Dilecto filio consilio et communi Clusino. « Pridem pacis emulo instigante, inter Guelfos et Gebellinos civitatis vestre gravibus animarum et corporum periculis subsecutis, et tandem, operante salutis auctore, inter vos invicem concordia reformata, dilectum filium nobilem virum Raynerium Hugolini ad vestrum et ejusdem civitatis regimen exercendum concorditer assumpsistis; sed postmodum eodem nobili ecclesie romane servitium in obsidione castri Pereti personaliter prosequente, ydoneo in civitate ipsa dimisso vicario, qui justitiam inibi exerceret, vos, a pacis et concordie semita deviantes, predictos Gebellinos, associatis vobis quibusdam iniquitatis filiis, circumposite turbatoribus regionis, de civitate prefata per violentiam ejecistis quosdam ex eis in ecclesiis et aliis locis captos carceralibus vinculis mancipando, ipsis nichilominus bonis suis omnibus spoliatis. Unde nos, tantum et tam gravem excessum molestius perferentes, vobis nostras rogatorias et exhortatorias litteras misimus, dantes per eas vobis nichilominus in mandatis ut, provida meditatione pensantes quod ex guerrarum turbinibus facultatum subera (*sic*) deperit, animarum et corporum dispendia generantur, ac non modicum in deteriora prolabitur ejusdem conditio civitatis, inter vos et Gebellinos eosdem unitatem reformare concordie studeretis, et si quos ex eis detineretis in vinculis, redderetis pristine libertati, bonis eorum integre restitutis eisdem, prefato nobili obediendo plenarie in hiis que ad suum spectare officium dinoscuntur, sic nostris precibus et mandatis efficaciter parituri ut proinde commendationis multiplicis titulum devotionis vestre sinceritas mereretur et apostolici favoris presidium sentiretis in vestris oportunitatibus fructuosum. Vos autem, ad inobedientiam animis obfirmatis, et apostolice sedis reverentia, quam cautius servare vos convenit, a vobis eminus relegata, obedire precibus et mandatis nostris hujusmodi non curastis, de quo tanto propensior admirationis materia nobis ingeritur quanto sincerioris devotionis affectum erga prefatam ecclesiam vos gerere sperabamus. Cum igitur ad vestrum et predictarum civitatis ac regionis statum pacificum et tranquillum paterne sollicitudinis studio intendamus, et ad id opem libenter impendamus et operam diligentem, universitatem vestram sicut iterum sic instantius ac attentius rogandam duximus et hortandam, nichilominus vobis tenore presentium districtius injungentes quatenus, pro divina et ejusdem sedis et nostra reverentia, cujusvis rancoris et odii scrupulo prorsus excluso, mentes vestras et animos ad pacis bonum et quietis dulciflue comodum laudabilibus studiis reducentes, inter vos et Gebellinos eosdem stabilis unitatem concordie reformetis, liberaliter liberando captivos, si qui per vos forsitan detinentur, eisque restituendo integre bona sua, dictoque nobili parendo plenarie in hiis que ad officium ejus spectant. Illam in hoc promptitudinem et efficatiam impensuri ut vos pacis et concordie amatores per effectum operum comprobetis, nosque devotionem vestram, quam in hoc efficacem cupimus inveniri, condignis laudibus attollamus, nec sit opus aliud in hac parte remedium adhiberi. Dat. apud Urbemveterem, xii kalendas martii, anno tertio. »

4219-4220 Orvieto, 18 février 1291.

De eodem negotio. (Reg. 45, c. 738, f. 150 v°.)

Dilectis filiis .. potestati, consilio et communi Perusinis. Eos rogat et hortatur ut civibus Clusinis nullum favorem, consilium vel auxilium impendant, quinimmo Marchionem dictum Sarracenum, clericum, de civitate Perusina oriundum, qui ad civitatem Clusinam se contulit ut statum perturbaret et Gebellinos expelleret, revocent.

« Non est nobis... — Dat. ut supra. »

In e. m. .. potestatem, consilium et communem Senenses rogat et hortatur ut civibus Clusinis nullum favorem, consilium vel auxilium impendant. Dat. ut supra.

4221 Orvieto, 13 février 1291.

De eodem negotio. (Reg. 45, c. 739, f. 150 v°.)

.. *archipresbytero et Nerio Vannis, canonico ecclesie Clusine*, mandat ut Marchionem dictum Sarracenum, plebanum plebis Sancti Martini, Clusinae dioecesis, qui ad civitatem Clusinam se contulit et ab ipsa Gebellinos ejici fecit, citent ut infra quindecim dies post citationem personaliter coram sede apostolica compareat.

« Ex multorum relatione... — Dat. apud Urbemveterem, idibus februarii, anno tertio. »

4222 Orvieto, 13 février 1291.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 45, c. 740, f. 151 r°.)

Johanni de Langeton, rectori ecclesie de Burgo subtus Stammore, Karleolensis diocesis. Cum eo, consideratione E., regis Anglorum, cujus est clericus, dispensat ut ecclesias de Burgo subtus Stammore et de Brideshale, Conventrensis et Lichefeldensis dioecesium, quas absque dispensatione sedis apostolicae insimul detinuit, fructus percipiens ex eisdem, retinere valeat; dummodo portionem congruam fructuum sic indebite perceptorum in evidentem praedictarum ecclesiarum utilitatem convertat.

« Laudabilis conversationis et... — Dat. apud Urbemveterem, idibus februarii, anno tertio. »

4223 Orvieto, 20 février 1291.

Licentia habendi altare portatile. (Reg. 45, c. 741, f. 151 r°.)

Nobili viro Guillelmo de Monterevelli, Burdegalensis diocesis, indulget ut ejus capellanus altare portatile habere possit, in quo coram ipso Guillelmo et familia missarum sollemnia celebrare possit. Praesentibus per quinquennium valituris.

« Devotionis tue precibus... — Dat. ut supra, x kalendas martii, anno tertio. »

4224-4230 Orvieto, 11 février 1291.

Chunradus Salzeburgensi ecclesiae archiepiscopus praeficitur. (Reg. 45, c. 742, f. 151 r°; Potth., 23558.)

Venerabili fratri Chunrado, archiepiscopo Salzeburgensi. Vacante Salzeburgensi ecclesia per obitum R., capitulum Stephanum, canonicum Pataviensem, natum quondam Henrici, comitis palatini Reni, ducis Bawariae, patientem in ordinibus et aetate defectum, unanimiter postulavit, sed hanc postulationem papa non admisit, et nunc Chunradum ab ecclesia Laventina ad Salzeburgensem ecclesiam transfert, eique palleum per M., Sanctae Mariae in Porticu, J., Sanctae Mariae in Via lata, et P., Sancti Eustachii diaconos cardinales, tradi facit.

« In ecclesia militanti... — Dat. apud Urbemveterem, III idus februarii, anno tertio. »

In e. m. .. praeposito et capitulo ecclesiae Salzeburgensis mandat ut eidem archiepiscopo debitam obedientiam praebeant.

In e. m. clero civitatis et dioecesis Salzeburgensis.

In e. m. populo civitatis et dioecesis Salzeburgensis.

In e. m. ministerialibus et vassallis Salzeburgensis ecclesiae.

In e. m. suffraganeis Salzeburgensis ecclesiae.

In e. m. regem Romanorum hortatur ut favorem suum eidem archiepiscopo praebeat.

« Numinis superni benignitas... — Dat. ut supra. »

4231-4234 Orvieto, 11 février 1291.

De eodem negotio. (Reg. 45, c. 742², f. 151 v°.)

Nobili viro Alberto, comiti Goritie. Eum rogat et hortatur ut Chunradum, Salzeburgensem archiepiscopum, favore suo prosequatur.

« Laudabilis habet assertio... — Dat. ut supra. »

In e. m. Ludewico, comiti palatino Reni, duci Bawariae.

In e. m. .. duci Austriae.

« Si culmen veri... — Dat. ut supra. »

In e. m. .. duci Carinthiae.

4235-4236 Orvieto, 12 janvier 1291.

Petro de Castrobono canonicatum in Asisinati ecclesia confert. (Reg. 45, c. 743, f. 152 r°.)

Petro de Castrobono, canonico Asisinati, ad instantiam magistri Johannis, decani Baiocensis, sanctae romanae ecclesiae vicecancellarii, canonicatum et praebendam in ecclesia Asisinati confert.

« Personam tuam de... — Dat. apud Urbemveterem, II idus januarii, anno tertio. »

In e. m. Bulgaro, electo Perusino, .. abbati monasterii Sancti Petri Asisinatis et Nicolao de Yporegia, canonico Leodiensi, mandat ut praedictum Petrum in ecclesia Asisinati facientes in canonicum recipi, eum in corporalem possessionem canonicatus et praebendae inducant.

« Personam dilecti filii... — Dat. ut supra. »

4237-4238 Orvieto, 20 février 1291.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 744, f. 152 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis.

Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam Sanctae Catherinae virginis et martyris de Brianzono, Ebredunensis dioecesis, in festivitate ejusdem sanctae et per octo dies festivitatem ipsam immediate sequentes visitaverint.

« Vite perennis gloria. — Dat. apud Urbemveterem, X kalendas martii, anno tertio. »

In e. m., pro ecclesia Sancti Blasii de Raculinis, Fuliginatis dioecesis.

1239-1241 Orvieto, 19 février 1291.

Petrus monasterio Sancti Andreae de Ponzano, Civitatis Castellanae dioecesis, praeficitur. (Reg. 45, c. 745, f. 152 r°.)

Petro, abbati monasterii Sancti Andree de Ponzano, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, Civitatis Castellane diocesis. Vacante monasterio Sancti Salvatoris Reatino, Nicolaus papa ad illud Philippum, tunc abbatem monasterii Sancti Andreae de Ponzano, transtulit, et monasterio Sancti Andreae Barnabam, monachum monasterii Sublacensis, abbatem praefecit; cum vero Barnaba hujusmodi provisioni renuntiaverit, papa ad idem monasterium Sancti Andreae Petrum, tunc abbatem monasterii Sancti Angeli in Massa, ejusdem ordinis, Narniensis dioecesis, transfert.

« Ex debito pastoralis... — Dat. apud Urbemveterem, XI kalendas martii, anno tertio. »

In e. m. conventui monasterii Sancti Andreae de Ponzano mandat ut eidem abbati debitam obedientiam praebeat.

In e. m. universis vassallis monasterii Sancti Andreae de Ponzano.

1242 Orvieto, 13 février 1291.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 45, c. 746, f. 152 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Ulixbonensi mandat ut cum Pelagio, rectore ecclesiae Sanctae Mariae Vimaranensis, Bracharensis dioecesis, dispenset ut decanatum ecclesiae Elborensis et praedictam Sanctae Mariae ecclesiam, quae una cum canonicatibus, praebendis et prestimoniis in Elborensi et Ulixbonensi ecclesiis, sine dispensatione apostolicae sedis, retinuit, fructus percipiens ex eisdem, retinere valeat; dummodo congruam partem praedictorum fructuum in evidentem utilitatem praedicti decanatus convertat.

« Exhibita nobis ex... — Dat. apud Urbemveterem, idibus februarii, anno tertio. »

1243 Orvieto, 16 février 1291.

De decima in Avinionensi civitate percipienda. (Reg. 45, c. 747, f. 152 v°; Potth., 23572.)

Carissimo in Christo filio Carolo, regi Sicilie illustri. « Ex parte tua fuit propositum coram nobis quod civitatis Avinionensis medietas, quam carissimus in Christo filius noster Phylippus, rex Francorum illustris, hactenus obtinebat, ad te nuper ex certa causa dinoscitur devenisse, jam te totius civitatis ejusdem dominium obtinente; cum autem ad prosequendum negotium regni Sicilie dudum tibi omnium ecclesiasticorum redditiuum et proventuum decimam in Tarentasiensi, Ebredunensi, Aquensi et Arelatensi provintiis, terra comitatus Venesini, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinente, ac terra quam in eisdem provinciis rex obtinet memoratus dumtaxat exceptis, per tres annos ab instanti tunc festo nativitatis beati Johannis Baptiste numerandos duximus concedendam, suppliciter postulabas a nobis ut ad prefati prosecutionem negotii decimam ecclesiasticorum proventuum medietatis predicte tibi benigne concedere dignaremur. Nos itaque, diligenti consideratione pensantes quod negotium ipsum eo commodius et efficatius prosequi poteris quo per nos uberioris auxilio fueris subventionis adjutus, tibi pro jam dicti prosecutione negotii prefatam decimam medietatis ejusdem percipiendam a te ex nunc usque ad sexdecim menses sequentes qui restare noscuntur de triennio supradicto, dummodo predictus rex Francorum decimam ex concessione nostra in medietate non percipiat supradicta, presentium auctoritate concedimus de gratia spetiali. Nulli ergo, etc., nostre concessionis, etc. Dat. apud Urbemveterem, XIIII kalendas martii, anno tertio. »

1244 Orvieto, 17 février 1291.

De eodem negotio. (Reg. 45, c. 747², f. 152 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Vapincensi mandat ut praedictam decimam per menses praedictos juxta hujusmodi concessionis tenorem colligere et regi Siciliae integre assignare studeat.

« Ex parte carissimi... — Dat. apud Urbemveterem, XIII kalendas martii, anno tertio. »

4245 Orvieto, 13 février 1291.

De quadam domo ecclesiae Sancti Jacobi ultra Arnum Florentinae mutanda. (Reg. 45, c. 748, f. 152 v°.)

.. *priori secularis ecclesie Sancti Apolinaris de Florentia* mandat ut, si ita expedire viderit, mutationem cujusdam domus a .. priore et capitulo saecularis ecclesiae Sancti Jacobi ultra Arnum Florentinae, pro quadam terra, cum Vendenuclo et Lambertutio quondam Jacobi Puzini Amadoris, fratribus, civibus Florentinis, factam confirmet.

« Petitio dilectorum filiorum... — Dat. apud Urbemveterem, idibus februarii, anno tertio. »

4246 Orvieto, 15 décembre 1290.

Confirmat donationem quorumdam bonorum monasterio Casaemarii et Sancti Dominici, Verulanae et Soranae dioecesium, factam. (Reg. 45, c. 749, f. 153 r°; Potth., 23499.)

Dilectis filiis .. abbati et conventui monasterii Casemarii et Sancti Dominici, Cisterciensis ordinis, Verulane et Sorane diocesium. Quondam frater Rufinus de Placentia, ordinis minorum, capellanus et poenitentiarius papae, tunc bonae memoriae O., Sanctae Mariae in Via lata diaconi cardinalis, in regno Siciliae apostolicae sedis legati, vicarius in Sicilia et Calabria, quoddam castrum in Sicilia, inter Curillionem Celsum et Castrum Novum, Agrigentinae dioecesis, positum, quod Peritium nuncupatur, cum tenimento, juribus et pertinentiis ejus, et ecclesiam Sancti Angeli, in eodem tenimento sitam, necnon et duo casalina in civitate Panormi, fratri Johanni de Boiano, monacho et nuntio monasterii praedicti Casaemarii et Sancti Dominici, dedit, tradidit et concessit, ejusdem monasterii usibus applicanda, et cardinalis praefatus dationem, traditionem et concessionem hujusmodi confirmavit; quae omnia Nicolaus papa, ad instar Alexandri papae IIII^ti, confirmat. Praedictorum autem Rufini et cardinalis instrumentorum tenores hi sunt :

« Nos frater Rufinus de Placentia, domni pape capellanus et penitentiarius, apostolice sedis in Sicilia et Calabria vicarius generalis, per presens scriptum notum facimus universis... — Dat. Messane, XII die mensis junii, pontificatus domni Alexandri pape IIII^ti anno primo. »

« Octavianus, miseratione divina Sancte Marie in Via lata diaconus cardinalis, in regno Sicilie apostolice sedis legatus, viris religiosis in Christo sibi dilectis venerabili abbati et conventui monasterii Casemarii et Sancti Dominici, ordinis Cisterciensis, Verulane et Sorane diocesium, salutem in Domino. Cum a nobis... — Dat. apud Sanctum Germanum, III idus januarii, pontificatus domni Alexandri pape IIII^ti anno secundo. »

« Sacra vestri ordinis... — Dat. apud Urbemveterem, XVIII kalendas januarii, anno tertio. »

4247 Orvieto, 21 décembre 1290.

Confirmat, ad instar Alexandri papae IIII^ti, instrumentum quo monasterium Sanctae Mariae insulae Usticae, Panormitanae dioecesis, monasterio Casaemarii submissum est. (Reg. 45, c. 750, f. 153 v°.)

Dilectis filiis .. abbati et conventui monasterii Casemarii, Cisterciensis ordinis, Verulane diocesis.

Instrumenti confirmati tenor hic est :

« In nomine Domini amen. Hoc est exemplum quarumdam litterarum .. prioris et fratrum Sancte Marie de Ustica, Panormitane diocesis :

» In nomine Domini amen. Anno incarnationis ejusdem M°CC°LVII°, IX die januarii, XV indictione, nos frater Thomasius, prior, Mauritius, Petrus, Renaldus, Robertus de Ventura, monachi, Johannes Canisii, Johannes de Lavagno, Martinus Albertus, Balduinus, Nicolaus Lombardus, Johannes Grecus, Symon Paganus, Jacobus Nicolaus Messenensis, Ogerius Matheus et Blasius, conversi Sancte Marie de insula Ustice, Panormitane diocesis, presenti scripto fatemur et notum fieri omnibus volumus tam presentibus quam futuris quod, attendentes monasterium nostrum in spiritualibus et temporalibus collapsum esse et deteriorari cotidie, cupientes et sperantes illud per Cisterciensem ordinem, Deo propitio, in melius reformari, divina inspiratione preventi et habitis super hoc de communi spontanea voluntate omnium nostrum tractatu et deliberatione plenaria, nulla vi, dolo vel metu intervenientibus, donamus, subicimus et unimus nos et posteros nostros ac dictum monasterium nostrum Sancte Marie de Ustica, cum ecclesia nostra Sancti Michaelis de Campogrosso et omnibus aliis locis monasterio predicto subjectis, et cum omnibus juribus, dignitatibus vel quibuslibet rebus ad idem monasterium quolibet modo spectantibus, venerabili monasterio Casemarii, Verulane diocesis, et de predictis donatione, suppositione, subjectione et unione, per pannos quibus altare nostrum cooperiebatur, corporalem investituram, traditionem et assignationem facimus donno Petro, monacho ejusdem monasterii Casemarii, nomine et pro parte monasterii

» supradicti. Ad hec autem firmiter observanda juramus » omnes et singuli coram altare et reliquiis sanctorum » que erant ibi et damus osculum pacis monacho supra- » dicto, nomine juramenti, quod regulam Cisterciensis » ordinis et predictas donationem, suppositionem, unio- » nem, subjectionem, investituram, traditionem et assig- » nationem servabimus et in nullo contra ea vel eorum » aliquod aliquo jure seu tempore veniemus, jure si » quod in monasterio nostro vel aliis locis ad eum per- » tinentibus prelatis competit reservato. Insuper etiam » omnes unanimiter ordinamus et constituimus procu- » ratores nostros et monasterii nostri carissimos fratres » nostros Venturam, monachum, et Paganum, conver- » sum, ad eundum personaliter ad predictum monaste- » rium Casemarii, ut de predictis donatione, supposi- » tione, subjectione et unione monasterii nostri predicti » et omnium rerum ad ipsum spectantium pro parte » omnium nostrum reverendo patri et domino venera- » bili .. abbati Casemarii investituram, traditionem et » assignationem nostro nomine et pro parte nostra ite- » rum faciant, ut prenominatus dominus abbas et suc- » cessores ejus in perpetuum disponant et ordinent de » monasterio nostro prefato Sancte Marie de insula Us- » tice et omnibus locis et rebus ad illud spectantibus, » sicut sit modo de monasterio Sancti Dominici de Sora. » Damus autem dictis procuratoribus auctoritatem et » speciale mandatum ut, si de beneplacito et mandato » prenominati domini abbatis Casemarii fuerit, simul » vel sigillatim ut melius et oportunius agant in sacro- » sancta romana curia quicquid veri et legitimi procu- » ratores agere possunt et debent. Ad hec, si necesse » fuerit, alios etiam procuratores sibi substituant, ut do- » minus papa predicta omnia confirmare dignetur, pro- » mittentes nos ratum habituros et firmum quicquid dicti » procuratores vel substituti ab eis de premissis omnibus » duxerint faciendum. Volumus autem et petimus ut, si » domino abbati Casemarii expedire videbitur, quod in » predicto monasterio Ustice recipiantur et habeantur » novitii, ut monasterium ipsum nullo tempore persona- » rum indigentiam patiatur. Item petimus ut fratres qui » sunt modo in ipso monasterio remanere dum vixerint » permittantur; et quod tribuantur vite necessaria, sicut » eis promissum est, mulieribus oblatis monasterii an- » tedicti. Supplicamus autem sanctissimo patri domino » Alexandro ut hanc piam subjectionem, traditionem, » donationem et unionem dignetur misericorditer con- » firmare; item sancto generali capitulo Cisterciensis » ordinis ut predicta omnia ratificet et acceptet. Acta » sunt hec in monasterio nostro, anno, mense, die et in- » dictione pretitulatis. Ad quorum omnium certitudinem » comprobandam et perpetuam firmitatem presens scrip- » tum fieri et appensione sigilli nostri qui supra prioris » Thomasii fecimus roborari. Ego frater Thomasius, » prior, subscribo et confirmo. Ego frater Maritius (*sic*) » subscribo et confirmo. Ego frater Petrus, subscribo et » confirmo. Ego frater Raynaldus, subscribo et confirmo. » Ego frater Robertus, subscribo et confirmo. Ego frater » Ventura, subscribo et confirmo.

» Ad litteras istas ascultandas, legendas et audiendas » hii testes rogati fuerunt : Domini Jacob Bonumtem- » pus, Johannes Melior, canonici Sancti Andree de » Verulis, Andreas et Fac, scriniarii publici. Et ego » Salegrinus, imperialis aule judex et scriniarius, sicut » inveni in litteris predictis prioris et conventus Sancte » Marie de Ustica, eorum sigillo munitis, sic de verbo » ad verbum, nil addens vel minuens, preter litteram » forte vel sillabam, quod in intellectum mutaret, » fideliter scripsi, et mei nominis signum feci, anno » Domini M°CC°LVII, indictione xv, mense aprilis, » die xvii, pontificatus domini Alexandri pape IIII^ti » anno tertio. »

« Cum a nobis... — Dat. apud Urbemveterem, xii kalendas januarii, anno tertio. »

4248 Orvieto, 13 décembre 1290.

Privilegium monasterio Casaemarii a Calixto papa concessum annotatur. (Reg. 45, c. 751, f. 154 r°.)

Eisdem.

Calixti papae litterarum tenor hic est :

« Calixtus episcopus servus servorum Dei. Dilecto in » Christo filio Petro, abbati monasterii Sanctorum » Johannis et Pauli quod Casemarii dicitur ejusque suc- » cessoribus regulariter substituendis in perpetuum. Ad » hoc in apostolice sedis regimen, Domino disponente, » promoti conspicimur ut, ipso prestante, religionem au- » gere et ejus servis tuitionem debeamus impendere. » Tuis igitur, dilecte in Domino fili abbas Petre, justis » petitionibus annuentes, Beatorum Johannis et Pauli » monasterium, cui per manus nostre benedictionem, Deo » auctore, presides, in tutelam et protectionem beati Pe- » tri suscipimus, et contra pravorum hominum nequi- » tiam sedis apostolice privilegio communimus ; tibi » enim tuisque legitimis successoribus, et per vos eidem » monasterio, in perpetuum confirmamus quicquid im- » presentiarum legitime cognoscitur possidere, videlicet » in civitate Verulana ecclesias Sancti Archangeli, » Sancti Nicolai, Sancti Ipoliti et medietatem ecclesie

» Sancti Viti; in monte de Corneto, ecclesiam Sancti » Angeli; in territorio montis Sancti Johannis, eccle- » siam Sancte Marie de Regimento, Sancti Salvatoris; » in territorio Babucano, ecclesiam Sancti Stephani » et Sancti Nicolai; in Frusinono, ecclesiam Sancti » Johannis et Sancti Silvestri, cum Amphiteatro; in » episcopatu Anagnino, ecclesiam Sancte Crucis; in » valle Orbevetana, ecclesiam Sancti Vincentii juxta » castrum Morrei; in territorio Marsicano, ecclesiam » Sancti Magni juxta castrum Castuli; cum omnibus » earum pertinentiis. Confirmamus etiam vobis rus- » ticos et hereditates quas in civitate Verulana quiete » hactenus possedisse videmini. Similiter hereditates » et rusticos quos habetis in Babuco. Quecumque pre- » terea in ecclesiis, casis, terris, vineis, ortis, cam- » pis, pratis, pascuis, silvis, celsetis et omnibus cu- » juscumque generis arboribus, aquis, aquimolis in » fluminibus vel rivulis positis, in montibus aut pla- » nitiebus et in omnibus ubique territoriis ac locis, civi- » tatibus vel castellis, queque etiam in servis et an- » cillis et in omnibus rebus ac possessionibus suis » mobilibus et immobilibus seseque moventibus idem » monasterium in presenti juste possidet, sive in futurum, » largiente Domino, juste atque canonice poterit adi- » pisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata per- » maneant. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum » liceat idem monasterium temere perturbare, aut ejus » possessiones auferre, vel ablatos retinere, minuere vel » temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra » conserventur eorum pro quorum sustentatione et gu- » bernatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. » Obeunte te, nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum » quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis » astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres » communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris, » vel de suo vel de alieno, si oportuerit, collegio, secun- » dum Dei timorem et beati Benedicti regulam, elege- » rint, a romano pontifice consecrandum. Sepulturam » quoque ipsius loci liberam esse sanctimus, ut eorum » qui illic sepeliri deliberaverint devotioni et extreme » voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsis- » tat. Crisma vero, oleum sanctum, consecrationes » altarium et ordinationes monachorum si diocesanus » episcopus gratis et absque ulla exactione noluerit exhi- » bere, liceat vobis catholicum quem volueritis adire » antistitem et ab eo eadem sacramenta suscipere; neque » ulli episcopo aut episcoporum ministro facultas sit in » capellis ad predictum monasterium pertinentibus, pre- » ter competentem ei quartam decimarum et oblationum » partem, injuste sibi aliquid vendicare. Si qua igitur in » futurum ecclesiastica secularisve persona hac nostre... » Ego Calixtus catholice ecclesie episcopus ss. Dat. Vil- » letri, per manum Hugonis, sancte romane ecclesie » subdiaconi, VI nonas octobris, indictione prima, incar- » nationis dominice anno M°C°XXIII°, pontificatus au- » tem donni Calixti secundi pape anno quarto. »

« Privilegium quod felicis... — Dat. apud Urbemveterem, idibus decembris, anno tertio. »

4249 Orvieto, 4 janvier 1291.

Fratribus monasterii Casaemarii indulget ut de iis quae ipsis fideles ultima voluntate pro pitantiis legaverint nemini canonicam portionem dare teneantur. (Reg. 45, c. 752, f. 154 r°.)

Eisdem. « Religionis vestre meretur... Ut de hiis que vobis pro pitantiis conventus ex fidelium devotione in ultima voluntate legantur canonica portio, dummodo in fraudem non fiat ut ea diocesani episcopi aut parrochiales ecclesie defraudentur, deduci nequeat, nec eam teneamini cuiquam exhibere et ad exibendum ipsam possitis a quoquam aliquatenus coartari auctoritate vobis presentium indulgemus... Dat. apud Urbemveterem, II nonas januarii, anno tertio. »

4250 Orvieto, 13 décembre 1290.

Ad instar Innocentii papae quarti, confirmat privilegia a Frederico imperatore monasterio Casaemarii concessa. (Reg. 45, c. 753, f. 154 v°.)

Dilectis filiis .. abbati et conventui monasterii Casemarii et Sancti Dominici, Verulane et Sorane diocesium.

Privilegiorum tenor hic est :

« Fredericus divina favente clementia Romanus impe- » rator semper augustus et rex Sycilie. Licet nostrorum » justis... — Dat. in castris in obsidione Iati, anno do- » minice incarnationis M°CC°XXII°, mense julii, indic- » tione X^a^, imperii domini nostri Federici Dei gratia in- » victissimi Romani imperatoris semper augusti et regis » Sicilie anno secundo, regni vero Sicilie XXIIII. Feliciter » amen. » (Huillard-Bréholles, II, 1, 259.)

In hoc autem privilegio aliud inclusum est, cujus tenor hic est :

« Fredericus divina favente clementia Romanus im- » perator semper augustus et rex Sicilie. Cum imperia- » lem deceat... — Dat. Salerni, post curiam Capue ce- » lebratam, anno dominice incarnationis M°CC°XXI°, » mense februarii, indictione VIIII^a^, imperante domino

» nostro Frederico Dei gratia excellentissimo Romano » imperatore semper augusto et rege Sicilie, anno vero » romani imperii ejus primo et regni Sicilie XXIII°. Feli- » citer amen. » (HUILLARD-BREHOLLES, II, I.)

« Religionis vestre meretur... — Dat. apud Urbemveterem, idibus decembris, anno tertio. »

4251 Orvieto, 13 décembre 1290.

Concessiones monasterio Casaemarii ab Honorio papa factas confirmat. (REG. 45, c. 754, f. 155 r°.)

Dilectis filiis .. abbati et conventui monasterii Casemarii et Sancti Dominici, Cisterciensis ordinis, Verulane et Sorane diocesium. « Plantatus olim in... Sane petitio vestra nobis exhibita continebat quod olim, vobis intimantibus felicis recordationis Innocentio pape IIII^to^, predecessori nostro, quod bone memorie Honorius papa, predecessor noster, tam vestri monasterii quam ecclesie Sancti Dominici, Sorane diocesis, in qua monachi ordinis S. Benedicti morari consueverant, utilitate pensata, de suorum fratrum consilio, Cisterciensi ordini ecclesiam incorporarat, illam ipsi monasterio uniendo, cum omnibus suis ecclesiis, capellis et pertinentiis earumdem, vosque ipsas pacifice possideratis ratione hujusmodi unionis; ac supplicantibus humiliter ut, cum plus timeri soleat quod specialiter indulgetur quam quod edicto concluditur generali, applicare vestris usibus ecclesias et capellas easdem de benignitate apostolica dignaretur, idem predecessor Innocentius, vestris supplicationibus inclinatus, devotioni vestre ut prefatas ecclesias et capellas, videlicet Sancti Marci in Valle, Sancti Laurentii, Ferentinatis, et Sancti Angeli, Sorane diocesium, in quibus, ut dicebatur, non existebant rectores, et Sancte Lucie de Ceperano, Verulane diocesis, que non habebant populum sive plebem, convertere ac retinere in usus conventus Sancti Dominici, earumque possessionem intrare libere valeretis, reservata tamen vicariis pro tempore servituris de ipsarum proventibus congrua portione, unde congruam substentationem habere valerent et jura episcopalia solvere ac alia ecclesie onera supportare, per suas duxit litteras indulgendum; ita quod fructus prefate ecclesie Sancte Lucie post decessum vel cessionem illius qui tunc eam obtinebat, cui per hoc idem predecessor Innocentius prejudicari noluit, cederent conventus usibus memorati. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, ut ecclesias et capellas ipsas convertere ac retinere in usus predictos, earum possessionem intrare libere valeatis, reservata tamen dictis vicariis eadem portione, ad instar ipsius predecessoris Innocentii, vobis auctoritate presentium indulgemus. Nulli ergo, etc., nostre concessionis, etc. Si quis, etc. Dat. ut supra. »

4252 Orvieto, 29 août 1290.

Fortunius de Bergua, qui Caesaraugustanam ecclesiam usurpavit, coram sede apostolica citatur. (REG. 45, c. 755, f. 155 r°.)

Nicolaus etc. Venerabili fratri .. archiepiscopo Terraconensi et .. episcopo Pampilonensi. « Significavit nobis venerabilis frater noster Hugo, Cesaraugustanus episcopus, quod olim, ecclesia Cesaraugustana per obitum bone memorie Petri, episcopi Cesaraugustani, destituta pastore, due fuerunt in eadem electiones, una videlicet de ipso H., tunc preposito ecclesie Massiliensis, alia vero de Fortunio de Bergua, tunc archidiacono Darocensi in eadem ecclesia Cesaraugustana, celebrate. Hujusmodi autem electionum negotio ad sedem apostolicam legitime devoluto et apud eandem sedem pendente, dictus Fortunius a romana curia contumaciter se absentans, pretextu quarumdam litterarum fabricatarum sub nomine felicis recordationis Martini pape IIII^ti^, predecessoris nostri, quas venerabili fratri nostro .. Auxitano archiepiscopo presentavit, se procuravit per ipsum archiepiscopum in Cesaraugustanum episcopum consecrari, atque pretextu consecrationis hujusmodi administrationi ejusdem ecclesie Cesaraugustane temere se ingessit. Postmodum vero venerabilis frater noster .. episcopus Dertusensis, romana ecclesia vacante, de mandato collegii sacrosancte romane ecclesie cardinalium, de cujus numero tunc eramus, in ipsum F., quia citatus legitime comparere et litteras predictas, quarum auctoritate dicebat se consecratum, exhibere coram eo contumaciter recusavit, excommunicationis sententiam promulgavit, et ab administratione episcopatus predicti, secundum formam prefati mandati, amovit, justitia exigente, atque hujusmodi suum processum et omnia supradicta per suas litteras et instrumenta publica sedi apostolice reservavit. Nosque postmodum, ad apicem apostolatus assumpti, una cum fratribus nostris examinato processu hujusmodi diligenter, cassatis etiam electione facta de dicto Fortunio et consecratione sibi impensa per eundem archiepiscopum, dictum Hugonem, de fratrum nostrorum consilio, in episcopum Cesaraugustanum prefecimus et pastorem, curam et administrationem ipsius sibi in spiritualibus et temporalibus committendo; sed nichilominus dictus Fortunius, tanquam immemor sue salutis, non veretur se pro episcopo Cesaraugustano gerere et redditus aliquos

ipsius ecclesie Cesaraugustane dampnabiliter occupare ac occupatas detinere, in apostolice sedis contemptum et ipsius episcopi et ecclesie Cesaraugustane prejudicium et gravamen. Quare prefatus episcopus nobis humiliter supplicavit ut providere super hoc de oportuno remedio curaremus. Nos itaque, nolentes tante temeritatis audatiam impunitam relinqui, ne ipsius impunitas preberet aliis materiam delinquendi, fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus quatenus vos vel alter vestrum, per vos vel per alium seu alios, prefato Fortunio ex parte nostra inhibere curetis ne se pro episcopo Cesaraugustano gerere seu nominare neque episcopatus seu ecclesie Cesaraugustane fructus, redditus et proventus et bona capere vel occupare aut de illis se intromittere quoquo modo presumat, quodque de bonis et redditibus hujusmodi per eum occupatis et distractis eisdem episcopo et ecclesie plenariam satisfactionem impendat, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione cessante, cogatis; invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis; ac nichilominus ipsum ex parte nostra peremptorie citare curetis, ut infra tres menses post citationem vestram cum predictis litteris, per quas se procuravit, ut predicitur, consecrari, compareat personaliter coram nobis, pro meritis recepturus. Diem vero citationis et formam et quicquid in hac parte fieri contigerit per vestras litteras harum seriem continentes studeatis fideliter intimare. Dat. apud Urbemveterem, IIII kalendas septembris, anno tertio. »

FIN DES LETTRES COMMUNES DE LA TROISIÈME ANNÉE.

INCIPIT REGISTRUM LITTERARUM CURIE

TERTII ANNI DOMINI NICOLAI PAPE IIII

4253 Sainte-Marie-Majeure, 7 mars 1290.

Contra eos qui, sub nomine Apostolorum ordinis, novae religionis habitum sumpserunt. (Reg. 45, c. 1, f. 159 r°.)

Nicolaus, episcopus servus servorum Dei. Venerabilibus fratribus universis patriarchis, archiepiscopis et episcopis et dilectis filiis cathedralium ecclesiarum electis et vicariis eorumdem ad quos littere iste pervenerint salutem et apostolicam benedictionem. « Dudum felicis recordationis Gregorius papa X^us^, predecessor noster, in concilio Lugdunensi, omnes religiosos ordines mendicantes adinveniros post generale concilium, qui nullam confirmationem sedis apostolice meruerunt, perpetue prohibitioni subjecit et quatenus processerant revocavit. Unde, cum ad pie memorie Honorii pape IIII^ti^, predecessoris nostri, fama querula deferente, notitiam pervenisset quod quidam, qui, post generale et ante Lugdunense predicta concilia, sub nomine ordinis Apostolorum, habitum nove religionis assumpserant, quanquam nullam aliquando confirmationem sedis apostolice meruissent, prohibitionis et revocationis predicte temerarii contemptores, eundem habitum, seu ei consimilem, sub eodem nomine jugiter deferentes, quamplures etiam alii, assumpto post dictum Lugdunense consilium hujusmodi habitu, per diversas mundi partes mendicando discurrere minime verebantur, facientes ea que non conveniebant, in animarum suarum periculum et grave scandalum plurimorum, presertim cum nonnulli pravitatis heretice vitio laborantes sub hujusmodi habitu assererentur inventi, prefatus predecessor Honorius, volens talium prevaricatorum insolentem audatiam refrenari et predictam non tam religionem quam periculosam sectam penitus aboleri, ne forte mentes fidelium simplices falsa sanctitatis eorum ymagine seduci contingeret, vobis per suas dedit litteras districtius in mandatis ut quoscumque de predictis in vestris civitatibus et diocesibus inveniri contingeret, eos ad deponendum hujusmodi habitum, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, cogeretis, monentes eosdem ut, si religiosam vitam deducere cuperent, ad aliquam se transferrent de religionibus approbatis, et, si aliqui eorum censuram predictam contempnerent, vos contra ipsos ad penam carceris seu aliam, prout videretis expediens, procedere curaretis; invocato adversus eos, si opus existeret, auxilio brachii secularis. Et, ut predicti eo facilius a sua insolentia resilirent quo magis a Christi fidelibus se viderent abici et contempni, voluit dictus predecessor Honorius ut, hujusmodi mandatum suum vestrarum civitatum et diocesium populis iteratis vicibus publicantes ac facientes per alios publicari, eosdem populos auctoritate sua monere ac inducere attentius curaretis ne aliquem de predictis prefatum deferentibus habitum recipere hospitio attemptarent, vel eis aliquas elemosinas elargiri nec ad deferendum habi- [illegible] auxilium vel favorem. Nos itaque, prefati predecessoris Honorii super hoc vestigiis inherentes et intendentes ob animarum evitanda pericula providere salubriter in hac parte, universitati vestre per apostolica scripta districte precipiendo mandamus quatenus omnes quos de predictis in civitatibus et diocesibus vestris contigerit inveniri,

ad deponendum hujusmodi habitum et respondendum de articulis fidei, super quibus illos examinari volumus diligenter, et ad faciendum penitentiam, si velint, de suorum voluntate et conscientia prelatorum, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione cessante, cogatis, nec permittatis quod tales per seculum evagentur aut quod officium predicationis exerceant vel audiant confessiones fidelium seu quod Apostoli nominentur, contra eos, si secus presumpserint, prout exegerit excessus eorum et expedire videritis, processuri; invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Examinationem autem illorum fieri volumus per vos una cum inquisitoribus provincialibus heretice pravitatis, quos ad hoc a vobis precipimus penitus evocari. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, nonis martii, pontificatus nostri anno tertio. »

4254 Sainte-Marie-Majeure, 23 mars 1290.

Gerardum, episcopum Sabinensem, et Benedictum, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconum cardinalem, ad partes transmontanas mittit, qui pacem inter Carolum, Siciliae, et Carolum, Aragoniae reges, habitam prosequantur. (Reg. 45, c. 2, f. 159 r°; Potth., 23226.)

Venerabili fratri Gerardo, episcopo Sabinensi, et dilecto filio Benedicto, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali.

« Pastoralis officii debitum... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, x kalendas aprilis, anno tertio. »

4255-4257 Sainte-Marie-Majeure, 23 mars 1290.

De eodem negotio. (Reg. 45, c. 3, f. 159 v°.)

Carissimo in Christo filio Carolo, regi Sicilie illustri, nuntiat se ad partes ultramontanas mittere G., episcopum Sabinensem, et B., Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconum cardinalem, qui prosequantur executionem tractatus inter ipsum Carolum, Siciliae, et Carolum, Aragoniae reges, habiti, cujus notitiam per .. abbatem monasterii Sancti Germani de Pratis Parisiensis et magistrum Bartholomaeum de Capua, ipsius regis Siciliae nuntios, habuit.

« Litteras regias quas... — Dat. ut supra. »

Sainte-Marie-Majeure, 9 avril 1290.

In e. m. Carolo, regi Aragoniae.

« Litteras carissimi in... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, v idus aprilis, anno tertio. »

In e. m. Philippo, regi Francorum.

4258-4259 Sainte-Marie-Majeure, 13 avril 1290.

Facultas praedictis nuntiis concessa. (Reg. 45, c. 4, f. 159 v°.)

Dilecto filio B., Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, facultatem concedit, durante prosecutione negotii pro quo ad partes transmontanas mittitur, faciendi recipi personas idoneas, de quibus expedire viderit, generaliter in ecclesiis tam cathedralibus quam aliis partium praedictarum ut canonicos et fratres, et providendi eis de praebendis.

« Magna tue circumspectionis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus aprilis, anno tertio. »

In e. m. G., episcopo Sabinensi.

4260 Sainte-Marie-Majeure, 9 avril 1290.

Alia facultas eisdem concessa. (Reg. 45, c. 5, f. 159 v°.)

Venerabili fratri G., episcopo Sabinensi, et dilecto filio B., Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, facultatem concedit conferendi personis idoneis beneficia, cum cura vel sine cura, praebendas, dignitates et personatus clericorum ipsos comitantium, in partibus transmontanis, decedentibus vel cedentibus eisdem clericis.

« Magna vestre circumspectionis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, v idus aprilis, anno tertio. »

4261 Sainte-Marie-Majeure, 9 avril 1290.

Aliud privilegium eisdem concessum. (Reg. 45, c. 6, f. 160 r°.)

Eisdem indulget ut clerici eos ad prosecutionem praedicti negotii comitantes proventus beneficiorum, dignitatum et personatuum suorum integre percipere valeant.

« Magna vestre circumspectionis... — Dat. ut supra. »

4262 Sainte-Marie-Majeure, 9 avril 1290.

Alia facultas eisdem concessa. (Reg. 45, c. 7, f. 160 r°.)

Eisdem facultatem concedit compellendi omnes personas ecclesiasticas ad contribuendum procurationibus ipsi debitis.

« Magna vestre circumspectionis... — Dat. ut supra. »

4263 Sainte-Marie-Majeure, 9 avril 1290.

Alia facultas eisdem concessa. (Reg. 45, c. 8, f. 160 r°.)

Eisdem facultatem concedit suscipiendi, durante praedicto negotio, procurationes ab omnibus personis ecclesiasticis partium quas transibunt.

« Magna vestre circumspectionis... — Dat. ut supra. »

4264 Sainte-Marie-Majeure, 9 avril 1290.

Alia facultas eisdem concessa. (Reg. 45, c. 9, f. 160 v°.)

Eisdem facultatem concedit compellendi quascumque personas ecclesiasticas ad necessaria nuntiis ipsorum praebenda.

« Magna vestre circumspectionis... — Dat. ut supra. »

4265 Sainte-Marie-Majeure, 9 avril 1290.

Alia facultas eisdem concessa. (Reg. 45, c. 10, f. 160 v°.)

Eisdem facultatem concedit exercendi in quascumque personas censuram ecclesiasticam.

« Magna vestre circumspectionis... — Dat. ut supra. »

4266 Sainte-Marie-Majeure, 9 avril 1290.

Alia facultas eisdem concessa. (Reg. 45, c. 11, f. 160 v°.)

Eisdem potestatem concedit exercendi censuram ecclesiasticam contra quoscumque injuriatores suos.

« Magna vestre circumspectionis... — Dat. ut supra. »

4267 Sainte-Marie-Majeure, 9 avril 1290.

Alia facultas eisdem concessa. (Reg. 45, c. 12, f. 160 v°.)

Eisdem concedit ut quem expedire viderint evectionum numerum ducere possint.

« Magna vestre circumspectionis... — Dat. ut supra. »

4268 Sainte-Marie-Majeure, 9 avril 1290.

Alia facultas eisdem concessa. (Reg. 45, c. 13, f. 160 v°.)

Eisdem facultatem concedit dispensandi super defectu natalium in partibus quas transibunt.

« Magna vestre circumspectionis... — Dat. ut supra. »

4269 Sainte-Marie-Majeure, 9 avril 1290.

Alia facultas eisdem concessa. (Reg. 45, c. 14, f. 160 v°.)

Eisdem facultatem concedit dispensandi, in partibus ad quas mittuntur, cum personis ecclesiasticis super irregularitate, si quam illae, durante hoc negotio, sententiam excommunicationis sine scriptis ferentes, contraxerint.

« Magna vestre circumspectionis... — Dat. ut supra. »

4270 Sainte-Marie-Majeure, 9 avril 1290.

Alia facultas eisdem concessa. (Reg. 45, c. 15, f. 161 r°.)

Eisdem facultatem concedit absolvendi in illis partibus personas a sententiis per judices sedis apostolicae vel delegatos eorum latis.

« Magna vestre circumspectionis... — Dat. ut supra. »

4271 Sainte-Marie-Majeure, 23 mars 1290.

Alia facultas eisdem concessa. (Reg. 45, c. 16, f. 161 r°; Potth., 23227.)

Eisdem facultatem concedit vocandi ad se praedicatores cujuscumque ordinis et dandi eis licentiam ingrediendi monasteria monialium et equitandi.

« Magna vestre circumspectionis... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, x kalendas aprilis, anno tertio. »

4272 Sainte-Marie-Majeure, 23 mars 1290.

Alia facultas eisdem concessa. (Reg. 45, c. 17, f. 161 r°.)

Eisdem facultatem concedit largiendi indulgentiam unius anni et xl dierum, quando verbum Dei proponent, aut sollemnibus festivitatibus praeerunt, assistentibus.

« Magna vestre circumspectionis... — Dat. ut supra. »

4273 Sainte-Marie-Majeure, 23 mars 1290.

Alia facultas eisdem concessa. (Reg. 45, c. 18, f. 161 r°.)

Eisdem concedit ut facultatem testandi clericis et commensalibus suis conceder[illegible] possint.

« Magna vestre circumspectionis... — Dat. ut supra. »

4274 Sainte-Marie-Majeure, 23 mars 1290.

Alia facultas eisdem concessa. (Reg. 45, c. 19, f. 161 r°.)

Eisdem facultatem eligendi sibi confessorem concedit.

« Magna vestre circumspectionis... — Dat. ut supra. »

4275 Sainte-Marie-Majeure, 13 avril 1290.

Alia facultas eisdem concessa. (Reg. 45, c. 20, f. 161 r°.)

Eisdem potestatem concedit conferendi tabellionatus officium quatuor personis idoneis.

« Magna vestre circumspectionis... — Dat. ut supra, idibus aprilis, anno tertio. »

4276 Sainte-Marie-Majeure, 13 avril 1290.

Alia facultas eisdem concessa. (Reg. 45, c. 21, f. 161 r°.)

Eisdem facultatem concedit dispensandi super votis quibuslibet, negotiorum praedictorum prosecutione durante, et convertendi ea in alia pietatis opera, transmarino, religionis et continentiae votis exceptis.

« Cum vos ad... — Dat. ut supra. »

4277 Sainte-Marie-Majeure, 13 avril 1290.

Alia facultas eisdem concessa. (Reg. 45, c. 22, f. 161 r°.)

Eisdem facultatem concedit proponendi in partibus transmontanis, ubi, quando et prout expedire putabunt, verbum crucis in subsidium Terrae Sanctae, dandi crucis signaculum et assumentibus illud concedendi veniam peccatorum.

« Cum vos ad... — Dat. ut supra. »

4278 Sainte-Marie-Majeure, 13 avril 1290.

Alia facultas eisdem concessa. (Reg. 45, c. 23, f. 161 r°.)

Eisdem potestatem concedit dispensandi cum sex personis nobilibus vel aliis ut earum quaelibet cum alia quarto sibi consanguinitatis vel affinitatis gradu conjuncta matrimonium licite contrahere vel in matrimonio contracto remanere valeat.

« Cum vos ad... — Dat. ut supra. »

4279 Sainte-Marie-Majeure, 18 avril 1290.

Jurisdictio eisdem concessa. (Reg. 45, c. 24, f. 161 v°.)

Eisdem jurisdictionem super negotiis pro quibus ad transmontanas partes mittuntur concedit.

« Attendentes quod fratres... — Dat. Rome, ut supra, XIIII kalendas maii, anno tertio. »

4280-4281 Sainte-Marie-Majeure, 9 avril 1290.

Alia facultas eisdem concessa. (Reg. 45, c. 25, f. 161 v°.)

Venerabili fratri G., episcopo Sabinensi, facultatem concedit divina officia celebrandi vel celebrare faciendi in locis interdicto suppositis ad quae devenerit.

« Cum te una... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, V idus aprilis, anno tertio. »

In e. m. B., Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali.

4282 Sainte-Marie-Majeure, 13 avril 1290.

Facultatem eisdem concedit exigendi ab executoribus testamenti Adenulphi de Anagnia, electi Parisiensis, ea quae idem Adenulphus summo pontifici legavit. (Reg. 45, c. 26, f. 161 v°.)

Venerabili fratri G., episcopo Sabinensi, et dilecto filio B., Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali.

« Cum vos ad partes ultramontanas, certis vobis commissis negotiis, destinemus, et intelleximus quod bone memorie magister Adenulphus de Anagnia, electus Parisiensis, quamplures anulos aureos cum lapidibus pretiosis aliaque jocalia et alia etiam bona romane ecclesie sive summo pontifici in suo testamento legavit, nos, de probitate vestra spetialiter confidentes, vobis et vestrum cuilibet petendi, exigendi et recipiendi, nostro et ipsius ecclesie nomine, anulos, lapides, jocalia et bona predicta ab executoribus testamenti ejusdem electi et a quibusvis aliis apud quos illa esse noscuntur. Compellendi quoque dictos executores et alios per censuram ecclesiasticam et alias etiam, prout expedire putabitis, ad exhibendum vobis seu vestrum cuilibet, nomine supradicto, anulos, lapides, jocalia et bona predicta ... concedimus facultatem. Dat. Rome, ut supra, idibus aprilis, anno tertio. »

4283 Sainte-Marie-Majeure, 23 mars 1290.

Alia facultas eisdem concessa. (Reg. 45, c. 27, f. 161 v°.)

Eisdem facultatem concedit convocandi ad se archie-

piscopos et episcopos, electos, abbates, priores, decanos, archidiaconos, praepositos et alios praelatos atque capitula ecclesiarum regni Franciae generaliter vel specialiter et injungendi eis et eorum cuilibet quaecumque prosecutioni negotii sui expedire viderint.

« Gerentes de vestre... — Dat. Rome, ut supra, x kalendas aprilis, anno tertio. »

4284-4286 Sainte-Marie-Majeure, 23 mars 1290.

Alia facultas eisdem concessa. (Reg. 45, c. 28, f. 161 v°.)

Eisdem. « Pridem venerabilibus fratribus nostris .. archiepiscopo Senonensi et .. episcopo Autisiodorensi, ad instantiam dilectorum filiorum .. decani et capituli ecclesie Carnotensis, super quibusdam contra ipsos decanum et capitulum per balivos et alios officiales carissimi in Christo filii nostri Phylippi, regis Francorum illustris, ut dicitur, commissis excessibus, nostras sub certa forma litteras duximus dirigendas... Vobis et vestrum cuilibet compellendi auctoritate nostra prefatos archiepiscopum et episcopum ad relaxandum processus quoslibet per eos forsitan habitos, occasione excessuum predictorum, si expedire videritis, liberam auctoritate predicta concedimus facultatem. Dat. ut supra. »

« In e. m. eisdem. Pridem venerabilibus fratribus nostris .. archiepiscopo Viennensi et .. episcopo Bellicensi, ad instantiam dilectorum filiorum decani et capituli ecclesie Lugdunensis, super quibusdam, etc., ut in alia usque in fine. »

« In e. m. eisdem. Pridem dilectis filiis .. decano et .. cancellario ecclesie Parisiensis, ad instantiam venerabilis fratris nostri .. episcopi Pictaviensis, super quibusdam contra eum per balivos, etc., usque in fine. »

4287-4289 Sainte-Marie-Majeure, 23 mars 1290.

Alia facultas eisdem concessa. (Reg. 45, c. 29, f. 161 v°.)

Eisdem facultatem concedit, postquam praedictos .. archiepiscopum Senonensem et .. episcopum Autisiodorensem ad relaxandos praefatos processus compulerint, praecipiendi eisdem archiepiscopo et episcopo, si expedierit, ut in negotio praedicto procedant juxta priorum directarum eisdem litterarum tenorem.

« Pridem venerabilibus fratribus... — Dat. ut supra. »

In e. m. eisdem, pro .. archiepiscopo Viennensi et .. episcopo Bellicensi.

In e. m. eisdem, pro .. decano et cancellario ecclesiae Parisiensis.

4290-4292 Sainte-Marie-Majeure, 23 mars 1290.

Mandatum eisdem factum. (Reg. 45, c. 30, f. 162 r°.)

Eisdem mandat ut, si utile fore viderint, .. episcopo Pictaviensi injungere studeant ut sententias et processus quoslibet per ipsum contra ballivos et alios officiales ac terras, villas et alia loca Philippi, regis Francorum, habitos relaxet.

« Sicut nuper ad... — Dat. ut supra. »

In e. m. eisdem, pro .. decano et capitulo ecclesiae Lugdunensis.

In e. m. eisdem, pro .. decano et capitulo ecclesiae Carnotensis.

4293-4295 Sainte-Marie-Majeure, 23 mars 1290.

Alia facultas eisdem concessa. (Reg. 45, c. 31, f. 162 r°.)

Eisdem facultatem concedit, postquam episcopum Pictaviensem ad sententias et processus praefata relaxanda compulerint, praecipiendi eidem episcopo, si expedierit, ut in negotio praedicto procedat juxta priorum eidem directarum litterarum tenorem.

« Sicut nuper ad... — Dat. ut supra. »

In e. m. eisdem, pro .. decano et capitulo ecclesiae Lugdunensis.

In e. m. eisdem, pro .. decano et capitulo ecclesiae Carnotensis.

4296 Sainte-Marie-Majeure, 23 mars 1290.

Philippo, regi Francorum, scribit de multis et variis injuriis ab officialibus regiis clero Franciae, maxime Pictaviensi, Carnotensi et Lugdunensi episcopis illatis; eique Gerardum, Sabinensem episcopum, et Benedictum, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconum cardinalem, quos ad eum mittit, commendat. (Reg. 45, c. 32, f. 162 r°; Potth., 23225.)

Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie illustri.

« Attente, fili, et... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, x kalendas aprilis, anno tertio. »

4297 [Sainte-Marie-Majeure, 23 mars 1290] (1).

Regi Franciae G., Sabinensem episcopum, et Benedictum,

(1) La date de la bulle n'est pas indiquée; il faut très probablement suppléer *Dat. ut supra.* — En marge, le rubricateur a écrit à l'encre rouge *Ista fuit clausa.*

Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconum cardinalem, legatos suos, commendat. (Reg. 45, c. 33, f. 163 r°.)

Eidem. « Habet, fili, firma nostra credulitas quod tu, clara progenitorum tuorum vestigia prosequens, erga Deum et romanam ecclesiam matrem tuam zelo devotionis et reverentie ferveas, abstinendo prorsus a noxiis et salutaribus sollicite inherendo. Nos autem, ut multa paucis et longa brevibus includamus, te affectione paterna prosequimur et tenerius gerimus in visceribus caritatis, magno desiderio cupientes ut prosperis semper gratuleris eventibus et votivis successibus fovearis, cum eidem ecclesie fecunda proveniat ex regia prosperitate jocunditas sibique gloriosa tui honoris et exaltationis adactio letitie jubilum afferat affluentis. Cum autem venerabilem fratrem G., episcopum Sabinensem, et dilectum filium nostros Benedictum, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconum cardinalem, tui et regni Francie status pacifici zelatores, exhibitores presentium, ad te tanquam pacis angelos destinemus, excellentiam regiam rogandam attente duximus et hortandam quatenus, pro nostra et apostolice sedis reverentia, ipsos et eorum quemlibet reverenter et devote recipiens et honorificentia condigna pertractans, verba eorum et cujuslibet eorumdem diligenter intelligas et tanquam benedictionis et gratie filius efficaciter studeas adimplere, tanto potius nobis proinde placiturus quanto te ad id exhibere curaveris pro negotiorum. »

4298 Sainte-Marie-Majeure, 23 mars 1290 (1).

[illegible] duci Burgundiae commendat. (Reg. 45, c. 34, f. 163 r°.)

Dilecto filio nobili viro .. duci Burgundie. Eum, tanquam consiliarium Philippi, regis Franciae, rogat et hortatur ut G., episcopum Sabinensem, et B., Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconum cardinalem, legatos suos, cum benevolentia accipiat eosque ad pacem inter ballivos et officiales regios, ex una parte, et praelatos regni Franciae, ex altera, prosequendam adjuvet.

« Quanto majorem apud... — Dat. ut supra. »

4299 [Sainte-Marie-Majeure, 23 mars 1290] (2).

Episcopum Aurelianensem, tanquam consiliarium regis Franciae, rogat et hortatur ut ad conservationem libertatis ecclesiae in regno Franciae operam sollicite praebeat. (Reg. 45, c. 35, f. 163 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Aurelianensi.

« Inter cetera tue... — Dat. ut supra. »

4300 Sainte-Marie-Majeure, 24 avril 1290.

De decima in subsidium Terrae Sanctae in Francia percepta. (Reg. 45, c. 36, f. 163 v°.)

Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie illustri. Eum rogat ut decimam ecclesiasticorum proventuum a Philippo, ipsius patre, in Terrae Sanctae subsidium in regno Franciae et nonnullis aliis circumpositis partibus perceptam, deductis ex ea expensis de beneplacito sedis apostolicae factis, G., Sabinensi episcopo, et B., Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, assignari faciat.

« Nosti, fili, teque... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, VIII kalendas maii, anno tertio. »

4301 Sainte-Marie-Majeure, 24 avril 1290.

De eodem negotio. (Reg. 45, c. 37, f. 163 v°.)

Venerabili fratri Gerardo, episcopo Sabinensi, et dilecto filio B., Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, potestatem concedit faciendi regi Franciae quitationem de pecunia praedictae decimae quam eis rex assignaturus est.

« Cum vos ad... — Dat. ut supra. »

4302 Sainte-Marie-Majeure, 24 avril 1290.

De eodem negotio. (Reg. 45, c. 38, f. 163 v°.)

Eisdem potestatem concedit exigendi et recipiendi centum millia librarum turonensium, dudum per sedem apostolicam pro subsidio Terrae Sanctae ordini Cisterciensi generaliter decimae ratione imposita, et compescendi per censuram ecclesiasticam et alias abbates, priores et conventus ejusdem ordinis ad ea exhibenda, faciendi quoque quitationem de praedicta pecunia.

« Cum vos ad... — Dat. ut supra. »

(1) Voyez la note précédente.

(2) Voyez la note précédente.

4303 Sainte-Marie-Majeure, 24 avril 1290.

Matthaeo, Sanctae Mariae in Porticu diacono cardinali, mandat ut de monasteriis, ecclesiis et locis Clarissarum dimissis vel dimittendis eorumque fructibus disponere valeat. (Reg. 45, c. 39, f. 163 v°; Potth., 23247.)

Dilecto filio Matheo, Sancte Marie in Porticu diacono cardinali.

« Cum cura monasteriorum... — Dat. ut supra. »

4304-4305 Sainte-Marie-Majeure, 13 avril 1290.

Concedit ut singuli basilicae Sancti Petri de Urbe canonici fructus, redditus et proventus omnium et singulorum canonicatuum, praebendarum, officiorum, personatuum, dignitatum ac beneficiorum ecclesiasticorum, curam non habentium animarum, quae in quibuscumque ecclesiis seu locis obtinent vel obtinebunt, percipere possint, cotidianis distributionibus dumtaxat exceptis. (Reg. 45, c. 40, f. 164 r°; Potth., 23248.)

.. priori et capitulo basilice principis apostolorum de Urbe.

« Ille qui solus... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, idibus aprilis, anno tertio. »

In e. m. Matthaeo, Sanctae Mariae in Porticu diacono cardinali, archipresbytero basilicae principis apostolorum, .. Sancti Pauli de Urbe et .. Sancti Germani de Pratis Parisiensis monasteriorum abbatibus mandat ut praedictos fructus praedictis canonicis ministrari faciant.

4306 Sainte-Marie-Majeure, 28 avril 1290.

Terminum solutionis quinquaginta millium marcharum romanae ecclesiae a rege Siciliae debitarum prorogat. (Reg. 45, c. 41, f. 164 r°.)

Carissimo in Christo filio Carolo, regi Sicilie illustri.

« Pridem cum sacramentum fidelitatis et homagii Reate in nostris manibus prestitisti, terminum solutionis quinquaginta milium marcarum sterlingorum, que per conventiones initas inter romanam ecclesiam et clare memorie Carolum, regem Sicilie, patrem tuum, per regem ipsum eidem ecclesie promissa fuerunt, certis terminis persolvenda, quam promissionem tu in ipsa prestatione sacramenti fidelitatis et homagii confirmasti, ad tue petitionis instantiam, usque ad duos annos numerandos ab anno Domini M°CC°LXXXVIII°, XII kalendas julii, pontificatus nostri anno secundo, prorogavimus de gratia speciali, de fratrum nostrorum consensu et assensu, si forte de marcharum ipsarum remissione legitima vel solutione, in toto vel in parte, liquere non posset, adicientes in prorogatione pretacta quod infra annum unum probares legitime si quid de marchis ipsis rite remissum fuerit vel ecclesie predicte solutum. Nolentes igitur, fili carissime, te ex angustia temporis aliquam incurrere captionem, terminum dicte probationis de remissione vel solutione marcharum ipsarum usque ad annum alium numerandum in antea a festo beati Petri futuro proximo, ad tue petitionis instantiam, tibi de speciali gratia prorogamus, de fratrum nostrorum consilio et assensu. Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, IIII kalendas maii, anno tertio. »

4307 Sainte-Marie-Majeure, 28 avril 1290.

Terminum solutionis census ecclesiae romanae a rege Siciliae debiti prorogat. (Reg. 45, c. 42, f. 164 v°.)

Eidem solutionem vigintiquatuor millium unciarum auri ad generale pondus regni Siciliae ratione trium annorum praeteritorum ab ipso romanae ecclesiae debitorum, pro censu regni praefati, et aliorum octo millium unciarum, quae pro eodem censu, ratione anni praesentis, in festo beati Petri futuro proximo idem rex solvere debet, usque ad festum S. Petri in anno Domini M°CC°LXXXXI° futurum prorogat. Facultatem insuper satisfaciendi ecclesiae romanae de censu praefato de decima a se imposita ad triennium per Italiam extra regnum Siciliae sibi reservat. « Ceterum volumus quod, si hujusmodi supplicationem tuam et prorogationem nostram ratas habueris, super hoc patentes litteras tuas harum seriem continentes, aurea tua bulla munitas, nobis ad ecclesie romane cautelam, dilatione cessante, debeas exhibere. Alioquin prorogatio hujusmodi nullius penitus sit roboris vel momenti. »

« Per nuntios tuos... — Dat. ut supra. »

4308 Sainte-Marie-Majeure, 20 mai 1290.

Regem Angliae hortatur ut malas regni sui consuetudines, quibus ecclesiasticae libertates a ministris regiis violantur, [illegible] B., Grossatensem episcopum, praesentium latorem, mandat. (Reg. 45, c. 43, f. 164 v°; Potth., 23282.)

Carissimo in Christo filio E., regi Anglie illustri.

« In suasionibus et... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XIII kalendas junii, anno tertio. »

4309 Sainte-Marie-Majeure, 14 mai 1290.

Regi Angliae communicat declarationes a Gregorio X° in concilio Lugdunensi impositas et hactenus servatas, quibus ordinatur qualiter, a quibus et per quas personas decima regi concessa colligi debeat. (Reg. 45, c. 44, f. 165 r°; Potth., 23274.)

Eidem.

« Nuper tibi per... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, II idus maii, anno tertio. »

4310 Sainte-Marie-Majeure, 16 mai 1290.

Regi Angliae de novo decimam sex annorum in regnis Angliae et Scotiae et terris Walliae et Hiberniae concedit. (Reg. 45, c. 45, f. 165 v°; Potth., 23280.)

Eidem.

« Gaudemus in Domino... — Dat. Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, XVII kalendas junii, anno tertio. »

4311 Sainte-Marie-Majeure, 27 juin 1290.

Regem Angliae hortatur ut malas regni sui consuetudines, quibus ecclesiasticae libertates violantur, edicto generali emendet. (Reg. 45, c. 46, f. 166 r°; Potth., 23299.)

Eidem.

« In suasionibus et... — Dat. apud Urbemveterem, V kalendas julii, anno tertio. »

4312 Orvieto, 3 juillet 1290.

De decima regi Franciae in terris imperii concessa. (Reg. 45, c. 47, f. 166 v°; Potth., 23306.)

Carissimo in Christo filio R., regi Romanorum illustri.

« Devotione plenas et affectione non vacuas regie celsitudinis litteras, nostro nuper apostolatui presentatas, eo promptius libentiusque suscipimus quo mittentem sincerius gerimus in visceribus caritatis; quarum inter cetera tenor habebat quod principum, magnatum et baronum imperii adversus excellentiam regiam murmura succrescebant, quasi dictum imperium minime tueatur, patienter et indigne ferendo ut carissimus in Christo filius noster Phylippus, rex Francorum illustris, excedat limites regni sui, aliqua contra ipsius statum imperii et in depressionem ejus non modicam attemptando; tu vero ex eo modernis pregravari temporibus pretactum imperium reputabas quod in nonnullis civitatibus et diocesibus infra dicti metas imperii constitutis trium annorum decimam regi persolvendam eidem duximus imponendam, presertim cum ecclesie civitatum et diocesium earumdem de bonis ipsius imperii sint dotate; quare magnificentia regia suppliciter postulat ut super ipsius prestatione decime jam dictas minime gravaremus ecclesias, quinimmo illas ab hujusmodi prestationis onere prefato regi, sicut premittitur, faciende prorsus absolvere dignaremur. Sane, fili carissime, non ignorare te volumus quod inter ceteros orbis terre principes, regalibus titulis insignitos, te ut pote fidelem ecclesie filium et devotum spetiali affectione prosequimur, sinceris complectimur brachiis, tui status incrementa felicia diligentes; nec ad ejusdem imperii vel suorum depressionem seu diminutionem jurium voluntas nostra dirigitur, cum illa potius, ne ledantur in aliquo vel turbentur, manutenere ac tueri favorabiliter intendamus. Nam, licet apostolica sedes, urgente necessitatis articulo, predictam decimam in civitatibus et diocesibus imposuerit memoratis, certis eidem regi terminis persolvendam, hujusmodi tamen impositio decime, si consideretur attentius, non tam in ipsius regis comodum quam in ecclesie romane auxilium et favorem adversus ejus hostes publicos et rebelles, quorum presumptiones multiplices et temeritates innumeras, quibus nondum finis imponitur, jam fere totius habet orbis notitia, extitit subsecuta, ut hostium et rebellium predictorum infanda presumptio, quam timor Dei vel reverentia sedis prelibate non reprimit, predicti regis potentia, ipsius ecclesie, cujus precipue negotium agitur, adjuta suffragiis, compescatur. Regalem itaque magnificentiam rogamus et hortamur attente ac obsecramus in filio Dei patris quatenus, sedula meditatione recogitans grandem et urgentem ipsius necessitatem ecclesie, multis jam diu ab hostibus et rebellibus supradictis, non absque divine majestatis contemptu et obprobrio multo fidelium, lacessite injuriis, vexate molestiis, offensionibus impetite; attendens etiam et diligenter advertens quod tu, tanquam spetialissimus ipsius ecclesie filius defensorque precipuus, exaltationem et augmentum ejusdem ecclesie debes non solum votis affectare ferventibus, sed etiam sibi adesse favoribus, consiliis et auxiliis oportunis, moleste non feras, sed potius sub devotionis filialis promptitudine patiaris id quod ejusdem sedis circumspecta prudentia de impositione ac solutione predicte decime noscitur ordinasse, tanto nobis et eidem sedi amplius proinde placiturus quanto libentius te super hoc ejusdem sedis conformabis affectibus et ipsius beneplacitis promptius acquiesces; maxime cum eidem imperio aliquod exinde prejudicium generari vel jura ejus in aliquo minui vel ledi nolimus;

statuentes et etiam auctoritate apostolica decernentes ut per hoc in predictis terris seu locis nullum jus eidem regi quomodolibet acquiratur, aut juribus que inibi prefatum imperium obtinet in aliquo derogetur. Dat. apud Urbemveterem, v nonas julii, anno tertio. »

4313 Saint-Pierre, 20 mai 1290.

Benevenuto, episcopo Eugubino, legationis officium in Ungaria, Dalmatia, Austria, Stiria, Carinthia, Cumania et Bosna confert. (Reg. 45, c. 48, f. 167 r°; Potth., 23283) (1).

Venerabili fratri Benevenuto, episcopo Eugubino, apostolice sedis legato.

« Descendit de celis... — Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, xiii kalendas junii, anno tertio. »

4314 Saint-Pierre, 20 mai 1290.

Regi Ungariae Benevenutum, apostolicae sedis legatum, commendat. (Reg. 45, c. 49, f. 167 v°; Potth., 23284.)

Carissimo in Christo filio L., regi Ungarie illustri.

« Si sollicite considerationis... — Dat. ut supra. »

4315 Orvieto, 29 juillet 1290 (2).

Regi Ungariae Benevenutum, apostolicae sedis legatum, commendat. (Reg. 45, c. 49², f. 167 v°; Potth., 23342.)

Eidem.

« Inter cetera que... — Dat. apud Urbemveterem, iiii kalendas augusti, anno tertio. »

4316-4317 Orvieto, 1er août 1290.

Infradictis personis Benevenutum, apostolicae sedis legatum, commendat. (Reg. 45, c. 50, f. 168 r°.)

Nicolaus, etc. Venerabilibus fratribus universis patriarchis, archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbyteris, plebanis, officialibus, rectoribus et aliis ecclesiarum prelatis, eorum quoque capitulis et conventibus ac ceteris personis ecclesiasticis, exemptis et non exemptis, Cisterciensis, Cluniacensis, Premostratensis, S. Benedicti, S. Augustini, Camaldulensis et S. Guilielmi et aliorum ordinum, necnon magistris, preceptoribus seu administratoribus domorum militie Templi, Hospitalis S. Johannis Jerosolimitani et Sancte Marie Theotonicorum, militie S. Jacobi et Calatravensis per Italiam constitutis, ad quos littere iste pervenerint, salutem, etc. Eis mandat ut B., episcopum Eugubinum, latorem praesentium, ad regnum Ungariae et partes alias missum, benigne recipientes et honeste tractantes, ei et ejus familiae in victu, securo conductu et evectionibus necessaria procurent.

« Cum venerabilem fratrem... — Dat. apud Urbemveterem, kalendis augusti, anno tertio. »

Orvieto, 23 juillet 1290.

In e. m. eisdem personis ecclesiasticis per regnum Ungariae et Dalmatiae, Austriae, Styriae, Carinthiae, Cumaniae et Bosnae partes constitutis. Dat. apud Urbemveterem, x kalendas augusti, anno tertio.

4318-4322 Saint-Pierre, 20 mai 1290.

Regi Romanorum et aliis principibus eumdem legatum commendat. (Reg. 45, c. 51, f. 168 v°; Potth., 23285-23287.)

Carissimo in Christo filio R., regi Romanorum illustri.

« Confidimus, fili carissime... — Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, xiii kalendas junii, anno tertio. »

In e. m. A., duci Austriae.

In e. m. ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus et universis Christi fidelibus per Ungariam, Austriam, Syriam, Carintiam, Cumaniam et Bosnam constitutis.

« Confidimus, filii carissimi... — Dat. ut supra. »

Orvieto, 23 juillet 1290.

In e. m. .. regi Boemiae. Dat. apud Urbemveterem, x kalendas augusti, anno tertio.

« Confidimus, fili carissime... — Dat. ut supra.

In e. m. universis ducibus Poloniae. Dat. apud Urbemveterem, x kalendas augusti, anno tertio.

« Confidimus, filii carissimi... — Dat. ut supra.

4323-4325 Orvieto, 1er août 1290.

Eumdem legatum clero commendat. (Reg. 45, c. 52, f. 169 r°.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Salzeburgensi praedictum legatum commendat.

« Ad tuam credimus... — Dat. apud Urbemveterem, kalendis augusti, anno tertio. »

Orvieto, 31 juillet 1290.

In e. m. .. episcopo Pataviensi.

In e. m. .. archiepiscopis, episcopis, electis, abbatibus,

(1) En marge : *Legatio ista non habuit effectum.*
(2) Potthast : date à tort : iii *kal. augusti.*

prioribus, decanis, praepositis, archidiaconis, archipresbyteris, plebanis et aliis ecclesiarum praelatis et universo clero per Ungariam, Dalmatiam, Austriam, Styriam, Carinthiam, Cumaniam et Bosnam constitutis. Dat. apud Urbemveterem, II kalendas augusti, anno tertio.

4326-4338 Orvieto, 23 juillet 1290.

Banis Sclavoniae et aliis principibus eumdem legatum commendat. (Reg. 45, c. 53, f. 169 r°; Potth., 23329-23337.)

Nobilibus viris Johanni, Nicolao et Henrico, filiis Henrici, fratribus, banis Sclavonie.

« Speramus firmiter quod... — Dat. X kalendas augusti, anno tertio. »

In e. m. Rodesclavo et Stephano, fratribus, banis Sclavoniae.

In e. m. Johanni et Leonardo Veglae Vinodolli, Nodrusse et Gazlo, comitibus.

In e. m. Nicolao, bano, et Paulo dicto Magistro, natis quondam Stephani, bani Sclavoniae.

In e. m. Nicolao et Stephano, filiis quondam Babonichi.

Orvieto, 1er août 1290.

In e. m. Bagerio Zach, Nicolao et Stephano, filiis quondam comitis Bagi, fratribus. Dat. ut supra, kalendis augusti, anno tertio.

In e. m. Stephano et Brisdae, banis Bosnae.

In e. m. Paulo, bano, Georgio et Maderno, fratribus, comitibus Almasii.

In e. m. Nicolao, nato quondam Mauritii comitis.

In e. m. comiti Garduno.

In e. m. Hugunino, nato quondam comitis Pausae.

In e. m. Gregorio, nato quondam Gregorii, bani Sclavoniae.

In e. m. Rolando, vevodae (*sic*) ultrasilvano, ejusque fratribus.

4339-4343 Orvieto, 1er août 1290.

Archiepiscopis et episcopis eumdem legatum commendat. (Reg. 45, c. 54, f. 169 r°.)

Venerabilibus fratribus archiepiscopo Salzeburgensi et ejus suffraganeis. Eos rogat ut B., episcopo Eugubino, ad regnum Ungariae et ad Dalmatiam, « que Ungarie regi [illegible] subjecta [illegible] et Austriae, Styriae, Carinthiae, Cumaniae et Bosnae partes misso, liberaliter in necessariis subveniant.

« Firma nobis credulitas... — Dat. apud Urbemveterem, kalendis augusti, anno tertio. »

In e. m. .. archiepiscopo Gneznensi et ejus suffraganeis.

In e. m. .. episcopo Pataviensi.

In e. m. .. episcopo Pragensi.

In e. m. .. episcopo Olomucensi.

4344 Orvieto, 1er août 1290.

Eidem legato mandat ut ecclesiae « in terra quae Albabulgarica litteraliter nuncupatur, » intruso schismatico expulso, episcopum praeficiat. (Reg. 45, c. 55, f. 169 r°; Potth., 23345.)

Venerabili fratri .. episcopo Eugubino, apostolice sedis legato.

« Fidedigna relatione didicimus... — Dat. ut supra. »

4345 Orvieto, 22 juin 1290.

Facultas eidem legato concessa. (Reg. 45, c. 56, f. 169 v°.)

Venerabili fratri B., episcopo Eugubino, apostolice sedis legato, facultatem concedit compellendi quoslibet praelatos et quascumque alias personas ecclesiasticas, saeculares vel regulares, ad contribuendum in procurationibus ipsi debitis.

« Cum te ad... — Dat. apud Urbemveterem, X kalendas julii, anno tertio. »

4346 Orvieto, 22 juin 1290.

Alia facultas eidem concessa. (Reg. 45, c. 57, f. 169 v°.)

Eidem facultatem concedit compellendi quoslibet praelatos et quascumque personas ecclesiasticas, saeculares vel regulares, ad providendum in necessariis nuntiis quos pro legationis suae negotio destinabit.

« Cum te ad... — Dat. ut supra. »

4347 Orvieto, 22 juin 1290.

Alia facultas eidem concessa. (Reg. 45, c. 58, f. 169 v°.)

Eidem facultatem concedit injungendi fratribus cujuslibet ordinis infra legationis ipsius terminos constitutis quaecumque hujusmodi legationis negotiis viderit expedire.

« Cum te ad... — Dat. ut supra. »

4348 Orvieto, 22 juin 1290.

Alia facultas eidem concessa. (Reg. 45, c. 59, f. 169 v°.)

Eidem concedit ut procurationes sibi debitas, sua legatione durante, tam absens quam praesens petere ac recipere libere valeat.

« Cum te ad... — Dat. ut supra. »

4349 Orvieto, 22 juin 1290.

Alia facultas eidem concessa. (Reg. 45, c. 60, f. 169 v°.)

Eidem concedit ut, si ex causa rationabili de legationis suae partibus egressus fuerit, possit quotiens opportunum viderit ad easdem partes reingredi.

« Cum te ad... — Dat. ut supra. »

4350-4351 Orvieto, 13 juin 1290.

Alia facultas eidem concessa. (Reg. 45, c. 61, f. 169 v°.)

Eidem concedit ut clerici ejus, pro negotiis ipsius legationis laborantes, proventus beneficiorum, dignitatum et personatuum suorum integre percipere valeant.

« Cum te ad... — Dat. ut supra, idibus junii, anno tertio. »

In e. m. .. Urbevetano et .. Castellano episcopis, et T., priori monasterii Sancti Andreae Urbevetani, mandat ut praedictis clericis proventus integre ministrari faciant.

« Cum venerabilem fratrem... — Dat. ut supra. »

4352 Orvieto, 13 juin 1290.

Alia facultas eidem concessa. (Reg. 45, c. 62, f. 170 r°.)

Eidem episcopo potestatem concedit, legatione ipsius durante, in locis interdicto subjectis divina celebrandi.

« Cum te ad... — Dat. ut supra.

4353 Orvieto, 13 juin 1290.

Alia facultas eidem concessa. (Reg. 45, c. 63, f. 170 r°.)

Eidem. « Cum te ad... Corrigendi ac moderandi constitutiones legatorum sedis apostolice qui te in eisdem regnis, marchionatibus seu ducatibus precesserunt, prout numerus, qualitas regnorum et provintiarum ipsorum status ac hominum conditio exegerint, ac absolvendi eos qui venientes contra constitutiones ipsas excommunicationis sententiam forsitan incurrerunt, necnon dispensandi cum clericis qui sic ligati se immiscendo divinis et celebrando in ipsis irregularitatem aliquam contraxerunt... concedimus facultatem. Dat. ut supra. »

4354 Orvieto, 13 juin 1290.

Alia facultas eidem concessa. (Reg. 45, c. 64, f. 170 r°.)

Eidem facultatem concedit commutandi cum personis suae legationis vota in alia pietatis opera, votis religionis, continentiae ac Jerosolimitano dumtaxat exceptis.

« Cum te ad... — Dat. ut supra. »

4355 Orvieto, 22 juin 1290.

Alia facultas eidem concessa. (Reg. 45, c. 65, f. 170 r°.)

Eidem concedit ut quotienscumque eum contigerit proponere verbum Dei, consecrare altaria vel ecclesias, moniales benedicere, magna colloquia et congregationes facere et festivitatibus solemnibus, missarum solemniis, aut translationibus sanctorum interesse, omnes adstantes, poenitentes et confessi, indulgentiam centum dierum acquirere valeant.

« Cum te ad... — Dat. apud Urbemveterem, x kalendas julii, anno tertio. »

4356 Orvieto, 22 juin 1290.

Indulgentiam crucesignatorum eidem concedit. (Reg. 45, c. 66, f. 170 r°.)

Eidem ejusque familiaribus tam clericis quam laicis, ipsius legatione durante, eamdem indulgentiam concedit quae proficiscentibus in Terrae Sanctae subsidium conceditur.

« Ut commissum tibi... — Dat. ut supra. »

4357 Orvieto, 13 juin 1290.

Alia facultas eidem concessa. (Reg. 45, c. 67, f. 170 r°.)

Eidem facultatem concedit absolvendi ab excommunicationum sententiis eos quos in ipsius legationis partibus judices a sede apostolica delegati talibus sententiis innodarunt.

« Ad audientiam nostram... — Dat. ut supra, idibus junii, anno tertio. »

4358 Orvieto, 13 juin 1290.

Alia facultas eidem concessa. (Reg. 45, c. 68, f. 170 r°.)

Eidem facultatem concedit conferendi per triennium quadraginta dies indulgentiae et minus poenitentibus et confessis qui ad fabricas ecclesiarum ipsius legationis manum adjutricem porrexerint.

« Cum te ad... — Dat. ut supra. »

4359 Orvieto 13 juin 1290.

Alia facultas eidem concessa. (Reg. 45, c. 69, f. 170 r°; Potth., 23292.)

Eidem. Pro expediendis negotiis legationis, « ad te vocandi quoscumque et quantumcumque predicatorum, minorum et aliorum quorumlibet ordinum fratres tue legationis, necnon dandi illis licentiam ingrediendi tecum monasteria monialium, equitandi et vescendi cibariis quibus te uti contigerit, dummodo eis vel eorum alicui ad id voti emissio non obsistat... concedimus facultatem. »

« Ut in commissis... — Dat. ut supra. »

4360 Orvieto, 21 août 1290.

Legationem Benevenuti ad totam Bosnae provintiam extendit. (Reg. 45, c. 70, f. 170 v°.)

Eidem.

« Cum te ad... — Dat. ut supra, XII kalendas septembris, anno tertio. »

4361 Orvieto, 15 juillet 1290.

Alia facultas eidem legato concessa. (Reg. 45, c. 71, f. 170 v°.)

Eidem facultatem concedit dispensandi cum ecclesiarum praelatis et personis ecclesiasticis ipsius legationis super irregularitate, si quam, ferendo in alios, contra constitutionem Innocentii, excommunicationis sententiam sine scriptis, et non abstinendo a divinis, contraxerint.

« Cum te ad... — Dat. ut supra, idibus julii, anno tertio. »

4362 Orvieto, 15 juillet 1290.

Alia facultas eidem concessa. (Reg. 45, c. 72, f. 170 v°.)

Eidem facultatem concedit dispensandi super simoniaca labe, durante legatione ejus.

« Cum te ad... — Dat. ut supra. »

4363 Orvieto, 15 juillet 1290.

Mandatum eidem factum. (Reg. 45, c. 73, f. 170 v°.)

Eidem mandat ut crucis verbum contra infideles Ungariae et provintiarum cum quibus rex Ungariae fedus contraxit proponat.

« Cum te ad... — Dat. ut supra. »

4364 Orvieto, 15 juillet 1290.

Alia facultas eidem concessa. (Reg. 45, c. 74, f. 170 v°.)

Eidem concedit ut evectiones quas expedire viderit ducere valeat.

« Cum te ad... — Dat. ut supra. »

4365 Orvieto, 15 juillet 1290.

Alia facultas eidem concessa. (Reg. 45, c. 75, f. 170 v°.)

Eidem facultatem concedit dispensandi super irregularitate, in partibus ipsius legationis, cum personis religiosis quae, durante legatione, cum sententiis innodatae fuerint ordines receperint.

« Cum te ad... — Dat. ut supra. »

4366 Orvieto, 23 juillet 1290.

Alia facultas eidem concessa. (Reg. 45, c. 76, f. 170 v°.)

Eidem facultatem concedit procedendi contra quamcumque personam ecclesiasticam vel laicam, publicam vel privatam, cujuscumque dignitatis vel conditionis, cum id expedire viderit.

« Cum te ad... — Dat. apud Urbemveterem, X kalendas augusti, anno tertio. »

4367 Orvieto, 23 juillet 1290.

Alia facultas eidem concessa. (Reg. 45, c. 77, f. 170 v°.)

Eidem potestatem concedit procedendi contra clericos quos indevotos vel inobedientes in hiis quae ad ipsius legationis officium spectant invenerit.

« Cum te ad... — Dat. ut supra. »

4368 Orvieto, 23 juillet 1290.

Alia facultas eidem concessa. (Reg. 45, c. 78, f. 170 v°.)

Eidem facultatem concedit absolvendi clericos et laicos ipsius legationis ab excommunicationis sententia quam

pro violenta manuum injectione in clericos incurrerunt et dispensandi cum eis super irregularitate quam sic ligati contraxerunt.

« Cum te ad... — Dat. ut supra. »

4369 Orvieto, 23 juillet 1290.

Alia facultas eidem concessa. (Reg. 45, c. 79, f. 171 r°.)

Eidem facultatem concedit dispensandi cum clericis ipsius legationis defectum natalium patientibus, ut in susceptis ordinibus ministrare, ad superiores promoveri et unum dumtaxat ecclesiasticum beneficium obtinere valeant, dummodo e presbyteris, regularibus, adulterio aut incestu geniti non existant.

« Cum te ad... — Dat. ut supra. »

4370 Orvieto, 5 août 1290.

Alia facultas eidem concessa. (Reg. 45, c. 80, f. 171 r°.)

Venerabili fratri B., episcopo Eugubino. « Meruit tue devotionis... In nostra siquidem constitutus presentia retulisti quod tam tu quam predecessores tui Eugubini episcopi, qui fuerunt pro tempore, in quibusdam ecclesiis, exemptis et non exemptis, civitatis et diocesis Eugubine, in certis ecclesiarum ipsarum festivitatibus, celebrare et ab eis certos census sive affictus consuevistis recipere ab antiquo, unde, cum pridem ad partes Alamanie, commissis tibi certis ecclesie romane negotiis, te duxerimus destinandum, et nunc ad regnum Ungarie, tibi plene in eo et aliis nonnullis partibus commisso legationis officio, destinemus, et propterea te ab ecclesia tua oporteat absentare, providere tibi et eidem ecclesie super hoc de benignitate solita dignaremur. Nos itaque, tuis et ipsius ecclesie indempnitatibus precavere volentes, fraternitati tue ut, quamdiu predicte legationis officium prosequeris et obsequiis apostolice sedis insistes, census sive affictus predictos, per te vel per alium seu alios, integre percipere valeas et habere, absentia tua nequaquam obstante, auctoritate presentium indulgemus. Nulli ergo, etc., nostre concessionis, etc. Dat. apud Urbemveterem, nonis augusti, anno tertio. »

4371-4373 Orvieto, 7 septembre 1290.

Eidem legationis officium in Ungaria committit. (Reg. 45, c. 81, f. 171 r°; Potth., 23384-23385.)

Venerabili fratri B., episcopo Eugubino, apostolice sedis legato.

« Etsi romana ecclesia... — Dat. apud Urbemveterem, VII idus septembris, anno tertio. »

Orvieto, 8 septembre 1290.

In e. m. universos archiepiscopos, episcopos, electos, abbates et alios ecclesiarum praelatos per Ungariam constitutos hortatur ut eidem legato assistant. Dat. apud Urbemveterem, VI idus septembris, anno tertio.

In e. m. duces, marchiones, comites, barones et universos Christi fideles per Ungariam constitutos.

4374 Orvieto, 9 septembre 1290.

Regi Romanorum eumdem legatum commendat. (Reg. 45, c. 82, f. 171 v°; Potth., 23386.)

Carissimo in Christo filio R., regi Romanorum illustri.

« Considerantes attentius eximie... — Dat. apud Urbemveterem, V idus septembris, anno tertio. »

4375-4376 Orvieto, 1er septembre 1290.

Personis ecclesiasticis et laicis Ungariae mandat ut eidem legato assistant. (Reg. 45, c. 83, f. 172 r°.)

Nicolaus, etc. Venerabilibus fratribus universis archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis electis, abbatibus et aliis ecclesiarum prelatis per regnum Ungarie constitutis, salutem, etc. Eis mandat ut B., episcopum Eugubinum, ad regnum Ungariae legatum, de statu ipsius regni et ejus conditionibus universis et qualiter illud melius dirigi valeat informent.

« Pridem necessitates innumeras... — Dat. apud Urbemveterem, kalendis septembris, anno tertio. »

In e. m. ducibus, comitibus, baronibus, nobilibus, militibus et aliis personis saecularibus per regnum Ungariae constitutis.

4377 Orvieto, 13 septembre 1290.

Eidem legato mandat ut diligenter inquirat an .. rex Ungariae, dum viveret, fidem catholicam servaret et catholicus christianus decesserit. (Reg. 45, c. 84, f. 172 r°; Potth., 23398.)

Venerabili fratri B., episcopo Eugubino.

« Dudum fidedignis relatibus... — Dat. apud Urbemveterem, idibus septembris, anno tertio. »

4378 Orvieto, 13 septembre 1290.

Eidem legato mandat ut regem infidelem in Ungaria admitti impediat. (Reg. 45, c. 85, f. 172 r°.)

Eidem. « Ad statum regni... fraternitati tue per apostolica scripta districte precipiendo mandamus quatenus, de ipsius regni statu sollicitus et attentus, tua studia tueque facultatis vires, dicti regni turbatione durante, cum omni attentione convertas ad obviandum infidelium ausibus ac eis efficaciter resistendum, si qui forsan intrare, invadere vel occupare intenderent regnum ipsum, ac hiis etiam qui aliquem infidelem aut de fide suspectum in Ungarie regem admittere attemptarent, contra hujusmodi infideles convocando fideles et predicando, prout expedire videris, verbum crucis... Dat ut supra. »

4379 Orvieto, 13 septembre 1290.

Eidem legato mandat ut quemquam regnum Ungariae invadere impediat. (Reg. 45, c. 86, f. 172 v°.)

Eidem mandat ut, convocatis archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum praelatis, saecularibus et religiosis, necnon ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus et nobilibus regni Ungariae, ex parte sedis apostolicae, « ad quam regnum ipsum pertinere dinoscitur, » publice et expresse inhibeat ne quis praefatum regnum vel aliquam ejus partem invadere vel occupare praesumat.

« Nuper ad nostrum... — Dat. ut supra. »

4380 Orvieto, 13 septembre 1290.

Eidem legato facultatem proponendi crucis verbum contra infideles in Ungaria concedit. (Reg. 45, c. 87, f. 172 v°.)

Venerabili fratri B., episcopo Eugubino, apostolice sedis legato, mandat ut, non obstante regis Ungariae morte, legationem suam prosequatur, et si Tartari, Sarraceni, Neugerii, pagani, haeretici seu alii infideles suos conatus contra fidei cultores infra fines ipsius legationis moveant, adversus eos crucis verbum proponat.

« Pastoralis officii debito... — Dat. ut supra. »

4381-4382 Orvieto, 9 septembre 1290.

Eidem legato mandat ut E., reginam Ungariae, natam clarae memoriae Caroli, regis Siciliae, commendatam habeat et ejus bona et jura defendat. (Reg. 45, c. 88, f. 172 v°; Potth., 23387.)

Eidem.

« Cum te ad... — Dat. apud Urbemveterem, v idus septembris, anno tertio. »

In e. m. .. archiepiscopo Strigoniensi.

« Nuper ad nostrum... — Dat. ut supra. »

4383 Orvieto, 9 septembre 1290.

Reginam Ungariae hortatur ut ad B., legatum apostolicum, et .. archiepiscopum Strigoniensem confidenter in suis opportunitatibus recurrat. (Reg. 45, c. 89, f. 173 r°; Potth., 23388).

Carissime in Christo filie E., regine Ungarie illustri.

« Nuper ad nostrum... — Dat. ut supra. »

4384 Orvieto, 12 septembre 1290.

Gratias eidem legato pridem legationis ejus causa concessas confirmat. (Reg. 45, c. 90, f. 173 r°.)

Venerabili fratri B., episcopo Eugubino, apostolice sedis legato.

« Pridem cum essemus... — Dat. apud Urbemveterem, II idus septembris, anno tertio. »

4385 Orvieto, 8 octobre 1290.

Nicolao, patriarchae Jerosolimitano, mandat ut capitaneos galeis et populo christiano in Terra Sancta praeficiat. (Reg. 45, c. 91, f. 173 r°.)

Venerabili fratri Nicolao, patriarche Jerosolimitano, apostolice sedis legato. « Exultamus in Domino et gratum acceptumque non modicum redditur votis nostris quod, sicut habet nostris auribus fidedignorum inculcata relatio, circa vigilem et non intermissam Terre Sancte custodiam ac bonum et prosperum statum ejus studium adhibere non desinis sollicitudinis indefesse, propter quod et apud altissimi filium cumulo meritorum excrescis et penes fidelium populos fame tue preconium laudabile suscipit incrementum. Sane quia, consideratis attentius que considerationi se offerunt, ipsius terre statui perpendimus expedire, ut galeis quas per ecclesiam in terra ipsa retineri contigerit rector preficiatur ydoneus et gubernator providus deputetur, volumus ut, habito super hoc cum prudentibus viris consilio diligenti, capitaneum super galeas ipsas auctoritate nostra preficias, qui earum sollicitam et assiduam curam gerat. Preterea, quia omnino expedire videtur ut, quoad gerendas res bellicas, aliquis generalis capitanei gerens officium presit in par-

tibus illis populo christiano, tu, sicut premittitur, cum viris prudentibus communicato consilio, aliquem virum ydoneum eadem auctoritate constituas, qui populo ipsi presit, et circa ejus regimen curam adhibeat diligentem, quoad ordinandum et disponendum ea que ad rerum exercitium predictarum pertinere noscuntur, pro bono statu sollicitaque custodia dicte terre. Nostre autem intentionis existit ut hujusmodi capitanei a te, vel ad certi temporis spatium, vel ad tue beneplacitum voluntatis, prout expedire prospexeris, assumendi tibi sint obedientes in omnibus et subjecti, atque in suis officiis exequendis tuo beneplacito dirigantur; quos amovendi ab eisdem officiis, et in eorum locum alios subrogandi, quando et quotiens oportunum fore cognoveris, plenam et liberam tibi concedimus auctoritate presentium facultatem. Tu vero, ut efficatius exequi valeant que incumbunt, tui favoris auxilium studeas eis efficaciter exhibere. Rogamus itaque fraternitatem tuam et hortamur attente quatinus, laudanda tue prudentie studia prosequens, sic in premissis et aliis tue discretioni commissis te vigilem et attentum exhibeas, sic in illis te geras sollicite et prudenter ut premium exinde consequaris a Domino, cujus negotium agitur in hac parte, ac digne commendationis titulum a nobis valeas promereri. Contradictores, si qui fuerint, vel rebelles spiritualiter et temporaliter, prout expedire putaveris, compescendo. Non obstantibus si aliquibus a sede apostolica sit indultum quod interdici, suspendi vel excomunicari non possint per litteras apostolicas que de indulto hujusmodi ac tota ejus continentia, de verbo ad verbum, et de ordinibus propriisque locorum ac personarum eorum nominibus specialem, plenam et expressam non fecerint mentionem, sive quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis et litteris quibuscumque dignitatibus, ordinibus, locis vel personis, generaliter vel spetialiter, sub quacumque forma vel conceptione verborum, ab eadem sede concessis, de quibus quorumve totis tenoribus de verbo ad verbum in presentibus spetialis, plena et expressa mentio sit habenda, per que nullum contra premissa volumus obstaculum interponi. Dat. apud Urbemveterem, VIII idus octobris, anno tertio. »

4386 Orvieto, 8 octobre 1290.

De galeis in Terram Sanctam missis. (Reg. 45, c. 92, f. 173 v°.)

Eidem. « Credentes firmiter et verisimiliter supponentes Terre Sancte utile plurimum, immo et necessarium fore subsidium galearum, ac volentes propterea ut ea hujusmodi subsidio fulciretur, nuper, sicut tua fraternitas non ignorat, illuc non paucas galeas armis et gente munitas duximus transmittendas; sed miramur et moleste non modicum ferimus quod, sicut ad nostrum pervenit auditum, circa custodiam et directionem ipsarum non est adhibitum studium sollicitudinis diligentis, ita quod ex eis hactenus dicte terre modica provenit utilitas, et, sicut asseritur, homines ad earum deputati munimen sic extra ipsas indiscreta permittantur licentia evagari quod, si articulus necessitatis incumberet, ad armandum et muniendum eas de facili congregari non possent, et multis ipsorum huc illucque dispersis, ex hiis quos paratos inveniri contingeret nequaquam possent omnes predicte galee sufficienter armari, sed plures ipsarum remanerent quasi penitus immunite. Oportet igitur tuam diligentiam providere ut circa galeas deinceps per ecclesiam retinendas in terra predicta plenior adhibeatur cautela, ut ipse galee parate ac plene munite hominibus, armis et quibuslibet necessariis continue habeantur. Quia vero nimis sumptuosum existeret, si omnes galee a nobis ad partes ipsas transmisse longi temporis spatio retinerentur ibidem, et a multis verisimiliter creditur quod pro ipsius terre custodia potest ad presens minor sufficere numerus galearum, volumus et per apostolica tibi scripta mandamus quatenus de galeis omnibus supradictis decem vel duodecim, quas, habito cum prudentibus viris consilio, meliores pleniusque munitas armis, hominibus et necessariis aliis ac eidem terre utiliores fore cognoveris, retinere procures; galeas reliquas libere abire permittens, personis quas cum ipsis dimiseris stipendio debito persoluto. Provideas autem ne galee predicte, quas duxeris retinendas, torpori deserviant aut resideant otiose, sed juxta providentiam tuam et industriam capitanei per te ad gubernationem earum et regimen assumendi, prout, communicato consilio cum predictis, commodius ad utilitatem et profectum terre memorate continuum fore prospexeris, actore Domino, dirigantur. Pro gubernatione vero galearum ipsarum a te retinendarum, sicut premittitur, triginta milia florenorum auri tibi assignari mandamus, prout in litteris dilecti filii Nicolai, camerarii et notarii nostri, tibi directis videbis plenius contineri. Unde volumus et tue fraternitati mandamus quod hujusmodi summam pecunie diligenter et provide in gubernationem et retentionem galearum ipsarum et non in alios usus quoquomodo convertas, ut in partibus ipsis longiori quo fieri poterit tempore teneantur. Nos vero nichilominus, quia terre prelibate negotium cordi spetialiter gerimus, de aliis etiam destinandis subsidiis dicte terre adhuc cogitare solerter intendimus et ad ea opem operamque sollicitam, actore Domino, exhibere. Dat. ut supra. »

4387 Orvieto, 8 octobre 1290.

Eidem scribit ut consilia .. Tripolitani episcopi, .. Amalrici, domini Tyri, germani .. regis Cypri, magistrorum domorum .. militiae Templi, .. hospitalis Sancti Johannis et .. Sanctae Mariae Theotonicorum, Odonis de Grandisono, Johannis de Grilli, .. bajuli Venetorum et consulum Pisanorum in Accon, et aliorum praelatorum, nobilium et prudentium requirat in negotiis sibi commissis ad regimen galearum et gubernationem christiani populi. (Reg. 45, c. 93, f. 173 v°.)

Eidem.

« Per alias nostras... — Dat. ut supra. »

4388 Orvieto, 20 octobre 1290.

De galeis in Terram Sanctam missis. (Reg. 45, c. 94, f. 173 v°.)

Eidem. « Ad tuam volumus pervenire notitiam quod venerabili fratri nostro B., episcopo Tripolitano, per alias nostras sub certa forma damus litteras in mandatis ut de omnibus que pro viginti galeis armandis apud Venetias, quas ad Terram Sanctam duximus destinandas, recepit a nobis et alias etiam de obventionibus crucis dicitur percepisse, reddat plenam et distinctam in tua presentia rationem, nobis sub tuo et ipsius sigillis postmodum transmittendam. Volumus igitur ut rationem ipsam diligenter audire ac nobis, sicut premittitur, destinare procures. Dat. XIII kalendas novembris, anno tertio. »

4389 Orvieto, 20 octobre 1290.

Ab episcopo Tripolitano rationem poscit de pecunia ei commissa ad muniendas galeas in Terram Sanctam missas. (Reg. 45, c. 95, f. 173 v°; Potth., 23439.)

Venerabili fratri B., episcopo Tripolitano. « Gerentes cordi negotium Terre Sancte ac de tue probate circumspectionis industria plenam in Domino fidutiam obtinentes, pridem tibi super viginti galeis apud Venetias armis et aliis necessariis muniendis sollicitudinem duximus committendam, et credimus quod circa hoc tue diligentie studium impendisti, laboribus non parcendo. Sed re vera mirari compellimur quod, sicut ad nostrum pervenit auditum, galee predicte minus sufficienter munite fuerunt armis et hominibus oportunis, adeo quod, cum eedem galee ad civitatem Acconensem, ducente Domino, pervenissent, remanentibus in terra stipendiariis et peregrinis quos galee detulerant supradicte, de hominibus reliquis, ad ipsarum munimen specialiter deputatis, vix tredecim vel paulo plures galee armari ut convenit potuerunt, defectu non modico invento in eis armorum et precipue ballistarum. Quod tanto molestius extitit votis nostris quanto prefatum negotium ad laudem Dei et christianitatis honorem ferventius cupimus promoveri; nec habet nostra credulitas quod hoc ex pecunie defectu provenerit, cum tibi pro muniendis galeis eisdem fecerimus de sufficienti pecunia provideri, ac insuper aliqua percepisse dicaris, que ex predicatione crucis, sicut asseritur, obvenerunt. Volumus igitur et fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus super premissis omnibus nobis quamcito poteris rescribas plenius veritatem, et nichilominus de universis in hac parte perceptis et expensis etiam a te factis plenam et distinctam in presentia venerabilis fratris nostri N., patriarche Jerosolimitani, apostolice sedis legati, facias rationem, quam descriptam fideliter sub ejusdem patriarche ac tuo sigillis nobis volumus destinari. Dat. ut supra. »

4390 Orvieto, 7 octobre 1290.

Episcopo Tripolitano mandat ut N., patriarchae Jerosolimitano, in Terrae Sanctae negotiis consilio et auxilio assistat, eique duo millia florenorum auri, sicut in litteris Nicolai, camerarii et notarii papae, plenius continetur, assignet. (Reg. 45, c. 96, f. 174 r°.)

Eidem.

« Gratum gerimus tue... — Dat. apud Urbemveterem, nonis octobris, anno tertio. »

4391-4394 Orvieto, 15 octobre 1290.

N., patriarcham Jerosolimitanum, quibusdam nobilibus Terrae Sanctae commendat. (Reg. 45, c. 97, f. 174 r°.)

Nobili viro Odoni de Grandisono, commoranti in partibus Terre Sancte. Eum rogat ut N., patriarchae Jerosolimitano, in Terrae Sanctae negotiis auxiliis assistat.

« Terre Sancte negotium... — Dat. apud Urbemveterem, idibus octobris, anno tertio. »

In e. m. Amalrico, domino Tyri, germano .. regis Cypri.

In e. m. Johanni de Grilli, capitaneo gentis .. regis Franciae in partibus Terrae Sanctae.

In e. m. consulibus Pisanorum in civitate Acconensi.

4395-4399 Orvieto, 15 octobre 1290.

Fratres ordinum Jerosolimitanorum et alios rogat ut N., patriarchae Jerosolimitano, in Terrae Sanctae negotiis pareant,

assistendo eidem consiliis, auxiliis et favoribus. (Reg. 45, c. 98, f. 174 r°.)

.. *magistro et fratribus domus militie Templi Jerosolimitani.*

« Licet firma nostra... — Dat. apud Urbemveterem, idibus octobris, anno tertio. »

In e. m. .. magistro et fratribus domus Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani.

In e. m. .. magistro et fratribus domus Hospitalis Sanctae Mariae Theotonicorum in Accon.

In e. m. .. episcopo Anteradensi.

In e. m. H., regem Cypri, rogat ut praedicto patriarchae consiliis, auxiliis et favoribus assistat.

« Gerentes cordi negotium... — Dat. ut supra. »

4400-4401 Orvieto, 15 octobre 1290.

Infradictis viris nuntiat se eorum patentes litteras de negotiis Terrae Sanctae, per P., ordinis minorum, praesentium latorem, recepisse, eosque sollicitat ut circa sedulam Terrae Sanctae custodiam insistant. (Reg. 45, c. 99, f. 174 v°; Potth., 23431.)

Nicolaus, etc. Venerabilibus fratribus N., patriarche Jerosolimitano, apostolice sedis legato, et B., episcopo Tripolitano, ac dilectis filiis nobili viro Amalrico, nato clare memorie .. regis Cypri, domino Tyri, .. militie Templi, .. Hospitalis Sancti Johannis et .. Sancte Marie Theotonicorum domorum Jerosolimitanarum magistris et nobili viro Johanni de Grilli, capitaneo gentis carissimi in Christo filii nostri .. regis Francie illustris in partibus Terre Sancte, ac .. bajulo Venetorum et consulibus Pisanorum in Accon, salutem, etc.

« Solite benignitatis affectu... — Dat. ut supra. »

In e. m. eisdem nuntiat se eorum litteras per nobilem virum Jacobum Tepuli de Venetiis, capitaneum galearum in subsidium Terrae Sanctae transmissarum, fratrem E., de militiae Templi, et fratrem R., de Hospitalis S. Johannis Jerosolimitanorum domorum ordinibus et alios nuntios recepisse.

4402 Orvieto, 7 octobre 1290.

N., Jerosolimitanum patriarcham, apostolice sedis legatum, ab omni excommunicationis sententia absolvit. (Reg. 45, c. 100, f. 174 v°.)

Venerabili fratri N., patriarche Jerosolimitano, apostolice sedis legato. « Intendentes tue salutis profectibus paterne sollicitudinis studio providere, te ab excommunicationis sententia, si quam forte hactenus incurristi pro eo quod Siculos aut quoslibet alios per apostolicam sedem excommunicationis vinculo innodatos, qui in Terre Sancte subsidium accesserunt, absque sedis ipsius recepisti licentia, vel contra constitutionis nostre tenorem victualia seu mercimonia quelibet in Alexandriam vel alia loca Sarracenorum terre Egypti misisti seu permisisti deferri, dummodo non fuerint arma, equi, ferrum, lignamina, seu merces alie que etiam antequam dicta per nos constitutio ederetur per ecclesiam prohibite fuisse noscuntur, ex nunc presentium auctoritate absolvimus, et si forte sic ligatus te immiscendo divinis irregularitatem aliquam contraxisti, tecum super irregularitate hujusmodi dispensamus, omnemque tibi penam remittimus quam occasione premissorum quomodolibet incurristi; volentes ut omnia que tuum officium exequendo hactenus fecisse dinosceris perinde sint rata et valida ac si ex causis predictis excommunicationis sententiam vel irregularitatis notam nullatenus incurrisses. Insuper, si quovis alio casu in excommunicationis sententiam, pro qua foret ad sedem apostolicam recurrendum, hactenus fortassis incideris vel in posterum incidere te continget, ut possis juxta formam ecclesie per proprium confessorem absolvi et super irregularitate, si quam contraxisse dinosceris hactenus, predictus confessor tecum dispensare valeat, fraternitati tue eadem auctoritate duximus indulgendum. Nulli ergo, etc., nostre concessionis, etc. Dat. apud Urbemveterem, nonis octobris, anno tertio. »

4403 Orvieto, 21 octobre 1290.

Licentiam concedit transferendi, durantibus treuguis inter christianos et soldanum Babiloniae, victualia et alia quaedam mercimonia de Terra Sancta in Alexandriam et alia Sarracenorum loca Egypti. (Reg. 45, c. 102 (1), f. 174 v°.)

Eidem. « Ad promotionem negotii Terre Sancte sollicitis studiis intendentes, nuper duximus statuendum ut nullus arma, equos, ferrum, lignamina, victualia et alia queque mercimonia in Alexandriam vel alia loca Sarracenorum terre Egypti deferre, mittere vel portare, seu de portibus suis, ut eisdem deferantur, extrahere vel extrahi permittere, aut eis alias auxilium vel favorem prestare quoquo modo presumat, in eos qui contra fecerint excommunicationis sententia promulgata et aliis gravibus penis indictis. Cum autem intellexerimus quod inter te ac alios christianos de partibus illis, ex parte una, et sol-

(1) Pas de chap. 101.

danum Babilonie, ex altera, treugue inite fuerint, in quarum conventione specialiter est expressum quod mercatores hinc inde merces deferre libere valeant, nos, ejusdem Terre Sancte et incolarum ejus incommodis obviare volentes, fraternitati tue ut, non obstante constitutione predicta, quamdiu memorate treugue duraverint, mercatoribus christianis deferendi de partibus Terre Sancte in Alexandriam vel alia Sarracenorum loca, victualia seu mercimonia que prius quam eadem per nos constitutio ederetur non consueverant per romanam ecclesiam prohiberi, prebere licentiam, prout tua circumspectio viderit expedire ; et si qui forte contra constitutionem hujusmodi venientes hactenus excommunicationis incurrerunt sententiam vel in penas alias inciderunt, eos absolvere juxta formam ecclesie ipsisque penas easdem remittere valeas plenam tibi auctoritate presentium concedimus facultatem. Dat. apud Urbemveterem, XII kalendas novembris, anno tertio. »

4404 Orvieto, 20 novembre 1290.

Processus in die Dedicationis basilice principis apostolorum contra Jacobum, quondam Petri olim regis Aragonum filium, et Siculos. (Reg. 45, c. 103, f. 174 v°; Potth., 23466.)

Nicolaus, etc. Ad certitudinem presentium et memoriam futurorum. Jacobum et Siculos monet ut ante kalendas aprilis proximo venturi ad ecclesiae mandata redeant, alioquin contra eos spiritualiter et temporaliter procedet.

« Dudum per felicis... — Actum in Urbeveteri, in predicta ecclesia Urbevetana, in festo Dedicationis basilice principis apostolorum de Urbe, pontificatus nostri anno tertio. »

4405 Orvieto, 20 novembre 1290.

Processus contra Cephaludensem et Neucastrensem episcopos. (Reg. 45, c. 104, f. 175 r°.)

Nicolaus, etc. Ad certitudinem presentium et memoriam futurorum. « Pridem Junctam, olim Cephaludensem, et Trancredum, olim Neucastrensem episcopos, exigentibus gravissimis culpis suis, citare curavimus eisque sub pena depositionis, quam eo ipso voluimus illos incurrere, si mandatis nostris non curarent efficaciter obedire, districte mandavimus ut certo termino coram nobis personaliter comparerent, pro meritis recepturi ; quia vero prefati Juncta et Trancredus juxta mandatum nostrum coram nobis in prefixo eis comparere termino contumaciter non curarunt, ipsos, propter hoc et alios etiam eorum detestandos et enormes excessus, presente hac fidelium multitudine copiosa, excommunicamus et denuntiamus eosdem hujusmodi depositionis sententiam incurrisse... »

4406 Orvieto, 20 novembre 1290.

Processus contra Guidonem de Montefiltro et Pisanos. (Reg. 45, c. 105, f. 175 r°; Potth., 23467.)

Nicolaus, etc. Ad certitudinem presentium et memoriam futurorum. Guidonem, Pisanorum capitaneum, excommunicat, civitatemque Pisanam interdicit, Guidonique injungit ut infra unius mensis spatium civitatis regimen dimittat et coram sede apostolica per procuratorem compareat.

« Intellecto dudum quod... »

4407 Orvieto, 20 novembre 1290.

Processus contra Maynardum, ducem Carinthie et comitem Tyrolensem. (Reg. 45, c. 106, f. 175 v°.)

Nicolaus, etc. Ad certitudinem presentium et memoriam futurorum. Maynardum, ducem Carinthiae et comitem Tyrolensem, citat ut ante kalendas martii proximo futuri coram sede apostolica compareat, satisfactionem plenariam de injuriis a se ad ecclesiam et episcopatum Tridentinum illatis daturus.

« Ad apostolicam sedem... »

4408 Orvieto, 18 novembre 1290.

Constitutio contra conjurationes. (Reg. 45, c. 107, f. 175 v°; Potth., 23475.)

Ad futuram rei memoriam. Inhibet, in quibuscumque terris ecclesiae romanae, « inter civitates vel universitates quaslibet seu inter ipsarum aliquam et singularem personam conjurationem, societatem, confederationem seu colligationem quamlibet, absque sedis apostolice consensu et expressa licentia, deinceps iniri aut contrahi vel colore quolibet attemptari. »

« Solent conjurationes et... — Dat. apud Urbemveterem, XIIII kalendas decembris, anno tertio. »

4409-4410 Orvieto, 5 décembre 1290.

Regem Franciae rogat Terrae Sanctae custodiam assumere usque ad generalis passagii tempus. (Reg. 45, c. 108, f. 176 r°; Potth., 23484.)

Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie illustri.

« Gerentes cordi negotium... — Dat. apud Urbemveterem, nonis decembris, anno tertio. »

In e. m. G., episcopo Sabinensi, et B., Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, mandat ut regem ad praedictam custodiam assumendam inducant.

4411 Orvieto, 9 décembre 1290.

Eumdem regem rogat Terrae Sanctae custodiam suscipere, vel, si non possit, decimam Philippo, ejus patri, ab apostolica sede concessam, G., episcopo Sabinensi, et B., Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, assignari facere. (Reg. 45, c. 109, f. 176 r°; Potth., 23489.)

Eidem Philippo regi.

« Pridem celsitudinem regiam... — Dat. apud Urbemveterem, v idus decembris, anno tertio. »

4412 Orvieto, 16 décembre 1290.

De eodem negotio. (Reg. 45, c. 110, f. 176 v°; Potth., 23500.)

Venerabili fratri G., episcopo Sabinensi, et dilecto filio B., Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, mandat ut, si rex Franciae custodiam Terrae Sanctae suscepturus sit, ei litteras ipsis per .. latorem praesentium missas, in quibus de decima ecclesiastica mentio non fit, praesentent, alioquin litteras « in quibus de assignatione decime habetur expressio » praesentent.

« Rogavimus hactenus sicut... — Dat. apud Urbemveterem, XVII kalendas januarii, anno tertio. »

4413 Orvieto, 12 décembre 1290.

De decima regi Franciae ad subsidium Terrae Sanctae concessa. (Reg. 45, c. 111, f. 176 v°.)

Eisdem concedit ut licentiam regi Francorum largiantur deducendi de pecunia decimae, bonae memoriae Philippo, regis patri, ad subsidium Terrae Sanctae attributae, centum millia librarum turonensium parvorum ab eodem rege patre Martino papae mutuata.

« Cum nos carissimi... — Dat. apud Urbemveterem, II idus decembris, anno tertio. »

4414 Orvieto, 11 décembre 1290.

De eodem negotio. (Reg. 45, c. 112, f. 176 v°.)

Eisdem potestatem concedit faciendi regi Franciae quitationem pecuniae decimae quam hic eis assignaverit.

« Cum nos ad... — Dat. apud Urbemveterem, III idus decembris, anno tertio. »

4415-4417 Orvieto, 2 janvier 1291.

Johanni, episcopo Esino, mandat ut in Ungariam se conferat, de statu regni et ejus conditionibus universis, et qualiter melius dirigi et salubrius gubernari valeat inquirat pontificemque certiorem reddat. (Reg. 45, c. 113, f. 176 v°; Potth., 23513.)

Venerabili fratri Johanni, episcopo Esino.

« Etsi romana ecclesia... — Dat. apud Urbemveterem, IIII nonas januarii, anno tertio. »

In e. m. archiepiscopis, episcopis, electis, abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, praepositis et aliis ecclesiarum praelatis per regnum Ungariae constitutis mandat ut eidem nuntio assistant.

In e. m. ducibus, marchionibus, comitibus, banis, baronibus et universis Christi fidelibus per regnum Ungariae constitutis.

4418 Orvieto, 2 janvier 1291.

Eidem mandat ut inquirat an Latizlaus, quondam rex Ungariae, dum viveret, fidem catholicam servaret, et catholicus christianus decesserit. (Reg. 45, c. 114, f. 177 r°; Potth., 23514.)

Venerabili fratri Johanni, episcopo Esino.

« Dudum fidedignis relatibus... — Dat. ut supra. »

4419 Orvieto, 2 janvier 1291.

Eidem mandat ut, cum ad partes Ungariae venerit, coram R., rege Romanorum, et nobili viro .. duce Austriae regnum Ungariae ad sedem apostolicam pertinere denuntiet, publice inhibendo ut nullus jura quaelibet in eodem regno usurpare praesumat. (Reg. 45, c. 115, f. 177 v°; Potth., 23515.)

Eidem.

« Nuper ad nostrum... — Dat. ut supra. »

4420 Orvieto, 2 janvier 1291.

Eidem mandat ut, cum ad partes Ungariae venerit, convocatis archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum praelatis saecularibus et religiosis, necnon ducibus, marchionibus, comitibus, banis, baronibus et nobilibus regni, regnum Ungariae denuntiet ad sedem apostolicam pertinere, publice inhibendo ut nullus jura quaelibet in eodem regno usurpare praesumat. (Reg. 45, c. 116, f. 177 v°.)

Eidem.

« Nuper ad nostrum... »

4421-4422 Orvieto, 20 décembre 1290.

Eidem et .. archiepiscopo Strigoniensi mandat ut E., reginam Ungariae, natam clarae memoriae Caroli, regis Siciliae, commendatam habeant et ejus bona et jura defendant. (Reg. 45, c. 117, f. 177 v°; Potth., 23502.)

Eidem.
« Cum te ad... — Dat. apub Urbemveterem, XIII kalendas januarii, anno tertio. »
In e. m. .. archiepiscopo Strigoniensi.

4423 Orvieto, 20 décembre 1290.

Reginam Ungariae hortatur ut ad Johannem, Esinum episcopum, et .. Strigoniensem archiepiscopum confidenter recurrat. (Reg. 45, c. 118, f. 177 v°; Potth., 23503.)

Carissime in Christo filie E., regine Ungarie illustri.
« Nuper ad nostrum... — Dat. ut supra. »

4424 Orvieto, 28 décembre 1290.

Regi Romanorum nuntiat se ad eum Johannem, Esinum episcopum, causa regni Ungariae, nuntium mittere. (Reg. 45, c. 118², f. 177 v°; Potth., 23510.)

Carissimo in Christo filio R., regi Romanorum illustri.
« Litteras regias nostro... — Dat. apud Urbemveterem, V kalendas januarii, anno tertio. »

4425 Orvieto, 31 janvier 1291.

Regem Romanorum rogat nihil in regno Ungariae in ecclesiae romanae praejudicium facere. (Reg. 45, c. 118³, f. 177 v°; Potth., 23543.)

Eidem.
« Litteras regias nostro... — Dat. apud Urbemveterem, II kalendas februarii, anno tertio. »

4426 Orvieto, 31 janvier 1291.

Albertum, ducem Austriae, eadem rogat. (Reg. 45, c. 119, f. 178 r°; Potth., 23544.)

Dilecto filio nobili viro Alberto, duci Austrie.
« Carissimus in Christo... — Dat. ut supra. »

4427 Orvieto, 31 janvier 1291.

Johanni, episcopo Esino, mandat ut praedictis R., regi Romanorum, et Alberto, duci Austriae, expresse denuntiet regnum Ungariae ad romanam ecclesiam pertinere. (Reg. 45, c. 120, f. 178 r°; Potth., 23547.)

Venerabili fratri Johanni, episcopo Esino.
« De tue probitatis... — Dat. ut supra. »

4428 Orvieto, 31 janvier 1291.

Eidem mandat ut in Ungariam se conferat, de hujus regni statu et conditionibus informet et pontificem certiorem faciat, personisque ecclesiasticis et saecularibus ejusdem regni denuntiet idem regnum ad romanam ecclesiam pertinere. (Reg. 45, c. 121, f. 178 r°; Potth., 23542.)

Eidem.
« Quantis ab olim... — Dat. ut supra. »

4429 Orvieto, 31 janvier 1291.

Archiepiscopo Strigoniensi mandat ut personis ecclesiasticis et saecularibus Ungariae denuntiet hoc regnum ad romanam ecclesiam pertinere. (Reg. 45, c. 122, f. 178 r°; Potth., 23545.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Strigoniensi.
« Solebat hactenus laudabile... »

4430 Orvieto, 31 janvier 1291.

Archiepiscopo Colocensi eadem mandat. (Reg. 45, c. 123, f. 178 v°; Potth., 23546.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Colocensi.
« Occurrit nostris sensibus... »

4431 Orvieto, 31 janvier 1291.

Johanni, episcopo Esino, mandat ut sibi commissa sollicite et prudenter exequatur. (Reg. 45, c. 124, f. 179 v°; Potth., 23548.)

Venerabili fratri Johanni, episcopo Esino.
« Licet universis ecclesiarum... — Dat. ut supra. »

FIN DU REGISTRE DE LA TROISIÈME ANNÉE

INCIPIT REGESTRUM LITTERARUM

QUARTI ANNI DOMINI NICOLAI PAPE IIII

4432 Orvieto, 26 février 1291.

Facultas conferendi tabellionatus officium uni personae. (Reg. 46, c. 1, f. 1 r°.)

Nicolaus, episcopus servus servorum Dei. Venerabili fratri Gualtero, episcopo Nigropontensi, salutem et apostolicam benedictionem.

« Ex parte tua... — Dat. apud Urbemveterem, III kalendas martii, pontificatus nostri anno quarto. »

4433 Orvieto, 26 février 1291.

Alia facultas eidem concessa. (Reg. 45, c. 2, f. 1 r°.)

Eidem facultatem concedit recipiendi et faciendi recipi duas personas in ecclesia Nigropontensi, in qua ad ipsum praebendarum collatio pertinet, in fratres, et providendi utrique earum de praebenda.

« Tuam volentes honorare... — Dat. ut supra. »

4434-4435 Orvieto, 23 février 1291.

Facultas eligendi confessorem. (Reg. 46, c. 3, f. 1 r°.)

Nobili viro Edmundo, nato clare memorie Henrici, regis Anglie.

« Benigno tibi sunt... — Dat. apud Urbemveterem, VII kalendas martii, anno quarto. »

Orvieto, 24 février 1291.

In e. m. Blancae, uxori praedicti Edmundi. Dat. VI kalendas martii, anno quarto.

4436-4437 Orvieto, 23 février 1291 (1).

Facultas habendi altare portatile. (Reg. 46, c. 4, f. 1 r°.)

Eidem Edmundo indulget ut capellanus ejus altare portatile habeat, in quo, Edmundo et ejus familia assistentibus, dummodo ad ecclesiam non commodus sit aditus, missarum solemnia celebrare possit.

« Devotionis tue precibus... — Dat. ut supra. »

In e. m. Blancae.

4438-4439 Orvieto, 24 février 1291.

Facultas faciendi per capellanum in locis interdicto suppositis celebrari divina. (Reg. 46, c. 5, f. 1 r°.)

Eidem nobili mulieri.

« Eximie devotionis affectus... — Dat. apud Urbemveterem, VI kalendas martii, anno quarto. »

In e. m. Edmundo.

4440 Orvieto, 24 février 1291.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 46, c. 6, f. 1 v°.)

Magistro Nicolao de Welles, archidiacono Nouhumbrie in ecclesia Dunelmensi, cum quo dudum dispensatum est super defectu natalium quem patitur de soluto genitus et

(1) [illegible] se rapporte à la lettre 3 ou à l'*in e. m.* de cette lettre.

soluta, primo ut ad omnes ordines promoveri et ecclesiasticum beneficium recipere valeret, postea, ab ipso Nicolao IV, ut personatum vel dignitatem, episcopali excepta, recipere posset. Cum eo nunc rursus dispensat ut etiam ad episcopalem vel archiepiscopalem honorem assumi possit.

« Exhiberi gratiam generosis... — Dat. ut supra. »

4441-4451 Orvieto, 27 février 1291.

Indulgentiae. (Reg. 45, c. 7, f. 1 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit poenitentibus et confessis qui ecclesiam Sancti Georgii de Colenica, Pistoriensis dioecesis, in ejusdem sancti festivitate, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint.

« Licet is de... — Dat. apud Urbemveterem, III kalendas martii, anno quarto. »

Orvieto, 22 février 1291.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sancti Johannis Baptistae de Brithulio, Belvacensis dioecesis, in quatuor beatae Mariae virginis festivitatibus et per octo dies sequentes. Dat. apud Urbemveterem, VIII kalendas martii, anno quarto.

In e. m. eisdem, pro capella Beatae Mariae virginis leprosariae Nigellensis, Noviomensis dioecesis, in quatuor beatae Mariae virginis et S. Marci evangelistae, S. Lazari et sanctae Marthae festivitatibus et per octo dies sequentes.

« Cum ad promerenda... — Dat. ut supra. »

In e. m. eisdem, pro ecclesia Beatae Mariae virginis de Hamello, Belvacensis dioecesis, in quatuor beatae Mariae virginis festivitatibus et per octo dies sequentes.

« Loca sanctorum omnium... — Dat. ut supra. »

Orvieto, 25 février 1291.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Beatae Mariae Nigellensi, Noviomensis dioecesis, in sanctorum Quintini martyris, Gregorii et Remigii confessorum festivitatibus et per octo dies sequentes.

« Vite perennis gloria... — Dat. ut supra, V kalendas martii, anno quarto. »

Orvieto, 26 février 1291.

In e. m. eisdem, pro ecclesia monasterii Kalensis, ordinis S. Benedicti, Parisiensis dioecesis, in quatuor beatae Mariae virginis et S. Johannis Baptistae festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae.

« Vite perennis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, IIII kalendas martii, anno quarto. »

In e. m. eisdem, pro ecclesia monasterii Sancti Sepulcri Cameracensis, ordinis S. Benedicti, in quatuor beatae Mariae virginis festivitatibus et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae. Dat. ut supra.

Orvieto, 5 mars 1291.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sanctae Agathae Ferentinati, in singulis sanctorum Petri et Pauli apostolorum festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae. Dat. apud Urbemveterem, III nonas martii, anno quarto. (*En marge.*)

Orvieto 17 mars 1291.

In e. m. eisdem, pro ecclesia .. guardiani et fratrum ordinis minorum de Penna Sancti Johannis, Firmanae dioecesis, in quatuor beatae Mariae virginis, beati Francisci et Sanctae Crucis festivitatibus et per octo dies sequentes. Dat. apud Urbemveterem, XVI kalendas aprilis, anno quarto. (*Ibid.*; Potth., 23605.)

Orvieto, 7 mars 1291.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sanctae Gertrudis Nivellensi, Leodiensis dioecesis, in Assumptionis beatae Mariae et sanctae Gertrudis festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae. Dat. apud Urbemveterem, nonis martii, anno quarto. (*Ibid.*)

Orvieto, 19 mars 1291.

In e. m. eisdem, pro cathedrali ecclesia Cenomanensi, in quatuor beatae Mariae virginis, sanctorum Gervasii et Prothassi et sancti Juliani episcopi, in quorum honorem praedicta ecclesia est constructa, festivitatibus et per octo dies sequentes. Dat. apud Urbemveterem, XIIII kalendas aprilis, anno quarto. (*Ibid.*)

4452-4453 Orvieto, 25 février 1291.

Thomas monasterio Sancti Angeli in Massa Narniensi praeficitur. (Reg. 46, c. 8, f. 2 r°.)

Thome, abbati monasterii Sancti Angeli in Massa Narniensis, ordinis S. Benedicti. Eum, tunc monachum mo-

nasterii Sublacensis, praedicti ordinis, Tiburtinae dioecesis, abbatem monasterio Sancti Angeli in Massa Narniensi, ordinis S. Benedicti, vacanti per translationem Petri ad monasterium Sancti Andreae de Ponzano, praedicti ordinis, Civitatis Castellanae dioecesis, praeficit.

« Debitum officii nostri... — Dat. apud Urbemveterem, v kalendas martii, anno quarto. »

In e. m. conventui monasterii Sancti Angeli in Massa Narniensis mandat ut eidem Thomae debitam obedientiam praebeat.

4454 Orvieto, 27 février 1291.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 46, c. 9, f. 2 r°.)

Johanni de Radiswellis, rectori ecclesie de Austy, Londoniensis diocesis. Cum eo, qui ecclesias de Austy, Londoniensis, et de Gotherston, Norwicensis dioecesium, insimul sine dispensatione detinuit, earum fructus percipiens, dispensat ut, dimissa altera praedictarum ecclesiarum, alteram retinere et unum aliud beneficium ecclesiasticum recipere valeat; dummodo de fructibus ex praedictis ecclesiis jam perceptis congruam portionem, juxta arbitrium boni viri, in evidentem utilitatem praedictarum ecclesiarum convertat.

« Merita tue probitatis... — Dat. apud Urbemveterem, iii kalendas martii, anno quarto. »

4455 Orvieto, 27 février 1291.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 46, c. 10, f. 2 r°.)

Magistro Roberto de Belvero, rectori ecclesie de Moston, Lincolniensis diocesis. Cum eo dispensat ut, praeter ecclesiam de Moston, curam habentem, unum aliud beneficium ecclesiasticum recipere et retinere valeat.

« Virtutum merita quibus... »

4456 Orvieto, 24 février 1291.

Indulgentia. (Reg. 46, c. 11, f. 2 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit poenitentibus et confessis qui ecclesiam Sancti Basilii in Brugis, Tornacensis dioecesis, ad quàm, in reverentiam sanguinis preciosi, de quo miraculose haberi dicitur in eadem ecclesia, tertia die dominica post festum Resurrectionis dominicae, annis singulis, non modica fidelium confluit multitudo, visitaverint in eadem die et per octo dies sequentes, et processioni solemni quae eadem die circa villam Brugensem celebratur interfuerint.

« Etsi cunctis ecclesiis... — Dat. apud Urbemveterem, vi kalendas martii, anno quarto. »

4457-4460 Orvieto, 3 mars 1291.

Indulgentiae. (Reg. 46, c. 11², f. 2 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit poenitentibus et confessis qui ecclesiam Beatae Mariae virginis claustri Uticensem in quatuor ejusdem virginis festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint.

« Virga venustissima et... — Dat. apud Urbemveterem, v nonas martii, anno quarto. »

Orvieto, 28 février 1291.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Beatae Mariae de Canois, Uticensis dioecesis, in beatae Mariae festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae.

« Loca sanctorum omnium... — Dat. apud Urbemveterem, ii kalendas martii, anno quarto. »

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sancti Stephani protomartyris Uticensi, in festivitatibus ejusdem sancti, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae. Dat. ut supra.

Orvieto, 27 février 1291.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sancti Petri apostoli extra muros civitatis Uticensis, in singulis ejusdem sancti festivitatibus et per octo dies sequentes.

« Splendor paterne glorie... — Dat. apud Urbemveterem, iii kalendas martii, anno quarto. »

4461-4473 Orvieto, 25 février 1291.

Indulgentiae. (Reg. 46, c. 11³, f. 2 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit poenitentibus et confessis qui capellam monasterii de Sancto Urbano, ordinis S. Benedicti, Cathalaunensis dioecesis, in honorem beatae Mariae virginis constructam, in ejusdem virginis et S. Urbani festivitatibus, per octo dies

sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem capellae visitaverint.

« Vite perennis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, v kalendas martii, anno quarto. »

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sancti Stephani de Sancto Urbano, Cathalaunensis dioecesis, in beatae Mariae virginis, S. Urbani et S. Stephani festivitatibus, etc., ut supra.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sancti Simphoriani Remensi, in beatorum apostolorum Petri et Pauli et S. Simphoriani festivitatibus, etc., ut supra.

Orvieto, 24 février 1291.

In e. m. eisdem, pro ecclesia de Sancto Claro, Trecensis dioecesis, in sancti Clari et quatuor beatae Mariae virginis festivitatibus et per octo dies sequentes. Dat. apud Urbemveterem, vi kalendas martii, anno quarto.

Orvieto, 1er mars 1291.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Autisiodorensi, in beati Stephani, in cujus honorem eadem ecclesia est constructa, festivitatibus et per octo dies sequentes. Dat. apud Urbemveterem, kalendis martii, anno quarto.

In e. m. eisdem, pro cathedrali ecclesia Adurensi, in beatae Mariae virginis et beati Johannis Baptistae, quorum festa in eadem ecclesia annis singulis sollemniter celebrantur, festivitatibus et per octo dies sequentes. Dat. apud Urbemveterem, kalendis martii, anno quarto.

Orvieto, 9 mars 1291.

In e. m. eisdem, pro ecclesia .. abbatissae et conventus monasterii Sanctae Clarae Nicosiensis, in singulis beatae Mariae virginis, sanctae Clarae et beatorum Francisci et Antonii confessorum festivitatibus. Dat. apud Urbemveterem, vii idus martii, anno quarto. (Potth., 23593.)

Orvieto, 28 février 1291.

In e. m. eisdem, pro capella Sancti Juliani Burdegalensi, in beatae Mariae virginis et S. Juliani festivitatibus et per octo dies sequentes. Dat. apud Urbemveterem, ii kalendas martii, anno quarto. (*En marge.*)

Orvieto, 10 mars 1291.

In e. m. eisdem (?), pro ecclesia... (1) in festo sanctorum apostolorum Philippi et Jacobi, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae et altaris praedictorum apostolorum.

« Licet is de... — Dat. apud Urbemveterem, vi idus martii, anno quarto. » (*Ibid.*)

Orvieto, 7 mars 1291.

In e. m. eisdem, pro ecclesia .. abbatissae et conventus monasterii Sanctae Mariae de Virginibus, juxta Faventiam, ordinis Sanctae Clarae, in singulis beatae Mariae virginis et S. Martini festivitatibus et per octo dies sequentes. Dat. apud Urbemveterem, nonis martii, anno quarto. (*Ibid.*; Potth., 23592.)

Orvieto, 15 mars 1291.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sancti Martini de Insula, Tholosanae dioecesis, in Annunciationis beatae Mariae virginis, sanctorum Johannis Baptistae, Johannis Evangelistae et Martini festivitatibus et per octo dies sequentes.

« Vite perennis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, idibus martii, anno quarto. » (*Ibid.*)

Orvieto, 21 mars 1291.

In e. m. eisdem, pro ecclesia de Serris, Carpentoratensis dioecesis, in quatuor beatae Mariae virginis, Sanctae Crucis et S. Florentii festivitatibus et per octo dies sequentes.

« Licet is de... — Dat. apud Urbemveterem, xii kalendas aprilis, anno quarto. » (*Ibid.*)

Orvieto, 15 mars 1291.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sanctae Ceciliae, Pictaviensis dioecesis, in festivitate ejusdem sanctae et per octo dies sequentes.

« Cum ad premerendos... — Dat. ut supra, idibus martii, anno quarto. » (*Ibid.*)

4474 Orvieto, 24 février 1291.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 46, c. 12, f. 3 ro.)

Venerabili fratri O., patriarche Anthioceno, mandat ut cum nobili viro Petro de Mulazana et nobili muliere Jacobina de Larchariis, civibus Januensibus, dispenset ut in matrimonio quod olim contraxerunt et in quo prolem procrearunt, ignorantes se quarto consanguinitatis gradu conjunctos, remanere valeant.

« Exhibita nobis dilecti... — Dat. apud Urbemveterem, vi kalendas martii, anno quarto. »

(1) La rubrique est *eisdem*, et l'église est ainsi désignée : *ec-*

4475 Orvieto, 3 mars 1291.

Responsio ad nonnullas quaestiones ab inquisitoribus propositas. (Reg. 46, c. 13, f. 3 r°; Potth., 23588.)

Dilectis filiis fratribus ordinis fratrum minorum, inquisitoribus heretice pravitatis in partibus Ytalie, presentibus et futuris.

« Quod super nonnullis... — Dat. apud Urbemveterem, v nonas martii, anno quarto. »

4476 Orvieto, 3 mars 1291.

Anathematizantur haeretici (Reg. 46, c. 13², f. 3 v°; Potth., 23589.)

Universis Christi fidelibus notum facit se Catharos, Patharenos, Pauperes de Lugduno, Passaginos, Josepinos, Arnaldistas, Speronistas et alios quoscumque haereticos excommunicare et anathematizare.

« Noverit universitas vestra... — Dat. ut supra. »

4477-4487 Orvieto, 7 mars 1291.

« Carta communii. » (Reg. 46, c. 14, f. 4 r°.)

Dilectis filiis consilio et communi castri Montis Novi, Senogaliensis diocesis. « Sincere devotionis affectus et constantia fidei inconcusse quibus erga romanam ecclesiam, matrem vestram, hactenus claruisse noscimini quibusque clarere vos credimus in futurum merito nos inducunt ut in hiis que ad pacificum statum vestrum pertinent, vestris petitionibus favorabiliter annuentes, reddamur vobis, quantum cum Deo possumus, propitii et benigni. Nos itaque, vestris supplicationibus inclinati, vobis et communi vestro, quandiu perstiteritis in fidelitate romane ecclesie, eligendi, assumendi et habendi annis singulis in perpetuum potestates et officiales alios quos volueritis de ipsius ecclesie fidelibus; qui videlicet potestates et officiales libere in terra vestra et territorio de omnibus cognoscere plenamque possint justitiam facere, tam in criminalibus quam in civilibus, preterquam in criminibus lese majestatis ac heretice pravitatis et in homicidio, adulterio, raptu virginum, incendio studiose facto et in furto etiam manifesto propter quod quidem furtum seu cujus occasione personam quis aut membrum deberet ammittere, necnon et latrocinio et derobatione seu fractione stratarum, plenam et liberam presentium auctoritate concedimus facultatem. Non obstante obligatione, promissione vel renuntiatione contraria, etiam si fuerit juramento vallata, per vos aut syndicum vestrum facta quondam magistro Giffrido de Anagnia, tunc marchie Anconitane rectori, vel alicui alii recipienti eandem nomine romane ecclesie prelibate. Per hoc autem rectori qui pro tempore fuerit nolumus aliquod prejudicium generari, quin homines communis vestri seu terre vestre possint ad eum, cum sibi expedire putaverint, tam appellationis quam simplicis querimonie causa liberum habere recursum. Ad hujusmodi autem concesse vobis inditium libertatis volumus quod, sicut per procuratorem vestrum, plenum ad hoc et sufficiens mandatum habentem, dilecto filio magistro Nicolao de Trebis, camerario et notario nostro, vos obligastis, qui obligationem hujusmodi nomine nostro et ecclesie memorate recepit, prout in instrumento publico inde confecto, quod in ipsius archivio conservatur ecclesie, plenius et seriosius continetur, triginta libras ravennates infra quindenam a die Resurrectionis dominice numerandam camere ejusdem ecclesie, ubicumque romana curia in terra ecclesie fuerit, annis singulis integre persolvatis. Si vero prefata curia extra terram resederit supradictam, volumus quod hujusmodi pecunia, per vos vel procuratorem vestrum, thesaurario Anconitane marchie per ecclesiam ordinato sine diminutione qualibet persolvatur. Et si contigerit vos anno aliquo ab hujusmodi solutione cessare, sequenti anno predicte camere solutis hujusmodi triginta libris ravennatibus, alias triginta libras ejusdem monete, nomine pene, quotiens a vobis in ipsa solutione cessatum fuerit totiens persolvetis. Nulli ergo, etc., nostre concessionis, etc. Dat. apud Urbemveterem, nonis martii, anno quarto. »

Orvieto, 6 mars 1291.

In e. m. consilio et communi castri Montis Monachi, Aesculanae dioecesis, pro annuo censu triginta novem librarum ravennatum. Dat. apud Urbemveterem, II nonas martii, anno quarto.

Orvieto, 23 mars 1291.

In e. m. consilio et communi castri Coseniani, Aesculanae et Firmanae dioecesium, pro censu triginta librarum ravennatum. Dat. apud Urbemveterem, x kalendas aprilis, anno quarto.

Orvieto, 1er avril 1291.

In e. m. consilio et communi castri Serrae Comitis, Senogaliensis dioecesis, pro censu quadraginta quatuor librarum ravennatorum (*sic*). Dat. apud Urbemveterem, kalendis aprilis, anno quarto.

Orvieto, 11 avril 1291.

In e. m consilio et communi castri Montis Boddii, Senogaliensis dioecesis, pro censu quadraginta quatuor

librarum ravennatum. Dat. apud Urbemveterem, III idus aprilis, anno quarto.

Orvieto, 10 avril 1291.

In e. m. consilio et communi castri Montis Sanctae Mariae in Georgio, Firmanae dioecesis, pro censu centum viginti librarum ravennatum. Dat. apud Urbemveterem, IIII idus aprilis, anno quarto.

Orvieto, 9 avril 1291.

In e. m. consilio et communi castri Cornalti, Senogaliensis dioecesis, pro censu quinquaginta librarum ravennatum. Dat. apud Urbemveterem, v idus aprilis, anno quarto.

Orvieto, 23 mai 1291.

In e. m. consilio et communi castri Montis Ulmi, Firmanae dioecesis, pro censu centum viginti quinque librarum ravennatum. Dat. apud Urbemveterem, x kalendas junii, anno quarto.

Orvieto, 28 juin 1291.

In e. m. consilio et communi castri Montis Sanctae Mariae in Cassiano, Auximanae dioecesis, pro censu quinquaginta librarum ravennatum. Dat. apud Urbemveterem, IIII kalendas julii, anno quarto.

Orvieto, 7 juillet 1291.

In e. m. consilio et communi castri Rotellae, Aesculanae dioecesis, pro censu sexdecim librarum ravennatum. Dat. apud Urbemveterem, nonis julii, anno quarto.

Orvieto, 13 septembre 1291.

In e. m. consilio et communi castri Montis Sancti Petri, Firmanae dioecesis, pro censu triginta quinque librarum ravennatum. Dat. apud Urbemveterem, idibus septembris, anno quarto.

4488 Orvieto, 4 mars 1291.

Facultas conferendi duabus personis tabellionatus officium. (Reg. 46, c. 15, f. 4 v°.)

Raymundo, episcopo Caturcensi.

« Ex parte tua... — Dat. apud Urbemveterem, IIII nonas martii, anno quarto. »

4489 Orvieto, 25 février 1291.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 46, c. 16, f. 4 v°.)

Radulpho Stanstord, rectori ecclesie de Wibemton, Wintoniensis diocesis. Cum eo dispensat ut ecclesiam de Wibemton, ante generale consilium Lugdunense, et ecclesiam de Getton, Wintoniensis dioecesis, post idem consilium susceptas, quas sine apostolicae sedis dispensatione detinuit, retinere valeat, et, si alteram ex eisdem ecclesiis dimiserit, aliud beneficium assumere possit. Dummodo fructuum ex praedictis ecclesiis adhuc perceptorum congruam portionem, ad arbitrium boni viri, in evidentem utilitatem earumdem ecclesiarum convertat.

« Provenit ex meritis... — Dat. ut supra, v kalendas martii, anno quarto. »

4490 Orvieto, 25 février 1291.

Absolutio voti Jerosolimitani. (Reg. 46, c. 16², f. 4 v°.)

.. *episcopo Norwicensi* mandat ut nobilem mulierem Evam, uxorem nobilis viri Roberti de Tilbotot, Norwicensis dioecesis, quae, infirmitate gravata, de consensu mariti, in Terrae Sanctae subsidium personaliter proficisci vovit, absolvat ab illo voto; dummodo ipsa aliquos idoneos bellatores propriis expensis in subsidium Terrae Sanctae mittat.

« Ex parte dilecte... — Dat. ut supra. »

4491-4492 Orvieto, 25 février 1291.

De debitis Valentinae ecclesiae solvendis. (Reg. 46, c. 17, f. 4 v°.)

Venerabili fratri Ramundo, episcopo Valentino, indulget ut fructus, redditus et proventus primi anni omnium personatuum, dignitatum, praebendarum et aliorum beneficiorum ecclesiasticorum, cum cura vel sine cura, quae in ecclesiis civitatis et dioecesis Valentinae usque ad quinquennium vacare contigerit, dummodo ad collationem vel praesentationem non pertineant exemptorum, libere percipere possit, in solutionem debitorum Valentinae ecclesiae convertendos.

« Ex parte tua... — Dat. apud Urbemveterem, v kalendas martii, anno quarto. »

In e. m. .. episcopo Oscensi ac .. praecentori et magistro Bernardo de Caneto, canonico ecclesiae Ilerdensis, mandat ut praedictos fructus et redditus eidem episcopo per quinquennium ministrari faciant.

« Ex parte venerabilis... — Dat. ut supra. »

4493 Orvieto, 25 février 1291.

Facultas celebrandi secundum Parisiensem usum in capella de Luceyo, Atrebatensis dioecesis. (Reg. 46, c. 18, f. 4 v°.)

.. *archidiacono Atrebatensi.* « Meruit sincera devotio

dilecti filii nobilis viri Hugonis de Castellione, comitis de Sancto Paulo, ut in hiis que postulat nos inveniat favorabiles et benignos. Exposita siquidem nobis ejus petitio continebat quod quondam .. mater sua, dum viveret, ordinavit ut in capella de Luceyo, Atrebatensis diocesis, quam pro anime sue remedio fundavit, divina officia secundum usum Parisiensis ecclesie celebrentur, libris ejusdem capelle, prout requirit usus ipse, confectis et etiam ordinatis, quodque ad id venerabilis fratris nostri .. Atrebatensis episcopi accessit assensus; quare suppliciter postulabat a nobis ut predicta officia, secundum usum ipsum, in prefata capella celebrari seu dici, constitutione contraria ejusdem diocesis non obstante, de benignitate solita mandaremus. Nos itaque, prefati comitis supplicationibus inclinati, discretioni tue committimus et mandamus quatenus, veris existentibus supradictis, statuas et ordines auctoritate nostra ut in eadem capella juxta prefatum usum predicta officia, constitutione ipsa nequaquam obstante, futuris temporibus celebrentur. Dat. ut supra. »

4494 Orvieto, 25 février 1291.

Facultas faciendi celebrari per capellanum proprium et audiendi divina in locis interdicto suppositis. (Reg. 46, c. 18², f. 5 r°.)

Nobilibus viris Hugoni de Castellione, comiti de Sancto Paulo, et Guidoni ac Jacobo, ejus fratribus.

« Per sincere devotionis... — Dat. ut supra. »

4495 Orvieto, 25 février 1291.

Facultas eligendi proprium confessorem. (Reg. 46, c. 19, f. 5 r°.)

Eisdem.

« Desideriis vestris in... — Dat. ut supra. »

4496 Orvieto, 25 février 1291.

Licentia ingrediendi monasteria. (Reg. 46, c. 19², f. 5 r°.)

Nobili mulieri Beatrici, uxori dilecti filii nobilis viri Hugonis de Castellione, comitis de Sancto Paulo, indulget ut monasteria Cisterciensis ordinis, in suis terris consistentia, cum sex honestis matronis, bis in anno ingredi valeat, dummodo infra claustra monasteriorum non edant nec pernoctent.

« Ex tue magnitudinis... — Dat. ut supra. »

4497 Orvieto, 1er mars 1291.

Contra injuriatores monasterii Sancti Sebastiani de Urbe. (Reg. 46, c. 20, f. 5 r°.)

Jacobo, Sancte Marie in Via lata diacono cardinali, mandat ut, inquisitione de plano, sine strepitu et figura judicii facta, personas ecclesiasticas et nobiles, milites ac laicos de Urbe et regionis circumpositae per excommunicationis et interdicti sententias cogat .. abbati et conventui monasterii Sancti Sebastiani de Urbe ecclesias, castra, casalia, terras, domos et possessiones ejusdem monasterii ab ipsis usurpata restituere, et de ceteris violentiis et injuriis satisfacere.

« Dignum est ut... — Dat. apud Urbemveterem, kalendis martii, anno quarto. »

4498-4514 Orvieto, 4 mars 1291.

Concessio tabellionatus. (Reg. 46, c. 21, f. 5 r°.)

Jacobo Nicolai Vallilarge de Guarcino, clerico in minoribus ordinibus constituto, Alatrine diocesis, per magistros Matthaeum, protonobilissimum, cantorem ecclesiae Carnotensis, et Clericum de Pisis, canonicum Remensem, capellanos papae, examinato, tabellionatus officium concedit.

« Ne contractuum memoria... — Dat. apud Urbemveterem, III nonas martii, anno quarto. »

Orvieto, 3 mars 1291.

In e. m. Jacobo Melii Benencasae, civi Pistoriensi. Dat. apud Urbemveterem, v nonas martii, anno quarto.

In e. m. Petro Malafayda de Sancto Vincentiano, clerico in minoribus ordinibus constituto, Lemovicensis dioecesis.

In e. m. Heliae de Contona, clerico in minoribus ordinibus constituto, Eboracensis dioecesis. (*En marge.*)

In e. m. Durando Boycho, clerico in minoribus ordinibus constituto, Lemovicensis dioecesis. (*Ibid.*)

In e. m. Speneindeo Companioni de Serbeliano, laico, Firmanae dioecesis. (*Ibid.*)

In e. m. Johanni quondam Egidii, clerico Ameliensi, in minoribus ordinibus constituto. (*Ibid.*)

Orvieto, 6 mars 1291.

In e. m. Victori dicto Nobili, clerico in minoribus ordinibus constituto, Lexoviensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, II nonas martii, anno quarto. (*Ibid.*)

Orvieto, 5 avril 1291.

In e. m. Johanni Sparellae, civi Neapolitano. Dat.

apud Urbemveterem, nonis aprilis, anno quarto. (*Ibid.*)

In e. m. Petro Philippi de Piperno, clerico in minoribus ordinibus constituto, Terracinensis dioecesis. (*Ibid.*)

Orvieto, 10 avril 1291.

In e. m. Bonacurso dicto Cursino de Vignali, laico, Massanae dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, IIII idus aprilis, anno quarto. (*Ibid.*)

In e. m. Meynardo Galli, clerico in minoribus ordinibus constituto, Engolismensis dioecesis. (*Ibid.*)

In e. m. Fulconi Balat, clerico in minoribus ordinibus constituto, Claromontensis dioecesis. (*Ibid.*)

Orvieto, 12 avril 1291.

In e. m. magistro Petro dicto Bauchant, clerico in minoribus ordinibus constituto, Belvacensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, II idus aprilis, anno quarto. (*Ibid.*)

Orvieto, 13 avril 1291.

In e. m. Johanni de Baya dicto de Monterolani, clerico in minoribus ordinibus constituto, Cathalaunensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, idibus aprilis, anno quarto. (*Ibid.*)

Orvieto, 9 avril 1291.

In e. m. Johanni, nato Eudonis de Foresta, clerico in minoribus ordinibus constituto, Corisopitensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, V idus aprilis, anno quarto. (*Ibid.*)

Orvieto, 10 avril 1291.

In e. m. Anastasio Henrici, civi Interannensi. Dat. apud Urbemveterem, IIII idus aprilis, anno quarto. (*Ibid.*)

4515 Orvieto, 7 mars 1291.

Indulgentia. (Reg. 46, c. 242, f. 5 v°.)

Universis Christi fidelibus romane curie tam presentibus quam futuris. « Excitat mentem nostram... Cum itaque, sicut fidedignorum habet assertio, ab olim in romana curia a quampluribus tunc ipsam sequentibus ordinatum fuerit et servatum, et adhuc sollicite observetur ut, ad laudem Dei et honorem beate Marie virginis gloriose ac sanctorum omnium et precipue beati Dyonisii martiris, in festo ipsius martiris annuatim per .. sacerdotem hospitalis Sancti Antonii Viennensis, quod prefatam curiam sequitur, aut alium, missarum de dicto festo sollempnia, et in singulis mensibus duas missas, unam videlicet pro vivis et alteram pro defunctis, altis vocibus celebrentur, quodque in eisdem missis quilibet ex ipsis servantibus qui dictis missis intererit oblationem exhibeat, in subventionem infirmorum et pauperum in hospitali predicto degentium convertendam; nos... omnibus vere penitentibus et confessis qui devote missis interfuerint supradictis... centum dies de injunctis sibi penitentiis misericorditer relaxamus. Dat. apud Urbemveterem, nonis martii, anno quarto. »

4516 Orvieto, 2 mars 1291.

Concessio beneficiorum. (Reg. 46, c. 22, f. 5 v°.)

Venerabili fratri .. Karleolensi episcopo mandat ut quatuor clericis J., Eboracensis archiepiscopi, quos ipse archiepiscopus duxerit nominandos, de totidem beneficiis ecclesiasticis, consuetis saecularibus clericis assignari, provideat, inducens ipsos in illorum beneficiorum corporalem possessionem.

« Volentes venerabilis fratris... — Dat. apud Urbemveterem, VI nonas martii, anno quarto. »

4517 Orvieto, 3 mars 1291.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 46, c. 23, f. 5 v°; Potth., 23587.)

.. priori predicatorum et .. guardiano minorum fratrum ordinum Trajectensibus committit ut cum Arnoldo dicto de Slusen et nobili muliere Agnete de Lecka, Trajectensis dioecesis, dispensent ut in matrimonio quod olim, ignorantes impedimentum esse, contraxerunt remanere valeant, quanquam quondam Aleydis de Roistelle, prior Arnoldi uxor, Leodiensis dioecesis, Agneti quarto consanguinitatis gradu attinebat.

« Petitio dilecti filii... — Dat. ut supra, V nonas martii, anno quarto. »

4518-4519 Orvieto, 3 mars 1291.

Dispensatio residentiae et super defectu ordinum. (Reg. 46, c. 24, f. 5 v°.)

Rogero de Insula, rectori ecclesie de Althorp, Lincolniensis diocesis, indulget ut usque ad triennium obsequiis E., regis Angliae, cujus est clericus, insistendo, ad faciendam residentiam in ecclesia de Althorp et ad suscipiendum interim sacerdotalem ordinem non teneatur; dummodo interim eandem ecclesiam per vicarium faciat deserviri.

« Volentes personam tuam... — Dat. ut supra. »

Orvieto, 5 mars 1291.

In e. m. Johanni de Theford, rectori ecclesiae de

Worfeld, Lichefeldensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, III nonas martii, anno quarto.

4520-4521 Orvieto, 3 mars 1291.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 46, c. 25, f. 5 v°.)

Eidem Rogero. Cum eo dispensat ut unum ecclesiasticum beneficium recipere et cum ecclesia sua retinere valeat.

« Virtutum merita quibus... — Dat. V nonas martii, anno quarto. »

Orvieto, 5 mars 1291.

In e. m. Johanni de Theford, rectori ecclesiae de Worfeld, Lichefeldensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, III nonas martii, anno quarto.

4522 Orvieto, 25 février 1291.

Indulgentia. (Reg. 46, c. 26, f. 6 r°.)

Venerabili fratri G., archiepiscopo Viennensi, concedit ut, quotienscumque infra suam dioecesim verbum Dei proponet et missarum sollemnia celebrabit, omnibus adstantibus poenitentibus et confessis indulgentiam centum dierum largiri valeat.

« Ex debito pastoralis... — Dat. apud Urbemveterem, V kalendas martii, anno quarto. »

4523 Orvieto, 25 février 1291.

Facultas absolvendi ab excommunicatione. (Reg. 46, c. 26², f. 6 r°.)

Eidem concedit ut clericos et laicos pro violenta in personas ecclesiasticas manuum injectione excommunicatos absolvere possit.

« Tua nobis firmitas... — Dat. ut supra. »

4524 Orvieto, 24 février 1291.

Juramentum quoddam ab episcopo et capitulo Gratianopolitanis factum irritat bisque poenitentiam dat. (Reg. 46, c. 27, f. 6 r°.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Viennensi. Vacante Gratianopolitana per obitum Falconis ecclesia, .. decanus et capitulum ejusdem ecclesiae, antequam de futuro episcopo tractatus aliquis haberetur, quasdam ordinationes fecerunt, quas, etiam si aliquem eorum in episcopum Gratianopolitanum promoveri contigerit, promiserunt se firmiter observare, corporali super hoc praestito juramento. Illudque juramentum G., tunc canonicus, praestitit, et deinde, episcopus promotus, ratificavit. Quare archiepiscopo Viennensi mandat papa ut pro juratione incauta, in derogationem juris episcopalis ecclesiae Gratianopolitanae facta, episcopo, decano et capitulo praedictis poenitentiam imponat, et, inquisita veritate, ea quae in dampnum ejusdem juris episcopalis invenerit in statum debitum reducat.

« Ad audientiam nostram... — Dat. apud Urbemveterem, VI kalendas martii, anno quarto. »

4525-4526 Orvieto, 3 mars 1291.

De debitis ecclesiae Londoniensis solvendis. (Reg. 46, c. 28, f. 6 r°.)

Venerabili fratri Riccardo, episcopo Londoniensi, cum ecclesia Londoniensis magno debitorum onere sit gravata, ex eo quod fructus cujusdam manerii, ad episcopalem mensam pertinentis, in quo magna pars proventuum episcopalium consistebat, per inundationes maris sint multipliciter diminuti, indulget ut fructus, redditus et proventus primi anni omnium personatuum, dignitatum, praebendarum et aliorum beneficiorum ecclesiasticorum quae in ecclesiis Londoniensis dioecesis usque ad biennium vacabunt percipere possit, in solutionem debitorum hujusmodi sive in reparationem praedicti manerii convertendos.

« Ex parte tua... — Dat. apud Urbemveterem, V nonas martii, anno quarto. »

In e. m. .. Lincolniensi, .. Herefordensi et .. Roffensi episcopis mandat ut praedictos fructus et proventus eidem episcopo ministrari faciant.

« Ex parte venerabilis... — Dat. ut supra. »

4527 Orvieto, 1er mars 1291.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 46, c. 29, f. 6 r°.)

Magistro Luce, doctori decretorum, thesaurario ecclesiae Herefordensis, indulget ut unum ecclesiasticum beneficium recipere et cum thesauraria, canonicatu et praebenda quae in ecclesia Herefordensi obtinet retinere valeat.

« Laudabilia merita tue... — Dat. apud Urbemveterem, kalendis martii, anno quarto. »

4528 Orvieto, 1er mars 1291.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 46, c. 30, f. 6 vo.)

Radulpho de Creppinge, rectori ecclesie de Coulinge, Norwicensis diocesis. Cum eo dispensat ut ecclesiam de Brokedis, ante concilium Lugdunense, et ecclesiam de Hethille, post idem concilium susceptas, Norwicensis dioecesis, quas insimul per sex annos, et ecclesiam de Coulinge, quam una cum duabus aliis per duos annos, sine apostolicae sedis dispensatione, detinuit, fructus percipiens ex eisdem, retinere valeat, cum praedicti fructus quadraginta novem librarum sterlingorum valorem annuum non excedant, et ex eis ipse Radulphus commode secundum personae suae statum sustentari nequeat. Dummodo de fructibus sic perceptis congruam portionem, juxta prudentium consilium, in earumdem ecclesiarum evidentem utilitatem convertat.

« Petitio tua nobis... — Dat. ut supra. »

4529 Orvieto, 1er mars 1291.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 46, c. 31, f. 6 vo.)

Magistro Guillelmo de Sancto Botulfo, presbytero, rectori ecclesie de Houcton, Dunelmensis diocesis. Cum eo dispensat ut ecclesias de Norcholingham, de Westhorsele et de Haucton, Dunelmensis, Eboracensis et Wintoniensis dioecesium, quas sine apostolicae sedis dispensatione detinuit, fructus percipiens ex eisdem, retinere valeat, cum ipsum, servitiis .. regis Angliae insistentem, oporteat magnas subire expensas. Dummodo de fructibus jam perceptis congruam portionem, juxta prudentium virorum consilium, in praedictarum ecclesiarum evidentem utilitatem convertat.

« Petitio tua nobis... »

4530 Orvieto, 1er mars 1291.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 46, c. 32, f. 6 vo.)

Magistro Roberto de Redewellis, archidiacono Cestrie in ecclesia Lichefeldensi. Cum eo dispensat ut ecclesiam de Davenham, Lichefeldensis dioecesis, et archidiaconatum Cestriae in ecclesia Lichefeldensi, quae sine apostolicae sedis dispensatione insimul detinuit, fructus percipiens ex eis, retinere valeat, cum dicta ecclesia in ipso archidiaconatu, in quo, praeter eamdem ecclesiam, nullum aliud beneficium praedictus Robertus habet, consistat.

« Laudabilia tue probitatis... »

4531 Orvieto, 25 février 1291.

Confirmat donationem qua .. Spirensis episcopus ecclesiam de Windendal, suae dioecesis, monasterio Limpurgensi, in eadem ecclesia jus patronatus habenti, assignavit, cedente vel decedente ejusdem ecclesiae rectore et accedente capituli Spirensis consensu; reservata de redditibus ejusdem ecclesiae vicario in eadem perpetuo servituro congrua portione. (Reg. 46, c. 33, f. 6 vo; Potth., 23582.)

.. abbati et conventui monasterii Limpurgensis, ordinis S. Benedicti, Spirensis diocesis.

« Cum a nobis... — Dat. apud Urbemveterem, v kalendas martii, anno quarto. »

4532 Orvieto, 25 février 1291.

Facultas alienandi quasdam terras Balneoregensis ecclesiae. (Reg. 46, c. 34, f. 6 vo.)

Venerabili fratri .. episcopo Balneoregensi. « Dudum significante te nobis quod quedam terre ad ecclesiam Balneoregensem spectantes, in diversis locis posite, propter ipsarum minutias, tibi minus fructuose redduntur, nos, super hoc plenius certificari volentes, dilecto filio Conrado de Bronfort, capellano nostro, mandavimus oraculo vive vocis ut, inquisita super hoc diligentius veritate, quod inveniret nobis referre fideliter procuraret, ut relatione ipsius plenius informati, utilitati ipsius ecclesie possemus super hoc salubriter providere. Idem vero capellanus ad loca in quibus terre ipse consistunt se personaliter contulit ac, terris ipsis et locis diligenter inspectis, nobis fideliter retulit quod invenit. Nos itaque, consideratis diligenter circumstantiis universis que circa premissa cognovimus attendenda, tuisque precibus inclinati, commutandi terras easdem in meliores et utiliores ipsi ecclesie, seu illas vendendi, dummodo pretium earum in hujusmodi meliores et utiliores possessiones fideliter et integre convertatur, si ecclesie predicte videris expedire, liberam tibi auctoritate presentium concedimus facultatem... Dat. apud Urbemveterem, v kalendas martii, anno quarto. »

4533 Orvieto, 1er mars 1291.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 46, c. 35, f. 7 ro.)

Guillelmo, nato quondam Petri de Monteforti, capellano nostro, decano ecclesie Sancti Pauli Londoniensis, cum quo Alexander papa jam dispensavit ut ecclesiastica beneficia, personatus et dignitates, usque ad summam annuam trecentarum marcharum sterlingorum, obtinere posset. Cum eo rursus dispensat Nicolaus papa ut praedicta beneficia usque ad summam trecentarum librarum sterlingorum recipere valeat.

« Clare devotionis merita... — Dat. apud Urbemveterem, kalendis martii, anno quarto. »

4534 Orvieto, 7 mars 1291.

Filios parentum olim haereticorum mox resipiscentium immunes a famae lesione et ad omnes actus publicos, honores et dignitates etiam ecclesiasticas idoneos declarat. (Reg. 46, c. 36, f. 7 ro; Potth., 23591.)

Dilectis filiis Jacobo et Angelo, natis Benencase Johannis, de Aquapendente, laicis, Urbevetane diocesis.

« Romana mater ecclesia... — Dat. apud Urbemveterem, nonis martii, anno quarto. »

4535 Orvieto, 23 février 1291.

Licentia ingrediendi monasteria. (Reg. 46, c. 37, f. 7 ro.)

Nobili mulieri Johanne, domine de Castro Villani, Lingonensis diocesis, indulget ut monasteria Clarae Vallis, de Ripatorio, de Valle Beatae Mariae et de Regali monte, Cisterciensis ordinis, in Parisiensi, Belvacensi, Trecensi et Lingonensi dioecesibus, semel in anno, cum sex honestis matronis, intrare possit, dummodo in eis non comedant nec pernoctent.

« Devotionis vestre meretur... — Dat. apud Urbemveterem, vii kalendas martii, anno quarto. »

4536 Orvieto, 1er mars 1291.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 46, c. 38, f. 7 ro.)

Venerabili fratri .. episcopo Zamorrensi mandat ut cum Alfonso Alvari, clerico, super defectu natalium quem patitur, e solutis parentibus sibi ad invicem quarto affinitatis gradu contingentibus genitus, dispenset ut ad omnes ordines promoveri et ecclesiasticum beneficium suscipere valeat.

« Accedens ad presentiam... — Dat. apud Urbemveterem, kalendis martii, anno quarto. »

4537-4538 Orvieto, 4 mars 1291.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 46, c. 39, f. 7 vo.)

Venerabili fratri .. episcopo Londoniensi mandat ut cum magistro Johanne de Sancto Claro, rectore ecclesiae de Foleham, Londoniensis dioecesis, dispenset ut praeter praedictam ecclesiam unum aliud beneficium ecclesiasticum recipere et retinere valeat.

« Virtutum merita quibus... — Dat. ut supra, iiii nonas martii, anno quarto. »

Orvieto, 3 mars 1291.

In e. m. .. episcopo Norwicensi, pro magistro Johanne, rectore ecclesiae de Walcote, Norwicensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, v nonas martii, anno quarto.

4539-4551 Orvieto, 26 février 1291.

Indulgentiae. (Reg. 46, c. 40, f. 7 vo.)

.. priori et conventui monasterii Sancti Petri de Castanea Viterbiensis, per priorem soliti gubernari, ordinis S. Benedicti. Indulgentiam concedit unius anni et xl dierum omnibus vere poenitentibus et confessis qui ecclesiam praedicti monasterii, in honorem S. Petri constructam, in singulis ejusdem sancti et sanctorum Thomae martyris, Eligii et Benedicti confessorum festivitatibus, in eadem ecclesia solemniter celebratis, per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint.

« Apostolorum princeps Petrus... — Dat. apud Urbemveterem, iiii kalendas martii, anno quarto. »

Orvieto, 25 février 1291.

In e. m. Universis Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis. Eandem indulgentiam concedit visitantibus ecclesiam monasterii Sancti Rufi Valentini, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Augustini, in honorem beatae Mariae virginis et sanctorum Johannis Baptistae et Rufi confessoris constructam, in eorumdem virginis et sanctorum festivitatibus et per octo dies sequentes.

« Si loca dicata... — Dat. apud Urbemveterem, v kalendas martii, anno quarto. »

Orvieto, 12 mars 1291.

In e. m. eisdem, pro cathedrali ecclesia Lexoviensi, in honorem S. Petri apostoli constructa, in beatae Mariae virginis et sanctorum Petri, Ursini et Stephani festivitatibus et per octo dies sequentes.

« Cum ad premerenda... — Dat. apud Urbemveterem, IIII idus martii, anno quarto. »

Orvieto, 1er mars 1291.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sancti Georgii de Vizano, Florentinae dioecesis, in S. Georgii, beatae Mariae Magdalenae et sanctae Luciae festivitatibus.

« Licet is de... — Dat. apud Urbemveterem, kalendis martii, anno quarto. »

Orvieto, 12 mars 1291.

In e. m. eisdem, eandem indulgentiam concedit poenitentibus et confessis qui ad .. magistrum et fratres domus leprosorum de Putot, Baiocensis dioecesis, manum caritatis porrexerint. « Presentes vero litteras mitti per questuarios districtius inhibemus. »

« Quoniam ut ait... — Dat. apud Urbemveterem, IIII idus martii, anno quarto. »

In e. m., pro .. magistro et fratribus domus leprosorum Lexoviensis. (*En marge.*)

Orvieto, 15 mars 1291.

In e. m., pro .. magistro et fratribus domus leprosorum Sancti Georgii de Bauquiervilla, Rothomagensis dioecesis. Dat. apud Urbemveterem, idibus martii, anno quarto. (*Ibid.*)

In e. m., pro .. magistro et fratribus domus leprosorum de Monte Leprosorum juxta Rothomagum. (*Ibid.*)

In e. m., pro .. magistro et fratribus domus leprosorum Sancti Romani de Colobosco, Rothomagensis dioecesis. (*Ibid.*)

Orvieto, 7 mars 1291.

In e. m. eandem indulgentiam concedit visitantibus ecclesiam hospitalis Sancti Jacobi ad Sanctum Eusebium domus leprosorum juxta Florentiam, in sanctorum Jacobi et Eusebii festivitatibus, in dominica die Passionis et per octo dies sequentes.

« Licet is de... — Dat. apud Urbemveterem, nonis martii, anno quarto. » (*Ibid.*)

Orvieto, 18 mars 1291.

In e. m., pro ecclesia .. abbatissae et conventus monasterii Sanctae Mariae de Minorisci, ordinis S. Augustini, Vicensis dioecesis, in beatae Mariae virginis et S. Augustini festivitatibus ac per octo dies sequentes. Dat. apud Urbemveterem, XV kalendas aprilis, anno quarto. (*Ibid.*)

In e. m., pro ecclesia de Stracton, Saresbiriensis dioecesis, in beatae Mariae virginis, sanctorum Petri et Pauli apostolorum, Edmundi martyris et Margaretae virginis festivitatibus et per octo dies sequentes. (*Ibid.*)

Orvieto, 21 mars 1291.

In e. m., pro ecclesia .. guardiani et fratrum ordinis minorum Tholosanorum, in beatae Mariae virginis et sanctorum Francisci et Antonii festivitatibus ac per octo dies sequentes. Dat. apud Urbemveterem, XII kalendas aprilis, anno quarto. (*Ibid.*)

4552-4553 Orvieto, 8 mars 1291.

Collatio beneficiorum. (Reg. 46, c. 41, f. 8 r°.)

Magistro Waltero de Langeton, canonico Eboracensi, E. regis Angliae clerico, canonicatum et praebendam in ecclesia Eboracensi vacantia vel quam proximo vacatura confert.

« Personam tuam de... — Dat. apud Urbemveterem, VIII idus martii, anno quarto. »

In e. m. .. episcopo Elyensi, .. decano ecclesiae Sancti Pauli Londoniensis et magistro Giffredo de Vezano, camerae apostolicae clerico, canonico Cameracensi, mandat ut praedictum Walterium in eadem ecclesia ut canonicum et fratrem recipi faciant.

« Personam dilecti filii... — Dat. ut supra. »

4554 Orvieto, 7 mars 1291.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 46, c. 42, f. 8 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Lincolniensi committit ut cum Henrico de Sausthorum et Margareta Hongri de Serveby, suae dioecesis, dispenset ut in matrimonio quod olim, ignorantes se affinitate esse conjunctos, contraxerunt remanere possint, quanquam quondam Agnes Northiby, prior Henrici uxor, eidem Margaretae tertio et quarto consanguinitatis gradu attinebat.

« Petitio dilecti filii... — Dat. apud Urbemveterem, nonis martii, anno quarto. »

4555 Orvieto, 5 mars 1291.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 46, c. 43, f. 8 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Nuemburgensi committit ut cum Henrico de Nuliz et Hedewigi de Mosin, suae dioe-

cesis, dispenset ut in matrimonio olim ab ipsis, ignorantibus sese quarto consanguinitatis gradu conjunctos esse, contracto, remanere valeant.

« Petitio dilecti filii... — Dat. apud Urbemveterem, III nonas martii, anno quarto. »

4556 Orvieto, 3 mars 1291.

De abbate monasterio de Ibreyo, Ebroicensis dioecesis, praeficiendo. (Reg. 46, c. 44, f. 8 r°.)

Venerabilibus fratribus..archiepiscopo Rothomagensi et.. episcopo Ebroicensi mandat ut monasterio de Ibreyo, ordinis S. Benedicti, Ebroycensis dioecesis, per liberam resignationem fratris Radulfi dudum abbatis, in manibus H., Sanctae Sabinae, et P., Sancti Marci presbyterorum cardinalium, factam, vacanti, de abbate provideant, hujusmodi provisionem .. priori et conventui ipsius monasterii prohibentes.

« Habet nostre plenitudo... — Dat. apud Urbemveterem, V nonas martii, anno quarto. »

4557 Orvieto, 5 mars 1291.

Contra eos qui injuste bona ecclesiae Lateranensis occupant. (Reg. 46, c. 45, f. 8 v°.)

Venerabili fratri Johanni, episcopo Tusculano. « Quos olim vexabat... Nuper siquidem ad audientiam nostram pervenit quod nonnulle tam ecclesiastice persone quam comites et nobiles, necnon et alii milites et laici monasteria et ecclesias, necnon castra, casalia, molendina, aquimola et aqueductus, terras, domos et possessiones alias ac feuda ad Lateranensem ecclesiam ejusque membra spectantia frequenter indebite occupant et detinent contra justitiam occupata; .. priorem quoque ac capitulum ejusdem Lateranensis ecclesie, quominus vassallos ipsius ecclesie qui de dictis castris et terris, pro excessibus quos in eis committunt, discedunt punire, ac bona que ab eadem ecclesia tenent ad manus suas, prout justitia et consuetudo earumdem terrarum approbata et hactenus pacifice observata requirunt, revocare valeant, impedire presumunt, pro sue libito voluntatis; nec iidem multiplicare injurias injuriis metuentes, silvas et alia nemora et pascua ejusdem ecclesie suis et alienis animalibus, ut propria, pascenda exponunt et herbaticum aliosque fructus ex eis percipiunt, in grave prejudicium ecclesie prelibate; propter quod inter alias quas jugiter ex hoc incurrit ecclesia ipsa jacturas, vassalli ejusdem ecclesie, segetibus eisdem pascuis contiguis corrosis et interdum totaliter devastatis, terram dicte ecclesie derelinquunt. Iidem quoque, in injuriis et jacturis eorumdem ecclesie et membrorum, quasi, proth dolor! in lautis epulis delectantes, quominus laboratores predictas possessiones excolant et piscatores in stagno seu plagia maris et in piscariis fluminis ad ecclesiam et membra predicta spectantibus, ad mandatum dictorum prioris et capituli, sicut solitum est, piscari libere valeant et comminationis verbo prohibent et spoliationis jaculo insequuntur, alias personis et vassallis ejusdem ecclesie in eorum bonis graviter se reddendo infestos gravius et molestos. Nos itaque... quod in hiis per omnia in sinceritate procedas, circumspectioni tue contra omnes occupatores, invasores, dampnificatores, injuriatores sive molestatores tam presentes quam futuros... statuta generalia et contra singulos singularia, sine cujusque recusationis obice vel suspitionis objectu, auctoritate apostolica faciendi plenam et liberam tenore presentium concedimus potestatem; et nichilominus committimus et mandamus quatenus », quotiens super hujusmodi molestationibus « fueris requisitus, vel alias noveris expedire, tu super eis... summarie, sine strepitu et figura judicii, indagine plenaria premissa, procedens, si tibi de ipsis occupationibus, invasionibus, dampnis, injuriis seu molestiis... patuerit », molestatores ut occupata restituant et de dampnis infra terminum praefixum satisfaciant « monere procures, eos ad id per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compellendo, et invocando ad hoc, si opus fuerit, auxilium brachii secularis, et alias aggravando contra eos nichilominus manum tuam, prout exegerit protervia eorumdem. Ceterum, ut celerius invocatio hujusmodi auxilii ad quam procedere te continget fiat eidem ecclesie in tuis processibus fructuosa, volumus quod, si senatores Urbis, sive plures fuerint sive unus, aut potestates vel rectores aut universitates et alii domini temporales civitatum, castrorum vel locorum consistentium in terra romane ecclesie subjecta » tibi assistere recusarint, « ad id spiritualiter vel temporaliter, districtione qua videris expedire, monitione preposita, auctoritate nostra, cessante appellatione, compellas... Dat. apud Urbemveterem, III nonas martii, anno quarto. »

4558 Orvieto, 5 mars 1291.

De eodem negotio. (Reg. 46, c. 46, f. 9 r°.)

Dilectis filiis senatoribus Urbis, necnon potestatibus et rectoribus, universitatibus et aliis dominis temporalibus

civitatum et castrorum vel locorum consistentium in terra ecclesie romane subjecta mandat ut Johanni, episcopo Tusculano, efficaciter in praedicto negotio assistant.

« De tribu Benjamin... — Dat. ut supra. »

4559 Orvieto, 6 mars 1291.

De collatione ecclesiae de Stowebidona monasterio de Marham, Norwicensis dioecesis. (Reg. 46, c. 47, f. 9 r°.)

.. *abbati monasterii de Sancto Edmundo, ordinis S. Benedicti, Norwicensis diocesis*, mandat ut procedat secundum tenorem litterarum ipsi dudum directarum, in quibus .. abbatissae et conventui monasterii de Marham, Cisterciensis ordinis, Norwicensis dioecesis, parrochialem ecclesiam de Stowebidona, clarae memoriae Alienora, regina Angliae, supplicante, papa concessit, quanquam in « predictis litteris fuit appositum per errorem priorisse ubi abbatisse et decani et capituli ubi prioris et conventus, secundum commune vulgare partium illarum apponi debuerat. »

« Sua nobis dilecte... — Dat. apud Urbemveterem, II nonas martii, anno quarto. »

4560-4561 Orvieto, 7 mars 1291.

Collatio beneficii. (Reg. 46, c. 48, f. 9 r°.)

Guillelmo Duranti, rectori parrochialis ecclesie Sancti Medardi de Banassaco, Mimatensis diocesis, praedictam ecclesiam, per mortem Hugonis de Aquisvivis, apud sedem apostolicam decessi, vacantem, confert; dummodo capellam Sancti Michaelis de Garda et pensionem annuam quam in ecclesia de Buxone, ejusdem dioecesis, obtinet remittat.

« Volentes personam tuam... — Dat. apud Urbemveterem, nonis martii, anno quarto. »

In e. m. magistro Paulo Balzarii et Ademario Charbonerii, canonicis Mimatensibus, et .. officiali Mimatensi mandat ut praedictum Guillelmum in ecclesiae Sancti Medardi corporalem possessionem inducant.

« Volentes personam Guillelmi... — Dat. ut supra. »

4562 Orvieto, 4 mars 1291.

Dispensatio super defectu aetatis. (Reg. 46, c. 49, f. 9 v°.)

Bernardo Fabri, rectori ecclesie Sancti Johannis de Cruscadis, Narbonensis diocesis, qui olim ecclesiam de Argens, Narbonensis dioecesis, per litteras Johannis, Sanctae Ceciliae presbyteri cardinalis, tunc in partibus illis apostolicae sedis legati, et postmodum, quia alius hanc ecclesiam possidebat, ecclesiam Sancti Johannis de Cruscadis, obtinuit, et deinde, de minore aetate sua et de collatione ecclesiae de Argens mentionem non faciens, ecclesiam Sancti Johannis in ejusdem legati manibus resignavit, quam denique idem legatus, ignorans eum esse minorem, ei, tunc viginti tres annos nato, de novo concessit. Cum eo dispensat, cum jam viginti et quinque annos natus sit et ad presbyteralem ordinem promotus, ut eamdem ecclesiam retinere valeat; dummodo de fructibus jam perceptis portionem congruam in evidentem utilitatem ejusdem ecclesiae, juxta discretorum virorum consilia, convertat.

« Tue devotionis merita... — Dat. apud Urbemveterem, IIII nonas martii, anno quarto. »

4563 Orvieto, 15 mars 1291.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 46, c. 50, f. 9 v°.)

Magistro Henrico Hose, juris canonici professori, presbytero, cancellario Wellensi. Cum eo dispensat ut ecclesiam de Assebur, Saresbiriensis dioecesis, ipsi collatam, et ecclesiam de Bodekeleghe, Bathoniensis dioecesis, ipsi commendatam ante concilium Lugdunense, quas insimul sine apostolicae sedis dispensatione detinuit, et cancellariam ecclesiae Wellensis, quae dignitas est, nuper ab ipso receptam, insimul retinere valeat; dummodo de fructibus ex praedictis ecclesiis de Assebur et de Bodekeleghe perceptis in earumdem ecclesiarum evidentem utilitatem congruam portionem, ad arbitrium boni viri, convertat.

« Laudabilis conversationis et... — Dat. apud Urbemveterem, idibus martii, anno quarto. »

4564 Orvieto, 14 mars 1291.

Declarat nullum infradicto hospitali praejudicium, quin ejusdem hospitalis fratres libere ad opus infirmorum et pauperum eleemosynas petere et recipere possint, per litteras quibus omnem quaestum Terrae Sanctae praetextu faciendum interdixit generari. (Reg. 46, c. 51, f. 10 r°.)

Dilectis filiis .. rectori et fratribus hospitalis pauperum de Ponte Civitatis Aretine, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis.

« Pridem ad nostram... — Dat. apud Urbemveterem, II idus martii, anno quarto. »

4565 Orvieto, 5 mars 1291.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 46, c. 52, f. 10 r°.)

Henrico de Estude, clerico, Winctoniensis diocesis. Cum eo dispensat ut, non obstante defectu natalium, ad omnes ordines promoveri et ecclesiasticum beneficium obtinere valeat. — Pater ejus, cum olim puellam quamdam nondum ad copulam conjugalem aptam duxisset uxorem et illa ei debitum facere non valeret, aliam mulierem cognovit carnaliter et praedictum Henricum ex ea genuit.

« Illegitime genitos quos... — Dat. apud Urbemveterem, III nonas martii, anno quarto. »

4566 Orvieto, 10 mars 1291.

Licentia celebrandi divina officia tempore generalis interdicti. (Reg. 46, c. 53, f. 10 r°.)

.. *priori et fratribus hospitalis leprosorum de Colle, Perusine diocesis,* indulget ut, tempore generalis interdicti, in ecclesia hospitalis, eorum capellani, ipsis ac leprosis, conversis ceterisque familiaribus ejusdem hospitalis assistentibus, divina officia celebrari et ipsi ab eisdem capellanis ecclesiastica sacramenta recipere possint.

« Desideriis vestris in... — Dat. apud Urbemveterem, VI idus martii, anno quarto. »

4567-4569 Orvieto, 15 mars 1291.

Indulgentiae. (Reg. 46, c. 54, f. 10 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam concedit unius anni et XL dierum poenitentibus et confessis qui ecclesiam prioratus de Sancto Maxiano, ordinis S. Benedicti, Belvacensis dioecesis, in die dominica in qua cantatur « Letare Jerusalem », in singulis beatae Mariae virginis et sanctorum Johannis Baptistae, Petri et Pauli apostolorum festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint.

« Licet is de... — Dat. apud Urbemveterem, idibus martii, anno quarto. »

Orvieto, 1er mars 1291.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sancti Pancratii martyris de Aramone, Uticensis dioecesis, in ejusdem martyris, sancti Nicolai episcopi et confessoris et beatae Catherinae martyris festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae. Dat. apud Urbemveterem, kalendis martii, anno quarto.

Orvieto, 2 mars 1291.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Beatae Mariae de Valle viridi, Nemausensis dioecesis, in quatuor ejusdem virginis et S. Johannis Baptistae festivitatibus et per octo dies sequentes.

« Virga venustissima et... — Dat. apud Urbemveterem, VI nonas martii, anno quarto. »

4570 Orvieto, 7 mars 1291.

Carta universitatis de Graiaco. (Reg. 46, c. 55, f. 10 v°.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Bisuntino. « Sollicite considerationis indagine perlustrantes quod per litterarum studia, cooperante illo a quo universorum carismatum dona manant, in terris in quibus haberi noscuntur divinorum cultus augetur, crescit devotio et fides catholica invalescit, ac earum incole virtutum decorantur insigniis sibique thesauros scientie vendicant cunctis operibus preferendos, studia ipsa libenter in locis plantamus accomodis, et, ut plantata succrescant et germinent, apostolici favoris suffragio confovemus. Cum itaque, sicut dilecti filii .. Sancti Pauli Bisuntini et .. de Golya, ordinis S. Augustini, ac aliorum quorumdam monasteriorum abbates et prioratuum priores ac alii diversorum ordinum religiosi et clerici seculares, diversarum facultatum magistri quamplures, Bisuntine civitatis et diocesis, necnon et nobilis vir .. comes Burgundie, per suas patentes litteras eorumque sigillis munitas, nobis intimare curarunt, locus de Graiaco, tue diocesis, consideratis attentius ejus circumstantiis universis, accomodus et aptus quamplurimum studio dinoscatur, nos, publice utilitatis profectibus expedire non modicum arbitrantes ut cultores sapientie augmententur, fructum desideratum, largiente scientiarum domino, in tempore producturi, gerentes etiam de tue circumspectionis industria fidutiam in Domino specialem, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus auctoritate nostra facias et concedas ut in dicto loco de Graiaco sit deinceps studium generale, in quo magistri doceant et scolares libere studeant et audiant in quavis licita facultate. Et si qui processu temporis in eodem studio fuerint qui, scientie bravium assecuti, sibi docendi licentiam ut

alios liberius erudire valeant petierint exhiberi, statuas et ordines auctoritate predicta ut in jure canonico et civili necnon et in medicina et artibus examinari possint ibidem ac in eisdem facultatibus dumtaxat titulo magisterii decorari. Statuas insuper ut, quotiens aliqui ad magisterium fuerint promovendi, presententur tibi et successoribus tuis, qui pro tempore fuerint, vel eis quos ad hoc tu et prefati successores duxeritis deputandos, qui, magistris facultatis illius in qua examinatio fuerit facienda de universitate scolarium in eodem studio presentibus convocatis, eos gratis et difficultate quacumque sublata, de scientia, facundia, modo legendi et aliis etiam que in promovendis ad magisterii officium requiruntur examinare studeant diligenter, et illos quos ydoneos repererint, petito secrete magistrorum eorumdem consilio, quod in ipsorum consulentium dispendium vel jacturam revelari quomodolibet sub divine maledictionis interminatione districtissime prohibemus, approbent et admittant, eisque petitam licentiam largiantur, alios minus ydoneos penitus repellendo, postpositis omnino gratia, odio et favore. Ceterum, ne, vacante Bisuntina ecclesia, contingat promoveri volentes ad magisterium impediri, volumus ut tempore vacationis ipsius ecclesie, capitulo Bisuntino vel ejus ydoneo vicario ad hoc specialiter constituto promovendi hujusmodi presententur, qui eos examinent et examinatos approbent vel reprobent secundum modum in te superius declaratum. Illi autem qui in loco prefato examinati et approbati fuerint ac docendi licentiam obtinuerint, sicut predicitur, ex tunc absque examinatione vel approbatione alia regendi et docendi ubique plenam et liberam habeant facultatem, nec a quoquam valeant prohiberi. Sane, ut rite in prefatis examinationibus procedatur, precipimus ut magistri legere in eodem studio cupientes, antequam incipiant, prestent publice juramentum quod ipsi vocati ad examinationes easdem venient, nisi fuerint legitime impediti, et gratis, sine difficultate, odio et favore postpositis, dabunt examinatori fidele consilium qui de examinatis vel ut digni approbari debeant aut indigni merito reprobari. Qui vero juramentum hujusmodi prestare noluerint, nec ad legendum nec ad examinationes easdem, nec etiam ad aliqua universitatis predicte comoda vel beneficia ullatenus admittantur. Dat. apud Urbemveterem, nonis martii, anno quarto. »

4571 Orvieto, 11 mars 1291.

Mandat ut Jacobus, Masseus et Nicolaus, filii quondam Leonardi Baractalis, civis Spoletani, qui olim de haeresi immerito condemnatus fuit, ad quascumque dignitates, etiam ecclesiasticas, idonei denuncientur. (Reg. 46, c. 56, f. 11 r°; Potth., 23596.)

Dilecto filio fratri Johanni de Perusio, ordinis minorum, inquisitori heretice pravitatis in civitate et diocesi Spoletana auctoritate sedis apostolice deputato.

« Sua nobis dilecti... — Dat. apud Urbemveterem, v idus martii, anno quarto. »

4572 Orvieto, 13 mars 1291.

Johanni, quondam Trajectensi electo, fructus de bonis ecclesiae Trajectensis perceptos remittit. (Reg. 46, c. 57, f. 11 r°.)

Dilectis filiis .. Maximini extra Treverenses et .. Sancti Arnulphi extra Metenses muros monasteriorum abbatibus.

« Cum dilecti filii Gisilbertus, archidiaconus in ecclesia Trajectensi, et magister Johannes de Syttert, canonicus ecclesie Daventrensis, Trajectensis diocesis, procuratores dilecti filii Johannis, quondam electi Trajectensis, habentes ab ipso ad hoc speciale mandatum, omne jus quod ei in ecclesia Trajectensi, ratione electionis vel postulationis de ipso hactenus celebrate in ipsa, seu propter illius confirmationem secutum, vel alias ei quomodolibet competebat, aut competere poterat, sponte ac libere in nostris manibus resignassent, nos, hujusmodi resignatione recepta, benigna consideratione pensantes ejusdem Johannis nobilitatem generis, ne ipse, tam nobilibus ortus natalibus, necessariorum sustineret defectum, ei quandam summam pecunie de redditibus et proventibus episcopalibus ecclesie supradicte percipiendam ab eodem Johanne quandiu vixerit in certis locis, annis singulis, in subventionem necessariorum suorum, auctoritate litterarum nostrarum concessimus de gratia spetiali. Voluimus tamen quod ipse Johannes, quondam electus, civitatem Trajectensem, oppida, castra, munitiones, terras, loca et alia bona que ad episcopatum Trajectensem spectare noscuntur tunc futuro Trajectensi electo, seu episcopo, vel ejus nuntiis, receptis predictis litteris, sine difficultate qualibet restitueret, et restitutionem hujusmodi eidem electo seu episcopo, sive dictis ejus nuntiis, infra duos menses post receptionem dictarum litterarum computandos, per Johannem quondam electum fieri mandavimus supradictum; quodque ante restitutionem civitatis, oppidorum, castrorum, munitionum, terrarum, locorum et aliorum bonorum immobilium nichil de provisione hujusmodi per nos sibi facta percipiat nec jus aliquod sibi competat in eadem, sed ex tunc demum predicta provisio teneat et suum sortiatur effectum. Postmodum vero predicti procuratores nobis

humiliter supplicarunt ut predictum Johannem, quondam electum, a restitutione fructuum perceptorum de bonis predictis absolvere de benignitate apostolica curaremus. Nos itaque, volentes ut predictus Johannes, quondam electus, eo magis Deo et ecclesie exhibeat se devotum quo majorem a nobis fuerit gratiam consecutus, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus, postquam ipse civitatem, oppida, castra, munitiones, terras, loca et alia bona predicta dilecto filio magistro Johanni de Syrkes, electo Trajectensi, quem, tunc capellanum nostrum, ecclesie Trajectensi prefate, vacanti per resignationem predictam, in episcopum prefecimus et pastorem, sive procuratoribus vel nuntiis suis, libere, infra predictorum duorum mensium spatium, prout est expressum superius, restituerit, vos auctoritate nostra concedatis eidem ut predictos fructus licite retinere valeat, et ad restitutionem aliam faciendam de illis minime teneatur. Volumus autem quod, ad arbitrium boni viri, aliquam congruam portionem de fructibus sic perceptis in evidentem utilitatem dicte ecclesie idem Johannes, quondam electus, convertere teneatur. Dat. apud Urbemveterem, III idus martii, anno quarto. »

4573 Orvieto, 13 mars 1291.

Absolutio ab excommunicationis sententia. (Reg. 46, c. 58, f. 11 r°)

Eisdem mandat ut, « cum predictus Johannes, quondam electus, pro eo quod personaliter extitit in conflictu in quo bone memorie Engelbertus, Coloniensis archiepiscopus, captus extitit et etiam captivatus, et ad hoc dedit auxilium et favorem, necnon latas in ipsum de mandato sedis apostolice, pro eo quod decimam Terre Sancte subsidio deputatam et in loco fratrum predicatorum Trajectensi depositam de loco asportavit eodem, excommunicationis, suspensionis et interdicti sententias incurrisse noscatur, » eum absolvant; et cum eo super irregularitate quam sic ligatus, sacros ordines recipiendo et divinis se immiscendo, contraxit dispensent.

« Cum dilecti filii... — Dat. ut supra. »

4574 Orvieto, 6 mars 1291.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 46, c. 59, f. 11 v°.)

Magistro Guillelmo de Mandagoto, notario nostro, preposito ecclesie Tholosane, ordinis S. Augustini, praeposituram ecclesiae Tholosanae, per obitum Vitalis vacantem, confert, et cum eo dispensat ut eam cum canonicatu et archidiaconatu ecclesiae Uticensis, quae obtinet, retinere possit.

« Recte agere credimus... — Dat. apud Urbemveterem, II nonas martii, anno quarto. »

4575 Orvieto, 15 mars 1291.

Dispensatio pro clericis quos promovit aut de beneficiis providit bonae memoriae Jacobus, ecclesiae Oscensi quondam non canonice praefectus. (Reg. 46, c. 60, f. 11 v°.)

Venerabili fratri .. Ademaro, episcopo Oscensi. « Lecta coram nobis tua petitio continebat quod olim, bone memorie Garsia, Oscensi electo, apud civitatem Viterbiensem viam universe carnis ingresso, et .. preposito ecclesie Oscensis suo et capituli ejusdem ecclesie nomine pie memorie Gregorio pape X°, predecessori nostro, humiliter supplicante ut providendi per electionem canonicam vel postulationem concordem eidem ecclesie de pastore ipsis licentiam concedere dignaretur, idem predecessor, eis postulatam concedens licentiam, voluit ut de consilio et assensu quondam fratris Raymundi de Pennaforti, ordinis predicatorum, penitentiarii et capellani dicti predecessoris, sibi assumerent personam ydoneam in pastorem, si secus facerent, irritum decernendo. Verum idem prepositus et capitulum absque consilio et assensu dicti fratris ad electionem postmodum procedentes, bone memorie Jacobum, episcopum Oscensem, in suum elegerunt episcopum et pastorem, qui, recepto consecrationis munere, plures clericos promovit ad sacros ordines et pluribus providit de beneficiis ecclesiasticis, etiam curam habentibus animarum. Cum autem a nonnullis juris peritis firmiter asseratur electionem dicti Jacobi propter premissa minus canonicam extitisse, ac per consequens ea que in hac parte per ipsum fuerunt habita de jure nullam obtinent firmitatem, de ipsorum clericorum salute sollicitus, nobis humiliter supplicasti ut providere ipsis super hoc, maxime cum multitudo sit in causa, de benignitate apostolica curaremus. Nos itaque, de circumspectione tua gerentes in Domino fidutiam pleniorem, dispensandi cum predictis clericis qui ab eodem Jacobo taliter ordines seu beneficia receperunt, dummodo sint ydonei et aliud canonicum non obsistat, quod eorum quilibet possit in susceptis ordinibus ministrare, ac beneficium sic receptum cum fructibus ex eo perceptis licite retinere, seu de novo ipsis beneficia hujusmodi conferendi, prout animarum eorum saluti videris expedire, premissis veris existentibus, liberam tibi concedimus

tenore presentium facultatem. Dat. apud Urbemveterem, idibus martii, anno quarto. »

4576-4583 Orvieto, 19 mars 1291.

Indulgentiae. (Reg. 46, c. 61, f. 11 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam concedit unius anni et xl dierum poenitentibus et confessis qui ecclesiam Sancti Martini de Sonions, Belvacensis dioecesis, in quatuor beatae Mariae virginis et in sanctorum Martini et Nicolai festivitatibus visitaverint.

« Vite perennis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, xiiii kalendas aprilis, anno quarto. »

In e. m. eisdem, pro ecclesia .. guardiani et fratrum ordinis minorum Peronensium, Noviomensis dioecesis. Dat. ut supra.

In e. m. eisdem, pro ecclesia .. guardiani et fratrum ordinis minorum de Roya, Ambianensis dioecesis. (*En marge.*)

Orvieto, 21 mars 1291.

In e. m. eisdem, pro ecclesia .. guardiani et fratrum ordinis minorum de Monte Sanctae Mariae in Georgio, Firmanae dioecesis, in singulis beatae Mariae virginis, sanctorum Francisci, Blasii, Antonii et sanctarum Luciae et Clarae festivitatibus et per octo dies sequentes. Dat. apud Urbemveterem, xii kalendas aprilis, anno quarto. (*Ibid.*, Potth., 23616.)

Orvieto, 15 mars 1291.

In e. m. eisdem, pro ecclesia de Valle, Nemausensis dioecesis, in honorem beatae Mariae virginis constructa, in quatuor ejusdem virginis et singulis Sanctae Crucis et S. Petri apostoli festivitatibus et per octo dies sequentes. Dat. apud Urbemveterem, idibus martii, anno quarto. (*Ibid.*)

In e. m. eisdem, pro ecclesia monasterii Sancti Lucae extra muros Narnienses, in singulis ejusdem sancti et quatuor beatae Mariae virginis festivitatibus et per octo dies sequentes.

« Splendor paterne glorie... — Dat. ut supra. » (*Ibid.*)

Orvieto, 18 mars 1291.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sancti Michaelis Archangeli domus hospitalis de Vesconci, Aretinae dioecesis, in singulis ejusdem sancti festivitatibus et per octo dies sequentes.

« Licet is de... — Dat. apud Urbemveterem, xv kalendas aprilis, anno quarto. » (*Ibid.*)

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sanctae Mariae de Tutela, Tirasonensis dioecesis, in quatuor ejusdem virginis et sanctorum Johannis Baptistae et Johannis Evangelistae festivitatibus et per octo dies sequentes. Dat. ut supra. (*Ibid.*)

4584 Orvieto, 11 mars 1291.

Emendantur errores in quibusdam litteris de collatione beneficiorum. (Reg. 46, c. 62, f. 12 r°.)

Willelmo Burnelli, preposito ecclesie Wellensis, cum quo, tunc unum et viginti annos nato, dispensatum jam fuit ut praeposituram Wellensis ecclesiae et ecclesiam de Westerham, Rossensis dioecesis, una cum canonicatibus et praebendis in Lichefeldensi, Saresbiriensi, Landovensi, Menevensi et Sancti Audomari, Morinensis dioecesis, ecclesiis detinere posset, nuper, consideratione nobilis viri Ottonis de Grandisono, concessit papa per litteras suas ut, dimissa ecclesia de Westerham, loco ejus ecclesiam de Donton, Saresbiriensis dioecesis, accipere posset; sed in litteris illis ubi apponi debuit Burnelli, Brunelli fuit appositum, et ubi vicesimus primus, vicesimus tertius; non obstante quo errore, concedit papa ut illae litterae plenum robur habeant firmitatis.

« Dudum ex parte... — Dat. apud Urbemveterem, v idus martii, anno quarto. »

4585 Orvieto, 6 mars 1291.

De manentibus monasterii Sancti Benedicti de Monte Subasio, Asisinatis dioecesis, ab omni homagio, servitute et praestatione liberandis. (Reg. 46, c. 63, f. 12 r°.)

.. *abbati monasterii Sancti Petri Asisinatis.* « Ex parte dilectorum filiorum .. abbatis et conventus monasterii Sancti Benedicti de Monte Subasio, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, Asisinatis diocesis, fuit nobis humiliter supplicatum ut, cum ipsi quosdam homines, qui manentes ejusdem monasterii vulgariter appellantur, et ex quibus modica utilitas monasterio predicto provenit, cum ab eorum aliquibus de tertio in tertium, et ab aliquibus de quarto in quartum annum, unum pullum gallinatium et unum panem tantum census nomine percipiunt, habere noscantur, eis liberandi predictos homines, cum familiis suis ac medietate omnium bonorum mobilium et immobilium que obtinent, reliqua medietate ipsorum bono-

rum eidem monasterio remanente, ab omni homagio, servitute ac prestatione hujusmodi censuum que dicto monasterio prestare tenentur licentiam concedere curaremus. Nos itaque, de circumspectione tua plenam in Domino fidutiam obtinentes, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus inquiras super premissis diligentius veritatem et quod super hiis inveneris nobis per tuas litteras harum seriem continentes studeas fideliter intimare, ut, tua relatione instructi, ad concedendum hujusmodi licentiam securius procedere valeamus. Dat. apud Urbemveterem, II nonas martii, anno quarto. »

4586 Orvieto, 15 mars 1291.

Collatio tabellionatus. (Reg. 46, c. 64, f. 12 r°.)

Venerabili fratri Egidio, archiepiscopo Senonensi, supplicantibus nonnullis abbatibus et aliis personis ecclesiasticis Trecensis dioecesis, mandat ut tabellionatus officium magistro Johanni dicto Patriarchae, clerico Trecensi, in minoribus ordinibus constituto, conferat.

« Supplicarunt nobis nonnulli... — Dat. apud Urbemveterem, idibus martii, anno quarto. »

4587 Orvieto, 13 février 1291.

Infradictis mandat ut quaedam privilegia hospitalis Sancti Johannis Dublinensis, ordinis S. Augustini, transcripta ad sedem apostolicam, quae ea innovet, mittant. (Reg. 46, c. 65, f. 12 r°; Potth., 2356.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Armachano et dilectis filiis .. priori predicatorum ac .. guardiano minorum fratrum ordinum de Ponte, Armachane diocesis.

« Ex parte dilectorum... — Dat. apud Urbemveterem, idibus februarii, anno tertio. »

4588 Orvieto, 15 mars 1291.

Collatio beneficiorum. (Reg. 46, c. 66, f. 12 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Casertano et dilectis filiis Titio, capellano nostro, archipresbytero ecclesie Collensis, Florentine diocesis, ac magistro Landulfo Bulcano, canonico Messanensi, mandat ut magistro Matthaeo dicto protonobilissimo, capellano papae, cantori ecclesiae Carnotensis et Neapolitano canonico, unum vel plura beneficia in archiepiscopatu Neapolitano, quorum redditus sexdecim uncias auri valeant, conferat, non obstante « quod in ecclesia Capuana canonicatum et quedam beneficia sine cura, necnon in civitate Neapolitana quandam capellam cui cura non imminet animarum et quasdam annuas pensiones unciarum auri septem noscitur obtinere. »

« Clari dilecti filii... — Dat. apud Urbemveterem, idibus martii, anno quarto. »

4589-4605 Orvieto, 15 mars 1291.

Indulgentiae (Reg. 46, c. 67, f. 12 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit poenitentibus et confessis qui ecclesiam prioratus Sancti Petri de Asperis, Nemausensis dioecesis, in S. Petri et quatuor beatae Mariae virginis festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae visitaverint.

« Sanctorum meritis inclita... — Dat. ut supra. »

In e. m., pro ecclesia Beatae Mariae de Muriano, Torcellanae dioecesis, in quatuor beatae Mariae virginis et S. Donati, cujus corpus in eadem ecclesia habetur, festivitatibus et per octo dies sequentes.

« Vite perennis gloria... — Dat. ut supra. »

In e. m., pro ecclesia Beatae Mariae ad Portam civitatis Mediolanensis, in singulis beatae Mariae virginis festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae. Dat. ut supra.

Orvieto, 14 mars 1291.

In e. m., pro ecclesia Sancti Ambrosii Magdeburgensi, in festo ejusdem sancti, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis illius ecclesiae. Dat. apud Urbemveterem, II idus martii, anno quarto.

Orvieto, 6 mars 1291.

In e. m., pro ecclesia Beatae Mariae de Uxua, Pampilonensis dioecesis, in beatae Mariae virginis festivitatibus et per octo dies sequentes. Dat. apud Urbemveterem, II nonas martii, anno quarto.

Orvieto, 15 mars 1291.

In e. m., pro ecclesia Sancti Johannis Novi monasterii Pictaviensis, in S. Johannis Baptistae, S. Johannis Evangelistae et Ascensionis Domini festivitatibus, per octo dies sequentes et per tres dies rogationum Ascensionem praecedentes. Dat. apud Urbemveterem, idibus martii, anno quarto.

Orvieto, 13 mars 1291.

In e. m., pro ecclesia .. guardiani et conventus fra-

trum minorum Eugubinorum, in beatae Mariae virginis, S. Francisci, S. Antonii et sanctae Clarae festivitatibus et per octo dies sequentes. Dat. apud Urbemveterem, III idus martii, anno quarto (POTTH., 23599).

Orvieto, 15 mars 1291.

In e. m., pro ecclesia Sancti Nicolai de Columpna Adriana de Urbe, in singulis ejusdem sancti festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae. Dat. apud Urbemveterem, idibus martii, anno quarto.

In e. m., pro ecclesia Sanctae Nimphae juxta Portum, Portuensis dioecesis, in sanctae Nimphae et quatuor beatae Mariae virginis festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae. Dat. ut supra.

Orvieto, 21 mars 1291.

In e. m., pro ecclesia Beatae Mariae de Lochis, Turonensis dioecesis, in quatuor beatae Mariae virginis et in sanctae Crucis festivitatibus et per octo dies sequentes. Dat. apud Urbemveterem, XII kalendas aprilis, anno quarto.

Orvieto, 7 mars 1291.

In e. m., pro ecclesia Ameliensi, in Assumptionis beatae Mariae virginis, S. Johannis Baptistae, S. Olimpiadis martyris et sanctae Firminae virginis festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae. Dat. apud Urbemveterem, nonis martii, anno quarto. (*En marge.*)

Orvieto, 15 mars 1291.

In e. m., pro ecclesia .. prioris et conventus domus heremitarum de Monte Rubiano, ordinis S. Augustini, Firmanae dioecesis, in sanctorum Michaelis Archangeli, Laurentii et Georgii festivitatibus et per octo dies sequentes. Dat. apud Urbemveterem, idibus martii, anno quarto. (*Ibid.*)

In e. m., pro ecclesia .. prioris et conventus domus heremitarum Aesculanae, ordinis S. Augustini, in hujus sancti et sanctarum Luciae et Mariae Magdalenae festivitatibus et per octo dies sequentes. Dat. ut supra. (*Ibid.*)

In e. m., pro ecclesia Sanctae Luciae de Paterno, Balneoregensis dioecesis, in hujus sanctae et Annunciationis beatae Mariae virginis festivitatibus et per octo dies sequentes. Dat. ut supra. (*Ibid.*)

Orvieto, 18 mars 1291.

In e. m., pro capella Beatae Mariae in ecclesia Sancti Petri de Muxeyo, Lingonensis dioecesis, in quatuor beatae Mariae virginis festivitatibus et per octo dies sequentes. Dat. apud Urbemveterem, XV kalendas aprilis, anno quarto. (*Ibid.*)

Orvieto, 1er mars 1291.

In e. m., pro ecclesia .. abbatis et conventus Majoris monasterii Turonensis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, in Assumptionis beatae Mariae virginis et S. Martini festivitatibus et per octo dies sequentes. Dat. apud Urbemveterem, kalendis martii, anno quarto. (*Ibid.*)

Orvieto, 15 mars 1291.

In e. m., pro ecclesia monasterii Sancti Geraldi de Aureliaco, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, Claromontensis dioecesis, in beatorum Petri apostoli, Benedicti et Geraldi confessorum festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae. Dat. apud Urbemveterem, idibus martii, anno quarto. (*Ibid.*)

4606 Orvieto, 20 mars 1291.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (REG. 46, c. 68, f. 13 r°.)

Magistro Willelmo de Marchia, subdiacono, rectori ecclesie de Mamecestre, Conventrensis diocesis, qui ecclesias de Mamecestre, de Vessington, de Brerdigge, de Fressewatre, de Staynegreve, de Marnham, de Levenen et de Thorp in Glebis, Conventrensis, Dunelmensis, Wintoniensis, Eboracensis et Lincolniensis dioecesium, curam animarum habentes, et decanatum Sancti Martini Magni Londoniensis, absque sedis apostolicae dispensatione recepit, nec se fecit infra annum in presbyterum ordinari, et ecclesias et decanatum praedicta, ecclesia de Thorp in Glebis dimissa, detinuit. Cum eo, consideratione E., regis Angliae, cujus regni praefatus Willelmus est thesaurarius, dispensat ut, dimissis de Staynegreve et de Levenen ecclesiis, praefata decanatum et ecclesias de Mamecestre, de Wessington, de Brerdigge, de Fressewatre et de Marnham una cum canonicatibus et praebendis quae in Saresbiriensi, Cycestrensi et Wellensi ecclesiis, et portione quadam quam in capella Sancti Clementis Pontisfracti, Eboracensis dioecesis, adeptus est, retinere valeat, et si aliquam de praedictis ecclesiis dimiserit, aliud beneficium recipere possit. Dummodo, ad arbitrium boni viri, congruam portionem de fructibus perceptis in evidentem utilitatem praedictorum canonicatus et ecclesiarum convertat.

« Apostolice sedis benignitas... — Dat. apud Urbemveterem, XIII kalendas aprilis, anno quarto. »

4607-4608 Orvieto, 15 mars 1291.

Dispensatio residentiae. (Reg. 46, c. 69, f. 13 r°.)

Philippo de Williby, decano ecclesie Lincolniensis, indulget ut obsequiis E., regis Anglorum, cujus est consiliarius, immorari possit, et interim fructus et redditus decanatus sui ecclesiae Lincolniensis percipere valeat.

« Dum conversationis et... — Dat. apud Urbemveterem, idibus martii, anno quarto. »

In e. m. .. Bathoniensi et .. Eliensi episcopis (1) mandat ut praedicto Philippo de Williby fructus et proventus ejusdem decanatus ministrari faciant.

4609-4610 Orvieto, 15 mars 1291.

Dispensatio residentiae. (Reg. 46, c. 69², f. 13 v°.)

Guillelmo de Monteforti, decano ecclesie Londoniensis, indulget ut obsequiis E., regis Anglorum, cujus est consiliarius, immorari possit, et interim fructus et redditus decanatus sui ecclesiae Londoniensis percipere valeat.

« Dum conversationis et... — Dat. ut supra. »

In e. m. .. Winctoniensi et .. Roffensi episcopis et .. decano Sancti Martini Magni Londoniensis mandat ut praedicto Guillelmo fructus et proventus ejusdem decanatus ministrari faciant.

4611 Orvieto, 1er mars 1291.

Archiepiscopo Antibarensi concedit ut ecclesiae Sardanensi, cujus provisio ad sedem apostolicam devoluta est, episcopum praeficiat. (Reg. 46, c. 70, f. 13 v°; Potth., 23585.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Antibarensi.

« Tua nobis fraternitas... — Dat. apud Urbemveterem, kalendis martii, anno quarto. »

4612 Orvieto, 18 mars 1291.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 46, c. 71, f. 13 v°; Potth., 23614.)

Venerabili fratri .. episcopo Pragensi committit ut cum nobili viro Benesio de Wartemberch et nobili muliere Agnete, nata quondam nobilis viri Chentonis de Ronowe, Pragensis dioecesis, dispenset ut in matrimonio quod olim, ignorantes impedimentum esse, contraxerunt et in quo plures filios procrearunt, non obstante tertio et quarto consanguinitatis gradu quo conjuncti sunt, remanere valeant.

« Petitio dilecti filii... — Dat. apud Urbemveterem, xv kalendas aprilis, anno quarto. »

4613-4614 Orvieto, 19 mars 1291.

Collatio beneficii. (Reg. 46, c. 72, f. 13 v°.)

Magistro Petro Rotarii, canonico Turonensi, capellano nostro. Ei canonicatum cum plenitudine juris canonici et praebendam in ecclesia Turonensi confert, non obstantibus archidiaconatu, canonicatu et praebenda quae in ecclesia Cenomanensi obtinet.

« Devotionis et honestatis... — Dat. apud Urbemveterem, xiiii kalendas aprilis, anno quarto. »

In e. m. abbatibus monasteriorum Majoris monasterii Turonensis, .. de Stella, Carnotensis dioecesis, et .. Claromontensis ecclesiae (*sic*) mandat ut praefatum Petrum in ecclesia Turonensi ut canonicum et fratrem recipi faciant.

4615 Orvieto, 18 mars 1291.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 46, c. 73, f. 14 r°.)

Thome de Rediswelle, rectori ecclesie de Bergh, Norwicensis diocesis. Cum eo dispensat ut ecclesias de Fordham et de Bergh, Londoniensis et Norwicensis dioecesium, quas insimul sine apostolicae sedis dispensatione detinuit, retinere valeat, dummodo congruam partem, juxta prudentium virorum consilium, fructuum jam perceptorum in evidentem utilitatem praedictarum ecclesiarum convertat.

« Petitio tua nobis... — Dat. apud Urbemveterem, xv kalendas aprilis, anno quarto. »

4616-4634 Orvieto, 15 mars 1291.

Indulgentiae. (Reg. 46, c. 73², f. 14 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit poenitentibus et confessis qui ecclesiam de Northona, Lincolniensis dioecesis, in quatuor beatae Mariae virginis festivitatibus et per octo dies sequentes visitaverint.

« Vite perennis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, idibus martii, anno quarto. »

(1) Ces deux noms ont été ajoutés en marge.

In e. m., pro ecclesia de Braybrok, Lincolniensis dioecesis.

In e. m., pro ecclesia .. abbatissae et conventus monasterii Beatae Mariae de Discaltiatis juxta flumen Hemam, prope Florentiam, ordinis S. Augustini.

Orvieto, 23 mars 1291.

In e. m., pro ecclesia de Birton, Eboracensis dioecesis, « in festivitate Omnium Sanctorum, in quorum honore ipsa ecclesia dicitur esse constructa, que celebratur in kalendis novembris », per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae. Dat. apud Urbemveterem, x kalendas aprilis, anno quarto.

In e. m., pro ecclesia Sanctae Elenae de Sandale castri, Eboracensis dioecesis, in hujus sanctae festivitate, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae. Dat. ut supra.

In e. m., pro ecclesia de Douvebrugge, Lichefeldensis dioecesis, in quatuor beatae Mariae virginis festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae. Dat. ut supra.

In e. m., pro ecclesia de Berkeleya, Wigorniensis dioecesis, in quatuor beatae Mariae virginis, in cujus honorem eadem ecclesia est constructa, festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae. Dat. ut supra.

In e. m., pro ecclesia monasterii Sanctae Mariae de Ferraria Theanensis, in quatuor beatae Mariae virginis et in S. Petri apostoli et S. Stephani festivitatibus et per octo dies sequentes.

« Virga venustissima et... — Dat. ut supra. »

In e. m., pro capella Beatae Mariae de Wadiviere, Cathalaunensis dioecesis, in quatuor beatae Mariae virginis, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem capellae. Dat. ut supra.

In e. m., pro ecclesia Beatae Mariae de Romaricomonte, Tullensis dioecesis. Dat. ut supra.

In e. m., pro ecclesia Sancti Jacobi de Murello, Tholosanae dioecesis, in singulis S. Jacobi, S. Saturnini et quatuor beatae Mariae virginis festivitatibus.

« Splendor paterne glorie... — Dat. ut supra. »

In e. m., pro ecclesia Sancti Germerii de Murello, Tholosanae dioecesis, in hujus sancti, S. Saturnini et quatuor beatae Mariae virginis festivitatibus et per octo dies sequentes. Dat. ut supra. (*En marge.*)

In e. m., pro ecclesia Sancti Mauritii de Veterivilla de Mirapisce, Tholosanae dioecesis, in singulis S. Mauritii, S. Jacobi et quatuor beatae Mariae virginis festivitabus et per octo dies sequentes. Dat. ut supra. (*Ibid.*)

In e. m., pro ecclesia Sancti Leodegarii super Dennam, Cabilonensis dioecesis, in ejusdem sancti, sanctorum Johannis Baptistae et Johannis Evangelistae et quatuor beatae Mariae virginis festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae.

« Licet is de... — Dat. ut supra. » (*Ibid.*)

Orvieto, 18 mars 1291.

In e. m., pro ecclesia de Tingledene, Saresbiriensis dioecesis, in Omnium Sanctorum et Annuntiationis beatae Mariae virginis festivitatibus et per octo dies sequentes. Dat. apud Urbemveterem, xv kalendas aprilis, anno quarto. (*Ibid.*)

In e. m., pro ecclesia de Telepudele, Saresbiriensis dioecesis. (*Ibid.*)

Orvieto, 23 mars 1291.

In e. m., pro ecclesia Sanctae Mariae de Pratis, Terraconensis dioecesis, in quatuor beatae Mariae virginis et S. Michaelis Archangeli festivitatibus et per octo dies sequentes.

« Gloriosus Deus in... — Dat. apud Urbemveterem, x kalendas aprilis, anno quarto. » (*Ibid.*)

In e. m., pro ecclesia Sanctae Mariae de Girone de Pregio, Perusinae dioecesis, in quatuor beatae Mariae festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae. Dat. ut supra. (*Ibid.*)

Orvieto, 2 avril 1291.

In e. m. .. priori et conventui domus Sanctae Mariae de Campestrino Foroliviensis, ordinis S. Augustini, pro eorum ecclesia, ejusdem virginis insignita vocabulo, in quatuor beatae Mariae et in S. Augustini festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae. Dat. apud Urbemveterem, IIII nonas aprilis, anno quarto. (*Ibid.*)

4635 Orvieto, 15 mars 1291.

Declarat nullum infradicto hospitali praejudicium generari per litteras quibus omnem quaestum Terrae Sanctae praetextu faciendum interdixit. (Reg. 46, c. 74, f. 14 v°.)

Dilectis filiis .. magistro et fratribus hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani.

« Pridem ad nostram... — Dat. apud Urbemveterem, idibus martii, anno quarto. »

4636-4637 Orvieto, 21 mars 1291.

Indulgentiae. (Reg. 46, c. 75, f. 14 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis.

Indulgentias iis qui pauperibus hospitalis de Colle, Perusinae dioecesis, manum caritatis porrexerint, videlicet centum dierum ab Alexandro, Urbano et Clemente et unius anni et XL dierum a Gregorio concessas confirmat.

« Inter sacrificia grata... — Dat. apud Urbemveterem, XII kalendas aprilis, anno quarto. »

In e. m. indulgentiam unius anni et XL dierum concedit visitantibus ecclesiam Carpentoratensem in beatorum Petri et Pauli, Johannis Baptistae, Johannis Evangelistae et Stephani festivitatibus et per octo dies sequentes.

« In sanctorum festivitatibus... — Dat. apud Urbemveterem, ut supra. »

4638-4641 Orvieto, 13 mars 1291

Johannes de Berkhamstede monasterio Sancti Albani, Lincolniensis dioecesis, praeficitur. (Reg. 46, c. 76, f. 14 v°.)

Dilecto filio fratri Johanni de Berkhamstede, abbati monasterii de Sancto Albano, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, Lincolniensis diocesis. Vacante monasterio de Sancto Albano, .. prior et conventus ejusdem monasterii, petita et obtenta licentia ab E., rege Angliae, ut moris est, Johanni de Berkhamstede, Roberto, priori de Binham, Johanni de Stakederine, subpriori, Henrico de Belingdona, Galfrido de Cantebrig, Adam de Wymchecumb, Johanni Passevaeunt, Raynaldo de Oxonia et Roberto de Beringham, monachis ejusdem monasterii, per compromissum concesserunt liberam eligendi abbatis potestatem, illique compromissarii praedictum Johannem de Berckhamstede elegerunt; quam electionem, per J., episcopum Tusculanum, H., Sanctae Sabinae presbyterum, et N., Sancti Adriani diaconum cardinales, examinatam, papa confirmavit; eidemque abbati per L., Ostiensem episcopum, munus consecrationis impendi fecit.

« Pastoralis officii nobis... — Dat. apud Urbemveterem, III idus martii, anno quarto. »

In e. m. .. priori et conventui monasterii de Sancto Albano mandat ut eidem abbati debitam obedientiam praebeant.

In e. m. vassallis monasterii de Sancto Albano, ut solita fidelitatis juramentum et servitia eidem abbati praebeant.

In e. m. E., regem Angliae, rogat ut eumdem abbatem commendatum habeat.

« Predecessorum tuorum regum... — Dat. ut supra. » (Potth., 23597.)

4642-4643 Orvieto, 13 mars 1291.

Collatio beneficii. (Reg. 46, c. 77, f. 15 r°.)

Magistro Johanni de Pyvelesdon, canonico ecclesie Sancti Pauli Londoniensis, canonicatum ecclesiae Sancti Pauli Londoniensis cum praebenda confert, quanquam idem Johannes ecclesiam de Stradesele, Norwicensis dioecesis, jam obtinet.

« Honestas morum, litterarum... — Dat. apud Urbemveterem, III idus martii, anno quarto. »

In e. m. .. episcopo Roffensi et magistris Nicolao de Trebis, notario et camerario papae, primicerio Metensi, ac Giffrido de Vezano, canonico Cameracensi, mandat ut praefatum Johannem in ecclesia Sancti Pauli Londoniensi ut canonicum et fratrem recipi faciant.

4644 Orvieto, 23 mars 1291.

De discordia inter episcopum et canonicos Cenomanenses terminanda. (Reg. 46, c. 78, f. 15 r°.)

Venerabili fratri .. Parisiensi et .. Meldensi episcopis. « Dudum ad nostram perlato notitiam quod gravis occasione discordie... inter venerabilem fratrem nostrum Johannem, Cenomanensem episcopum, ex parte una, et dilectos filios .. decanum et capitulum Cenomanensis ecclesie, necnon capellanos et rectores civitatis et diocesis Cenomanensis ac eorum subditos et adherentes eisdem, ex altera, » praedicta ecclesia multis molestiis et dispendiis turbabatur, « nos... venerabilibus fratribus nostris .. Constantiensi et .. Sagiensi ac bone memorie Andegavensi, tunc viventi, episcopis per nostras dedimus litteras in mandatis ut... conferentes se personaliter ad ecclesiam supradictam, vel ad locum alium ad quem partes possent accedere ac iidem secure morari, questionem seu litem que inter eundem Cenomanensem episcopum ac alios vertitur auctoritate nostra concordia infra duorum mensium spatium a receptione litterarum ipsarum sollicite terminarent, et, si hujusmodi posset terminatio provenire, ipsi excommunicationis, suspensionis et interdicti sententias, de quibus agebatur in romana curia inter partes contingentibus ea vel dependentibus ab eisdem (*sic*) studerent, difficultate submota qualibet, relaxare, injuncto eisdem Cenomanensi episcopo, decano et aliis quod de jure existeret injungendum, dispensando cum eis super irregularitate, si quam celebrando divina episcopum ac decanum et alios supradictos immiscendo se illis incurrisse forsitan contigisset. Quod si forte dis-

sidentibus partibus provenire non posset ipsius terminatio questionis, dicti episcopi prefatum Cenomanensem episcopum ac duos in dignitatibus vel personatibus constitutos et duos alios ecclesie prelibate canonicos de residentibus in eadem, quos viderent expeditioni negotii aptiores, ex parte nostra peremptorie citare curarent ut idem Cenomanensis episcopus pro se, ac dicti quatuor pro eodem capitulo, cum mandato legitimo, infra tres menses a die citationis hujusmodi numerandos, cum omnibus juribus, munimentis et defensionibus suis, coram nobis personaliter comparerent, facturi et recepturi quod super hoc per nos vel alium seu alios faciendum vel ordinandum etiam duceremus... Nominati autem Constantiensis et Sagiensis episcopi, dictis nostris receptis litteris et eodem Andegavensi episcopo, cum adhuc viveret, prius ab eis legitime requisito, eoque se per suas litteras excusante, in hujusmodi negotio, dictarum litterarum nostrarum forma servata, diligenter procedere curaverunt. Et tandem, quia negotium ipsum infra bimestris temporis spatium expressum superius per eos non potuit terminari, eundem Cenomanensem episcopum, tunc apud monasterium de Pruilliaco, Cisterciensis ordinis, Senonensis diocesis, commorantem, et dilectos filios magistros Petrum Rotarii, archidiaconum Castrilidi in ecclesia Cenomanensi predicta, et Raynaldum de Melloto, cantorem, necnon Guillelmum Merienne ac Thomam de Vario, ecclesie supradicte canonicos, tunc inibi residentes, quos viderunt ipsius expeditioni negotii aptiores, peremptorie citaverunt ut dictus episcopus pro se, ac iidem quatuor pro eodem capitulo, cum mandato legitimo, infra tres menses a die citationis hujusmodi numerandos, cum omnibus juribus, munimentis et defensionibus suis, coram nobis personaliter comparerent, facturi et recepturi quod super hoc facere vel etiam ordinare per nos vel alium seu alios curaremus, sicut in eorum litteris nobis missis et eorum sigillis munitis plenius et seriosius continetur. Comparentibus vero infra dictorum trium mensium spatium prefatis quatuor personaliter coram nobis, prenominatus Cenomanensis episcopus, in hujusmodi termino contumaciter non comparens, excusatorem destinare curavit, cujus excusationes pro eo in nostra et fratrum nostrorum presentia propositas per eundem nos, tanquam insufficientes et minus legitimas duximus, exigente justitia, repellendas, dictum Cenomanensem episcopum in hac parte reputantes non immerito contumacem, condempnationem expensarum parti alteri faciendam et taxationem ipsarum nostro arbitrio reservando. Cum autem ad reformationem status ejusdem Cenomanensis ecclesie sollicitis studiis intendamus, firmaque nobis credulitas suggerat quod ea que vobis committimus diligenter exequi studeatis, fraternitati vestre per apostolica scripta districte precipiendo mandamus quatenus prefatum Cenomanensem episcopum, necnon decanum et capitulum supradictos vos vel alter vestrum, per vos vel per alium seu alios, ex parte nostra peremptorie citare curetis, nichilominus eidem Cenomanensi episcopo sub pena suspensionis ab administratione spiritualium et temporalium, quam eo ipso illum incurrere volumus, si in infrascripto termino a nobis prefigendo eidem coram nobis non curaverit personaliter comparere, districtius injungentes ut, infra tres menses a die citationis hujusmodi computandos, dictus episcopus personaliter, prefati vero decanus et capitulum per duos vel tres de canonicis ejusdem ecclesie habentes ab ipsis mandatum sufficiens ad tractandum, componendum, concordandum et recipiendum etiam ordinationem nostram, si quam super hoc duxerimus faciendam, necnon et ad litigandum, si necesse fuerit, et alia quoque ac singula faciendum que veri et legitimi procuratores facere possunt et debent, cum omnibus juribus, munimentis et defensionibus suis, compareant coram nobis, facturi et recepturi quod super hoc per nos vel per alium seu alios faciendum duxerimus vel etiam ordinandum. Et nichilominus prefatis partibus auctoritate nostra precipiatis expresse ut neutra partium alteram trahat seu trahi procuret in causas que ad forum seculare non pertinent coram judice seculari. Diem vero... Dat. apud Urbemveterem, x kalendas aprilis, anno quarto. »

4645 Orvieto, 15 mars 1291.

De eodem negotio. (Reg. 46, c. 79, f. 15 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo Parisiensi. « Ex parte dilectorum filiorum .. decani et capituli Cenomanensis ecclesie fuit expositum coram nobis quod venerabilis frater noster Johannes, Cenomanensis episcopus, ad eorum indebitam turbationem et vexationem aspirans, ipsos et eorum singulos necnon et adherentes eisdem, super hiis que omnino ad ecclesiasticum forum spectant, et precipue super articulis super quibus inter eundem episcopum, ex parte una, et decanum ac alios supradictos, ex altera, in romana curia questio ventilatur, trahit seu trahi procurat in causam coram judicibus secularibus, in predictorum decani et aliorum prejudicium et gravamen ac libertatis ecclesie detrimentum ; quare suppliciter petebatur a nobis ut providere super hoc de benignitate sedis apostolice dignaremur. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus, si est ita,

eidem episcopo auctoritate nostra, per te vel per alium seu alios, districtius inhibere procures ne ulterius talia facere quoquo modo presumat, ipsum ab hiis, si necesse fuerit, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo... Dat. apud Urbemveterem, idibus martii, anno quarto. »

4646 Orvieto, 5 mars 1291.

Concessio prioratus monasterio Sancti Rufi Valentino. (Reg. 46, c. 80, f. 15 v°.)

.. *abbati monasterii Sancti Rufi Valentini, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Augustini*, indulget, post examinationem negotii per .. archiepiscopum Viennensem factam, ut, ad supportanda monasterii onera, unum ex prioratibus eidem monasterio subjectis retinere valeat.

« Desideriis tuis in... — Dat. apud Urbemveterem, III nonas martii, anno quarto. »

4647 Orvieto, 5 mars 1291.

De monasterio Sancti Rufi Valentino contra Rodanum defendendo. (Reg. 46, c. 80², f. 16 r°.)

Dilectis filiis (.. *abbati monasterii Sancti Rufi Valentini*) (1), .. *Beate Marie de Plataria, Lugdunensis, ac .. Sancti Jacobi de Melgorio, Magalonensis diocesium, prioribus*, mandat ut .. abbati et conventui monasterii Sancti Rufi Valentini decimam prioratuum et membrorum ejusdem monasterii, ad monasterium contra Rodanum fluvium defendendum convertendam, eis ab apostolica sede concessam usque ad sex annos integre ministrari faciant.

« Officii nostri debitum... — Dat. ut supra. »

4648 Orvieto, 5 mars 1291.

De eodem negotio. (Reg. 46, c. 80³, f. 16 r°, en marge.)

Nicolaus, etc. Dilectis filiis .. abbati et conventui monasterii Sancti Rufi Valentini, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Augustini, praedictam decimam concedit.

« Officii nostri debitum... — Dat. ut supra. »

(1) Il y a évidemment une erreur dans la partie de la rubrique que j'ai mise en parenthèse.

4649-4654 Orvieto, 28 mars 1291.

Indulgentiae. (Reg. 46, c. 81, f. 16 r°.)

.. *decano, .. preposito et capitulo ecclesie Carnotensis.* Indulgentiam duorum annorum et duarum quadragenarum concedit visitantibus praefatam ecclesiam, Beatae Mariae vocabulo insignitam, in quatuor ejusdem virginis festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae.

« Excelsa super sidera... — Dat. apud Urbemveterem, v kalendas aprilis, anno quarto. »

Orvieto, 15 mars 1291.

In e. m. .. praeposito et capitulo saecularis ecclesiae Beatae Mariae de Martoreto de Riomo, Claromontensis dioecesis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit visitantibus praedictam ecclesiam in quatuor beatae Mariae festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae. Dat. apud Urbemveterem, idibus martii, anno quarto.

Orvieto, 23 mars 1291.

In e. m. universis Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis, pro capella .. magistri et fratrum hospitalis Beatae Mariae Remensis, in Annuntiationis beatae Mariae et beatae Catherinae, in cujus honorem praedicta capella est constructa, festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem capellae.

« Vite perennis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, x kalendas aprilis, anno quarto. »

In e. m., pro eorumdem capella, in Assumptionis beatae Mariae virginis et S. Thomae, in cujus honorem praedicta capella est constructa, festivitatibus, etc., ut supra. (*En marge.*)

In e. m., pro eorumdem capella, in Assumptionis beatae Mariae virginis et S. Lupi, in cujus honorem praedicta capella est constructa, festivitatibus, etc., ut supra. (*Ibid.*)

Orvieto, 28 mars 1291.

In e. m., pro ecclesia .. guardiani et fratrum ordinis minorum Limiricensium, in quatuor beatae Mariae virginis et in sanctorum Francisci, Antonii et sanctae Clarae festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae. Dat. ut supra, v kalendas aprilis, anno quarto. (*Ibid.*, Potth., 23629.)

4655-4656 Orvieto, 1er mars 1291.

Collatio beneficii. (Reg. 46, c. 82, f. 16 v°.)

Arnoldo de Blanckenhem, scolastico ecclesie Monasterien-

sis. « Apostolice sedis benignitas... Nuper siquidem canonicatum et preposituram ac prebendam tunc vacantes in Leodiensi ecclesia per obitum quondam magistri Angeli de Urbe, notarii nostri, ipsius ecclesie canonici et prepositi, qui apud apostolicam sedem decesserat, tibi, scolastriam Monasteriensis ecclesie, quam tunc temporis obtinebas, libere in nostris manibus resignanti, de gratia contulimus liberali. Verum, sicut fidedignorum habet assertio, eidem scolastrie per te ac tuos utilis esse poteris et multipliciter fructuosus; nos... scolastriam eandem... de novo tibi apostolica auctoritate conferimus et providemus de illa, et dilectum filium Johannem de Penestre, camere nostre clericum, thesaurarium ecclesie Cathalaunensis, investimus tuo nomine per nostrum anulum presentialiter de eadem... Non obstante... quod in predicta Monasteriensi et Sanctorum Apostolorum Coloniensi, necnon et in Treverensi ac de Monasterio in Efflia, Coloniensis diocesis, ecclesiis canonicatus et prebendas nosceris obtinere... Dat. apud Urbemveterem, kalendis martii, anno quarto. »

In e. m. .. Sanctae Mariae ad Gradus et .. Sancti Georgii ecclesiarum Coloniensium decanis, et Jacobo de Labro, canonico Reatino, mandat ut praefatum Arnoldum vel ejus procuratorem in corporalem possessionem scolastriae iilius inducant.

4657 Orvieto, 15 mars 1291.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 46, c. 83, f. 16 v°.)

Magistro Roberto de Thorp, subdiacono, rectori ecclesie de Tywe, Lincolniensis diocesis, qui, ante generale concilium Lugdunense, ecclesiam de Rokeby, et post idem concilium, ecclesias de Pleymundestowe et deinde de Westerkyekeby in Wirshale, ac demum de Tywe, Conventrensis, Lichefeldensis et Lincolniensis dioecesium, recepit, et sine apostolicae sedis dispensatione insimul detinuit, nec se ad presbyteratum promoveri fecit. Cum eo dispensat ut praedictas ecclesias retinere valeat, dummodo, ad arbitrium boni viri, congruam partem fructuum jam perceptorum in evidentem earumdem ecclesiarum utilitatem convertat.

« Merita tue devotionis... — Dat. apud Urbemveterem, idibus martii, anno quarto. »

4658 Orvieto, 28 mars 1291.

De quibusdam domibus a fratribus prioratus Sancti Martini in Valle Carnotensis fratribus minoribus de Carnoto vendendis. (Reg. 46, c. 84, f. 17 r°; Potth., 23628.)

Laurentio Vicini, capicerio ecclesie Carnotensis, capellano nostro. « Sua nobis dilecti filii .. guardianus et fratres ordinis minorum de Carnoto petitione monstrarunt quod, eis significantibus nobis quod domus eorum erat extra civitatem Carnotensem posita, propter quod grave non modicum et laboriosum erat, yemali presertim tempore, dicte civitatis incolis ut se ad eorum conferrent ecclesiam pro divinis officiis inibi audiendis, et quod ipsi guardianus et fratres ad viciniorem dicte civitatis locum ecclesiam ipsam transferre cupiebant, ut ad eam a dictis incolis accessus comodior haberetur, quodque quedam parve domus ad majus monasterium Turonense spectantes, ex quarum pensionibus viginti et quinque solidorum turonensium parvorum summam percipere dicebantur, dictis guardiano et fratribus necessarie quamplurimum existebant, cum sine ipsis eorum non posset desiderium adimpleri; nos dilectis filiis .. abbati et conventui monasterii predicti preces per nostras litteras direximus et mandata ut eisdem guardiano et fratribus pro competenti pretio seu concambio, juxta bonorum virorum arbitrium, sine difficultatis obstaculo, concedere procurarent. Iidem vero abbas et conventus precibus et mandatis hujusmodi devotum accomodantes auditum, .. priori prioratus Sancti Martini in Valle Carnotensis, eidem monasterio immediate subjecti, ad quem domus prefate pertinere dicuntur, mandaverunt ut cum eisdem guardiano et fratribus duos bonos viros eligeret, quorum arbitrio eis pro pretio seu concambio competenti domos concederet supradictas, et si ipsi duo concordare non possent, in tertium cum predictis guardiano et fratribus concorditer conveniret. Et, licet guardianus et fratres ac prior predicti duos ad hoc arbitros elegissent, iidem tamen arbitri insimul concordare aut tertium assumere non curarunt, quanquam arbiter pro parte dictorum guardiani et fratrum electus, eorum nomine, centum libras turonensium parvorum pro dictis domibus, ex quibus quadraginta solidos turonensium parvorum et tres denarios tantum dictus prior census nomine annuatim percipit, obtulisset, licet existimatio census domorum ipsarum octoginta librarum ejusdem monete pretium, sicut asseritur, non excedat. Cum igitur memorati guardianus et fratres super hoc apostolice provisionis remedium duxerint implorandum, nos, votis eorum in hiis que juste deposcunt annuere intendentes, ac gerentes de circumspectione tua fidutiam in Domino pleniorem, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus, si, consideratis circumstantiis universis, pre-

dicta summa centum librarum tibi competens videatur, dictum priorem quod ipsam recipiat et dictis guardiano et fratribus domos concedat easdem, vel alios qui tue ordinationi rebelles existerent, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compellas. Si vero eadem summa competens pretium non existat, tu eidem summe addas sive addendum esse decernas, prout justum fuerit et videris expedire. Non obstante aliquo privilegio vel indulgentia dicto priori vel ordini suo ab apostolica sede concessa, de qua oporteat in nostris litteris specialem ac de verbo ad verbum fieri mentionem et per que effectus presentium impediri valeat vel differri. Dat. apud Urbemveterem, v kalendas aprilis, anno quarto. »

4659 Orvieto, 20 mars 1291.

De contentione inter Johannem de Hardencuria et Guillermum de Asperomonte causa cujusdam beneficii in dioecesi Remensi. (Reg. 46, c. 85, f. 17 r°.)

Dilectis filiis .. abbati monasterii Corbiensis, Ambianensis diocesis, ac .. cancellario Parisiensis et magistro Roberto de Noneroy, canonico Carnotensis ecclesiarum. « Insinuavit nobis dilectus filius Johannes de Hardencuria, clericus Belvacensis diocesis, consanguineus dilecti filii nostri J., tituli Sancte Cecilie presbyteri cardinalis, quod idem cardinalis, tunc in illis partibus apostolice sedis legatus, quoddam beneficium ecclesiasticum, alteragium communiter dictum, quod venerabilis frater noster S., Parisiensis episcopus, ante promotionem suam ad Parisiensem ecclesiam in diocesi Remensi obtinuit, per liberam resignationem ipsius episcopi factam in manibus dicti cardinalis et ab eo admissam tunc vacans, cum nulli alii deberetur de jure, dicto clerico sue legationis auctoritate contulit, sibique providit de illo, ac eum, sive procuratorem suum pro illo, fecit in ipsius corporalem possessionem induci, dictusque clericus illud aliquandiu possedit pacifice et quiete. Verum venerabilis frater noster Petrus, Remensis archiepiscopus, collationis et provisionis non ignarus, dum idem cardinalis esset in procintu ad sedem veniendi eandem, dicto clerico ab eodem amoto beneficio, illud Guillermo de Asperomonte, canonico Virdunensi, pro sua contulit voluntate; ipse quoque Guillermus, sua fultus potentia, beneficium prefatum detinuit postmodum, et adhuc detinet occupatum, non absque dicti cardinalis injuria et ipsius clerici prejudicio et gravamine, super quo ipse clericus, cum hujusmodi potentie resistere nequeat et suam in illis partibus contra Guillermum eundem justitiam obtinere, provideri a nobis humiliter postulavit. Nolentes itaque dicto clerico in suo jure deesse, qui sumus omnibus in justitia debitores, sed ei potius obtentu dicti cardinalis adesse volentes, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus vos, aut duo seu unus vestrum, per vos vel alium aut alios, canonicum ipsum ex parte nostra moneatis efficaciter ac etiam inducatis ut beneficium ipsum, cum fructibus inde perceptis, et que percipi potuerunt, sine difficultate, clerico restituat memorato, eumque illud permittat pacifice possidere. Quod si monitis nostris acquiescere forte contempserit, vos causam hujusmodi audiatis et eam infra sex menses judicio, vel, si de partium voluntate processerit, concordia terminare curetis. Alioquin ex tunc eosdem archiepiscopum et canonicum peremptorie citare curetis ut infra duos menses post citationem hujusmodi idem canonicus personaliter, archiepiscopus vero per se vel per procuratorem ydoneum, cum omnibus actis, juribus et munimentis suis hujusmodi causam contingentibus, apostolico se conspectui representent, dicto clerico apud sedem eandem exhibituri justitiam et alias pro meritis recepturi. Non obstante... Dat. apud Urbemveterem, XIII kalendas aprilis, anno quarto. »

4660 Orvieto, 15 mars 1291.

Facultas conferendi beneficia. (Reg. 46, c. 86, f. 17 v°.)

Matheo de Columpna, preposito ecclesie Sancti Audomari, Morinensis diocesis, capellano nostro. Ei facultatem concedit recipiendi et faciendi recipi duos clericos ipsius in ecclesia Sancti Audomari, in qua collatio praebendarum ad ipsum praepositum solum pertinet, receptio vero canonicorum ad ipsum et capitulum communiter, in canonicos et in fratres, et providendi utrique eorum de praebenda.

« Tue devotionis inducimur... — Dat. apud Urbemveterem, idibus martii, anno quarto. »

4661-4677 Orvieto, 23 mars 1291.

Indulgentiae. (Reg. 46, c. 87, f. 17 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit visitantibus ecclesiam Beatae Mariae de Grandivilla in periculo maris, Constantiensis dioecesis, in sanctorum Stephani et Nicolai festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae.

« Vite perennis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, x kalendas aprilis, anno quarto. »

In e. m., pro ecclesia Sancti Basilii de Lezinhano, Agennensis dioecesis, in festo S. Basilii, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae. Dat. ut supra.

In e. m., pro ecclesia .. abbatis et conventus monasterii Sancti Petri de Mediano monasterio, ordinis S. Benedicti, Tullensis dioecesis, in S. Petri et S. Hydulphi, cujus corpus in eadem ecclesia requiescit, festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae. Dat. ut supra. (Potth., 23625.)

Orvieto, 15 mars 1291.

In e. m., pro cathedrali ecclesia Segobiensi, in quatuor beatae Mariae virginis et SS. Petri et Pauli festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae. Dat. apud Urbemveterem, idibus martii, anno quarto.

Orvieto, 23 mars 1291.

In e. m., pro ecclesia Sancti Justi de Pressaco, Pictaviensis dioecesis, in sanctorum Justi, Jacobi apostoli et Juliani festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae. Dat. apud Urbemveterem, x kalendas aprilis, anno quarto.

In e. m., pro ecclesia de Sancto Arnulpho, Carnotensis dioecesis, in sanctorum Nicolai, Remigii et Arnulphi, cujus corpus in eadem ecclesia requiescit, et sanctae Scalbergae virginis festivitatibus, etc., ut supra.

Orvieto, 7 mars 1291.

In e. m., pro ecclesia .. praeceptoris et fratrum domus militiae Templi Senensis, in Assumptionis beatae Mariae virginis, sanctorum Petri et Pauli apostolorum, in quorum honorem eadem ecclesia est constructa, S. Nicolai et sanctae Agathae festivitatibus et per octo dies sequentes. Dat. apud Urbemveterem, nonis martii, anno quarto.

Orvieto, 1er avril 1291.

In e. m., pro ecclesia abbatissae et conventus monasterii Beatae Mariae de Insulis, Cisterciensis ordinis, Autisiodorensis dioecesis, in quatuor beatae Mariae virginis festivitatibus et per octo dies sequentes. Dat. apud Urbemveterem, kalendis aprilis, anno quarto.

In e. m., pro ecclesia Sancti Johannis Evangelistae in mercato de Urbe, in ejusdem sancti et S. Johannis Baptistae, Assumptionis beatae Mariae virginis et S. Nicolai festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae. Dat. ut supra.

In e. m., pro ecclesia Trecorensi, in quatuor beatae Mariae virginis et S. Tutguali episcopi, in cujus honorem eadem ecclesia est constructa, festivitatibus, etc., ut supra.

Orvieto, 5 avril 1291.

In e. m., pro capella Sanctae Brigidae Fossensi, Leodiensis dioecesis, ad ecclesiam Sancti Foillani Fossensem spectante, in beatae Mariae virginis et sanctae Brigidae festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae. Dat. apud Urbemveterem, nonis aprilis, anno quarto. (*En marge.*)

Orvieto, 2 avril 1291.

In e. m., pro ecclesia monasterii Beatae Catherinae Parisiensis, ordinis Vallis Scolarium, in ejusdem sanctae et Annuntiationis beatae Mariae virginis festivitatibus et per octo dies sequentes. Dat. apud Urbemveterem, IIII nonas aprilis, anno quarto. (*Ibid.*)

Orvieto, 8 avril 1291.

In e. m., pro ecclesia domus leprosorum Sancti Leonardi de Babuco, Verulanae dioecesis, in sanctorum Leonardi, Johannis Baptistae, Johannis Evangelistae et Petri festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae. Dat. apud Urbemveterem, VI idus aprilis, anno quarto. (*Ibid.*)

Orvieto, 4 avril 1291.

In e. m., pro cathedrali ecclesia Ebroicensi, in beatae Mariae virginis et S. Taurini festivitatibus et per octo dies sequentes. Dat. apud Urbemveterem, II nonas aprilis, anno quarto. (*Ibid.*)

Orvieto, 5 avril 1291.

In e. m., pro ecclesia Sancti Martini de Valle, Eduensis dioecesis, in beatae Mariae virginis et S. Martini festivitatibus et per octo dies sequentes. Dat. apud Urbemveterem, nonis aprilis, anno quarto. (*Ibid.*)

Orvieto, 3 avril 1291.

In e. m., pro ecclesia Sancti Petri apostoli de Curia Cenomanensi, in ejusdem sancti et sanctae Scolasticae virginis, cujus corpus in eadem ecclesia requiescit, festivitatibus et per octo dies sequentes. Dat. apud Urbemveterem, III nonas aprilis, anno quarto. (*Ibid.*)

Orvieto, 9 avril 1291.

In e. m., pro ecclesia .. praepositi et fratrum domus Sanctae Trinitatis Mediolanensis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis Humiliatorum, in Sanctae Trinitatis, Assumptionis beatae Mariae virginis et sanctae Catherinae festivitatibus et per octo dies sequentes. Dat. apud Urbemveterem, V idus aprilis, anno quarto. (*Ibid.*)

4678-4679 Orvieto, 8 mars 1291.

Collatio beneficii. (Reg. 46, c. 88, f. 18 r°.)

Riccardo de Pudlesdon, canonico Herefordensi, canonicatum et praebendam in ecclesia Herefordensi, non obstante ecclesia de Pudleston, Herefordensis dioecesis, quam obtinet, confert.

« Personam tuam de... — Dat. apud Urbemveterem, VIII idus martii, anno quarto. »

In e. m. Francisco Nepoleonis, notario papae, archidiacono Wygorniensi, magistro Giffredo de Vezano, camerae apostolicae clerico, canonico Cameracensi, et .. officiali Cantuariensi mandat ut praefatum Riccardum in ecclesia Herefordensi ut canonicum et fratrem recipi faciant.

« Personam dilecti filii... — Dat. ut supra. »

4680 Orvieto, 21 mars 1291.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 46, c. 89, f. 18 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Lucano mandat ut cum Putio Peri et Advenante de Piscia, Lucanae dioecesis, dispenset ut in matrimonio quod olim contraxerunt, ignorantes quondam Juntam de Piscia, Advenantis maritum, eidem Putio quarto consanguinitatis gradu, dum viveret, attinuisse, et in quo prolem procrearunt remanere valeant.

« Petitio dilecti filii... — Dat. apud Urbemveterem, XII kalendas aprilis, anno quarto. »

4681 Orvieto, 21 mars 1291.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 46, c. 90, f. 18 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Menevensi mandat ut cum Hugone Beneit et Agnete Wogan, de Breconia (*sic*), Menevensis dioecesis, dispenset ut in matrimonio quod olim, ignorantes obstaculum esse, contraxerunt et in quo prolem procrearunt remanere valeant, quanquam inter Johannem Walteri David de Breconio (*sic*), eidem Hugoni tertio consanguinitatis gradu conjunctum, et praefatam Agnetem sponsalia contracta fuerunt, quae tamen, eodem Johanne mortuo, cardinalis copula non est subsecuta.

« Petitio dilecti filii... — Dat. ut supra. »

4682 Orvieto, 18 mars 1291.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 46, c. 91, f. 18 r°.)

Venerabili fratri .. episcopo Astoricensi mandat ut cum Alfonso Petri et Johanna Petri, Astoricensis dioecesis, dispenset ut in matrimonio quod olim, ignorantes esse impedimentum, contraxerunt et in quo filios procrearunt remanere valeant, quanquam quondam Johannes Dominici, ejusdem Johannae maritus, eidem Alfonso tertio consanguinitatis gradu attinebat.

« Petitio dilecti filii... — Dat. apud Urbemveterem, XV kalendas aprilis, anno quarto. »

4683 Orvieto, 18 mars 1291.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 46, c. 92, f. 18 r°.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Bisuntino mandat ut cum nobili viro Huone, domino de Bellovidere, et nobili muliere Aelyde de Ray, Bisuntinae dioecesis, dispenset ut in matrimonio quod olim, ignorantes esse impedimentum, contraxerunt et in quo filios procrearunt remanere valeant, quanquam quondam Hugo de Monte Rubeo, conjux ejusdem Aelydis, eidem Huoni quarto consanguinitatis gradu attinebat.

« Petitio dilecti filii... — Dat. ut supra. »

4684 Orvieto, 23 mars 1291.

Dispensatio super defectu ordinum. (Reg. 46, c. 93, f. 18 r°.)

Gilberto de Bosco, presbytero, rectori ecclesie de Chirchelongeley, Lichefeldensis diocesis, qui, recepta post generale concilium Lugdunense ecclesia de Chirchelongelay, ad presbyteratum infra annum se promoveri non fecit, sed, postmodum promotus, majorem partem fructuum praedictae ecclesiae in evidentem utilitatem ejusdem convertit, indulget ut eamdem ecclesiam retinere possit.

« Exigunt tue probitatis... — Dat. apud Urbemveterem, X kalendas aprilis, anno quarto. »

4685 Orvieto, 23 mars 1291.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 46, c. 94, f. 18 v°.)

Magistro Ade de Wrtele, rectori ecclesie de Moncheton,

Cantuariensis diocesis. Cum eo dispensat ut ecclesiam de Lanfare, Londoniensis dioecesis, ante generale concilium Lugdunense, et ecclesiam de Monketon, post idem concilium receptas, quas sine apostolicae sedis dispensatione insimul detinuit, retinere valeat una cum canonicatu et praebenda quae in ecclesia Londoniensi adeptus est; dummodo, ad arbitrium boni viri, congruentem partem fructuum ex praedictis ecclesiis perceptorum in evidentem earumdem utilitatem convertat.

« Laudabilis conversationis et... — Dat. ut supra. »

4686-4688 Orvieto, 24 mars 1291.

Albertus monasterio Sanctae Mariae de Castellione, Parmensis dioecesis, praeficitur. (Reg. 46, c. 95, f. 18 v°.)

Alberto, abbati monasterii Sancte Marie de Castellione, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, Parmensis diocesis. Eodem monasterio per obitum Gregorii vacante, duae fuerunt in eo electiones, altera videlicet de Alberto, altera de Raynaldo, ejusdem monasterii monachis, in discordia celebratae. Hujusmodi autem negotio ad sedem apostolicam devoluto, praedicti Albertus et Robertus juri sibi ex eadem electione competenti renuntiarunt. Quare papa eumdem Albertum praedicto monasterio abbatem praeficit.

« Pastoralis officii nobis... — Dat. apud Urbemveterem, VIIII kalendas aprilis, anno quarto. »

In e. m. .. priori et conventui ejusdem monasterii mandat ut praedicto abbati debitam obedientiam praebeant.

In e. m. universis vassallis ejusdem monasterii mandat ut eidem solita fidelitatis juramenta et servitia praestent.

4689 Orvieto, 26 mars 1291.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 46, c. 96, f. 18 v°; Potth., 23627.)

Venerabili fratri .. episcopo Ausarensi committit ut cum Matthaeo quondam Budi et Draga, nata quondam Andreae, civibus Auserensibus, dispenset ut in matrimonio quod olim, ignorantes impedimentum esse, contraxerunt remanere valeant, non obstante quarto consanguinitatis gradu quo conjuncti sunt.

« Petitio dilecti filii... — Dat. apud Urbemveterem, VII kalendas aprilis, anno quarto. »

4690 Orvieto, 23 mars 1291.

Dispensatio matrimonii. (Reg. 46, c. 96², f. 18 v°; Potth., 23617.)

Eidem committit ut cum Drasingone de Chersio et Gruba de Arbo, Auserensis dioecesis, dispenset ut in matrimonio quod olim, ignorantes impedimentum esse, contraxerunt et in quo filios procrearunt remanere valeant, quanquam quondam Silvester Johannis, ejusdem Grubae maritus, eidem Drasingoni tertio et quarto consanguinitatis gradu conjunctus erat.

« Petitio dilecti filii... — Dat. apud Urbemveterem, X kalendas aprilis, anno quarto. »

4691 Orvieto, 15 mars 1291.

Collatio beneficii. (Reg. 46, c. 97, f. 18 v°.)

.. sacriste ecclesie Vasatensis mandat ut a Raymundo de Pinibus, clerico in minoribus ordinibus constituto, Vasatensis dioecesis, qui ecclesiam de Regula, ejusdem dioecesis, recepit nec se ad presbyteratum promoveri fecit, recepta ejusdem ecclesiae libera resignatione, eamdem ecclesiam ei rursus conferat.

« Lecta coram nobis... — Dat. apud Urbemveterem, idibus martii, anno quarto. »

4692 Orvieto, 28 mars 1291.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 46, c. 97², f. 19 r°.)

Venerabili fratri .. archiepiscopo Cantuariensi mandat ut cum Johanne de Sancto Martino, presbytero, rectore ecclesiae de Becstede, Cicestrensis dioecesis, cum quo jam dudum fuit dispensatum ut, non obstante defectu natalium quem de diacono genitus et soluta patitur, ad omnes ordines promoveri et ecclesiasticum beneficium recipere posset, rursus dispenset ut personatum vel dignitatem, episcopali dumtaxat excepta, obtinere valeat.

« Exposuit nobis dilectus... — Dat. apud Urbemveterem, V kalendas aprilis, anno quarto. »

4693 Orvieto, 15 mars 1291.

De reformatione hospitalis Stelliferorum Sancti Francisci in Pede Montis Pragensis. (Reg. 46, c. 98, f. 19 r°; Potth., 23600.)

Dilectis filiis .. abbati monasterii de Sedliz, Cisterciensis ordinis, Pragensis diocesis, et magistro Bernardo de Camenz, preposito ecclesie Misnensis, mandat, ad supplicationem ..

magistri et fratrum hospitalis Stelliferorum Sancti Francisci in Pede Montis Pragensis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Augustini, et priorum, rectorum et fratrum prioratuum, hospitalium et membrorum eidem hospitali pleno jure subjectorum, ut ad hospitale, prioratus et membra praedicta personaliter accedentes, ea corrigant et reforment.

« Pia desideria devotorum... — Dat. apud Urbemveterem, idibus martii, anno quarto. »

4694-4695 Orvieto, 26 février 1291.

Henricus Laventinae ecclesiae episcopus praeficitur. (Reg. 46, c. 99, f. 19 r°)

Henrico, episcopo Laventino. Vacante ecclesia Laventina per translationem Chunradi, tunc ejusdem episcopi, ad archiepiscopatum Salzeburgensem, papa Henricum, tunc canonicum Salzeburgensem, supplicante eodem Chunrado, Laventinae ecclesiae episcopum praefecit, eique per L., Ostiensem episcopum, munus consecrationis impendi fecit.

« Inter varia innumeraque... — Dat. apud Urbemveterem, IIII kalendas martii, anno quarto. »

In e. m. .. praeposito et capitulo ecclesiae Laventinae mandat ut eidem episcopo debitam obedientiam praebeant.

4696 Orvieto, 7 mars 1291.

Dispensatio super defectu natalium. (Reg. 46, c. 100, f. 19 v°.)

.. *archidiacono Tervisino* mandat, .. abbate et conventu monasterii de Nervisia, ordinis S. Benedicti, Tervisinae dioecesis, supplicantibus, ut cum Artusio, nato nobilis viri Manfredi de Lesmamnis, clerico in minoribus ordinibus constituto, monacho ejusdem monasterii, dispenset ut, non obstante defectu natalium quem patitur e soluto genitus et soluta, ad omnes ordines promoveri et ad regulares ordines vel abbatiam sui ordinis assumi valeat. Jam idem mandatum .. episcopo Tervisino mandaverat papa, sed ille corporis infirmitate gravatus id exequi non potuerat.

« Significarunt nobis dilecti... — Dat. apud Urbemveterem, nonis martii, anno quarto. »

4697 Orvieto, 15 mars 1291.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 46, c. 101, f. 19 v°.)

Magistro Johanni de Oseville, archidiacono Helyensi, capellano nostro. Dispensat cum eo, qui ecclesiam de Brayton, Eboracensis dioecesis, et archidiaconatum Helyensem insimul per duos annos sine apostolicae sedis dispensatione detinuit, sed ecclesiam postea resignavit, ut archidiaconatum retinere possit.

« Petitio tua nobis... — Dat. apud Urbemveterem, idibus martii, anno quarto. »

4698 Orvieto, 23 mars 1291.

Monasterium de Intermontes monasterio Sancti Rufi Valentino subjicitur. (Reg. 46, c. 102, f. 19 v°.)

.. *abbati et conventui monasterii Sancti Rufi Valentini, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Augustini.* Confirmat ordinationem qua Robertus, Gebennensis episcopus, monasterium de Intermontes, ordinis S. Augustini, debitis gravatum, consentientibus abbate et conventu de Habundantia, quibus idem monasterium subjectum erat, monasterio Sancti Rufi Valentino subjecit.

« Cum a nobis... — Dat. apud Urbemveterem, X kalendas aprilis, anno quarto. »

4699 Orvieto, 27 mars 1291.

Facultas utendi pileis sive almutiis in divinis officiis. (Reg. 46, c. 103, f. 19 v°.)

.. *priori et conventui monasterii de Suwyk, per priorem soliti gubernari, ordinis S. Augustini, Wyntoniensis diocesis*, facultatem concedit pileis sive almutiis eidem ordini congruentibus in divinis officiis utendi; ita tamen ut in lectione evangelica et in elevatione corporis Jesu Christi reverentia debita observetur.

« Ex vestre devotionis... — Dat. apud Urbemveterem, VI kalendas aprilis, anno quarto. »

4700 Orvieto, 23 mars 1291.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 46, c. 103², f. 20 r°.)

Acardo de Longo Prato, rectori ecclesie de Bemfelden, Saresbiriensis diocesis. Cum eo dispensat ut praeter ecclesiam de Bemfelden unicum aliud ecclesiasticum beneficium recipere et retinere valeat.

« Virtutum merita quibus... — Dat. apud Urbemveterem, X kalendas aprilis, anno quarto. »

4701 Orvieto, 3 avril 1291.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 46, c. 104, f. 20 r°.)

Magistro Guillelmo de Monteforti, capellano nostro, decano ecclesie Sancti Pauli Londoniensis. « Exhibite nobis tue petitionis series continebat quod felicis recordationis Alexander papa IIII^us^, predecessor noster, te tunc in juvenili etate constituto, ut liceret tibi ecclesiastica beneficia, personatus vel dignitates, etiam cum animarum cura, usque ad summam trecentarum marcharum sterlingorum, ita videlicet quod eorum proventus, secundum communem extimationem patrie, hujusmodi summam annuatim attingerent, recipere, si tibi canonice offerrentur, ac insimul retinere, constitutione generalis concilii non obstante, tibi per litteras suas indulxit, quodque tu, post indultum hujusmodi, de Stretfordia, de Avenigge, de Wytchirche, Wigorniensis, de Estude, Wintoniensis, de Flikesburga, Lincolniensis, de Dersete et de Aldetheleye, Conventrensis et Lichefeldensis, ac de Angerham, Dunelmensis, et de Colerne, Saresbiriensis diocesium, ecclesias, quibus omnibus cura est animarum annexa, necnon et prebendas in Londoniensi, Lichefeldensi et Herefordensi, et insuper in dictis Londoniensi decanatum et precentoriam in Herefordensi ac portionem in de Ledebury, Herefordensis diocesis, ecclesiis recepisti, et aliquam ex ipsis ecclesiis per triginta, aliquam per viginti, aliquam etiam per decem et octo annos, reliquas vero diversis temporibus de quorum spatiis te certitudinaliter non meminisse asseris retinens, fructus ex eis annis singulis percepisti, pro eo id tibi licere indulti memorati obtentu existimans quia predictorum omnium beneficiorum annexam curam animarum habentium et personatuum seu dignitatum redditus et proventus dictam trecentarum marcharum summam, secundum predictam extimationem, non solummodo non excedunt, immo etiam non attingunt... Tecum ut personatus et beneficia predicta cum cura et sine cura licite retinere valeas ad majorem tui status securitatem auctoritate apostolica dispensamus... Dat. apud Urbemveterem, III nonas aprilis, anno quarto. »

4702-4709 Orvieto, 15 mars 1291.

Indulgentiae. (Reg. 46, c. 105, f. 20 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit visitantibus cathedralem ecclesiam Dolensem, in honorem S. Sansonis confessoris constructam, in S. Sansonis, S. Laurentii et quatuor beatae Mariae virginis festivitatibus et per octo dies sequentes.

« Loca sanctorum omnium... — Dat. apud Urbemveterem, idibus martii, anno quarto. »

Orvieto, 18 mars 1291.

In e. m., pro ecclesia hospitalis Sanctae Trinitatis de Capite Pontis Biterrensis, in die dominica ante dominicam Adventus, in qua festum Sanctae Trinitatis inibi celebratur, et per octo dies sequentes. Dat. apud Urbemveterem, XV kalendas aprilis, anno quarto.

Orvieto, 11 mars 1291.

In e. m., pro ecclesia Sancti Johannis prope plateam Tudertina, in Nativitatis beatae Mariae virginis, S. Johannis Baptistae, S. Johannis Evangelistae et sanctae Illuminatae festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae.

« Licet is de... — Dat. apud Urbemveterem, V idus martii, anno quarto. » (*En marge.*)

Orvieto, 23 mars 1291.

In e. m., pro ecclesia Sancti Salvatoris de Plagia, Lucanae dioecesis, in S. Salvatoris, quae V idus novembris celebratur, in quatuor beatae Mariae virginis et in sanctorum Petri et Pauli festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae. Dat. apud Urbemveterem, X kalendas aprilis, anno quarto. (*Ibid.*)

Orvieto, 28 mars 1291.

In e. m., pro ecclesia .. abbatissae et conventus monasterii Sanctae Mariae de Prato prope Florentiam, ordinis sanctae Clarae, in quatuor beatae Mariae et in singulis sanctorum Petri, Pauli et Johannis Evangelistae festivitatibus et per octo dies sequentes. Dat. apud Urbemveterem, V kalendas aprilis, anno quarto. (*Ibid.*)

Orvieto, 1er avril 1291.

In e. m., pro ecclesia domus fratrum praedicatorum Anitiensis, in Annuntiationis beatae Mariae virginis, S. Petri martyris et S. Dominici confessoris festivitatibus et per octo dies sequentes.

« Splendor paterne glorie... — Dat. apud Urbemveterem, kalendis aprilis, anno quarto. » (*Ibid.*)

Orvieto, 5 avril 1291.

In e. m., pro ecclesia Beatae Mariae virginis de Bitzow, Pragensis dioecesis, in quatuor ejusdem virginis et S. Procopii festivitatibus et per octo dies sequentes. (*Ibid.*)

« Licet is de... — Dat. ut supra, nonis aprilis, anno quarto. » (*Ibid.*)

Orvieto, 29 mars 1291.

In e. m., pro ecclesia Sancti Stephani de Segrate, Mediolanensis dioecesis, in ejusdem sancti et S. Johannis Baptistae festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae. Dat. apud Urbemveterem, IIII kalendas aprilis, anno quarto. (*Ibid.*)

4710 Orvieto, 27 mars 1291.

Dispensatio super defectu ordinum. (Reg. 46, c. 106, f. 20 v°.)

Petro de Pradis, rectori de Sancto Martino et de Raxiaco ecclesiarum, quarum una dependet ab altera, Carcassonensis diocesis. Cum eo dispensat super eo quod, receptis a Johanne XXI° praedictis ecclesiis, se ad sacerdotium post spatium temporis in generali concilio Lugdunensi praefixum promoveri fecit.

« Petitio tua nobis... — Dat. apud Urbemveterem, VI kalendas aprilis, anno quarto. »

4711 Orvieto, 23 mars 1291.

Gaietanis aliisque fidelibus qui, si Jacobus et Siculi eorumque fautores ad obsidionem vel impugnationem civitatis Gaietanae redierint, pro defensione ejusdem civitatis se bellatores constituerint eandem indulgentiam concedit quae proficiscentibus in Terrae Sanctae subsidium in generali concilio est concessa. (Reg. 46, c. 107, f. 20 v°.)

Venerabili fratri .. episcopo ac dilectis filiis clero, necnon .. capitaneo et populo Gaietanis.

« Dum persecutiones validas... — Dat. apud Urbemveterem, X kalendas aprilis, anno quarto. »

4712 Orvieto, 23 mars 1291.

Indulgentiae. (Reg. 46, c. 108, f. 20 v°; Potth., 23624.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam concedit omnibus vere poenitentibus et confessis qui ad Lateranensem Basilicam, in qua recondita sunt capita sanctorum Petri et Pauli, singulis diebus in quibus sacrosancta ycona aperta permanet, in Salvatoris, sanctorum Petri et Pauli, beatae Agnetis, accesserint: Romanis videlicet, Campanis, Marchianis et aliis de provintiis circumadjacentibus, quatuor annorum et quatuor quadragenarum; Tuscis, Apulis et Lombardis, quinque annorum et quinque quadragenarum; ultramontanis et maria transeuntibus, septem annorum et septem quadragenarum; illis qui in singulis beatae Mariae virginis, necnon sanctorum Bartholomaei, Thomae, Matthiae, Laurentii, quadraginta martyrum et beatae Eufemiae festivitatibus et per octo dies sequentes ad eam accesserint, duorum annorum et duarum quadragenarum; singulis vero diebus totius anni, unius anni et XL dierum.

« Inter sanctorum agmina... — Dat. apud Urbemveterem, X kalendas aprilis, anno quarto. »

4713-4714 Orvieto, 13 mars 1291.

Collatio beneficii. (Reg. 46, c. 109, f. 20 v°.)

Magistro Ade de Wappenham, rectori parrochialis ecclesie de Brayton, Eboracensis diocesis, confert ecclesiam de Brayton, quam magister Johannes de Oseville una cum archidiaconatu Elyensi tanto tempore tenuit quod ad sedem apostolicam ejusdem ecclesiae collatio, juxta Lateranensis statuta concilii, legitime devoluta est, quamque idem Johannes resignavit.

« Probitatis tue merita... — Dat. apud Urbemveterem, III idus martii, anno quarto. »

In e. m. magistro Nicolao, camerario et notario papae, .. thesaurario et Waltero de Wonton, canonico ecclesiae Lincolniensis, mandat ut praedictum magistrum Adam de Wappenham in corporalem possessionem ejusdem ecclesiae inducant.

« Probitatis merita dilecti... — Dat. ut supra. »

4715-4719 Orvieto, 13 mars 1291.

Jacobus Feltrensi et Bellunensi ecclesiis episcopus praeficitur. (Reg. 46, c. 110, f. 21 r°.)

Venerabili fratri Jacobo, Feltrensi et Bellunensi episcopo. Feltrensi et Bellunensi ecclesiis, quae per sedem apostolicam sunt unitae, per obitum Aldegerii vacantibus, capitula Guilizonem, filium nobilis viri Gerardi de Camino, canonicum ecclesiae Tervisinae, patientem in ordinibus et aetate defectum, postularunt; hac vero petitione non admissa, papa magistrum Raynerium de Pisis, subdiaconum et notarium suum, eisdem ecclesiis praefecit; sed ille hujusmodi provisioni non consentiit, quare papa Jacobum, ordinem minorum professum, eisdem ecclesiis episcopum praefecit.

« Inter alias sollicitudines... — Dat. apud Urbemveterem, III idus martii, anno quarto. »

In e. m. capitulis Feltrensis et Bellunensis ecclesiarum mandat ut praefato Jacobo debitam obedientiam praebeant.

In e. m. clero civitatum et dioecesium Feltrensis et Bellunensis.

In e. m. populis civitatum et dioecesium Feltrensis et Bellunensis.

In e. m. universis vassallis Feltrensis et Bellunensis ecclesiarum mandat ut eidem Jacobo solita fidelitatis juramenta et servitia praestent.

4720-4721 Orvieto, 6 avril 1291.

Collatio beneficii et dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 46, c. 111, f. 21 r°.)

Magistro Wilielmo de Monteforti, canonico ecclesie Lincolniensis, canonicatum ecclesiae Lincolniensis et praebendam in eadem ecclesia confert, eumque investit praesentialiter de eisdem, quanquam idem Wilielmus « de Stretfordia, de Avenigge, de Wytchirche, Wigorniensis, de Estude, Wintoniensis, de Sflikesburga, Lincolniensis, de Versete et de Aldecheleye, Conventrensis et Lichefeldensis, ac de Angesham, Dunelmensis, et de Colerne, Saresbiriensis diocesium, ecclesias, quibus omnibus cura est animarum annexa, necnon et prebendas in Londoniensi, Lichefeldensi et Herefordensi, et insuper in dictis Londoniensi decanatum et precentoriam in Herefordensi ac portionem in de Ledebury, Herefordensis diocesis, ecclesiis ex dispensatione apostolica » obtinet, eique ab eadem sede est concessum quod alia beneficia, dignitates et personas, quorum redditus annui una cum proventibus praedictorum beneficiorum trecentarum librarum summam, secundum patriae communem existimationem, attingant, recipere valeat.

Illos recte rationis... — Dat. apud Urbemveterem, VIII idus aprilis, anno quarto. »

In e. m. .. episcopo Londoniensi et magistris Nicolao, camerario et notario papae, praeposito de Masseygeio in ecclesia Carnotensi, ac Giffredo de Vezano, canonico Cameracensi, camerae pontificalis clerico, mandat ut praefatum Wilielmum in ecclesia Lincolniensi recipi faciant ut canonicum et fratrem.

4722 Orvieto, 15 mars 1291.

Dispensatio super defectu ordinum. (Reg. 46, c. 112, f. 21 v°.)

Magistro Christiano de Andernaco, clerico in minoribus ordinibus constituto, rectori ecclesie Andernacensis, Treverensis diocesis. Cum eo dispensat ut ecclesiam Andernacensem, Treverensis dioecesis, quam olim recepit et pro qua in presbyterum promoveri se non fecit, licite retinere valeat, dummodo fructuum jam perceptorum congruentem portionem, ad arbitrium boni viri, in evidentem utilitatem ejusdem ecclesiae convertat.

« Benigno tibi sunt... — Dat. apud Urbemveterem, idibus martii, anno quarto. »

4723 Orvieto, 23 mars 1291.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum. (Reg. 46, c. 113, f. 21 v°.)

Magistro Michaeli, rectori ecclesie de Frayton, Lincolniensis diocesis. Cum eo dispensat ut ecclesiam de Ufford, Norwicensis dioecesis, ipsi ante generale concilium Lugdunense commendatam, et ecclesiam de Fracton, Lincoluiensis dioecesis, ipsi post idem concilium collatam, quas insimul sine apostolicae sedis dispensatione detinuit, retinere, eadem ecclesia de Ufford de novo suscepta, valeat; dummodo fructuum jam perceptorum congruentem portionem in evidentem earumdem ecclesiarum utilitatem, ad arbitrium boni viri, convertat.

« Etsi propter ambitiones... — Dat. apud Urbemveterem, X kalendas aprilis, anno quarto. »

4724 Orvieto, 8 avril 1291.

Facultates abbati monasterii Sancti Petri de Rodis concedit. (Reg. 46, c. 114, f. 22 r°; Potth., 23641.)

Raymundo, abbati monasterii Sancti Petri de Rodis, ad romanam ecclesiam nullo medio pertinentis. « Sedes apostolica in... Utendi anulo ubique, mitra ceterisque pontificalibus in eodem monasterio et prioratibus pleno ei jure subjectis, ac benedicendi pallas altaris et corporalia necnon et vestes sacerdotales pro necessitatibus dictorum monasteriorum et prioratuum, conferendi quoque minores ordines monachis eorumdem tibi et successoribus tuis auctoritate presentium, de speciali gratia, concedimus facultatem... Dat. apud Urbemveterem, VI idus aprilis, anno quarto. »

4725-4735 Orvieto, 23 mars 1291.

Indulgentiae. (Reg. 46, c. 115, f. 22 r°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis.

Indulgentiam unius anni et XL dierum concedit visitantibus ecclesiam plebis de Empoli, Florentinae dioecesis, in quatuor beatae Mariae virginis, S. Johannis Baptistae et S. Andreae festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae.

« Vite perennis gloria... — Dat. apud Urbemveterem, X kalendas aprilis, anno quarto. »

Orvieto, 7 avril 1291.

In e. m. eisdem, pro ecclesia monasterii Beatae Mariae Magdalenae Urbevetani, ordinis S. Augustini, in Annuntiationis beatae Mariae virginis et sanctae Mariae Magdalenae festivitatibus et per octo dies sequentes. Dat. apud Urbemveterem, VII idus aprilis, anno quarto.

In e. m. eisdem, pro ecclesia monasterii Beatae Clarae de Guardia, Theatinae dioecesis, in quatuor beatae Mariae virginis et sanctae Clarae festivitatibus et per octo dies sequentes. Dat. ut supra.

Orvieto, 5 avril 1291.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sanctae Crucis de Curia, Pragensis dioecesis, in S. Johannis Baptistae et quatuor beatae Mariae virginis festivitatibus et per octo dies sequentes. Dat. apud Urbemveterem, nonis aprilis, anno quarto.

Orvieto, 1er avril 1291.

In e. m. eisdem, pro capella hospitalis de Hyldebrondo Lemercer civitatis Norwicensis, in quatuor beatae Mariae virginis, in cujus honorem eadem capella est constructa, festivitatibus et per octo dies sequentes. Dat. apud Urbemveterem, kalendis aprilis, anno quarto.

Orvieto, 11 avril 1291.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sancti Petri de Comitisvilla, Ambianensis dioecesis, in quatuor beatae Mariae virginis et sanctorum Petri, Johannis Baptistae et Johannis Evangelistae festivitatibus et per octo dies sequentes.

« Princeps apostolorum Petrus... — Dat. apud Urbemveterem, III idus aprilis, anno quarto. »

Orvieto, 1er avril 1291.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Beati Marci de Urbe, in sanctorum Marci Evangelistae, Marci confessoris, Abdon et Sennen martyrum festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae.

« Ad exaltandam evangelistarum... — Dat. apud Urbemveterem, kalendis aprilis, anno quarto. »

Orvieto, 4 avril 1291.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Beatae Mariae de Cuctiaco, Narbonensis dioecesis, in quatuor ejusdem virginis et S. Genesii festivitatibus et per octo dies sequentes.

« Gloriosus Deus in... — Dat. ut supra, II nonas aprilis, anno quarto. » (*En marge.*)

Orvieto, 4 avril 1291.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sancti Johannis de Sepulcro Domini extra muros Goslarienses, Hildesemensis dioecesis, in singulis S. Johannis Baptistae et S. Johannis Evangelistae et quatuor beatae Mariae virginis festivitatibus et per octo dies sequentes.

« Sanctorum meritis inclita... — Dat. ut supra. » (*Ibid.*)

Orvieto, 13 avril 1291.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sancti Johannis de Gardonica, Nemausensis dioecesis, in S. Johannis et quatuor beatae Mariae virginis festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae.

« Licet is de... — Dat. apud Urbemveterem, idibus aprilis, anno quarto. » (*Ibid.*)

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sancti Nazarii de Gardiis, Nemausensis dioecesis, in S. Nazarii et quatuor beatae Mariae virginis festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae. Dat. ut supra. (*Ibid.*)

4736 Orvieto, 9 avril 1291.

Bulgarus ecclesiae Perusinae praeficitur. (REG. 46, c. 116, f. 22 vo.)

Bulgaro, episcopo Perusino. Perusina ecclesia per obitum Johannis vacante, capitulum ecclesiae quondam R., abbatem monasterii Sancti Petri Perusini, ordinis S. Benedicti, episcopum elegerunt, sed eodem abbate hujusmodi electioni consentire nolente, papa, ad supplicationem ejusdem capituli et populi Perusini, per sollempnes nuntios manifestatam, Bulgarum, tunc priorem ecclesiae Sancti Johannis de Marsano, Perusinae dioecesis, eidem ecclesiae episcopum praefecit.

« Officii nostri nobis... — Dat. apud Urbemveterem, V idus aprilis, anno quarto. »

4737 Orvieto, 9 avril 1291.

Dispensatio super de[illegible] 117, f. 22 vo.

Venerabili fratri ... episcopo Lincolniensi. Constituto in

praesentia papae Willelmo dicto de Chotenham, presbytero, Lincolniensis dioecesis, et supplicante ut, non obstante defectu natalium quem patitur e soluto genitus et soluta, in susceptis ministrare ordinibus et perpetuam vicariam ecclesiae de Cropri, ejusdem dioecesis, ipsi collatam, retinere valeat, episcopo Lincolniensi mandat papa ut, ab eodem presbytero libera ejusdem vicariae resignatione recepta, satisfacto ipsi vicariae de fructibus medio tempore perceptis ex ea, praedicto presbytero imposita poenitentia salutari eoque ad tempus suspenso, cum eo dispenset ut in susceptis ordinibus ministrare possit, eique postmodum dictam vicariam de novo conferat.

« Constitutus in presentia... — Dat. apud Urbemveterem, v idus aprilis, anno quarto. »

4738-4749 Orvieto, 5 avril 1291.

Indulgentiae. (Reg. 46, c. 117², f. 22 v°.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Indulgentiam unius anni et xl dierum concedit visitantibus ecclesiam Sancti Mederici Parisiensem, in Assumptione beatae Mariae virginis, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae.

« Licet is de... — Dat. apud Urbemveterem, nonis aprilis, anno quarto. »

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sancti Benedicti de Frusinone, Verulanae dioecesis, in quatuor beatae Mariae virginis et S. Benedicti festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae.

« Vite perennis gloria... — Dat. ut supra. »

In e. m. eisdem, pro ecclesia .. guardiani et fratrum ordinis minorum de Gualdo, Nucerinae dioecesis, in quatuor beatae Mariae virginis, in cujus honorem eadem ecclesia est constructa, sanctorum Francisci et Antonii et sanctae Clarae festivitatibus et per octo dies sequentes. Dat. ut supra. (Potth., 23640.)

In e. m. eisdem, pro cathedrali ecclesia Auriensi, in quatuor beatae Mariae virginis, beatae Eufemiae, cujus corpus in eadem ecclesia requiescit, S. Martini et sanctorum Johannis Baptistae, Laurentii et Eleutherii martyrum, in quorum honorem in ea altaria constructa sunt, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae. Dat. ut supra.

Orvieto, 28 mars 1291.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sancti Petri de Esquemeavilla, Lexoviensis dioecesis, in singulis S. Petri apostoli et Assumptionis beatae Mariae festivitatibus et per octo dies sequentes. Dat. apud Urbemveterem, v kalendas aprilis, anno quarto.

Orvieto, 11 avril 1291.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sancti Memei de territorio Sengae, Florentinae dioecesis, in festo ejusdem sancti, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae. Dat. apud Urbemveterem, iii idus aprilis, anno quarto. (*En marge.*)

In e. m. eisdem, pro ecclesia .. prioris et conventus monasterii Sancti Marcelli prope Cabilonum, per priorem soliti gubernari, Cluniacensis dioecesis, in Assumptionis beatae Mariae et sanctorum Johannis Baptistae et Dionysii martyris, quorum festivitates in eadem ecclesia solemniter celebrantur, festivitatibus. Dat. ut supra. (*Ibid.*)

Orvieto, 13 avril 1291.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sancti Martialis Engolismensi, in quatuor beatae Mariae et S. Martialis festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem ecclesiae. Dat. ut supra, idibus aprilis, anno quarto. (*Ibid.*)

Orvieto, 17 avril 1291.

In e. m. eisdem, pro capella Sancti Eligii confessoris in Wacton, Eboracensis dioecesis, in ejusdem sancti festivitate et per octo dies sequentes. Dat. ut supra, xv kalendas maii, anno quarto. (*Ibid.*)

In e. m. eisdem, pro capella Sancti Thomae martyris prope Chikesand, Lincolniensis dioecesis, in festivitate ejusdem martyris et per octo dies sequentes. Dat. ut supra. (*Ibid.*)

In e. m. eisdem, pro capella Sancti Edmundi in Cantebrigia, Eliensis dioecesis, in ejusdem sancti et S. Gileberti confessoris festivitatibus, per octo dies sequentes et in anniversario die dedicationis ejusdem capellae. Dat. ut supra. (*Ibid.*)

Orvieto, 26 avril 1291.

In e. m. eisdem, pro ecclesia Sancti Jacobi de Waterleue, Halberstadensis dioecesis, in singulis ejusdem sancti, S. Stephani et sanctae crucis festivitatibus et per octo dies sequentes. Dat. apud Urbemveterem, vi kalendas maii, anno quarto. (*Ibid.*)

4750 Orvieto, 11 avril 1291.

Homines castri de Spello ab excommunicationis sententia absolvuntur. (Reg. 46, c. 118, f. 23 r°.)

.. *episcopo Spoletano* mandat ut potestatem, consiliarios

de Nicolas

28607

Nicolaus IV, Pope - Les registres de Nicolas IV.

v. 1

PONTIFICAL INSTITUTE
OF MEDIAEVAL STUDIES
59 QUEEN'S PARK
TORONTO 5, CANADA

28607.